

# IOHANNIS CASSIANI LIBRI

XII. QUORUM III. PRIORES SVNT

de cenobiorum institutis, VIII. uero posteriores de

VIII. uitijs capitalibus. Necnon Collationum

XXIII. Sanctorum Patrum Libri duo,

clarius Paraphrastice redditi a D.


Dionysio Carthusiano.

Nunc primum in lucem æditi.

His adiecimus non dissimilis argumenti opusculum D.

Iohannis Climaci, quod inscribitur *κλίμαξ* siue  
scala Paradisi.

¶ Cum indicibus accurate collectis.



Coloniz, ex officina Melchioris Nouesiani, Anno à  
CHRISTO nato, M. D. XL.

# IOHANNIS CASSIANI LIBRI

XII. QVORVM III. PRIORES SVNT

de coenobiorum institutis, VIII. uero posteriores de

VIII. uitij capitalibus. Necnon Collationum

XXIII. Sanctorum Patrum Libri duo,

clarius Paraphrastice redditi a D.


Dionysio Carthusiano.

Nunc primum in lucem æditi.

His adiecimus non dissimilis argumenti opusculum D.

Iohannis Climaci, quod inscribitur *κλίμαξ* siue  
scala Paradisi.

¶ Cum indicibus accurate collectis.



Coloniæ, ex officina Melchioris Nouesiani, Anno à  
CHRISTO nato, M. D. XL.



VENERABILIS  
DOCTISSIMOQUE PATRI

D. Lamberto Pascuali, Carthusianorum pro-  
pe Confluentiam priori, amico & patro-  
no cum primis colendo, Melchior  
Nouesianus typographus.  
S. D. P.



Vanquam non immerito eorū summa laus ac  
memoria æterna est uir humanissime & pater  
uenerāde, qui humanitatis, bonarumq; litera-  
rum studijs promouendis incumbunt, dum  
uel sua uel aliorum præstantium uirorum mo-  
numenta posteritati consecrant, tamen, mea  
sententia, iustior laus atq; sanctior memoria  
illis debetur, qui suis aliorumq; piorum iuxta  
eruditorū elucubrationibus diuulgandis, reli-  
gionis & pietatis annis aliquot profligatæ, semina mortalium animis in-  
serunt, quæq; ad lætam messem adulta, orbem Christianū ab illa imma-  
ni Babylonicæ impietatis tyrannide uindicerent, liberentq;. Quod tamen  
omnibus certatim pro uirili connitendum esse ducam, præcipue tamen  
ijs, quos deus Opt. Max. raris, pulcherrimisq; ingenij dotibus locuple-  
tauit, non desidia intermoriendis, aut ociose sine fruge fouendis, sed in  
communem Christianæ Reipub. salutem ac felicitatem usurpandis. Etes-  
nim prout cuiq; plus minusue creditum est a summo Deo, ita quoq; plus  
uel minus conferre debet ad restaurandam Ecclesiam, non manu factam,  
sed mysticam illam & uiuentem, cuius caput Christus & fideles omnes  
membra sunt. Quamobrem mirari satis nequeo, quorundam hoīm stu-  
porem, ne dicam an stultitiam, quibus persuasum est abunde bene colloca-  
tam minam suā, si modo ipsi dent operam, ut suam uitam Deo probent,  
proximi salutē pedibus trahi patientes. Hi mihi ignorare uidentur, perinde  
enormiter delinquere qui fratrem erroribus inuolui, ac perire dissimulat,  
atq; si se authore periret. Vnde mihi libet in tales exclamare cum Dauide:  
Viquequo diligitis paruuli uanitatem, & stulti quæritis mendacium. Sa-  
pientia abscondita, inquit, sapiens, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utris-  
que? Itaq; eloquium suum Deus tradidit, non sub terram cōdendum, sed  
in usum aliorū dum fceneramur, erogandum. Vidit illud homo ethnicus  
Plato, sine sapientia sapiens ad Architam Tarentinum in hunc modū scri-  
bens: Ἀλλὰ κακῆ νο δ' ὅτι ἐπιθυμῶντες, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ' ὀντῶ μόνου γέγονεν, ἀλλὰ ἐν γει-  
νέσιω ἡμῶν ὁ μὲν ἂν παρὶς μερῶν, ὁ δ' ἂν διλοιοποῖ ἔλλοι. Id est: Illud quoq; te cogita-  
re oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri partem si

bi patriam, partem parentes, partem reliquos amicos uindicare. Laudandum igitur est tuum atque adeo totius familiae uestrae consilium, quibus satis non est ipse pie Christianeque uiuere, uerum & proximum eodem adducere propositum est, neque quicquam a uobis praetermittitur quod istuc profore uideatur. Quod licet unus Dionysius a Rickel uestra opera, ac impensa bona ex parte, in lucem editus, locupletissime testetur, innumera tamen & alia non minus illustria exempla uestrae diligentiae extant praecellissimorum scriptorum, (quos ex plus quam Cimmericis tenebris eruistis) posteris traditorum. Atque istuc ipsum confirmat quod me, alioqui profectui tam pietatis quam rei literarum studiosissimum, eodem zelo crebris improbisque hortatibus inflammare & urgere non desistis, ut hunc clarissimum uirum Iohannem Cassianum, auditorem & discipulum olim D. Iohannis Chrysostomi, meo prelo excudendum subijcerem, cuius pietatem ne an multarum rerum cognitionem mirare magis dubites: qui hoc studio egisse cernitur ut posteris uitae pie ac monasticae instituendae certam absolutamque formam relinqueret. Dignus est idcirco qui nunquam de manibus maxime religiosorum, deponatur, propter sancta salutariaque, quae continet dogmata. Si qui forte Critici nimis morosi aut uutiligatores acerbi strigiosiores ridentes dictionem, uerborum phaleras, phrasasque lenocinia desiderabunt, illi non intelligere mihi censentur, simplicem esse, iuxta prouerbium, ueritatis orationem, ac quanto pluris referat, pietatis sanctimoniamque quam eloquentiae miraculum relinquere. Quin impudentes sycophantae falso criminabuntur uirum bonum infantiae, qui eum non in suo, hoc est Graeco, idiomate legerint, quum Graeci, sine aliqua controuersia Latinos multis parasangis orationis ornamentis ac dictionis uarietate superent. Interpretem iterum, semel uersus, inuenit Dionysium uestrum a Ryckel, hominem de sacris literis optime meritum, qui ipsi auctori fide, diligentia, scientiaque nihil cedit. Hic motus studio precibusque fratrum, ut ipse ait in prolog, & perplexitate prioris translationis, ab integro planiore apertioreque stylo eundem retexere non est grauatus, in quo adeo nihil eum fefellit, ut etiam uincat multorum de se expectationem. Non iniusta sane pium uirum ad hoc laboris impulit causa, nimirum studium multis conferendi. Siquidem quorsum attinet multa scribere, si ita scribas ut nemo quid uelis assequatur? sitque opus ad singulas periodus haerenti lectori Oedipo coniectore: partim argumenti raritate, partim filo orationis perobscuro difficultatem pariente. Quid hoc aliud est, quam mentis sensa, ueluti <sup>mus hinc</sup> tegere? Aut igitur tacendum est, aut loquendum ut intelligaris. Quocirca magna est habenda gratia, candori, fidei, uigilisque summi uiri, qui noluit hunc auctorem uni alteriue, sed multis prodesse. Eiusmodi auctores studiis tuis bellissime congruunt pie pater, quibus id uiribus omnibus meditaris, ut extirpato haereseos lolio, falce in segetem domini missa, purissimum triticum in horreum colligas, & ecclesiam undique paradoxorum

rum febribus aestuantem, sanam defecataque reddere queas, in aprorum efferorum & rugientium leonum oribus obstruendis obruendisque. Meretur tuam sedulitatem in hoc pulcherrimo negotio nihil pertinax aduersariorum fastus & deplorata malitia (quae ueritate tandem inualecente, tanquam nix in sole colliquefcet) quo minus strenue impigreque pergas, dignum te, dignum professione fama que tua usque conari. Age sumant hi neoterici dogmatistae suas cristas, cornicumque oculos ad tempus configant, atque in patrios orthodoxorum Ecclesiae doctorum cineres impune meiant, inspiciet aliquando, & si fero, suam diphtheram Iupiter, bibentque mali tempestiue impietatis suae fecem, cum tarditas supplicij grauitate compensabitur. Crepient arma bellicumque inclament, nihil proderit ipsis sua pyrriches; Nouit deus patientiae suae modum, nouit aliquandiu ad scelera nostra coniuere, uerum ubi uidebitur satis indultum furori, nostraeque pertiaci malitiae, habet in promptu ad poenam sua fulmina. Errat, errat grauius qui nequitiae suae impunitatem sibi promittit a Deo, cuius iustissimo iudicio nihil perinde reclamatione fallunturque misere qui fucum facere, uerba que dare illi sperant, cuius oculis, teste Paulo, omnia nuda & aperta sunt, imo ipsi inimi cordis recessus. Atque illud etiam Ethnici poetae Pindari in Olympijs confirmat sententia. *ει θεου, ηνκειης, ανη τις ελπειται τι λαθε μωυ ερσων αμαρταναι.* Hoc est. Quod si deum sperat quispiam se falsurum, cum agit aliquid, errat. Non est ideo desperandum fortuna in prospera malorum, aderit ipsis nimis cito Temeseus genius, cui magnas satis insolentiae, licentiaeque suae poenas persoluent. A nobis esse illum, in quo Paulus se omnia posse gloriatur, confidamus, hic te tuique similes animabit, uiresque suggeret ad hoc quod cogitas, non modo feliciter sed & libenter expediendum, neque pietissimis tuis studiis deerit, purificator ille omnium spiritus sanctus, ut tandem ecclesiae Christianae concordia & uerae syncereque fidei robur, multis ab hinc annis exoptatum redeat. Quod donare dignetur deus clementissimus, qui tuam paternitatem sospitem ac incolumem diu conseruet. Coloniae ex nostra Calcographia XVI. CA-

LENDAS IULII.

\*

# DOCTISSIMI

VIRI IOHANNIS CLIMACI

ci uita, ex Iohanne Tritenhemio religiosissimo uiro Abbate Spanhemensi, contexta.



**I**OHANNES CLIMACVS, quod latine sonat schalasticus, abbas montis Synai, uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio excellens, mitis, & humilis, uita & conuersatione deuotus atq; sanctissimus, cum adhuc sedecim esset annorum, mundum cum suis oblectamentis deseruit, & in dicto cenobio monachum se fieri instantissime petijt & obtinuit. Deinde post annos decem & nouem cum iam solitarius pugnare & uincere secundum regulam monachorum didicisset, cum licentia abbatis sui heremum petijt, in qua multis annis in omni sanctitate solus cum deo habitauit. Postremo cum uita eius sanctissima omnibus innotuisset, unanimi consensu in abbatem eligitur, & renitens, ad cenobium reuocatur. Scripsit ad Iohannem abbatem de Raychu opus celeberrimum, & pro institutione monachorum ualde accommodum, habens sermones triginta quod praenotatur.

De triginta gradibus. lib. I. A bono & super bono.  
Ad pastorem sermonem. lib. I. In inferiori quidem libro.  
Epistolas plures ad monachos. lib. I.  
Et quaedam alia.

In quibusdam locis, maxime ubi de hominis spiritalis mortificati impassibilitate tractat, a modernis theologis reprehenditur, sicut apud Iohannem de Gerson in certis tractatibus inuenitur. Claruit circa tempora Constantini, Constantij & Constantis, fratrum imperatorum, qui regnauerunt. Anno domini.

CCCXLVI.

DOCTIS

# DOCTISSIMI

VIRI IOHANNIS CASSIANI

uita, ex Iohanne Tritenhemio religiosissimo uiro Abbate Spanhemensi, contexta.



**I**OHANNES CASSIANVS, natione Scyta, beati Iohannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi quondam auditor atq; discipulus, & ab eo diaconus ordinatus, post aliquot annos ab eodem, nescio propter quam causam expulsus, apud Massyliam presbyter consecratus, duo monasteria, uirorum scilicet & mulierum, condidit, in quibus regularis disciplinae feruor magnus, pluribus annis permansit. Scripsit experientia magistra plura opuscula, in quibus etiam apud interpretem uenustas eloquij conspicitur. E quorum numero feruntur. Rogatus a Leone archidiacono, postea Romanae urbis episcopo, scripsit aduersus Nestorem haeticum.

De incarnatione domini lib. VII.  
De institutis monachorum lib. III. De institutis ac re.  
De octo uitij capitalibus lib. VIII. Quintus nobis iuuante.  
Collationes sanctorum patrum lib. XXIII. Cum in heremo Scyti.  
In his collationibus sanctorum utilis & necessaria monachorum instructio est, sed quia per beatum Prosperum de arbitrij libertate in certis reprehenditur, opuscula eius inter apocrypha computantur. Moritur tandem post multorum aeditionem librorum apud Massyliam non sine opinione sanctitatis, Theodosio & Valentiniano regnantibus.

Anno Domini  
CCCCXXXV.

(\*)

# FORVM QVAE

## PRÆCIPVA IN IOHANNIS CAS-

fiani opere subsequente a D. Dionysio Carthu-

fiano translato, sparsim pertractantur.

Index alphabeticus.



Abbas Iohannes rigat lignum aridum, libro 4. A	Actualis perfectio duplici ratione subsistit, collat. 14. C
Abbas Pymiphus fratrum pedibus prouoluit, lib. 4. Gg	Actualis perfectio erga multa studia dicitur, collat. 14. D
Abbas Macharius mortuum suscitatur, collat. 15. C	Actuum præteritorum recordatio quousque fit habenda, collat. 10. G
Abbas Abraham uera mulieris arida late abundare facit, & claudum curat, collatione 15. D. E	Adam uniuersarum rerum naturas nouit, collatione 8. X
Abbas Pafnuius prosternit se ad ueniam in limine ecclesie, collat. 18. P	Agonis carnalis similitudo ad certamen spiritale, libro 5. M
Abrenunciatio quid sit, lib. 4. LL.	Agonis spiritualis fundamentum, in quo collocetur, libro 5. R
Abrenunciatio non prodest si implicamur dimissis, libro 4. Nn	Agonis mundialis purificatio, libro 6. F
Abrenunciatio preparatio contra tentationes, libro 4. Pp	Ambidexter uir perfectus figuratim nuncupatur, collat. 6. R
Abrenunciatio ad perfectionem sine charitate contendens, collat. 3. F	Amicitiarum genera diuersa sunt, collatione 16. B
Abrenunciationum tria genera, collatione 3. CFG	Amicitia indissolubilis uirtutum paritate foederatur, collat. 16. C
Abrenunciatio exterior non prodest absque interiori, collat. 3. G	Amicitia perpetua tantum inter perfectos stare potest, collat. 16. E
Abrenunciatio malorum describitur, collatione 4. VX	Amicitia quomodo possit inuolabiliter retentari, collat. 16. F
Abstinentia spiritualis puritatem cordis generat, libro 5. X	Amicitia iuramento firmata indurpe stare non possunt, collat. 16. Ee
Abstinentia corporalis quare exerceatur, libro 5. Y	Amor dei comparatur uiro, qui a muliere deseritur, collat. 13. H
Abstinentia senis comedentis & adhuc esurientis, libro 5. Bb	Anachoritarum principium & ordo, collatione 18. F
Abstinentie temperamentum quomodo fit seruandum, collat. 21. Y	Anachoritarum qualia loca debeant expetere, collat. 14. C
Abstinentiam nostram celare debemus, collatione 5. T	Angelum satanae pro angelo lucis suscipit Hero, collat. 2. E
Abstinentiam cum interdum tentatio carnis sequitur, collat. 22. BC	Angeli non sunt putandi immutabiles esse nature, collat. 6. Q
Acedie natura describitur, lib. 10. A	Angeli creati probantur ante celum & terram, collat. 8. G
Acedia quanta dispendia inferat menti, libro 10. B	Angelorum lapsus & diaboli describitur, collatione 8. H
Acedia quibus generibus superat monachum, libro 10. C	Angeli duo singulis hominibus sunt deputati, collat. 8. R
Acedia caecat mentem ab omni uirtute, libro 10. D	Anima perpetuitas & natura describitur, collatione 1. O
Acedia duplex est impugnatio, lib. 10. E	Anima & aquarum molae comparatio, collatione 1. S
Acedia capri quomodo collabitur, lib. 10. F	Anima decor & fceditas, in quibus consistat, collat. 6. H
Actionis ordo mutatur sine culpa propter effectum studij, collat. 17. O	

Animarum tres sunt status, collat. 4. T  
 Animæ mobilitas, collat. 7. C  
 Animæ status & virtus, collat. 7. C  
 Anima naturaliter nunq̄ potest esse otiosa, collat. 7. D  
 Animæ perfectio & similitudo, collat. 7. E  
 Animæ mobilitas plumæ vel pennulæ cõs paratur, collat. 9. D  
 Anima immunda nõ tradere nec percipere potest scientiam s̄ irritalem, collatio ne 14. O  
 Animæ naturaliter insunt semina virtutum, collat. 13. M  
 Animæ motus tripartitus distinguitur, collatione 24. P  
 Animæ pars inferior primo succumbit tentationibus, collat. 24. R  
 ¶ Archebij episcopi vita laudabilis, libro 5. Oo  
 Arma Christianorum quæ sint, quæ ad præliorum exercitia præparentur, collatione 7. I  
 Artes omnes proprium finem habent, collatione 1. B  
 Artis Magicæ author quis fuit, collat. 8. X  
 ¶ Athletis Christi in corpore constitutis pugna non deest, libro 5. T  
 ¶ Auaritiæ morbus quàm perniciosus sit, libro 7. B  
 Auaritiæ morbus difficulter repellitur, libro 7. F  
 Auaritia vnde generetur & quanta mala ipsa generet, libro 7. G  
 Auaritia omnes virtutes impedit, lib. 7. H  
 Auarus monachus non potest permanere fixus in cenobio, libro 7. I  
 Auarus monachus graui labori se subicit libro 7. K  
 Auari monachi requirunt fœminas pro custodia pecuniarum, libro 7. L  
 Auaritiæ morbus triplex esse diffinitur, libro 7. O  
 Auari monachi testimonio colorato se defendunt, libro 7. Q  
 Auaritia superatus ignominiosus reddit, libro 7. V  
 Auaritia qualiter debeat superari, libro 7. X  
 Auarus esse potest non habens pecunias, libro 7. Y  
 Auaritia non potest vinci, nisi nuditate, libro 7. Aa  
 Auaritia prauum exitu fortitur, lib. 7. Bb  
 Auaritia lepram animæ infert, lib. 7. Cc  
 Auaritia victoriam nuditate conquirat, libro 7. Ec

Auaritiã vincere potest perseverans in monasterio, libro 7. Hh  
 Auaritiæ naturalium vitiorum differentia, collatione 5. H  
 Autoritatem quidam annorum numero sitate vsurpant, collat. 2. N  
 Author huius libri binominis fuit, lib. 5. P  
 Author huius libri non tantum audita, sed visa narrat, in prologo secundo, qui incipit: Sicut.  
 Author monachorum in primordio fidei quis fuit, libro 2. E  
 Authores à quibus cingulus monachorum habet exordium, libro 1. B  
 Authores baculorum qui à monachis deferuntur, libro 1. I  
**B**aculus quare deferunt monachi, libro 1. I  
 Basilij sententia de virginitate sua, libro 6. T  
 Basilij sententia contra auarum monachum, libro 7. T  
 ¶ Bella carnalia non obtinens spiritualiter pugnare non potest, libro 5. Q  
 Bellum auaritiæ extra naturam esse dicitur, libro 7. A  
 Beneficium nuditatis nõ prodest cupidis, libro 7. Y  
 ¶ Blasphemus traditur immundissimo spiritali, libro 12. V  
 ¶ Bonitas humana si diuinæ bonitati comparetur non est bona, collat. 23. D  
 Bono summo nemo potest iugiter intendere, collat. 23. E  
 Bonum principale consistit in diuina contemplatione, collat. 1. H  
 Bonum, malum & medium huius mundi, collat. 6. C  
 Bonum velle confortat & dirigit deus, collatione 13. L  
 Bonum principale nõ propter inferius bonum debet exerceri, collat. 21. P  
 Bonum principale quomodo à cæteris bonis discernatur, collat. 21. Q  
 Bonum multiplex consummauit Paulus apostolus, collat. 23. B  
 Bonum qd apostolus se perficere non potest testatur, collat. 23. C  
**C**alceamentis quare non sint vni monachi in Aegypto, libro 1. K  
 Carminum secularium quomodo possunt obliuisci, collat. 14. MN  
 Carnis vocabulum in scriptura diuersimode exponitur, collat. 4. K  
 Castitas sanctimonia nũcupat, lib. 6. P. Q  
 Cas

Castitatis & continentie differentia, libro sexto D & collat. 12. L  
 Castitas peculiaris gratia est inter munera dei, lib. 6. F  
 Castitatis custodiam augere debet præmium, lib. 6. R  
 Castitas sine humilitate obtineri non potest, lib. 6. S  
 Castitas excellens abbatis Sereni, collatione 7. AB  
 Castitatis gradus & differentie describuntur, collat. 12. G  
 Castitatis naturã inexperti cognoscere nõ possunt, collat. 12. H  
 Castitatis perfectæ signa, collat. 12. H  
 Castitati non nocet carnis commotio accedens per somnium, collat. 12. K  
 Castitatis dulcedinem soli agnoscunt, qui experiuntur, collat. 12. N  
 Castitatis possibilitas in quo tempore possit agnosci, collat. 12. P  
 Castitatis finis debitus, collat. 12. Q  
 Castitatem imaginariã philosophi habuerunt, collat. 13. E  
 Castitatis instrumenta absq; auxilio dei retinere non possumus, collat. 13. F  
 Castitatis exemplum famosum agricolæ, collat. 14. G  
 Castitatis perfectæ reuelatio, collat. 15. K  
 ¶ Cellam deserere quantum detrimentum sit, collat. 6. P  
 Cellam tradit fratribus cum utensilibus suis Archebius, lib. 5. Oo  
 Cellulas repetere & inhabitare qualiter debeamus, lib. 2. P  
 Centurio euangelicus tenet similitudinem animæ perfectæ, col. 7. E  
 ¶ Cenobitæ qualiter in cõgregatione viuere debeant, lib. 4. Ss  
 Cenobitarum professio, quibus authoribus sit instituta, col. 18. E  
 Cenobitarum vtilitas ad differentiam eremitarum, col. 19. F  
 Cenobij & monasterij differentia, collatione 18. K  
 Cenobij & solitudinis fructus describuntur, col. 19. H  
 ¶ Chananeorum terra quondam fuit femini seni deputata, col. 5. Aa  
 Charitatis perpetuitas describitur, collatione 1. L  
 Charitatis sublimitatem quibus gradibus ascendere debeamus, col. 11. G  
 Charitatis affectu declinantes vitia, collatione 11. H  
 Charitas de seruis facit filios & imaginem dei confert, col. 11. I  
 Charitatis perfectio est pro inimicis orare, col. 11. K  
 Charitate nihil preciosius inueniri potest, col. 11. M  
 Charitati nihil est præponendum, collatione 16. G  
 Charitas nõ solum res dei, sed etiam deus est, col. 16. N  
 Charitatis gradus describuntur, collatione 16. O  
 Charismatum donatio tripartita diffinitur, col. 15. A  
 Charismatũ dona non in mirabilibus, sed in virtute consistunt, col. 15. G  
 ¶ Cheremonis abbatis gr̄as, incessus & excusatio, col. 11. D  
 Cheremonis abbatis verba de castitate, collatione 12. A  
 ¶ Christus quomodo solus absq; peccato tentatus sit, col. 5. E  
 Christus qua ratione tentatus sit à diabolo, col. 5. F  
 Christus cur aut humilis aut glorificatus appareat, col. 10. F  
 Christus non tantum facti, sed & voluntatis inspector est, col. 16. Y  
 Christus solus absque peccato, collatio ne 22. I  
 Christus solus absq; vulnere peccati, victi diabolus, col. 22. K  
 Christus solus venit in similitudinem carnis peccati, col. 22. L  
 Christus tẽtatur in vitijs, quibus & primus homo tentatus est, col. 5. F  
 ¶ Cibi quotidiani optimus modus, collatione 2. T. X. V. & Y  
 Cilinam vestẽ quare patres refutauerunt, libro 1. C  
 Cingulus monachorũ à quibus ortum habuerit, lib. 1. B  
 Cinguli spiritualis sacramentum, lib. 1. M  
 ¶ Cogitationes prauas quomodo excludere debeamus, lib. 6. N  
 Cogitationum status describitur, collatione 1. R  
 Cogitationum nostrarum triplex principium, col. 1. T  
 Cogitationum quadruplex discretio, collatione 1. Y  
 Cogitationum discretio ad similitudinem numularij, col. 1. V  
 Cogitationes senioribus patefacere debemus, col. 2. L

IN IOHANNE M CASSIANVM

Cogitationes nostras quomodo cognoscant  
dæmones, collat. 7. P  
Cogitationes nostras dæmones quibusdā  
coniecturis eliciunt, collat. 7. Q  
Cogitationes bonæ difficilius custodiuntur  
quàm concipiuntur, collat. 9. E  
Cogitationum mutabilitas, collat. 10. N  
Cogitationum suarū arcana manifestant,  
collat. 24. A  
Cogitationes suas quomodo debeat mo-  
nachus custodire, collat. 24. F  
Cognitio spiritualium rerum apprehenda-  
tur, collat. 24. B  
Colobis quare vtantur monachi, lib. 1. E  
Comedere & bibere extra mēsam quàm il-  
licitum sit, lib. 4. S  
Comedendi tempus atque mensura, colla-  
tione 21. Z  
Cōmōtiones nostro vitio, non alioz exci-  
tantur in nobis, lib. 9. EF  
Comparatio eius qui destinata ferire con-  
tendat, collat. 1. E  
Communionē dominica nunq̄ se dignum  
aliquis iudicare debet, collat. 22. F  
Concupiscentias carnis qualiter extingue-  
re debeamus, lib. 5. L  
Concupiscentia spiritus quid sit, collatio-  
ne 4. L  
Concupiscentia carnis aduersus spiritum,  
quid nobis proffit, collat. 4. P  
Concordia sex vitioz & dissidentia duoz  
ab eisdem, collat. 5. K  
Confidentiaē propriæ periculum, collatio-  
ne 2. L  
Compunctionum causæ diuersæ sunt, col-  
latione 9. Cc  
Compunctionum diuersæ sunt qualitates,  
collatione 9. Dd  
Consiliū pauperū & simpliciū non respue-  
re, in prologo secūdo, qui incipit Sicur.  
Cōsilio fideli anxietas magna remouetur,  
collatione 17. C  
Contemplationis conatus ad similitudinē  
Mariæ & Marthæ, collat. 1. H  
Contemplatio dei multifarie concipitur,  
collatione 1. P  
Contentiones religiosorum pro vilibus re-  
bus, collat. 1. F  
Contemnentes magna occupantur aliquā  
do, collat. 4. X  
Cordis stabilitas quomodo possit acqui-  
ri, collat. 10. O  
Correptionum diuersarū regulæ, lib. 4. Q  
Criminosum habetur si quis suum quip-  
pam dixerit, lib. 4. N  
Crux nostra timor domini est, lib. 4. Mm  
Crux impressa pectori & fronti non finit  
dæmones approximare, collat. 8. S  
Culpæ fratrum quomodo puniantur, li-  
bro 4. Q  
Culpæ leuiores fuerūt nōnullis causa mor-  
tis, collat. 6. L  
Danielis abbatis vita describitur, col-  
latione 4. A  
Debitū creditoribus pro matre persol-  
uit Archebius, lib. 5. Pp  
Decipientis & decepti poena innuitur, col-  
latione 8. L  
Decimas fideliter offerentes commendan-  
tur, collat. 21. B  
Decimarum & primitiarum oblatio, colla-  
tione 21. C  
Dei voluntate vel permissu cuncta gerun-  
tur, collat. 3. Y  
Deo quædam ex consuetudine naturæ no-  
stræ ascribimus, lib. 8. C  
Deo membra humana quare ascribuntur,  
libro 8. D  
Deus solus incorporeus dicitur, collat. 7. N  
Deus nihil quod substantialiter malum sit  
creauit, 8. F  
Deus in adiutorium meum intende, quan-  
tæ sit virtutis, collat. 10. K  
Deus sæpe inuitos nos trahit ad salutē, col-  
latione 13. F  
Deus diiudicat vniuersa secundum præsen-  
tes actus hominum, collat. 17. Cc  
Dæmones quid possint in cogitationibus,  
& quid non possint, collat. 7. P  
Dæmones certi vnicuique vitio plati sunt,  
collat. 7. R  
Dæmones quem modū in pugnatione ser-  
uent, collat. 7. T  
Dæmones sunt vnus fortitudinis ad ten-  
tandum, collat. 7. V  
Dæmones non sine labore cōfigunt cum  
hominibus, collat. 7. X  
Dæmones non habent potestatem lædens-  
di, nisi permissi à deo, collat. 7. Y  
Dæmonum potestas imminuta est, colla-  
tione 7. Z  
Dæmones quomodo sibi aditum præparēt  
in corporibus hominum, collat. 7. Aa  
Dæmonum diuersa sunt studia & volunta-  
tates, collat. 7. hH  
Dæmoniorum genera contra iustos dimi-  
cantia, collat. 7. hH  
Dæmonum inquietudo quam in aere sem-  
per exercent, collat. 8. M  
Dæmonum casus & initium lapsus eorun-  
dem,

INDEX ALPHABETICVS.

dem, collat. 8. HK  
Dæmonum pugna quam aduersus seipfos  
commouent, collat. 8. N  
Dæmonum subiectio quam suis principi-  
bus exhibent, collat. 8. Q  
Dæmones nihil aduersus homines præua-  
lent, nisi prius mentes possiderint, colla-  
tione 8. T  
Derelinqui interdū à domino vile nobis  
est, collat. 4. F  
Diabolus nostro fini semper insidiatur,  
libro 4. Oo  
Diaboli illusiones quibus incautos decip-  
pit, collat. 1. V  
Diabolus in claritate apparens creditur es-  
se nuncijs iustitiæ, collat. 2. G  
Diaboli peccatū quare sine remedio & ve-  
nia sit, collat. 4. O  
Diabolus nullum decipere potest, nisi eum  
qui præberit suæ voluntatis consensum,  
collat. 7. H  
Diabolus quomodo dicatur mendax & pa-  
ter eius, collat. 8. Bb  
Diffinitionibus apostolorū & patrum non  
nostris viuere debemus, lib. 7. S  
Diffinitionibus proprijs confidens perfe-  
ctionis culmen ascendere nō potest, col-  
latione 2. Aa  
Diffiniendum nullis est de his, quæ ad vsum  
humanum pertinent, collat. 17. Hh  
Diffinitio immobilis, in quibus sit tenēda,  
& in quibus rescindenda, collat. 17. Ff  
Diffinitio incauta veniabiliter mutat, col-  
latione 17. H  
Diffinitionibus nostris nō debe-  
mus obstinate adherere, collat. 17. Bb  
Discretio inter nobilissima spiritus sancti  
dona numeratur, collat. 2. A  
Discretio quāta bona cōferat religioso, col-  
latione 2. B  
Discretionis bonū multipliciter (lat. 2. B  
in scripturis cōmendatur, collat. 2. D  
Discretionis imperitia sunt decepti Saul &  
Achab, collat. 2. C (B  
Discretio principaliter ducit ad deū, col. 2.  
Discretionem appetere debemus, col. 2. Q  
Discretio vera quomodo possideat, col. 2. K  
Discretiois impitiam decepti, col. 2. E. F. G. H  
Dispensatio dei inscrutabilis est, col. 13. K  
Dissentio quibus de causis nascat inter spi-  
ritales, collat. 16. H  
Dissentionum causæ spiritalis sunt impu-  
tandæ, collat. 16. I  
Directio cordis in deum, collat. 1. N  
Dilectio naturaliter inest omnibus animā-  
tibus secundum genus suū, collat. 16. B  
Diluuiio iuste puniti sunt, qui ante peccau-  
erunt, collat. 8. Aa  
Docere alios posse præsumentes, corri-  
piuntur, collat. 24. Q  
Dominicæ diei cōsuetudo ad differentiam  
aliorum dierum, lib. 3. L  
Dormire quare post matutinas dissuadeat-  
ur, lib. 2. N. E  
Dormire quando sit vituperabile & quan-  
do laudabile, lib. 5. Ff  
Diuitiarum triplex genus, collat. 3. I  
Diuitias corporales tantū relinquēs, perfec-  
tus esse non potest, collat. 3. K  
Ebrietas non tantum ex vino causatur,  
libro 5. F  
Eligi quis debeat in prælatum, lib. 2. C  
Epitole parentum comburuntur anteq̄  
leguntur, lib. 5. li  
Eremita quæ in Diolco descriptio, lib. 5.  
collatione 18. A  
Eremum expetere cur debeamus, & profes-  
tus eius quis sit, lib. 8. R  
Eremita quæ est iuxta vicum Thecæ descri-  
ptio, collat. 6. A  
Eremus in qua Cheremon, Nesteros & Io-  
seph cōuersabantur, collat. 11. C  
Eremum quare reliquit abbas Iohannes,  
collat. 19. C  
Eremita cōmoda describuntur, collat. 19. E  
Eremum petentes non bene instituti peri-  
culo se tradunt, collat. 19. K  
Eremita quomodo possit vitia sua agnosce-  
re, collat. 19. M  
Eremum intrans nōdum à vitijs purgatus,  
quomodo possit sanari, collat. 19. O  
Error hæreticoz detestabilis de Christo  
& latrone, collat. 1. O  
Errores non vere renunciantium manifes-  
stat senex, collat. 24. B  
Esca delicatissima apud Aegypti mona-  
chos quæ sit, lib. 4. L  
Esca quo sine sumenda sit, lib. 5. H  
Esca sumendæ tempus excedere nō debe-  
mus, lib. 5. V  
Esca monachi qualis esse debeat, lib. 5. Z  
Escam in cella senex nunquam solus acci-  
piens, lib. 5. Cc (collat. 8. C  
Esca multiplex sanctarum scripturarum,  
Euāgelij gratia quid cōferat perfectis &  
infirmis, collat. 21. F  
Euāgelij sub gratia an sub legis terrore ve-  
limus consistere, situm est in nostra pos-  
testate, collat. 21. G  
Euangelicæ perfectionis gratia, quomodo qs  
probetur esse subiectus, collat. 21. L  
Euagatione corporis magis aggrauatur, q̄  
rele

releuatur anxietas cordis, collat. 24. E  
 Eunuchorum tepor describitur, collat. 4. R  
 Exauditiōis indicia sunt multa, col. 9. I  
 Exauditiōis diuersae sunt causae, colla. 9. L  
 Excusatio Cassiani de institutis patrū scribendis in prologo II. qui incipit: Sicut.  
 Excitator fratrum solita hora debet cōmone-  
 nere fratres, lib. 2. R  
 Exempla perfectionis ab vno vel à paucis  
 experere debemus, lib. 4. R  
 Exempla virtutum à paucis vel rarissimis  
 sumamus, collat. 3. G  
 Exemplum de auaro monacho, lib. 7. L  
 Exemplum de Iuda contra morbum auaritia-  
 ritiae, lib. 7. Z  
 Exemplum de fratre acedioso, lib. 10. Y  
 Exemplum regis Ezechiae vana gloria desic-  
 cti, lib. 11. K  
 Exemplum regis Oziae vana gloria super-  
 rati, lib. 11. L  
 Exemplum Ioas regis Iudae, quid propter  
 superbiam meruerit, lib. 12. X  
 Exemplum fratris ieiunium deserentis pro-  
 pter indebitum finem, collat. 1. Aa  
 Exemplum de rustico qui castitatem cum  
 vxore sua tenuit, collat. 14. G  
 Exemplum patientiæ de quadam femina,  
 collat. 18. O  
 Exemplum patientiæ de beato abbate Paf-  
 natio, collat. 18. P  
 Exemplum de fratre qui dæmonum cater-  
 uam vidit, collat. 7. Q  
 Exemplum de fratre, qui propter pollutio-  
 nes à cōmuniōne abstinit, collat. 22. F  
 Expositio illius: Exerctatio corporalis ad  
 modicum vtilis est, collat. 1. K  
 Expositio dominicæ orationis, collat. 9. S  
 Expositio illius: Omnibus oia factus sum,  
 collatione 17. Y  
 Expositio versiculi: Præueni in maturitate  
 & clamauit, collat. 21. Cc  
 Expositio illius: Non quod volo bonum facio,  
 sed quod odi malum, hoc ago, col. 23. ABCP  
 Expositio illius: Cōdelector legi dei, secun-  
 dum interiorem hominem, collat. 23. L  
 Expositio illius: Scimus, quoniam lex spiri-  
 talis, collat. 23. M  
 Expositio illius: Scio quod non habitat in  
 me, hoc est, in carne mea bonum, colla-  
 tione 23. N  
 Expositio illius: Iugum meum suauis est.  
 collatione 24. Z  
**F**Abula de tonsoris mercede composita,  
 collat. 24. N  
**F**icus deferentes ægrotanti, fame moris

untur, lib. 5. Rr  
 Fides vera à solo deo præstatur, collatio-  
 ne 3. Q  
 Filij dei acceperunt in vxores filias homi-  
 num, collat. 8. X  
 Finis in omnibus est cōsiderandus, col. 17. I  
 Finis cœnobitæ quis sit, collat. 19. H  
 Finis eremitæ quis sit, collat. 19. H  
**F**lagitiorum recordatio quanta mala in-  
 ferat, collat. 20. I  
**F**ornicatio duplici fine debellari debet,  
 libro 6. A  
 Fornicatio studio humano non potest euin-  
 ci, lib. 6. E  
 Fornicatio vnde principaliter procedat, li-  
 bro 6. B  
 Fornicationem & immunditiam mortifice-  
 care debemus, collat. 12. C  
 Fornicationis recordatione tenuissimam ad-  
 mittere non debemus, collat. 19. Q  
 Fornicatio quadruplex in scripturis inue-  
 nitur, collat. 14. D  
**F**ratrum confortia propter rationem nobis  
 factam non debemus deserere, lib. 9. G  
 Fratrum cōmunionem dissimulatione con-  
 tentiosa corroborantes, collat. 16. P  
 Fratrum inimicitiam quantum noceant spi-  
 talibus viris, collat. 16. Q  
 Fraude & iritatione ducentes ad iram, col-  
 latione 16. S  
 Fructus studij spiritalis duorum patrum des-  
 cribitur, lib. 5. Dd  
 Fructus penitentiae 15. describuntur, colla-  
 tione 20. H  
**F**undatus imperfecte ad deteriora mala  
 prolabitur, lib. 12. Cc  
 Furtum commissum purgatur per veram  
 confessionem, collat. 2. L  
 Furtum innocenti impingens, à diabolo possi-  
 detur, collat. 18. P  
**G**ratiarum actiones pro multis referre  
 deo debemus, lib. 12. S  
 Gratiarum actiones dicuntur, cum quis  
 beneficia dei recollit, collat. 9. O  
 Gratia dei humano conatu cōpensari non  
 potest, collat. 13. N  
 Gratia dei transcendit humanæ fidei angu-  
 stias, collat. 13. Q  
 Genera singulorum vitiorum quot sint, col-  
 latione 5. L  
 Gentium septem significatio describitur,  
 collatione 5. Q  
 Gētium septem numerus & octo, quomo-  
 do debeat intelligi, collat. 5. RS  
 Gentes septem cur iubeantur interfici, &  
 vna

vna mandetur deserere, col. 5. T  
 Gentes decem cur deus prædixerit Abrahæ  
 expugnandas ab Israhel, col. 5. Y  
 Genuum flexio quomodo teneatur à vespe  
 re sabbati vsq; & c. lib. 2. S  
 Gulæ vitium principaliter expugnandum  
 est, lib. 5. CL  
 Gulæ concupiscentia quomodo possit sus-  
 perari 5. O  
 Gulæ & fornicationis passio & curatio, col-  
 latione 5. D  
 Gulæ natura ad similitudinem aquilæ com-  
 paratur, col. 5. V  
 Gulæ perseverantia quomodo nobis domie-  
 netur, collat. 5. X  
 Gulæ vitio deuictio laborandum est pro cœ-  
 teris virtutibus, col. 5. Cc  
 Gulosi experiri non possunt interioris ho-  
 minis pugnas, lib. 5. N  
**H**Abitus monachorum libro primo,  
 BCDEFGHI  
 Hæresis anthropomorphitarum vnde tra-  
 xerit originem, col. 20. E  
**H**ypocritis vtilis beati Pauli apostoli, col-  
 latione 17. V  
**H**ominis mors miserabilis, col. 2. E  
 Horas diuinas cum additiōe operis persol-  
 uunt, lib. 3. B  
 Horæ regulares vnde traxerint originem,  
 libro 3. C  
**H**umilitas præcella abbatis Pynuphij, li-  
 bro. 4. g & collat. 20. A  
 Humilitatis vera indicia, lib. 4. Q q  
 Humilitas & timor dei fundamenta euan-  
 gelica sunt, lib. 12. Hh  
 Humilitas sincera abbatis Iohannis, colla-  
 tione 19. B  
 Humilitari in veritate debent qui ad perfe-  
 ctionem tendunt, col. 23. K  
 Humilitas falsa cuiusdam fratris eleganter  
 irridetur, col. 18. L  
 Humilitas vera quæ sit, col. 18. L  
 Humi diu procumbentem orando duplex  
 vexat malum, lib. 2. G  
 Humorū genitalium abundantia quomo-  
 do castigetur, col. 2. Z  
 Humanitatem magnam ostendit beatus Se-  
 renus Cassiano, col. 8. A  
**I**aculis ignitis fauciat in incaute corrip-  
 ens, collat. 5. N  
**I**eiunium sabbati paschalis vnde factum  
 sit Romæ, lib. 3. K  
 Ieiuniorum regula vniformis non potest  
 ab omnibus custodiri, lib. 5. E  
 Ieiunij mensura quæ sit assumenda, lib. 5. I  
 Ieiunium quotidianum quādo solui debeat  
 & quando non, lib. 5. Aa  
 Ieiunia indiscreta & vigiliæ quanti pericu-  
 li sint, col. 2. R  
 Ieiunantes ex indignatione quam prophæ-  
 ni sint, col. 16. T  
 Ieiunio quidam laudem humanam aucupan-  
 tur, collat. 21. O  
 Ieiunium quale bonum sit, col. 21. N  
 Ieiunium non est principale bonum, colla-  
 tione 21. O  
 Ieiunij ratio & vtilitas describitur, collatio-  
 ne 21. R  
 Ieiunium non semper congruum esse dici-  
 tur, col. 21. S  
 Ieiunium cur resoluatur totis quadrages-  
 imæ diebus, col. 21. TV  
 Ieiunij relaxatio vtrum non obsit castitati,  
 collatione 21. X  
 Ieiunium quadragesimæ refertur ad anni des-  
 cimas, col. 21. Bb  
**I**llusio abbatis Iohannis describitur, col-  
 latione 2. X  
 Illusio nocturna vnde procedat, lib. 9. L  
 Illusionum illecebras quomodo à nobis re-  
 pellere debeamus, col. 55. F  
**I**mperatiue decreta mortem irrogant non  
 impleta, col. 21. O  
**I**ncentiuus carnis nisi humiliaremur gra-  
 uis teneremur, col. 14. Q  
 Incurrimus sæpius mendacium quodiam  
 nis necessitatibus, col. 17. V  
 Indicia veræ humilitatis, lib. 4. Q q  
 Indicia mentis ad purum excoctæ, lib. 6. Y  
 Indicia quibus superbia animæ inesse cog-  
 noscitur, lib. Ff  
 Indicia animæ ad mundum purgatæ, collatio-  
 ne 11. K  
 Indicia quibus interni motus probantur ex-  
 tincti, col. 15. K  
 Indicia quibus à peccatis nos absolutos ag-  
 noscamus, col. 20. E  
 Industria nostra nihil sine dei adiutorio præ-  
 ualet, col. 4. E  
 Inferiores non debent contemni in colle-  
 ctione, col. 16. M  
 Infirmitas carnis quomodo non possit ob-  
 esse puritati cordis, lib. 5. G  
 Infirmitas qui necdum sunt fundati mor-  
 bilitas, col. 14. F  
 Infirmi iniurias ferre non possunt, collatio-  
 ne 16. Aa  
 Iniuria victus infirmitate suam manifestat,  
 collatione 18. N  
 Iniurijs laceratus quomodo se habere de-  
 \* iij b eat



beat, collatione 16. Cc  
 Instrumenta perfectionis describuntur, lib. 2. G  
 Interrogare sapienter pars maxima intelligentiæ est, col. 10. I  
 Intellectus efficacia per experientiam colligitur, collatione 10. I  
 Inebriat mentem vana gloria, lib. 11. R  
 In verbo dei omni cautione vana gloria debet vitari, col. 14. R  
 In quo sit vtilis vana gloria, col. 5. M  
 Invidia difficilius curatur quam alia vitia, collatione 18. R  
 Ipsium Deum superbiæ malum aduersarium habet, lib. 12. G  
 Iohannis abbatis virtus eximia in theoretica vita, col. 19. D  
 Ira quanta mala generet, lib. 8. A  
 Iram non noxiam esse dicentes reprobantur, lib. 8. B  
 Iracundiæ iusta vel iniusta commotio, lib. 8. T  
 Iracundiæ nihil est postponendum, collatione 16. G  
 Iracundiam quomodo comprimere debemus, col. 16. Dd  
 Ira in quo nobis sit necessaria, lib. 8. G  
 Iram aduersus nos ipsos suscipere debemus libro 8. H  
 Iram protrahentes arguuntur, lib. 8. K  
 Iræ quis sit finis, lib. 8. L  
 Iram ad momentum non licet retentari, libro 8. M  
 Ira in veteri lege prohibetur, lib. 8. O  
 Iræ amputatio secundum Euangelium, lib. 8. TV  
 Ira solitarios etiam amarissime vexat, collatione 5. I  
 Iræ & discordiæ amaritudo sex remedijs amputatur, col. 16. F  
 Iræ natura breuibus verbis exprimitur, collatione 16. Dd  
 Iudicare neminem debemus, lib. 5. G  
 Iudicio proprio confidens à diabolo decipitur, collat. 16. L  
 Iugum meum suauis & onus meum leue est, quomodo intelligendum sit, collatione 24. Y  
 Iugum domini cur amarum & graue onus sentiat, collat. 24. Aa  
 Iurari & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, quomodo intelligatur, collatione 17. T  
 Iustum interficiens merito hic punietur, collatione 6. H

Iusto tam prospera quam aduersa proficiunt ad salutem, col. 6. I  
 Iustus vir non ceteris sed adamantino signaculo similis esse debet, col. 6. M  
 Iustus septies cadit & surgit, quomodo intelligatur, collat. 22. N  
**L**aborantibus adiutorij dei tribuitur, libro 12. O  
 Laborem obtinendæ perfectionis sine misericordia dei adipisci non possumus, libro 12. Q  
 Lapsus diaboli & Angelorum, collatione 8. H  
 Lachrymarum perfusio non semper fitis in nostra potestate, col. 9. Ee  
 Lachrymæ diuersimode profluunt secundum compunctionum diuersitatem, collatione 9. Ff  
 Lachrymæ non debent extorqueri ab his qui transferunt in affectum virtutum, collatione 9. Gg  
 Lapsus inuiti ipsius diaboli, col. 8. K  
 Lapsus & deceptio monachi Mesopotamensis, collat. 5. H  
 Lapsus peccatoris & iusti differenter habent, collat. 5. N  
 Laudant diuersimode Deum viui & mortui, collat. 1. O  
 Lectiones ad mensam quibus auctoribus sint inuentæ, lib. 4. R  
 Ledi ab alio non possumus nisi prius à vobis bispsis lædamur, col. 18. Q  
 Legitimi non debent se inuicem à salute animarum impedire, col. 21. I  
 Leticia grana ab œconomo repta, li. 4. V  
 Leticiam mētis cur mutetur in mœsticiam animi, collat. 4. BCD  
**L**iberum arbitrium quomodo maneat cum dispensatione gratiæ diuinæ, collatione 3. M  
 Liberum arbitrium adiutorio Dei semper indiget, collat. 3. V  
 Liberi arbitrij potestas & adiutorium dei, collatione 7. H  
 Liberi arbitrij infirmitas, colla. 13. K  
 Liberum arbitrium non est idoneum ad saluandum, collat. 13. S  
 Libertas arbitrij & gratij dei, col. 13. H  
 Lignum arduum ex obedientia rigare non cessat abbas Iohannes, lib. 4. Aa  
**L**uxuria: supra vbi fornicatio.  
 Alum nulli inuito ab alio potest in ferri, collat. 6. D  
 Mala quemadmodum dicatur Deus creatus, collat. 6. F  
 Mauort

Mauortes monachorum, lib. 1. G  
 Mandatorum dei intellectus à domino cōdonatur, col. 3. P  
 Mandata supergredi ad exemplum Abrahamæ, David & cæterorum, collatione 21. D  
 Mandata maiora soluens maximus in gehenna habebitur, col. 14. I  
 Matutina solennitas quo tempore instituta sit, lib. 3. D  
 Matutinis horis precipue debemus sensus nostros occupare, col. 21. Cc  
 Melotis quare vsi sint monachi in Aegypto, libro 1. H  
 Memoria dei qua cautione debeat à monacho custodiri, col. 23. I  
 Mens vtrum possit iugiter vna eademque qualitate durare, col. 6. O  
 Mentibus humanis in quem modum spiritus immundi copulentur, col. 7. K  
 Mens nostra quibus ex causis aggravatur, collatione 9. F  
 Mendatio vtiliter & veniabiliter vsi sunt sancti, col. 17. R  
 Mendatio impune vsi sunt qui sub lege vixerunt, col. 17. S  
 Mendatium in veteri testamēto veniabiliter vsurpatum fuit, col. 17. Q  
 Mendatium vile veritatemque plerumque noxiam Apostoli censuerunt, collatione 15. V  
 Mandatium in quotidianis necessitatibus sæpius incurrimus, col. 17. X  
 Mendatij patrocinium sancti viri propter diuersas causas assumpserunt, collatione 17. Bb  
 Mendacij perfugia quando fuit recipienda, col. 17. R  
 Meritum vniuscuiusque non debet ex signis æstimari, col. 15. T  
 Mercedis retributio secundum principalem mentis conceptum, col. 17. M  
 Mirabilia quæ dominus peculiariter in sanctis suis operatur, col. 12. M  
 Mirabilis est de se vitia quam de alio demones expellere, col. 15. H  
 Monachi in primordio fidei à Marco normam acceperunt, lib. 2. E  
 Monachus quantæ placiditatis esse debeat, libro 8. E  
 Monachus debet vitare mulieres & episcopos, libro 11. R  
 Monachi rudes quomodo exemplo seniorum debeatur erudiri, col. 18. B  
 Monachorum tria genera intra Aegyptum sunt, collatione 18. D  
 Monachi obseruantia secundum sententiam beati Macharij, lib. 5. Ss  
 Monachi tepidi deteriores censentur secularibus, col. 4. T  
 Mortale peccatū non leui sed diuturna penitentiæ purgatur, col. 13. P  
 Monachorum professio quibus auctoribus sit instituta, col. 18. E  
 Morum ornatus plusquam signorum laudabilis est, col. 15. G  
 Mores bonos si habuerimus cum omnibus conuenire possumus, lib. 9. H  
 Moribus disungi & habitatione coniungi nihil prodest, col. 16. C  
 Multiplex carnis acceptio traditur, collatione 4. K  
 Mundus tria habet scilicet bonum, malum, & medium, col. 6. C  
**N**aturalis legis tempore quomodo homines obnoxij fuerint pœnæ, collatione 8. Z  
 Naturali vitia sine creatoris iniuria insunt nobis, libro 7. D  
 Naturalis legis tempore iuste sunt puniti qui peccauerunt, collatione 8. Aa  
 Nequitiarum differentia quæ immundis spiritibus inest, col. 8. S  
 Nomina non sine causa sunt cœlestibus virtutibus indita, col. 8. E  
 Nomina principatū quare sortiantur spiritalis nequitie, col. 8. O  
 Nouicij quibus statutis exercentur, libro 4. H  
 Nouicij cogitationes suas cælare non debent, lib. 4. I  
 Nouicij obedientia etiam in naturali necessitate arceantur, lib. 4. K  
 Nuditas quemadmodum possit sustentari, lib. 7. Ff  
 Nuptiæ honorabiles non damnantur, sed approbantur, col. 21. K  
**O**bedientia fratris Iohannis, libro 4. Z  
 Obsequium patris Mucij, lib. 4. R  
 Obsequium patris Mucij obedientiæ Abrahamæ cōparatur, lib. 4. Ee  
 Obsequium fratris sportas distrahentis, libro 4. Ff  
 Obsequium abbatis Pynuphij hortum excolentis, lib. 4. Gg  
 Obsequia quotidiana qua diligentia seruari conueniat, lib. 4. T  
 Obsequium spontaneum quorundam fratrum, lib. 4. X  
 Obsequij



Obsequij quotidiani statutū in Aegypto, li-  
bro 4.V  
 Obseruantia monachi secundum sententiā  
am beati Macharij, lib. 5.Ss  
 Obsecratio est imploratio pro peccatis, col-  
latione 9.L  
 ¶ Otiositas quomō amputata sit à quodā  
fratre, lib. 5.Q q  
 Otiosi conditiones describit, lib. 10.F  
 Otiosos tanquam corrupta membra fuge-  
re docetur, lib. 9.G  
 Otium quāta mala generet, lib. 10.G  
 Otiosis imperfienda est humanitas, li-  
bro 10.P  
 Otium docet esse fugiendum, lib. 10.X  
 Otiosi correptio, lib. 10.Cc  
 Octo principalia vitia, col. 5.B  
 Oci causa facit non esse cenobia, li. 10.V  
 ¶ Olei vas vnicū proicit ad senioris impe-  
rium, lib. 4.Bb  
 ¶ Omnibus non omnia conueniunt, collati-  
one 24.H  
 ¶ Orandi disciplina, lib. 2.G  
 Oratio subséquens psalmum, lib. 2.H  
 Oraciones cum quanto silentio persoluan-  
tur, lib. 2.K  
 Oraciones cum opere manuum quomodo  
exerceantur, lib. 2.O  
 Orare nō licet cum suspensio ab oratione,  
libro 2.Q  
 Orationis qualitas describitur, collatio-  
ne 9.B  
 Orationum qualitates diuersae sunt, colla-  
tione 9.H  
 Oratio quomodo pura ac sincera esse pos-  
test, collatione 9.C  
 Orationum species quadripartitae, collati-  
one 9.I  
 Oraciones proprie dicuntur quibus aliquid  
vovemus Deo, col. 9.M  
 Orationum quatuor species an vnicuique  
simul sunt necessariae, col. 9.P  
 Orationum species ad quas nos debeamus  
tendere, col. 9.Q  
 Orationum quatuor genera sunt à domi-  
no initiata, col. 9.R  
 Orationis dominicae expositio, collatio-  
ne 9.S  
 Orationis sublimioris qualitas, collatio-  
ne 9.Bb  
 Orationis perfectae status ab Anthonio de-  
scribitur, col. 9.H  
 Oratio intra cubiculum & clauso ostio de-  
ferenda, col. 9.Mm  
 Orationis tacitae & brevis utilitas, collatio-  
ne 9.Nn  
 Oratio: Deus in adiutorium meum intē-  
de, magne virtutis, col. 10.K  
 ¶ Operari nolentem inquietum esse neces-  
se est, lib. 10.H  
 Operantur manibus qui cum Apostolo  
sunt, lib. 10.I  
 Operari manibus quare voluerit. Aposto-  
lus, lib. 10.K  
 Operari docemur verbo & exemplo, li-  
bro 10.L  
 Operari nolens nō manducet, lib. 10.M  
 Operatio manuum multa vitia amputat, li-  
bro 10.O  
 Operatus est Apostolus non tantum sibi  
sed etiam alijs, lib. 10.S  
 Operantes manibus pro suis & aliorum ne-  
cessitatibus, lib. 10.Y  
 Opus manuum suarum concremans, li-  
bro 10.Aa  
 Operatio inquieta fratris ostenditur seni p-  
visionem, col. 9.F  
 Operationis utilitas & odij detrimentum,  
collatione 24.M  
 Opera Dei miranda contremiscat homo,  
collatione 12.M  
 Opidum Thennesos describitur, collati-  
one 11.A  
 ¶ Ordo ascendendi ad perfectionem, li-  
bro 4.Q q  
 Ordo praeliandi erga vitia quomodo arri-  
piatur, col. 5.Dd  
 Ordo specierum super orationis qualitate,  
collatione 9.K  
**P**atientiam non debemus seperare de  
aliorum virtute, lib. 4.Tt  
 Patientia in morum emendatione nō in so-  
litudine consistit, lib. 8.P  
 Patientes à nomine prouocati quibus cō-  
parentur, lib. 8.S  
 Patientia fornicatiōis ardorem extinguit,  
col. 12.F  
 Patientiam secularibus & non fratribus  
impedentes sub periculo sunt, collati-  
one 16.R  
 Patientiam mentientes silentio fratres ad-  
iram prouocantes, col. 16.S  
 Patientia ficta saepe plus ad iram, quam ser-  
mo prouocat, col. 16.S  
 Patientia simulata quorūdam fratrum, col-  
latione 16.V  
 Patientia non tantum in labijs, sed in corp-  
de debet esse, col. 16.Y  
 Patientia vera quemadmodum possit ac-  
quiri, col. 18.N  
 Patiē-

Patientia vera absq; tribulationibus nō po-  
test possideri, colla. 18.O  
 Patientiae exemplū in quadam deuota scē-  
mina, collatione 18.O  
 Patientiae grande exemplum in beato Pass-  
nutio, collatione 18.P  
 Patientiae perfectio in quo fundamento  
collocetur, collatione 18.Q  
 Patientia eximia cuiusdā fratris, col. 19.A  
 Passnutij conuersatio & vita describitur,  
collatione 3.A  
 Palmarum genera quibus apostolis corō-  
nam agonis ascendit, lib. 5.S  
 Parentum prouiso de necessarijs mona-  
cho interdicitur, colla. 24.KL  
 Parentum viciniam nō timent qui vitam  
Apollo æmulari student, col. 24.I  
 Parentes corpore deseruisse & corde intue-  
ri non prodest, libro 5.II  
 Pasche cōsuetudo quomodo per Aegyptū  
obseruetur, collatione 10.B  
 Pax interior & abstinentia spiritalis, li-  
bro 5.X  
 ¶ Peccati corpus & eius membra describi-  
tur, collatione 11.B  
 Peccatorum praeteritorum recordatio quo-  
uisq; sit habenda, collatione 20.G  
 Peccatorum obliuio utilis est propter mul-  
ta, collatione 20.I  
 Peccato immunes se credentes lippis sunt  
similes, collatione 23.F  
 Peccato dicentes hominem immunem: du-  
plici errore tenentur, col. 23.G  
 Peccata bh intelligere paucae est, col. 23.H  
 Peccatū mortale nō leui sed diuturna pce-  
nitudine purgatur, col. 13.P  
 Peccati corpus quid sit, col. 23.Q  
 Peccatores immundos omnes sancti se cō-  
fessi sunt, col. 23.R  
 Peccato sancti & iusti non sunt immunes,  
collatione 23.S  
 Peccatum etiam in oratione vix declinari  
potest, col. 23.T  
 Peccati euacuatio à quibus sit discēda, col-  
latione 23.V  
 Perfectiōis gradum quomodo possit quis  
ascendere, libro 4.V  
 Perfecti viri nihil debent absolute diffini-  
re, collatione 17.H  
 Perfectionis viam à quibus discere debeas-  
mus, libro 12.P  
 Perfectio absq; humilitate non potest ac-  
tingi, libro 12.Z  
 Perfectus vir figuratiter ambidexter dicitur,  
collatione 6.K  
 Perfectionem veram si desideramus ad dis-  
missa non redeamus, col. 3.G  
 Perfectionum diuersitas, col. 11.M  
 Perfectionis ratio quibus debeat operari,  
collatione 14.R  
 Persecutiones: egestates: iniuriæ quam vs-  
tiles sint, colla. 6.C  
 Perseuerantia erga perfectiōem acquirendam,  
collatiōe 7.F  
 Perseuerantia arrepte professionis, collatio-  
ne 14.F  
 ¶ Pena regularem disciplinam prætereun-  
tium, libro 2.P  
 Pena ad horas recurrere retardantium,  
libro 3.G  
 Penitentiae plena & perfecta diffinitio, col-  
latione 2.E  
 Penitentiae fructus diuersi describuntur,  
collatione 20.H  
 Penitudo in quo sit habēda & in quo nō,  
collatione 20.L  
 Penitere cupientibus doctrina multiplex  
traditur, collatiōe 20.H  
 Petere nulla debemus quam ea quae conti-  
nentur dnica orōe, col. 9.Aa  
 ¶ Pollutio nocturna quando reatum con-  
trahat dormienti, col. 22.F  
 Pollutio nōnunquam diaboli factiōe cons-  
tingit, collatione 22.F  
 Pondus duplicis mensurae religiosorum,  
collatione 21.Y  
 Postulationes dicuntur imploratiōes pro  
pace totius mundi, col. 9.N  
 ¶ Praeceptorum legalium & euangelicorū  
differentia, col. 21.II  
 Praecepta euangelica leuiora sunt quam les-  
galia, collatione 21.Kk  
 Praecepta seniorum non debent discutere  
iuniores, collatione 18.C  
 Praefici alijs desiderantes nunquam senio-  
ribus subiiciuntur, col. 4.V  
 Praelium contra vitia, col. 5.Dd  
 ¶ Primitias nostras offerre deo debemus,  
collatione 21.Cc  
 ¶ Probati diligentissime debent recipi ad  
cenobium, libro 4.Kk  
 Professio nostra proprium finem habet,  
collatione 1.B  
 Professio monachorum quibus authori-  
bus sit instituta, colla. 18.E  
 Profectus spiritalium maior in Aegypto  
quam in Syria cōferebatur, col. 17.G  
 Professio minor cum deuotione magna  
quanti meriti sit, col. 19.C  
 Proprietarij q̄rela miserabilis, li. 7.G  
 Proprie-

Proprietarius non veretur grādia vitia cō-  
mittere, libro 5. G  
Proprietarius permanere nō potest in mo-  
nasterio, libro 7. I  
Prophete seducti mors propter inobedi-  
tiam facta, collatione 7. P  
Propositum dei principale & prouidentia  
quotidiana, collatione 13. G  
Promissa plerunq; vtilius est interrompe-  
re quam implere, collatione 17. I  
Promissa probantur mutata: à sanctis, ab  
angelis: & a deo, collatione 17. Bb  
Prouentus boni nō profunt malis nec bo-  
nis obfunt mali, collatione 17. M  
Pugna carnis & spiritus, collatiōe 4. L  
Purgatiores mente fordidiore se iudicant  
collatione 23. X  
Puritatem mentis & corporis conseruan-  
tia, libro 5. K  
Puritatem cordis intente custodire doce-  
tur, libro 5. P  
Puritatis perfecte statū quomodo quis pos-  
sit retinere, libro 6. X  
Puritatem cordis deo parare debemus, li-  
bro 6. I  
Puritatis perfecte indicium, libro 6. R  
Puritas carnis sine mundicia cordis obtine-  
ri non potest, libro 6. M  
Puritas qualiter custodiat, lib. 6. N  
Puritatis vere quis sit finis, libro 6. V  
Puritatis consequendę seniorum traditio,  
libro 12. N  
Puritatis: castitatis, directionis & patien-  
tię acquisitio, collatione 3. GM  
Puritatem cordis virtute acquirere debe-  
mus, collatione 1. E  
**Q**uadragesimę ieiunium ad anni de-  
cimas refertur, colla. 21. Bb  
Quadragesima cur diuerso dierum nume-  
ro obseruetur, collatione 21. Dd  
Quadragesima cur vocetur cū triginta sex  
diebus tantum ieiunetur, col. 21. Ee  
Quadragesimę legem supergrediuntur per-  
fecti, collatione 21. Ff  
Quadragesimę causa & initiū, col. 21. Gg  
Quadragesimali tempore maxime tentan-  
tur monachi, collatione 21. Ee  
**Q**uæstio soluitur deuotis orationibus,  
libro 5. Kk  
Quæstio qui sit monacho scopus: & quis fi-  
nis, collatione 1. B  
Quæstionis iam dictę solutio, col. 1. D  
Quæstio de efficientia virtutum, collatio-  
ne 1. I  
Quæstio de perseuerantiā spiritualis theorię,

collatione 1. M  
Quæstio de cogitationum nobilitate, col-  
latione 1. Q  
Quæstio de acquirenda vera discretionē,  
collatione 2. I  
Quæstio de refectionis modo, col. 2. S  
Quæstio de libero arbitrio & gratia Dei,  
collatione 3. L  
Quæstio de eorū concupiscit aduersus  
spiritum, & spiritus aduersus carnem,  
collatione 4. H  
Quæstio quid inter sit, inter carnale & ani-  
male, collatione 4. S  
Quæstio cur deus patiat sanctos viros à  
latrunculis interfici, colla. 6. A  
Quæstio an deus teneatur q iustum inter-  
ficit, cum iustus inde meritum habeat,  
collatione 4. G  
Quæstio de nobilitate animę & pugna cog-  
lestium nequitarum, 7. G  
Quæstio super animę & dæmonum con-  
iunctione, collatione 7. I  
Quæstio vtrū dæmones inter se impugna-  
tionis ordinem seruent, col. 7. S  
Quæstio de differentia nequitarum cœles-  
stium, collatione 8. B  
Quæstio quomodo ad perpetuam dei me-  
moriā peruenire possumus, collatio-  
ne 10. H  
Quæstio quomodo spiritales cogitationes  
immobilitate teneant, colla. 10. M  
Quæstio cur affectus timoris & spei dicat-  
ur imperfectus, colla. 11. L  
Quæstio de consummatione castitatis, col-  
latione 11. O  
Quæstio an corporis motū possumus dor-  
mientes euadere, collatione 12. I  
Quæstio in quo tempore castitas perfici  
possit, collatione 12. O  
Quæstio quare merita virtutum non depu-  
tentur industria laborantis, col. 13. B  
Quæstio quomodo gentiles absq; dei gra-  
tia dicantur castimoniam habuisse, col-  
latione 13. D  
Quæstio de cœnobij & solitudinis fru-  
ctu, collatione 19. G  
Quæstio de remedio illorū qui cito de cœ-  
nobijs discesserint, collatione 19. L  
Quæstio an castitas sicut & ceterę passio-  
nes debeant explicari, colla. 19. P  
Quæstio de fine pœnitentię & satisfactio-  
nis iudicio, collatione 20. C  
Quæstio vtrum pro cordis compunctione  
remiscenda peccata, colla. 20. F  
Quæstio de diuersa obseruatione quadra-  
gesimę

gesimę, collat. 21. Aa  
Quinquagesimę diebus cur non ieiunetur  
in Aegypto, collat. 21. LM  
**R**ebrachiatoria monachorū, lib. 1. F  
Reconciliari fratribus debemus, li-  
bro 8. N  
Regnum Dei & regnum diaboli describit-  
ur, col. 1. N  
Regularis obseruantia secundum quę mo-  
dum debeat teneri, lib. 1. I  
Remedia contra fornicationem, lib. 6. C  
Remedia quibus possit puritas permanere  
libro 6. Z  
Remedia contra auaritiā, lib. 7. Gg  
Remedia quibus iram eradicare possumus,  
collatione 16. & lib. 8. X  
Remedia quibus tristitiā exterminare pos-  
simus, lib. 9. N  
Remedia contra Acediā, lib. 10. Bb  
Remedia quibus vanam gloriā vitare pos-  
simus, lib. 11. S  
Remedia aduersus morbum superbię, li-  
bro 12. Kk  
Remedia castitatis conseruandę, collatio-  
ne 12. Q  
Remedium illorum qui idoneos se iudicat  
ad docendum, collat. 24. Q  
Remedijs multis immutatur ad æternam  
salutem, collat. 10. H  
Remissio quam vtilis sit in aduentum fra-  
trum, collat. 28. V  
Remissionis vtilitatem Iohannes Euange-  
lista narrat, collat. 24. X  
Renunciationum singularū perfectio quō-  
modo apprehendenda sit, colla. 3. G  
Renunciāns non debet se iactare relictis  
vel allatis ad monasterium, lib. 4. CD  
Renunciāns male in quo differat à non re-  
nunciante, lib. 7. P  
Renunciatio apostolorū & primitię eccle-  
się, lib. 7. R  
Renunciāns non debet abdicata resumere,  
libro 7. Dd  
Renunciationum tria sunt genera, collatio-  
ne 3. C  
Renunciationum trium expositio, collatio-  
ne 3. F  
Renunciāntibus perfecte quomodo centu-  
plum promittatur in hoc mundo, colla-  
tione 24. Cc  
**R**uina diuorum fratrum ob discretionis  
imperitiā, collat. 2. F  
Ruina subitanea nemo collabit, col. 6. R  
**S**Arabaitarum principium & conuersa-  
tio, collat. 18. G  
Sacramento corporis Christi peccatores  
non omnes priuantur, collat. 23. X  
Sanctos viros in quo debeamus admirari,  
collat. 15. B  
Sancti viri duri ac pertinaces esse non poss-  
sunt, col. 17. Dd  
Sancti multi esse possunt sed absq; peccato  
nemo nisi Christus, col. 22. I  
Sancti omnes non similitudinem sed verit-  
tatem carnis peccati susceperunt, colla-  
tione 22. M  
Satisfactionis firmum indicium, col. 20. K  
Saxum magnum ad abbatis imperium ad-  
uoluit abbas Iohannes, lib. 4. Cc  
Statutę sufficientię parcitatem nullus aus-  
det excedere, lib. 4. O  
Senectutis vltimę perseuerantia in mo-  
nasterijs Aegyptiorum, lib. 4. B  
Senex indiscretus desperatiōem adducit iu-  
ueni temptato, col. 2. N  
Serapion narrat furtum suum in iuentute  
commissum, col. 2. L  
Serapion antropomorphitarum hæresim ex  
simplicitate contraxit, col. 10. C  
Sermo secundum audientium meritum ali-  
quando tribuitur, col. 1. Z  
Scientiam scripturarum quo studio asse-  
qui possumus, lib. 5. Ll  
Scientia sine castitate obtineri non potest,  
libro 6. S  
Scientia legis magisterio domini cōfertur,  
collatione 3. O  
Scientia religiosorum, col. 13. A  
Scientia actuali ad spiritalem scientiam  
peruenitur, col. 14. I  
Scientiam spiritalem nec tradere nec percipi-  
pere potest anima immunda, collatio-  
ne 14. O  
Scientiam veram mali habere non possunt  
collatione 14. Q  
Scientia spiritualis quibus ex causis infructuo-  
sa sit, colla. 14. S  
Scientia spiritualis quomodo perpetua solis-  
sitate possit roborari, col. 14. N  
Scientia spiritualis puritate castitatis posside-  
tur, collat. 14. Q  
Scientię spiritualis tria sunt genera, collati-  
one 14. H  
Scientię verę disciplinam quomodo app-  
hendere debeamus, col. 14. K  
Scientię verę donum mundanus homo  
promereri non potest, col. 14. I  
Scriptura diuina agro optimo cōparatur,  
collatione 8. C  
Scripturarum sanctarū intellectus, duplici  
sententia

sententia conijcitur, col. 8. D  
 Scripturarum diuinarum multiplex intelle-  
 ctus, collat. 14. L  
 Scripturarum autoritas non debet prop-  
 infirmorum scandalum mutari, collati-  
 one 17. P  
 Signorum opera præcellit vitæ probi-  
 tas, collat. 15. I  
 Sol non occidat super iracundiam ve-  
 stram, quomodo intelligatur, lib. 8. I  
 Solitariorum quorundam vita periculosa,  
 collatione 18. H  
 Solitarij quæ operationum eligere debeant  
 genera, collat. 24. D  
 Somno resolutus increpatur, lib. 5. Mm  
 Spiritus immundi quomodo hūanis men-  
 tibus copulentur, col. 7. K  
 Spiritus immundi quomodo energumini-  
 s dominantur, col. 7. M  
 Spiritus spiritui penetrabilis esse nō potest,  
 collatione 7. N  
 Spiritibus immundis traditos spernere nō  
 debemus, collat. 7. Ee  
 Spiritibus immundis vexati à cōmuniōne  
 dominica cur seperentur, col. 7. Ff  
 Spiritibus vexatos patres non repellebant  
 à cōmuniōne, col. 7. Gg  
 Spiritus doctrinæ gratiam consequuntur  
 plerumq; indigni, col. 14. T  
 Sponsionis recordatio gignit magnam an-  
 xietatem, collat. 17. B  
 Sponsionis anxietas infomnē cogit duces-  
 re noctem, col. 7. D  
 Sponsio in speleo præsepis dominici facta,  
 collatione 17. E  
 Status septuplex dirigens ad salutē, col-  
 latione 14. E  
 Studium habendi proprium miserabile, lib-  
 bro 4. P  
 Superbiæ duo sunt genera, lib. 12. B  
 Superbia omnes virtutes aufert, lib. 12. C  
 Superbia de archangelo fecit diabolum, lib-  
 bro 12. D  
 Superbia omnium vitiorum fomites germinat,  
 lib. 12. E  
 Superbiæ vitium tempore & origine pri-  
 mum est, lib. 12. F  
 Superbiæ malum ipsum deum aduersariū  
 habet, lib. 12. G  
 Superbiam diaboli Christus sua humilitate  
 extinxit, lib. 12. H  
 Superbiam quomodo superare possimus,  
 libro 12. I  
 Superba anima subditur diabolis illudens  
 da, libro 12. V

Superbia spiritalis inuipugnat clam carna-  
 les, libro 12. Aa  
 Superbiæ carnalis descriptio, lib. 12. Bb  
 Superbia cuiusdam fratris, lib. 12. Ee  
 Superbia tepefactus alijs præesse desiderat,  
 libro 12. Gg  
 Superbiam quomodo vincere possimus, li-  
 bro 12. Hh  
 Superbia quomodo per veram humilitatē  
 possit extingui, lib. 12. Ii  
 Superbiæ humanæ confusio, col. 13. S  
 Suscipiendus in ordine quomodo probe-  
 tur, libro 4. C  
 Suscipiendi cur secum nihil permutantur  
 inferre, lib. 4. D  
 Suscepti cur suis exuantur & alijs induan-  
 tur vestimentis, lib. 4. E  
 Suscepti cur non statim permittantur com-  
 misceri fratribus, lib. 4. F  
**T**ranquillitas cordis in quo consistat,  
 libro 8. Q  
 Tranquillitas cordis quantum fit appeten-  
 da, collat. 1. G  
 Tranquillitas cordis absq; humilitate non  
 acquiritur, collat. 18. N  
**T**emptatos blanda consolatione debe-  
 mus reficere, col. 2. L  
 Temptationum tolerantia à solo deo tri-  
 buitur, collat. 3. R  
 Temptationum consolatio, col. 7. F  
 Temptantur omnes homines triplici ratio-  
 ne, collat. 6. L  
 Temptatio abbatis Moyssi, col. 7. Cc  
 Temptari nullus sine permisso dei creden-  
 dus est, collat. 8. Dd  
 Temptationibus temporalibus non subie-  
 cti miserrimi sunt, col. 7. Gg  
 Temptationibus deus virtutem humani ar-  
 bitrij experitur, col. 13. O  
 Temptationum incurfusio quid vtilitatis cō-  
 ferat, collat. 24. Bb  
 Temptari cur permittat deus quos ad resis-  
 tendum infirmos nouit, col. 13. O  
 Tepidorum negligentiam describit, collati-  
 one 4. M  
 Tepidi monachi deteriores censentur secu-  
 laribus, collat. 4. T  
 Testamentum abbatis Iohannis, lib. 5. Ee  
 Testimonia contra spiritum acediæ, lib-  
 bro 10. G  
 Testimonia contra eos qui abdicata repe-  
 runt, collat. 7. B  
 Testimonia quibus apostolus præcipit o-  
 perari, lib. 10. T  
 Testimonia Salomonis contra acediam,  
 libro

libro 10. X  
**T**estimonia contra vanam gloriam, lib-  
 bro 11. M  
**T**estimonia de eo quod nihil boni sine ad-  
 iutorio dei perficere possumus, lib. 12. Q  
**T**estimonia sine significatione octo vitio-  
 rum, collat. 5. Bb  
**T**imore Dei ascenditur ad charitatem, lib-  
 bro 4. Qq  
**T**imoris dei perpetuitas à deo confertur,  
 collatione 5. G  
**T**imor qui charitatis magnitudine genera-  
 tur, collat. 11. N  
**T**imor perfectus & imperfectus elucidatur,  
 collatione 11. N  
**T**ristitia quantum dispendium inferat,  
 libro 9. A  
**T**ristitia quomodo debeat curari, lib. 9. B  
**T**ristitia animæ cui comparetur, lib. 9. C  
**T**ristitia vnde generetur, lib. 9. D  
**T**ristitia quæ desperationem importat, lib-  
 bro 9. I  
**T**ristitia in quo sit nobis utilis, lib. 9. K  
**T**ristitia quæ sit secundum Deum: & quæ  
 secundum diabolum, lib. 9. L  
**T**ristitia triplex salutaria dicitur: aliæ no-  
 xiæ, 6. M  
**T**ristitia & ira etiam solitarios vexat, colla-  
 tione 5. I  
**V**ana gloria tentat in parte carnali &  
 spiritali, lib. 11. B  
**V**ana gloria multiplex est, lib. 11. C  
**V**ana gloria impugnat à dextris & à sinis-  
 tris, lib. 11. D  
**V**ana gloria cui comparetur, lib. 11. E  
**V**ana gloria nec beneficio solitudinis ex-  
 tinguitur, lib. 11. F  
**V**ana gloria cum deiecta fuerit acius resur-  
 git ad luctamen, lib. 11. G  
**V**ana gloria nec eremo nec ætate deseruet,  
 libro 11. H  
**V**ana gloria mixta virtutibus periculosior  
 est, libro 9. I  
**V**ana gloria quibus modis monachū pul-  
 set, lib. 11. N  
**V**ana gloria quomodo suggerat clericatus  
 gradum, lib. 11. R  
**V**ana gloria & superbia sine ministerio cor-  
 porali perficiuntur, collat. 5. G  
**V**ana gloria quomodo mentem inebriet,  
 libro 11. P  
**V**ana gloria in quo sit utilis, collat. 5. M  
**V**ana gloria in verbo dei omni cautioe de-  
 bet vitari, collat. 14. R  
**V**ani glorijs non possunt veræ scientiæ do-  
 num promereri, collat. 14. I  
**V**enialibus peccatis cauere non possu-  
 mus, collat. 22. N  
**V**enialium peccatorum nunquā deesse pos-  
 terit penitudo, colla. 20. L  
**V**erbum dei superbi & tepidi negligenter  
 audiunt, collat. 14. N  
**V**erbum dei prædicantes & operibus vitio-  
 sis inhaerentes, collat. 14. Q  
**V**eritatis optimum examen, col. 16. K  
**V**eritas quibusdam nocuit & mendaciam  
 profuit, collat. 17. V  
**V**estis monachorum qualis esse debeat, lib-  
 bro 1. B  
**V**estimenta nouitiorum quare referentur,  
 libro 4. F  
**V**estigia & monita quæ imitari debeant  
 mus, collat. 2. K  
**V**itiorum causæ pene ab omnibus igno-  
 rantur, lib. 5. B  
**V**itia curari non possunt nisi causæ eorum  
 fuerint publicatæ, lib. 11. Q  
**V**itiorum expositio quæ per superbiam ge-  
 nerantur, lib. 15. Dd  
**V**itia quæ extra naturalem motum contra  
 huntur à nobis, lib. 7. E  
**V**itia naturalia sine creatoris iniuria in-  
 sunt nobis, lib. 7. D  
**V**itia octo principalia, col. 5. B  
**V**itiorum duo sunt genera: & quadriparti-  
 ta efficientia, col. 5. C  
**V**itij vniuscuiusq; qualitas & origo descri-  
 bitur, collat. 5. L  
**V**itia quomodo diuerso certamine expus-  
 gnare debeamus, col. 5. O  
**V**itiorum de victoria extolli nō debemus,  
 collatione 5. P  
**V**itia non nisi dei auxilio superantur, colla-  
 tione 5. P  
**V**itiorum terras possidere quomodo nos-  
 bis vtile sit, collat. 5. Aa  
**V**itij possessi miserabiliores sunt arreptis  
 tijijs, collat. 7. Aa  
**V**itia tribus modis vincuntur, collatio-  
 ne 11. F  
**V**itæ nostræ directio ex Deo est, collatio-  
 ne 3. N  
**V**igilias quomodo extendant patres vsque  
 ad lucem, lib. 2. M  
**V**igiliæ sabbati paschalis modus & ordo,  
 libro 3. I  
**V**igilias longas perferunt propter verbi di-  
 uini auditum, col. 17. A  
**V**irginum gloriam habere volentes quid  
 facere debant, col. 22. F  
 \*\* ij virtus

Virtutem quamlibet à quo expetere debeamus, lib.	5. D	Voluntatem bonam an sequatur vel præcedat gratia, collat.	13. L
Virtutum perfectionem nemo suis viribus potest obtinere, lib.	12. KLM	Voluntas bona nec semper gratiæ, nec semper homini est deputanda, collatio	13. M
Virtutum actio sed non merces eorum cefabit, collat.	1. K	Voluntatem propriam subijciens fratri fortis & sanus dicitur, col.	16. Z
Virtutum parturicio qua ab vna ascenditur ad aliam, collat.	14. Q	Voluntas operantis nõ processus operis debet intueri, col.	17. L
Viros sanctos cur permittat deus interfici à latronibus, collat.	6. B	Voluntatis contemptę obstinacia retineri non debet, col.	17. Z
Vitę probitas præcellit signoruin opera, collat.	15. I	Voluntatis & non tantum facti inspector est deus, collat.	16. V
Vltionum multa sunt genera quibus deus punit peccatores, collat.	6. L	Vtilitas quę nobis de incæstiuis æstibus generatur, collat.	12. E
Vocatio Samuelis, col.	2. O	Vtilitas quę sit in naturalibus vitij, libro	7. C
Vocatio Pauli Apostoli, col.	2. P	Vtile nobis est interdum derelinqui à domo, collat.	4. F
Vocationum tria sunt genera, collatio	3. C	Vtilitas pugnę carnis & spiritus, collatio	4. G
Vocationum trium expositio, col.	3. DE	Vtilitas quę ex colluctatione carnis & spiritus oritur, col.	4. N
Vocationum gratia multiplex ostenditur, collatione	13. P	Vxorem hortatur vt abrenūciat Theonas, collatione	21. H
Voluntatis bonę effectus à domino condonatur, collat.	3. P	Vxorem dimittit & ad monasterium peruolat, collatione	21. I
Voluntatis bonę initium & consummatio à domino est, collat.	13. T		
Voluntas nostra quę fit inter concupiscen- tiam carnis & spiritus ponitur, collatio	14. M		
Voluntas nostra bona absq; gratia dei nõ dirigitur, collat.	13. I		

Finis Indicis alphabetici.

LECTORI PIO.

Error modicus, licet raro, in præmissis contigit Indices; cuius te lector præmonere nõs decet, ut sicubi non eo paragrapho quod quæres offenderis, respicias ad literam alphabeti, aut præcedentis aut subsequenteris paragraphi, & quod petis, inuenies.

INDEX

Virtutem quamlibet à quo expetere debeamus, lib.	5. D
Virtutum perfectionem nemo suis viribus potest obtinere, lib.	12. KLM
Virtutum actio sed non merces eorum cefabit, collat.	1. K
Virtutum parturicio qua ab vna ascenditur ad aliam, collat.	14. Q
Viros sanctos cur permittat deus interfici à latronibus, collat.	6. B
Vitę probitas præcellit signoruin opera, collat.	15. I
Vltionum multa sunt genera quibus deus punit peccatores, collat.	6. L
Vocatio Samuelis, col.	2. O
Vocatio Pauli Apostoli, col.	2. P
Vocationum tria sunt genera, collatio	3. C
Vocationum trium expositio, col.	3. DE
Vocationum gratia multiplex ostenditur, collatione	13. P
Voluntatis bonę effectus à domino condonatur, collat.	3. P
Voluntatis bonę initium & consummatio à domino est, collat.	13. T
Voluntas nostra quę fit inter concupiscen- tiam carnis & spiritus ponitur, collatio	14. M
Voluntas nostra bona absq; gratia dei nõ dirigitur, collat.	13. I

INDEX QVO SIN-

GVLORVM, TAM LIBRORVM

quam collationum sequentium summaria per paragraphos, literis denotatos, ordine recensentur.

LIBER PRIMVS, qui est de habitu Aegyptiorum monachorum XI. capitulis seu paragraphis, hæc pertractat.

- 1 De cingulo monachi.
- 2 De veste monachi.
- 3 De cucullis monachorum.
- 4 De colobijs monachorum.
- 5 De rebrachiatorijs eorum.
- 6 De mafortibus eorum.
- 7 De melote & pelle caprina.
- 8 De baculo.
- 9 De calciamentis eorum.
- 10 De temperamento obseruantię secundum aeris qualitatem, vel prouintię vsum.
- 11 De cingulo spiritali & significatione ipsius.

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L

LIBER II. qui est de Canonico nocturnarum orationum & psalmodiarum modo deq; studio & disciplina orandi. XVIII. Paragra. hæc pertractat.

- 1 De canonico nocturnarum orationum & psalmodiarum modo.
- 2 De diuersitate numeri q ad psalmos dicendos p vniuersas prouintias est statutus.
- 3 De custodia vniformis regulę per totam Aegyptum, & de electione eorum quę fratribus præponuntur.
- 4 Quod per Aegyptum & Thebaidem duodenarius numerus psalmodiarum obseruat.
- 5 De duodenario numero psalmodiarum, angeli traditione suscepto.
- 6 De consuetudine duodecim orationum.
- 7 De disciplina orandi.
- 8 De oratione sequente post psalmum.
- 9 De modo & statu orationis, de quo in collationibus patrum plenior referatur instructio.
- 10 Cum quanto silentio & breuitate orationes apud Aegyptios firmantur.
- 11 Qua disciplina psalmi dicantur apud Aegyptios.
- 12 Cur vno psallente, ceteri in synaxi sedeant. Et quali studio post vsq; ad lucem feruent vigiliis in cellulis suis.
- 13 Quare post missam nocturnam dormiendum non sit.
- 14 Quemadmodum in cellulis suis opus manuum & orationes simul exercent.
- 15 Qua lege modestię post orationum missam vnusquisq; ad suam redeat cellam.
- 16 Quod nulli liceat orare cum illo qui fuerit ab oratione suspensus.
- 17 Quod is qui fratres ad orationes fucitat, debeat hoc hora solita facere.
- 18 Quod à vespera sabbati vsq; ad vesperam diei dominicę sequentis genua non flectantur, nec totis diebus quinquagesimę.

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S

LIBER III. qui est de canonico diuinarum orationum & psalmodiarum modo. XII. Para. hæc tractat.

- 1 De solemnitate seu institutione & quotidiana obseruatione horę tercię sextę & nonę, quę in Syrię partibus obseruatur.
- 2 Quod apud Aegyptios absq; horarum distinctione, per totum diem orationibus & psalmis iugiter inficitur, cum adiectione operis manualis.
- 3 Quod per totum orientem tertia, sexta, & nona tribus psalmis expletur. Et cur specialis

INDEX SVMMARIORVM.

- cialiter istæ horæ seruentur. C  
 4 Quod matutina solennitas non antiqua traditione statuta sit, sed nostro tempore pro causa sit adiuuenta. D  
 5 Quod post matutinale officium ad somnum reuerti non oporteat. E  
 6 Quod nihil sit à senioribus immutatum de antiquo ordine psalmodiarum, cum primæ obseruatio statueretur. F  
 7 Quod ei qui ad diurnam orationem seu horam non venerit, antequam primus psalmus finiatur, oratorium introire non liceat. In nocturnis autem officijs mora sit veniabilis vsq; ad finem secundi psalmi. G  
 8 Quem temporis modum teneant vigiliæ quæ à vespera illucescente sabbato celebrantur, vel quo ordine fiant. H  
 9 Quare illucescente seu imminente die sabbati vigiliæ institutæ sint, & quare per omnem Orientem ieiunium seruetur in sabbato. I  
 10 Vnde factum sit, vt in vrbe die sabbati ieiunetur. K  
 11 In quo solennitas diei dominicæ differat ab aliorum die; consuetudine. L  
 12 Quibus diebus cum cœna fratribus exhibetur, psalmus ad refectionem accendentes non dicatur, sicut in prandijs fieri solet. M

LIBER III. qui est de institutis renuntiantium.

XLIII. Para. hæc tractat.

- 1 De institutione eorum qui renuntiant huic sæculo. Et quemadmodum apud Cænesios & Aegyptios imbuantur ij qui in monasterijs suscipiuntur. A  
 2 Quare vsq; ad vltimam senectutem apud eos in monasterijs perseuerent. B  
 3 Quo examine probetur qui in monasterio suscipiendus est. C  
 4 Quare nihil secum inferre permittantur, qui in monasterio suscipiuntur. D  
 5 Quod hi qui renuntiant in monasterijs suscepti, propria vestimenta deponunt, & ab abbate alijs induuntur. E  
 6 Cur vestimenta cum quibus renuntiantes ingressi sunt claustrum, à dispensatore seruentur. F  
 7 Cur in monasterio suscepti, non permittantur statim fratribus admisceri, sed xenodocheo, id est, seniori curam peregrinorum aduenientiumq; habenti tradant. G  
 8 Quibus institutis iuniores primo exercentur, vt ad superandas concupiscentias omnes proficiant. H  
 9 Quare iunioribus imperetur, vt seniori suo nil celent de cogitationibus suis. I  
 10 Quanta obedientia senioribus etiam in naturali necessitate à iunioribus exhibentur. K  
 11 Qualis cibus delicatissimus sit apud eos. L  
 12 Quod ad sonitum pulsantes ostiũ, opus oẽ omittat, studio occurrendi velociter. M  
 13 Quam criminofum habeatur, si aliquis modicũ quid suum esse dicat. N  
 14 Quod licet multa pecunia de vnuscuusq; opere cõgeratur, nullus tamen præsumat excedere statutæ sufficientiæ paritatem. O  
 15 De non modico studio habendi apud nos. P  
 16 De regulis diuersarum correptionum. Q  
 17 Quibus auctoribus sit inuentum vt lectio fiat ad refectionem. Et de magno Aegyptiorum silentio. R  
 18 Quã licitum sit extra mensam cõmunem aliquid cibi aut potus gustare. S  
 19 Qualiter per Palestinam ac Mesopotamiam quotidiana obsequia fratribus exhibentur. T  
 20 De tribus granis lenticulæ à dispensatore repertis. V  
 21 De spontaneo quorundam fratrum obsequio. X  
 22 De Aegyptiorum modo, super quotidianis fratrum statutis obsequijs. Y  
 23 De obedientia abbatis Iohannis, per quã ad gratiam prophetiæ peruenit. Z  
 24 De ligno arido, quod abbas Iohannis rigauit ad senioris sui arbitrium. Aa  
 25 De vnico olei vase à Iohanne proiecto ad senioris sui imperium. Bb  
 26 De obedientia eiusdem in voluendo saxo magno, qui à multis non poterat moueri. Cc

INDEX SVMMARIORVM.

- ueti. Cc  
 27 De humilitate & obedientia abbatis Mutij in proijciendo proprium filium suum in flumen, iuxta senioris imperium. Dd  
 28 Qualiter reuelatum sit abbati cœnobij Mutium fecisse opus A B R A H A E patriarchæ: Et quod in regimine monasterij M V T I V S suo successit abbas. Ee  
 29 De fratre qui decem sportas publice, sigillatimq; vendidit. Ff  
 30 De humilitate abbatis Pynuphij, qui relicto celeberrimo monasterio cui præfuit presbyter, longinquum cœnobium expetijt, vt susciperetur in eo tanquam nouitius desiderio subiectionis. Gg  
 31 Qualiter idem abbas reductus ad monasterium suum, iterum fugit in Syriam pariter. Hh  
 32 De præceptis quæ idem abbas dedit fratri, quem in nostra recepit præsentia. Ii  
 33 Quod sicut magnum est præmium monacho digne conuersanti, sic magna instat damnatio negligenti, ideo non debere quenquam in monasterio faciliter recipi. Kk  
 34 Quod abrenunciatio non sit aliud quàm mortificatio & imago crucifixi. Ll  
 35 Quod timor dei sit crux nostra. Mm  
 36 Quod renunciatio nihil prodest, si his quibus renunciamus iterum implicemur. Nn  
 37 Quod diabolus nostro sine semper insidietur, & nos obseruare iugiter debemus caput ipsius. Oo  
 38 De præparatione renuntiantis aduersus tentationes, & de paucis imitandis. Pp  
 39 Quo ordine possit quis ad perfectionem venire, quo de timore dei ad charitatem ascendat. Qq  
 40 Quod monachus non debet exempla perfectionis trahere à multis, sed ab vno vel paucis. Rr  
 41 Quarum debilitatum similitudinem in se suscipere debeat, qui in cœnobio commoratur. Ss  
 42 Quod veritatem patientiæ suæ non debet quis sperare de aliorum virtute. Tt  
 43 Recapitulatio, qualiter monachus possit ad perfectionem ascendere. Vv

LIBER V. qui est de spiritu Gastrimargiæ siue gulæ.

XLI. Para. hæc tractat.

- 1 Transitus de institutis monasteriorum ad collationem octo principalium vitiorum, id est, ad pugnam contra ea. A  
 2 Quod sicut causæ vitiorum omnibus insunt, ita ab omnibus ignorantur. Et quod ad manifestandum eas indigeamus auxilio dei. B  
 3 Quod primo sit nobis pugna aduersus concupiscentiam gulæ. C  
 4 Testimonium abbatis Anthonij, quo docet vnamquancq; virtutẽ esse addiscendam ab illo qui eam specialius ac excellentius possidet. D  
 5 Quod non possit ab omnibus vniformis ieiuniorum regula custodiri. Ee  
 6 Quod non solum vno mens inebrietur. Ff  
 7 Quare infirmitas corporis puritatem mentis impedire non possit. Gg  
 8 Quod esca sumenda sit secundum exigentiam perfecti, hinc ipsius continentia. Hh  
 9 De mensura castigationum corporis assumendarum, & de remedio ieiunij. Ii  
 10 Quod abstinentia à cibis ac potibus non possit sufficere ad conseruandam puritatem mentis & corporis. Kk  
 11 Quod concupiscentiæ corporis non extinguuntur, nisi cum extirpatione omnium vitiorum. Ll  
 12 Quod iuxta agonem seu concertationem carnalem mutatio spiritualis agonis, seu pugnæ assumenda sit. Mm  
 13 Quod nisi expurgati fuerimus à vitio gulæ, nequaquã peruenire poterimus ad interioris hominis pugnas. Nn  
 14 Quomodo possimus gulæ concupiscentiam superare. Oo

INDEX SVMMARIORVM.

15	Quomodo monachus semper debet esse intentus ad custodiendam puritatem proprii cordis.	P
16	Quod monachus non possit perficere spirituales pugnas iuxta morem Olympici certaminis, nisi superauerit bella carnalia.	Q
17	Quod basis seu fundamentum spiritualis agonis consistat in pugna contra gulam.	R
18	Per quæ genera certaminum atque palmarum ascendit Apostolus ad coronam summi agonis.	S
19	Quod athletis seu militibus Christi non desit pugna quam diu in corpore demoratur.	T
20	Quod monachus non debet excedere tempus sumendi cibum, si vult peruenire ad pugnas interiorum certaminum.	V
21	De interiori pace monachi & abstinentia spirituali.	X
22	Quod ideo oportet nos exercere continentiam corporalem, ut perueniamus ad ieiunium spirituale.	Y
23	Qualis debeat esse monachi cibus.	Z
24	Quod vidimus in Aegypto indifferenter solui quotidiana ieiunia in nostro aduentu.	Aa
25	De sobrietate senis qui ita fœx sumpsit cibum in die vno, quod adhuc mansit efusus riens.	L
26	De sene, qui nunquam accepit escam solus in cella sua.	Cc
27	De fructu laborum suorum quem confessi sunt se obtinuisse abbas Pefus & abbas Iohannes.	Dd
28	De finali doctrina quam abbas Iohannes cum esset moriturus reliquit suis discipulis.	Ee
29	De abbate Machete, qui inter spirituales collationes nunquam obdormiuit, & inter terrenas fabulas semper dormiuit.	Ff
30	Doctrina eiusdem senis, de nemine iudicando.	Gg
31	Increpatio eiusdem senis cum vidisset fratres inter spirituales collationes dormientes, & eosdem ad narrationem fabulæ otiosæ expergelatos.	Hh
32	De epistolis combustis antequam legerentur.	Ii
33	De absolutione quæstionis quam abbas Theodorus orando promeruit.	Kk
34	Doctrina eiusdem senis, qualiter monachus possit acquirere scientiam scripturarum.	Ll
35	Increpatio eiusdem senis cum de nocte venisset ad cellam meam.	Mm
36	Descriptio eremi in qua Anachoritæ morantur.	Nn
37	Qualiter abbas Archebius tradidit nobis cellulam suam cum vtenilibus eius, ac necessarijs.	Oo
38	De debito quod abbas Archebius soluit pro patre suo ex labore manuum suarum.	Pp
39	Qua simulatione cuiusdam senis prouisum sit de opere manuum abbati Simeoni cum esset otiosus.	Qq
40	De pueris qui portabant ficus ad egrotatam, & fame defecerunt in via sicibus non gustatis.	Rr
41	Sententia abbatis Macharij de obseruatiâ monachi & tanquam diu victuri & tanquam mox morituri.	Ss

LIBER VI. qui est de spiritu Fornicationis.  
XXIII. Para. hæc tractat.

1	De duplici pugna aduersus spiritum fornicationis.	A
2	De principali correctione aduersus spiritum fornicationis.	B
3	Quantum remedij conferat ad superandū vitium fornicationis solitudo cum abstinentia.	C
4	Quid interfit inter continentiam & castitatem. Et an vtræque simul habeantur.	D
5	Quod impugnatio fornicationis solo humano studio vinci non possit.	E
6	De peculiari & speciali gratia dei in virtute castitatis.	F

Exem

INDEX SVMMARIORVM.

7	Exemplum de agone seu certamine mundiali secundum sermonem Apostoli.	G
8	De comparatione purificationis eorum, qui in terreno agone sunt habituri certamen.	H
9	Quantam cordis puritatem debeamus semper exhibere oculis dei.	I
10	Quod sit indicium perfectæ ac integræ puritatis.	K
11	Ex quo vitio procedet nocturna illusio.	L
12	Quod carnis puritas nequeat obtineri sine munditia cordis.	M
13	Quæ sit prima custodia purgationis carnalis.	N
14	Quod non studemus laudem describere castitatis, sed exponere eius effectum.	O
15	Quod castitas ab Apostolo specialiter sanctimonia appellatur.	P
16	De alio testimonio Apostoli de eadem sanctimonia castitatis.	Q
17	Quod spes sublimioris præmij debeat augere custodiam castitatis.	R
18	Quod sicut castitas obtineri non potest sine humilitate, ita nec scientia sine castitate.	S
19	Sententia sancti Basilij de qualitate virginitatis suæ.	T
20	Quis sit finis veræ integritatis ac puritatis.	V
21	Qualiter conseruare possimus statum puritatis perfectæ.	X
22	Vsq; ad quem modum possit perducī integritas cordis nostri & quid sit indicium mentis ad plenum excoctæ.	Y
23	Remedia curationis, quibus puritas cordis ac corporis nostri possit perfecta manere.	Z

LIBER VII. qui est de spiritu Philargyriæ siue Auaritiæ.  
XXVII. Para. hæc tractat.

1	Quod alienum sit avaritiæ bellum, & quod avaritia non sit homini naturalis.	A
2	Quam perniciosus sit morbus seu vitium avaritiæ.	B
3	Quæ utilitas nobis sit in naturalibus vitijs.	C
4	Quod sine creatoris iniuriâ dicimus nobis inesse quædam naturalia vitia.	D
5	De vitijs quæ extra naturalem motum nostra culpa contrahuntur.	E
6	Quod avaritiæ morbus semel admissus difficulter curatur.	F
7	Ex quibus avaritia generetur, & quantum malorum sit procuratrix.	G
8	Quod avaritia omnes virtutes impediât.	H
9	Quod monachus habens pecuniam in cœnobio perseuerare non possit.	I
10	Quod laborem avaritiæ subeat defector monasterij, qui ante pro leuissimis murmurabat laboribus.	K
11	Quod occasione pecuniæ acquirendæ contubernia sceminarum querantur.	L
12	Exemplum cuiusdam tepidi monachi laqueis avaritiæ irretiti.	M
13	Quid seniores conferant iunioribus in denudatione vitiorum.	N
14	Quibus exemplis morbus avaritiæ, triplex esse monstratur.	O
15	Quomodo male renuncians differat a non renunciante.	P
16	Cuius testimoniij colore se tueantur, qui omnia sua relinquere nolunt.	Q
17	De renunciatione apostolorum ac primitiuæ ecclesiæ.	R
18	Quod non debeamus secundum proprias sententias viuere, si apostolos cupimus imitari, sed debemus sequi ipsorum vestigia.	S
19	Sententia sancti BASILII Casariensis episcopi prolata aduersus SINCLÉTIVM.	T
20	Quod ignominiosum sit ab avaritia superari.	V
21	Qualiter avaritia sit vincenda.	X
22	Quod possit etiam aliquis non habens pecunias, avarus iudicari.	Y
23	Exemplum de Iuda.	Z
24	Quod avaritia vinci non possit humilitate.	Aa
25	De exitu Ananias, Sapphyræ ac Iudæ.	Bb
26	Testimonia de scripturis quibus perfectionem desideras, edocetur resumere quod reliquit.	Cc
27	Quod victoria contra avaritiam obtineri non potest, nisi per nuditatem.	Dd

LIBER



INDEX SVMMARIORVM.  
LIBER VIII. qui est de spiritu iræ.  
XXIII. Para. hæc tractat.

- |    |  |   |
|----|--|---|
| 1  | Quod quartum certamen sit nobis cōtra iram, & quāta mala generet passio ista.  | A |
| 2  | De ijs, qui dicunt iram non esse nociuam seu culpabilem, si delinquentibus irascamur, eo quod & deus dicatur irasci. | B |
| 3  | De his, quæ deo attribuuntur ex consuetudine nostræ naturæ.  | C |
| 4  | Qualiter sentiendum sit de membris, affectibusq; humanis, quæ immutabili & incorporeo deo ascribuntur.               | D |
| 5  | Quam placidum ac tranquillum conueniat esse monachum.  | E |
| 6  | De iusta vel iniusta commotione iracundiæ.   | F |
| 7  | In quo ira sit nobis tantummodo necessaria.  | G |
| 8  | Quibus beati David exemplis ira salubriter assumatur.  | H |
| 9  | De ira contra nos ipsos assumenda.   | I |
| 10 | De quo sole dicatur, vt sol non occidat super iracundiā vestram.   | K |
| 11 | De ijs, quorum iracundiæ nec solis occasus modum imponit.  | L |
| 12 | Quod iste sit finis iræ siue tristitiæ, vt vnusquisque faciat id quod potest.  | M |
| 13 | Quod non liceat ad momentum irasci.  | N |
| 14 | De reconciliatiōe fraterna.  | O |
| 15 | Quod & vetus lex iram prohibebat non solum ab opere, sed etiam a cogitatione.  | P |
| 16 | De superflua recessione locali eorum, qui à prauis moribus non recedunt.   | Q |
| 17 | Quod tranquillitas cordis nostrī consistere debeat non in aliorum arbitrio, sed in nostra potestate.                 | R |
| 18 | Quo studio debeamus eremum introire, & qualis sit ibi profectus.   | S |
| 19 | Quales sint æstimandi, qui tunc tantum sunt patientes, quando à nemine prouocantur.                                  | T |
| 20 | De amputanda ira iuxta Euangelium.   | V |
| 21 | De eo quod in Euangelio scriptum est: Qui irascitur fratri suo, &c.  | X |
| 22 | Vtrum recipiendum sit quod adiectum est: Sine causa.   | Y |
| 23 | Remedia quibus iram eradicare de cordibus nostris possimus.  | Z |

LIBER IX. qui est de spiritu Tristitiæ.  
X. Para. hæc tractat.

- |    |   |   |
|----|---|---|
| 1  | Quod quintum certamen sit contra spiritum tristitiæ, & quæ bona per eam auferantur ab anima.  | A |
| 2  | Qua cautela morbus tristitiæ sit curandus.  | B |
| 3  | Quam comparationem habeat anima quæ tristitiæ moribus deuoratur.  | C |
| 4  | Vnde & quibus modis tristitia generetur.  | D |
| 5  | Quod commotiones & passiones excitantur in nobis vitio nostro, non aliorum, & quod nullus repentino corruat lapsu, sed paulatim per longam incuriam peccat. | E |
| 6  | Quod non sunt deferenda fratrum consortia, vt perfectio acquiratur, sed patientia iugiter excolenda.  | F |
| 7  | De alio genere tristitiæ, quod desperationem salutis inducit.   | G |
| 8  | Qualiter tristitia discernatur, & quæ sit tristitia diabolica atq; mortifera.   | H |
| 9  | Quod omnis tristitia repellenda sit, tanquam noxia absq; illa salutari tristitia quæ tribus modis generatur.  | I |
| 10 | Remedia contra tristitiam.  | K |

LIBER X. qui est de spiritu Acediæ.  
XXII. Para. hæc tractat.

- |   |   |   |
|---|---|---|
| 1 | Quod sextum certamen sit contra spiritum acediæ, & de eius natura.                | A |
| 2 | Expositio acediæ, & qualiter serpat in corde monachi, & quæ dispendia inferat ei. | B |
| 3 | Quibus modis acediā superat monachum.   | C |
- Quod

INDEX SVMMARIORVM.

- |    |   |   |
|----|---|---|
| 4  | Quod acediā mentem excæcat & impedit ab omni contemplatione virtutum.   | D |
| 5  | Quod duplex est acediæ impugnatō. Et qualiter dilabuntur ij, qui ab acediā ceperint vinci.  | E |
| 6  | Testimonia Apostoli contra passionem acediæ.  | F |
| 7  | Quod necesse est eū esse inquietū, qui opere manū suæ non vult esse cōtentus.   | G |
| 8  | Quod non solum Apostolus, sed etiam ij, qui cum illo erant, operati sint manibus suis.  | H |
| 9  | Quod Apostolus ideo operatus est manibus suis, vt præberet nobis operadi exemplum.  | I |
| 10 | Quod non solum exemplo, sed etiam prædicatione seu verbo monuit operari.  | K |
| 11 | De hoc quod dicit: Qui non vult operari, non manducet.  | L |
| 12 | De eo quod dicit: Audiuimus quosdam ambulantes inquiete.  | M |
| 13 | Quod operatio manuum amputet vitia multa.   | N |
| 14 | De humanitate etiam otiosis & negligentibus impendenda.   | O |
| 15 | Quod eos qui delinquent debemus corripere, non ex odio, sed dilectione.   | P |
| 16 | De veteribus testimonijs quibus Apostolus præcipit operari, & quæ ipse probatur esse operatus.  | Q |
| 17 | Quod tñ operat Apostolus, q̄ nō sufficit ei duntaxat, sed existētibus secum & q̄ modo intelligendum sit illud: Beatius est magis dare q̄ accipere, atq; exemplum de eo qui laborantes extraxit de monasterio. | R |
| 18 | De diuersis testimonijs Salomonis contra acediā.  | S |
| 19 | Quod fratres in Aegypto suis manibus operantur, vt nō solum satisfaciant necessitatibus suis, sed etiam vt incarceratis ministrant.   | T |
| 20 | Quod otij causa fiant in partibus Occidentis pauciora cœnobia.  | V |
| 21 | De abbate Paulo, qui omni anno opera manuum suarum combussit.   | X |
| 22 | Verba abbatis Moysi de remedio acediæ.  | Y |

LIBER XI. qui est de spiritu cenodoxiæ, seu uanæ gloriæ.  
XVIII. Para. hæc tractat.

- |    |  |   |
|----|--|---|
| 1  | Quod septimum certamen sit nobis cōtra cenodoxiam seu gloriā vanam & de natura ipsius.             | A |
| 2  | Quod cenodoxia pulsat monachū non solū in parte carnali, sed etiam spiritali.                      | B |
| 3  | Quod cenodoxia sit multiplex & multiformis.  | C |
| 4  | Quod vana gloria impugnat monachum à dextris & sinistris, & qua comparatione noscatur eius natura. | D |
| 5  | Quod nec solitudine extingatur vana gloria.  | E |
| 6  | Quod cenodoxia cum fuerit deiecta, acrius resurgit ad pugnam.                                      | F |
| 7  | Quod cenodoxia nec eremo, nec castitate à suo feruore tepescat.                                    | G |
| 8  | Quod cenodoxia periculosior sit virtutibus mixta.  | H |
| 9  | Exemplum regis Ezechiz, qualiter telo vanæ gloriæ sit deiectus.                                    | I |
| 10 | Exemplum regis Oziz eodem vitio superati.  | K |
| 11 | De diuersis testimonijs contra vanam gloriā.   | L |
| 12 | Quibus modis cenodoxia monachum pulset.  | M |
| 13 | Qualiter cenodoxia suggerat gradum appetere clericatus.  | N |
| 14 | Qualiter cenodoxia mentem inebriat.  | O |
| 15 | De eo quem superueniens senex reperit in cella vanitate cenodoxiæ falli.                           | P |
| 16 | Quod vitia curari non possunt, nisi eorum radices & causæ fuerint publicatæ.                       | Q |
| 17 | Quod monachus vitare debet mulieres & episcopos.   | R |
| 18 | Remedia quibus vanam gloriā superare possimus.   | S |

LIBER XII. qui est de spiritu superbiæ.  
XXXI. Para. hæc tractat.

- |   |  |   |
|---|--|---|
| 1 | Quod octauum certamen est contra superbiæ spiritum. Et de natura superbiæ. | A |
| 2 | Quod superbiæ duo sunt genera.   | B |
| 3 | Quod superbia simul aufert omnes virtutes.                                 | C |
- Quod

INDEX SVMMARIORVM.

- 4 Quod per superbiam Lucifer de Archangelo diabolus fit effectus. D  
 5 Quod fomites vitiorum omnium de superbia proderunt. E  
 6 Quod superbiz vitium primum fit ordine ac tempore, quamuis fit vltimum in ordine impugnationis. F  
 7 Quod per superbiam meremur deum habere aduersarium. G  
 8 Qualiter deus superbiam diaboli extinxit virtute humilitatis, & diuersa super hoc. H  
 9 Qualiter & nos superbiam superare possimus. I (testimonia. H  
 10 Quod nemo possit viribus proprijs obtinere perfectionem virtutum, aut felicitatem promissam. K  
 11 Exemplum latronis vel sancti Dauid vel nostre vocationis, ad dei gratiam demon- L  
 12 Quod nullus labor possit repromissz beatitudini comparari. M (strandam. L  
 13 Doctrina seniorum de puritate obtinenda. N  
 14 Quod adiutorium dei conferatur laborantibus. N  
 15 Quod perfectionis viam discere debeamus, nec posse nos sine misericordia & inspi- O  
 ratione diuina accedere ad ipsum laborem obtinendam perfectionis.  
 16 Testimonia diuersa, quibus euidenter ostenditur nihil nos posse perficere quod ad P  
 nostram spectat salutem absq; adiutorio gratiz dei.  
 17 Quod non solum in naturali conditione, sed etiam in quotidiana dispensatione mu- Q  
 niamur gratia dei.  
 18 Quod hęc fides ab antiquis fratribus tradita fit de gratia dei. R  
 19 De eo qui propter blasphemiam traditus est immundissimo spiritui. S  
 20 Exemplum Ioas regis Iuda, quo ostenditur quid propter superbiam meruit. T  
 21 Quod omnis anima superba subditur spiritalibus nequitijs illudenda. V  
 22 Quod perfectio attingi, nisi virtute humilitatis, non possit. X  
 23 Quos spiritalis superbia pulset, quosq; carnalis. Y  
 24 Descriptio carnalis superbiz, & quz mala in monacho pariat, Et quod homo male Z  
 fundatus, quotidie ad peiora dilabatur.  
 25 Declaratio vitiorum quz ex superbia generantur. Aa  
 26 De fratris cuiusdam superbia. Bb  
 27 Indicia per quz spiritalis superbia cognoscitur esse in anima. Cc  
 28 Quod tepelactus quis per superbiam alijs quoq; cupit preesse. Dd  
 29 Quomodo possimus superbiam vincere, vel ad perfectionem venire. Ee  
 30 Quomodo destructrix omnium virtutum superbia possit per veram humilitatem  
 31 Remedia contra superbiam. Gg (extingui. Ff

COLLATIONES PATRVM XXIII.

COLLATIO I. quz est Abbatis Moyfi prima, de Monachi destinatione & fine. XXIII. Para. hęc tractat.

- 1 De habitatione Scythiz & proposito Abbatis Moyfi. A  
 2 Interrogatio Abbatis Moyfi, quis sit scopus seu destinatione monachi, & quis finis. B  
 3 Responso nostra. C  
 4 Responso Abbatis Moyfi super propositione predicta. D  
 5 De comparatione eius, qui sagitando conatur tangere signum. E  
 6 De ijs qui mundo renunciantes tendunt sine charitate ad perfectionem. F  
 7 De appetenda cordis tranquillitate. G  
 8 De principali conatu circa contemplationem diuinorum. Et de similitudine Mar- H  
 tz Marię & Marthę.  
 9 Interrogatio qualiter operatio virtutum non perseueret cum homine. I  
 10 Responso Abbatis Moyfi, quod cessabit earum actio, sed non merces. K  
 11 De charitatis perpetuitate. L  
 12 Interrogatio de perseuerantia spiritalis theoriz. M  
 13 Responso de directione cordis in deum, & de regno dei, regnoq; zabuli. N  
 14 De animę perpetuitate. O  
 15 De contemplando deo. P

INDEX SVMMARIORVM.

- 16 Interrogatio de cogitationum mobilitate.  
 17 Responso quid mens possit super statu cogitationum, & quid non possit.  
 18 Comparatio aquariz molę ac animę.  
 19 De tribus cogitationum nostrarum principijs.  
 20 De discernendis cogitationibus ad similitudinē probabilis trapezite & numularij.  
 21 De illusionibus abbatis Iohannis.  
 22 De quadruplici discretionē  
 23 De sermone doctoris secundum dispositionem & meritum audientium.

COLLATIO II. quz est Abbatis Moyfi secunda, de Discretionē. XXVI. Para. hęc tractat.

- 1 Procemium abbatis Moyfi de gratia discretionis.  
 2 Quid sola discretio conferat monacho.  
 3 Disputatio abbatis Anthonij super hoc.  
 4 De errore Saulis & Achab, qui per indiscretionem decepti sunt.  
 5 Quz referantur in sanctis scripturis de bono discretionis.  
 6 De morte Heronis senis.  
 7 De ruina duorum fratrum per indiscretionem.  
 8 De alterius illusionē quam per indiscretionem incurrit.  
 9 De lapsu & deceptione monachi Mesopotameni.  
 10 Interrogatio de acquirenda vera discretionē.  
 11 Responso qualiter possideatur vera discretio.  
 12 Verba abbatis Serapionis de morte cogitationum patefactaz, & de periculo pro- M  
 prię confidentię.  
 13 Confessio confusionis nostre ob quam confunderemur cogitationes nostras se- N  
 nioribus reuelare.  
 14 De confusione ista calcanda, & de periculo non condolendi.  
 15 De vocatione Samuelis.  
 16 De vocatione Pauli apostoli.  
 17 De discretionē appetenda.  
 18 De immoderatis ieiunijs ac vigilijs.  
 19 De optimo modo cibi quotidiani.  
 20 Obiectio de facilitate abstinentię eius.  
 21 Responso de virtute & modo ex parte continentię.  
 22 Quis sit generalis modus refectionis ac continentię  
 23 Qualiter abstinentia abundantiam humorum genitalium reprimat.  
 24 De labore æqualis refectionis, & de edacitate fratris Benjamin.  
 25 Interrogatio qualiter possit semper seruari vna, eademq; mensura.  
 26 Responso de modo refectionis non excedendo.

COLLATIO III. quz est Abbatis Pafnutij de tribus abrenunciacionibus. XX. Para. hęc tractat.

- 1 De vita sancti Pafnutij  
 2 De sermone eius ac nostra responso.  
 3 Propositio abbatis Pafnutij.  
 4 De tribus vocationum generibus.  
 5 Expositio trium vocationum, & quod desidi prima non profit, & renunciatio po- E  
 strema non obfit.  
 6 Expositio trium renunciacionum  
 7 Qualiter apprehendenda fit perfectio singularum abrenunciacionum istarum.  
 8 De proprijs diuitijs, in quibus consistit animę pulchritudo aut feditas.  
 9 De tripartito genere diuitiarum.  
 10 Quod nullus potest esse perfectus ex primo gradu renunciacionis.  
 11 Interrogatio de libero arbitrio hominis, & gratia dei.  
 12 Responso de dispensatione gratię dei manente liberi arbitrij voluntate.



INDEX SVMMARIORVM.

- 13 Quod directio vitæ nostræ fit ex deo
- 14 Quod scientia legis diuinæ conferatur illuminatione ac magisterio dei.
- 15 Quod à deo donentur intellectus quo possumus mandata dei cognoscere, & bonæ voluntatis effectus.
- 16 Quod moderatio & tolerantia tentationum tribuatur à domino.
- 17 Quod initium bonæ voluntatis & consummatio eius à deo fit.
- 18 Quod nihil geratur à nobis in mundo hoc sine deo.
- 19 Obiectio de potestate liberi arbitrii.
- 20 Responso quod liberum arbitrium nostrum semper indigeat adiutorio dei.

COLLATIO III. quæ est Abbatis Danielis de concupiscentia carnis & spiritus. XXI. Para. hæc tractat.

- 1 De vita abbatis Danielis.
- 2 Inquisitio vnde oriatur repentina commotio mentium ab ineffabili gaudio ad mortuosissimam cordis directionem.
- 3 Responso super hac quæstione.
- 4 Quod duplex est causa dispensationis ac probationis diuinæ.
- 5 Quod studium & industria nostra nil valeat sine adiutorio dei.
- 6 Quod vitale nobis fit interdum à deo quasi relinquere.
- 7 De utilitate pugnæ quam ponit Apostolus in colluctatione carnis & spiritus.
- 8 Quid sit quod in capitulo quodam Apostoli tertia adijciatur voluntas, post concupiscentias carnis ac spiritus sibi inuicem aduersantes.
- 9 Responso de intellectu recte interrogantis.
- 10 Quod vocabulum carnis accipitur multis modis.
- 11 Quid hoc loco dicatur caro ab Apostolo. Et quid sit concupiscentia spiritus.
- 12 Quæ sit voluntas nostra quæ inter concupiscentiam carnis ac spiritus ponitur.
- 13 De utilitate cunctationis seu moræ, quæ oritur ex colluctatione carnis & spiritus.
- 14 De inemendabili malitia spiritualium nequitiarum.
- 15 Quid nobis proferat concupiscentia carnis aduersus spiritum.
- 16 De incentiuis carnis, quibus nisi humiliaremur grauius peccaremus.
- 17 De eunuchorum tepore.
- 18 Interrogatio quid intersit inter carnalem & animalem.
- 19 De triplici statu animæ.
- 20 De male abrenunciatis.
- 21 De his qui intentatis magnis occupantur in paruis.

COLLATIO V. quæ est Abbatis Serapionis de natura vitiorum, & præcipue de VIII. principalibus vitijs. XXVII. Para. hæc tractat.

- 1 Aduentus noster ad cellam abbatis Serapionis, & inquisitio de impugnatione ac generatione vitiorum.
- 2 Narratio Serapionis de VIII. principalibus vitijs. B (neribus vitioꝝ)
- 3 De duobus generibus vitiorum, & quadruplici effectu eorum.
- 4 Recapitulatio de gula & fornicationis passione, & de curatione eorum.
- 5 Quomodo Christus solus absque peccato tentatus sit.
- 6 Cur diabolus Christum tentauit.
- 7 De consummatione vanæ gloriæ atque superbiæ absque opere corporali.
- 8 De auaritia quod sit extra naturam, & qualiter differat à cæteris vitijs.
- 9 De acedia atque tristitia, qualiter oriuntur.
- 10 De VI. vitiorum concordia & cognatione duorum ab eis differentium.
- 11 De qualitate & origine cuiuslibet vitij.
- 12 In quo vana gloria fit utilis.
- 13 De varia impugnatione omnium vitiorum.
- 14 De instituendo certamine contra peccata secundum molestationem ipsorum.
- 15 Quod nihil valemus contra peccata sine auxilio dei, propter quod non debemus extolli de expulsiōe eorum.

De se

N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
V

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
V  
X

INDEX SVMMARIORVM.

- 16 De significatione septem gentium, quarum terras accepit populus Israel. Et quare interdum dicantur septem gentes, aliquando plures.
- 17 Interrogatio de comparatione septem gentium, & octo vitiorum.
- 18 Responso quomodo secundum octo vitia octo gentium numerus impleatur.
- 19 Cur vna gens desit, cum septem iubeantur occidi.
- 20 De natura gulæ per comparationem ad aquilam.
- 21 De perseuerantia gulæ contra philosophos disputata.
- 22 Cur deus prædixit Abrahæ gentes decem esse expugnandas à populo Israel.
- 23 Quomodo nobis fit vitale terras vitiorum possidere.
- 24 Quod terre ex quibus expulsi sunt populi Chananeorum, fuerit deputatæ filiis Sem. Aa
- 25 Diuersa testimonia de significatione octo vitiorum.
- 26 Quod deuicta passione gulæ laborandū sit pro cæteris virtutibus obtinendis.
- 27 Quod non sit idem ordo præliorum qui ponitur in numero vitiorum.

COLLATIO VI. quæ est Abbatis Theodori, de nece sanctorum. XVII. Para. hæc tractat.

- 1 Descriptio eremi & inquisitio de nece sanctorum.
- 2 Responso abbatis Theodori ad quæstionem propositam.
- 3 De tribus quæ sunt in hoc mundo, videlicet bonis, malis ac medijs.
- 4 Quod malum nulli inuito possit inferri ab alio.
- 5 Obiectio qualiter deus dicatur creare malum.
- 6 Responso ad obiectionem præfatam.
- 7 An reus sit qui iusto intulit mortem, cum iustus habeat de morte mercedem.
- 8 Responso ad hæc.
- 9 Exemplum Iob à diabolo tentati, & Christi à Iuda traditi. Et quod iusto plus conferant ad salutem aduersa quam prospera.
- 10 De virtute viri perfecti, qui ambidexter figuratiter nuncupatur.
- 11 De duplici genere tentationum, quæ modo triplici inferuntur.
- 12 Quomodo iustus debeat esse similis non ceræ, sed signatorio adamantino.
- 13 Interrogatio, an mens possit iugiter in vna & eadem qualitate durare.
- 14 Responso ad quæstionem propositam.
- 15 Quod detrimentum sit discedentis à cella.
- 16 De mobilitate supernarum virtutum.
- 17 Quod nemo labatur subitaneo casu.

COLLATIO VII. quæ prima est Abbatis Sereni, de mobilitate animæ & spiritualibus nequitijs. XXXII. Para. hæc tractat.

- 1 De castitate abbatis Sereni.
- 2 Interrogatio præfati senis de statu cogitationum nostrarum.
- 3 Responso de instabilitate animæ.
- 4 Disputatio senis de statu animæ & virtutis eius.
- 5 De perfectione animæ, sumpta ex similitudine euangelici Centurionis.
- 6 De perseuerantia circa quotidianam cordis custodiam.
- 7 Interrogatio de mobilitate animæ, & impugnatione cælestium nequitiarum.
- 8 Responso de adiutorio dei & potestate liberi arbitrii.
- 9 Interrogatio qualiter spiritus maligni humanis mentibus copulentur.
- 10 Responso ad hanc quæstionem.
- 11 Obiectio quod spiritus immundi possunt inferri aut vniri animabus eorum quæ replentur.
- 12 Responso qualiter spiritus immundi in erguminis dominantur.
- 13 Quod spiritus creatus spiritui creato penetrabilis esse non possit, & de solo incorporeo deo.
- 14 Obiectio an dæmones credi debeant cogitationes inspicere hominum.
- 15 De modo quo spiritus immundi doceantur cogitationes hominum scire.
- 16 Quod non singuli dæmones vnuerfas inferant passiones.
- 17 Interrogatio an inter dæmones seruetur ordo impugnationis, aut vicissitudinis dicitur.

\*\*\* ij scipis

Q  
R  
S  
T  
V  
X  
Y  
Z  
Aa  
Bb  
Cc  
Dd

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R

INDEX SVMMARIORVM.

	sciplinam.	R
18	Responſio per quem modū ſubſiſtat cōſenſio dæmonū circa viciffitudinē impugnaſ	S
19	Quod dæmones non ſint eiufdem fortitudinis.	T (tionis.)
20	Quod tentandi facultas non ſit collocata in eorum arbitrio.	V
21	De minorata dæmonum poteſtate.	X
22	Qualiter dæmones parent ſibi aditum in corpora eorum quos poſſeſſuri ſunt.	Y
23	Quod miſerabiliores ſunt qui vitijs adimplentur, q̄ qui à dæmonibus poſſident.	Z
24	De nece prophetæ ſeducti & infirmitate abbatis Pauli quam pro ſua emundatione promeruit.	Aa
25	De tentatione abbatis Moyſi.	Ab
26	Quod ſperni non debeant, qui immundis traduntur ſpiritibus.	Cc
27	Cur à dominica communionē ſeparantur, qui ſpiritibus immundis traduntur.	Dd
28	Reſponſio ad quæſtionem propoſitam.	Ee
29	Quod miſeri ſunt qui non merentur ſubdi temporalibus tentationibus iſtis.	Ff
30	De diuerſitate ſtudiorum ac voluntatū qui in aerijs poteſtatibus ſiunt & ſunt.	Gg
31	Interrogatio vnde proceſſerit tanta differentia nequitiarum cœleſtium.	Hh
32	Dilatatio ſolutionis propoſitæ quæſtionis.	Ii

COLLATIO VIII. quæ ſecunda eſt Abbatis Sereni, de poſteſtatibus ſeu principatibus. XXV. Para. hæc tractat.

1	De humanitate abbatis Sereni.	A
2	Propoſitio de diuerſitate nequitiarum cœleſtium.	B
3	De multiplici eſca ſcripturarum ſanctarum.	C
4	De gemina ſententia circa intellectum ſacræ ſcripturæ.	D
5	Quod propoſita quæſtio computanda ſit inter ea, quæ mediæ ſunt tenenda.	E
6	Quod nihil à deo creatum, eſt malum.	F
7	De initio principatuum ſeu poteſtatium.	G
8	De lapſu diaboli & angelorum.	H
9	Obiectio quod ruina diaboli à deceptione Euz inceptis.	I
10	Reſponſio de initio lapſus diaboli.	K
11	De poena eius qui decipit aut decipitur.	L
12	De cōſtipatione dæmonū & inquietudine quæ ſemper exercet in aere iſto.	M (N
13	Quod cōtrariæ poteſtates etiā cōtra ſe moueāt impugnationē quæ cōtra hoies excitāt.	
14	Vnde factū ſit, qd ſpirituales nequitie acceperūt noia poteſtatū ac principatuum.	O
15	Quod nō ſine ratiōabili cauſa noia angelorū ſunt indita cœleſtibus bonis virtutibus.	P
16	De ſubiectiōne dæmonū quam ſuis principibus exhibet viſa à fratre quodam.	Q
17	Quod ſingulis hominibus angeli duo cohæreant.	R
18	De differentia neq̄tie quæ immūdis ineſt ſpiritibus, p̄ duos philoſophos cōprobata.	S
19	Quod dæmones nihil valeant contra homines, niſi eorum mentes obſederint.	T
20	Interrogatio de apoſtatis angelis, qui dicuntur in Geneſi cum filiabus hominū conuuiſſe connubijs.	V
21	Solutio primæ quæſtionis.	X
22	Obiectio qualiter prophana commixtio cum filiabus hominum poterat imputari generi ſeculi, ante legis prohibitionem.	Y
23	Solutio qd homines ab initio fuerunt obnoxij poenæ ſeu iudicio, lege naturali.	Z
24	Quod iuſte puniti ſunt qui ante diluuium peccauerunt.	Aa
25	Quomodo intelligendum ſit qd de diabolo dicitur: Mendax eſt & pater eius.	Bb

COLLATIO IX. quæ prima eſt Abbatis Iſaac de oratione. XXXVI. Para. hæc tractat.

1	Proceſſum collationis.	A
2	Verba abbatis Iſaac de qualitate orationis.	B
3	Qualiter pura ac ſyncera fundatur oratio.	C
4	De mobilitate animæ comparata pennæ ac pennulæ.	D
5	De cauſis quibus mens noſtra grauatur.	E

Deſcri

INDEX SVMMARIORVM.

6	De viſione cuiuſdam ſenis quam vidit de inquieta fratris cuiuſdam operatione.	F
7	Interrogatio de hoc q̄ maiori difficultate cuſtodire oportet cogitationes bonas.	G
8	De diuerſis orationum qualitatibus.	H
9	De quatuor ſpeciebus orationis.	I
10	De ordine ſpecierum orationis.	K
11	De obſecratione.	L
12	De oratione.	M
13	De poſtulatione.	N
14	De gratiarum actione.	O
15	Vtrum quatuor ſpecies orationis ſint vnicuiq̄ neceſſariæ ſigillatim & viciffim, an omnibus & ſimul.	P
16	Ad quas orationum ſpecies debeamus noſipſos magis extendere.	Q
17	De quatuor orationum ſpeciebus à Chriſto effuſis.	R
18	De oratione dominica.	S
19	De eo quod dicit: Adueniat regnum tuum.	T
20	De eo quod dicit: Fiat voluntas tua.	V
21	De pane ſuperſubſtantiali vel quotidiano.	X
22	De eo quod ait: Et dimitte nobis debita noſtra.	Y
23	De eo quod dicit: Et ne nos inducas in tentationem.	Z
24	Quod non debeant alia poſtulari, q̄ iſta quæ in oratione dominica cōtinentur.	Aa
25	De qualitate ſublিমioris orationis.	Bb
26	De diuerſis compunctiōnum cauſis.	Cc
27	De diuerſis compunctiōnum qualitatibus.	Dd
28	Interrogatio de eo quod non ſit in noſtra poteſtate lachrymarum effuſio.	Ee
29	Reſponſio de diuerſitate compunctiōnum quæ ſuper lachrymis aſſignantur.	Ff
30	Quod lachrymæ non ſunt extorquendæ, quando non oriuntur ſpontaneæ.	Gg
31	Sententia abbatis Anthonij de ſtatu orationis.	Hh
32	De exauditionis indicio.	Ii
33	Obiectio q̄ prædicta exauditionis fiducia ſanctis tantum conueniat.	Kk
34	Reſponſio de diuerſis exauditionum cauſis.	Ll
35	De oratione intra cubiculum & clauſo oſtio faciendâ.	Mm
36	De vtilitate breuis ac tacitæ orationis.	Nm

COLLATIO X. quæ eſt Abbatis Iſaac ſecunda, de orationis iugitate, perfeuerantia ac perfectione. XIII. Para. hæc tractat.

1	Proceſſum eiufdem ſenis.	A
2	De obſeruatione quæ in Aegypto tenetur de ſignificatione paſchæ.	B
3	De abbate Serapione & Antropomorfitæ hæreſi, quam ex ſimplicitate incurrit.	C
4	De reditu noſtro ad abbatē Iſaac & inſpectione erroris quē prædictus ſenex incurrit.	D
5	Reſponſio de origine præfatæ hæreſis.	E
6	Ex quibus cauſis Chriſtus appareat cuiq̄ humilis aut gloriſificatus.	F
7	In quo conſiſtat finis noſter ſeu beatitudo perfecta.	G
8	Interrogatio de eruditione perfectionis, per quam poſſimus ad indefinentem dei memoriam peruenire.	H
9	De efficacia intellectus qui per experientiam acquiritur.	I
10	De inſtitutione ac doctrina orationis indefinentis ſeu perpetuæ.	K
11	De perfectione orationis ad quam præfata eruditione aſcenditur.	L
12	Interrogatio qualiter ſpirituales cogitationes immobiliter teneantur.	M
13	De mobilitate cogitationum.	N
14	Qualiter ſtabilitas cordis ſeu cogitationum poſſit acquiri.	O

COLLATIO XI. quæ eſt Abbatis Cheremonis I. de perfectione ſiue de perfectis. XVI. Para. hæc tractat.

1	De oppido Thenneſeos.	A
2	De Archebio epifcopo.	B

\*\*\* iij Deſcri

INDEX SVMMARIORVM.

- 3 Descriptio eremi in qua morabatur sancti patres Cheremon, Nesteros & Ioseph. C
- 4 De abbate Cheremone & excusatione eius ab exhibitione informationis. D
- 5 Responso nostra ad excusationem ipsius. E
- 6 Responso Cheremonis, quod vitia tribus modis vincantur. F
- 7 Quibus gradibus ascendatur ad apicem charitatis, & quae stabilitas sit in ea. G
- 8 Quod charitas non solum faciat filios, sed etiam conferat imaginem & similitudinem dei. H
- 9 Quantum excellant qui per charitatis affectum declinant a vitis. I
- 10 Quod charitas de seruis filios facit, & imaginem & similitudinem confert. K
- 11 Quod perfectio charitatis sit orare pro inimico, & quo signo noscatur anima non dum esse purgata. L
- 12 Interrogatio cur dixerit affectum timoris & spei esse imperfectum. M
- 13 De diuersitate perfectionum. N
- 14 De timore qui nascitur ex magnitudine charitatis. O
- 15 Interrogatio de consummatione castitatis. P
- 16 Dilatio expositionis propositae quaestionis. Q

COLLATIO XII. quae est Abbatis Cheremonis secunda, de castitate. XVI. Para. haec tractat.

- 1 Exordium collationis. A
- 2 De corpore peccati & membris eius. B
- 3 De mortificatione fornicationis & immunditiae. C
- 4 Quod labor humanus non sufficit ad promerendam castimoniam puritatem. D
- 5 De vititate impugnationis quae generatur feruore incentiuorum. E
- 6 Quod patientia ardorem fornicationis extinguit. F
- 7 De differentijs & gradibus castitatis. G
- 8 Quod inexperti tractare non possunt de natura castitatis & eius affectu. H
- 9 Interrogatio an etiam dormientes possimus euadere corporis motum. I
- 10 Responso quod motio carnis contingens in somno, non derogat castitati. K
- 11 Quid intersit inter continentiam & castitatem. L
- 12 De mirabilibus quae operatur dominus in sanctis suis. M
- 13 Quod dulcedinem castitatis non agnoscunt, nisi qui eam experiuntur. N
- 14 Quaestio de qualitate & tempore continentiae, Et in quo castitas perfici possit. O
- 15 Responso ad quaestionem inductam. P
- 16 De fine atque remedio castitatis. Q

COLLATIO XIII. quae est Abbatis Cheremonis tertia, de protectione dei. XVIII. Para. haec tractat.

- 1 Exordium sequentis collationis. A
- 2 Interrogatio cur merita virtutum non ascribantur industriae laborantis. B
- 3 Responso, quod sine adiutorio dei nec castitatis perfectio, nec aliquid meritiorum esse possit. C
- 4 Obiectio quomodo gentiles absque gratia dei castimoniam habuisse dicuntur. D
- 5 Responso de philosophorum imaginaria castitate. E
- 6 Quod sine gratia dei exequi valeamus multos conatus naturalis industriae. F
- 7 De principali proposito dei & prouidentia quotidiana. G
- 8 De gratia dei & arbitrii libertate. H
- 9 De virtute bonae voluntatis nostrae, & gratia dei. I
- 10 De infirmitate liberi arbitrii. K
- 11 Vtrum voluntatem nostram bonam praecedat, an sequatur gratia dei. L
- 12 Quod bona voluntas non sit semper attribuenda gratiae dei, nec homini. M
- 13 Quod humani conatus compensare non possunt gratiam dei. N
- 14 Quod deus per tentationes experitur virtutem humani arbitrii. O
- 15 De multiplici vocationum gratia. P
- 16 Quod gratia dei transcendat fidei humanae angustias. Q
- 17 De inscrutabili dispensatione dei. R

Diffi

INDEX SVMMARIORVM.

- 18 Diffinitio seu doctrina patrum, quod liberum arbitrium non sit sufficiens ad saluandum. S

COLLATIO XIII. quae prima est Abbatis Nesteros de scientia spiritali. XIX. Para. haec tractat.

- 1 De multiplici genere scientiarum. A
- 2 De apprehendenda spiritalium rerum cognitione. B
- 3 Quod actualis scientia in duobus consistat. C
- 4 Quod actualis vita dirigitur circa multas professiones & studia. D
- 5 De arreptae professionis perseverantia. E
- 6 De imperfectorum instabilitate & mutatione. F
- 7 Exemplum castitatis, quo docetur non omnia esse ab omnibus aemulanda. G
- 8 De spiritali scientia. H
- 9 Quod de actuali scientia proficiatur ad spiritualem. I
- 10 De multiplici intellectu scripturae. K
- 11 De apprehendenda verae scientiae disciplina. L
- 12 Interrogatio qualiter possit ad obliuionem saecularium carminum perueniri. M
- 13 Responso, qualiter memoriae talia carmina possumus abluere. N
- 14 Quod immunda anima nec possit docere nec discere scientiam spiritualem. O
- 15 Quaestio, quomodo multi immundi scientiam habent, & sancti non habent. P
- 16 Responso, quod mali veram scientiam non possunt habere. Q
- 17 Quibus debeat perfectio aperiri. R
- 18 Quibus ex causis spiritalis doctrina fiat instructiuosa. S
- 19 Quod indigni quandoque recipiunt gratiam sermonis salubris. T

COLLATIO XV. quae secunda est Abbatis Nesteros de charismatibus diuinis. IX. Para. haec tractat.

- 1 Quod ex triplici causa confertur a deo gratia curationum, aut signorum. A
- 2 In quo admirari quis debet viros sanctos. B
- 3 De miraculo abbatis Abraham factio in verbis mulieris. C
- 4 Qualiter idem curauit claudum. D
- 5 Quod meritum hominis non debeat ex miraculis ponderari. E
- 6 Quod virtus charismatum non in mirabilibus, sed in humilitate consistit. F
- 7 Quod mirabilius sit de seipso expellere passiones & vitia, quam a possessis, daemonia. G
- 8 Quantum praecellat probitas vitae operibus miraculorum. H
- 9 Reuelatio de perfecto castitatis experimento. I

COLLATIO XVI. quae prima est Ab. Ioseph de amicitia. XXVII. Para. haec tractat.

- 1 De eminentia sancti abbatis Ioseph. A
- 2 De multiplici genere amicitiarum. B
- 3 Unde nascatur indissolubilis amicitia. C
- 4 Interrogatio, an aliquid fieri debeat contra voluntatem fratris. D
- 5 Responso ad propositam quaestionem. E
- 6 Quibus modis inuiolabilis societas seu amicitia habeatur. F
- 7 Quod nihil sponendum sit charitati, nec aliquid postponendum iracundiae. G
- 8 Quibus de causis nascatur inter spirituales dissensio. H
- 9 De amputandis spiritalibus causis discordiae. I
- 10 De optimo examine veritatis. K
- 11 Quod impossibile sit confidenter proprio iudicio non decipi illusionem diaboli. L
- 12 Quod charitas sit non solum res dei, sed etiam deus. M
- 13 Cur inferiores non debeant in collatione contemni. N
- 14 De his qui dissimulatione corroborant iram suam, aut proximi. O
- 15 De eo, si frater aliquid habeat contra nos. P
- 16 De his qui putant patientiam impendendam saecularibus magis quam fratribus. Q

\*\*\* iij

De

INDEX SVMMARIORVM.

- 17 De ijs qui patientiam mendaciter simulantes, prouocant fratres ad iram suo silentio. R  
 18 De ijs qui ex indignatione ieiunant. S  
 19 De quorundam simulata patientia, qui alteram maxillam offerunt verberandā. T  
 20 Interrogatio. V  
 21 Quod Christus inspector sit voluntatis, & non facti duntaxat. X  
 22 De propria voluntate subijcienda voluntati fratris. Y  
 23 Quod infirmi iniuriosi sunt alijs, & tamen iniurias ferri non possunt. Z  
 24 Quæstio, quomodo fortis sit, qui non sustinet semper infirmum. Aa  
 25 Responso, quod infirmus non finit se sustentari. Bb  
 26 Quomodo iracundia sit frenanda. Cc  
 27 Quod amicitia cum iuramento initæ firmæ esse non valeant. Dd

COLLATIO XVII. quæ secunda est abb. Ioseph de diffiniendo uel non diffiniendo. XXI. Para. hæc tractat.

- 1 De causa & modo reditus nostri ad eundem abbatem. A  
 2 Quid mihi ad hoc visum sit. B  
 3 Interrogatio senis, vnde euenerit nostra anxietas, & responso nostra. C  
 4 Cur in Aegypto manere vellemus, & cur retraheremur ad Syriam. D  
 5 Interrogatio, an daretur nobis maior profectus in Aegypto, q̄ in cœnobio Syriæ. E  
 6 Responso, quod imo. F  
 7 Quod viri perfecti non debent absolute diffinire. G  
 8 Quod plerunq; vtilius est statuta erumpere, quam implere. H  
 9 Interrogatio de voto quod in cœnobio Syriæ fecimus. I  
 10 Responso, quod propositum facientis pensandum sit, non effectus negotij tantum. K  
 11 Quæ causa exegerit sponsonem illam à nobis. L  
 12 Quod sine culpa ordo passionis imitetur, dū modo effectus boni studij capiatur. M  
 13 Interrogatio, an absq; peccato sit, quod conscientia nostra ingerit infirmis occasiōem mentiendi. N  
 14 Responso, quod veritas scripturarum non sit vitanda pro scandalis infirmorum vitandis. O  
 15 Quod sancti quandoq; vtiliter mutauerunt propositum. P  
 16 Quod deus gratiam infundit aut subtrahit secundum præsentis hoīm actus. Q  
 17 Quod sermo mutari possit in melius, quamuis ira instigante proferatur sub obligatione, aut promissione. R  
 18 Obiectio ex verbis Psalmitæ. S  
 19 Responso ad obiectiōem præmissam. T  
 20 Quod obtestatio non sit addenda occulto sermone, si ira dicatur. V  
 21 Quod monachus nihil debeat abrupte diffinire de his quæ pertinent ad corporales exercitationes. X

COLLATIO XVIII. quæ est abb. Pyamonis de tribus generibus monachorū & quarto nup exorto. XVI. Para. hæc tractat.

- 1 De aduentu nostro ad abbatem Pyamonem. A  
 2 Alloquutio sancti Pyamonis, quod sine magisterio perfectorū virorum non acquiritur perfectio. B  
 3 Quod iuniores non debent discutere seniorum præcepta. C  
 4 De tribus generibus monachorum. D  
 5 A quibus instituta sit professio seu religio cœnobarum. E  
 6 De ordine atq; principio anachoritarum. F  
 7 De principio Sarrabaitarum. G  
 8 Quæstio de differentia inter cœnobiū & monasterium. H  
 9 Responso ad hanc quæstionem. I  
 10 De falsa humilitate cuiusdam. Et de signis veræ humilitatis. K  
 11 Interrogatio qualiter tranquillitas mentis possit acquiri. L

12 Responso

INDEX SVMMARIORVM.

- 12 Responso ad hæc.  
 13 Exemplum primum de patientia.  
 14 Item exemplum patientiæ.  
 15 De perfectione patientiæ.  
 16 Plena disputatio de malo inuidiæ.

COLLATIO XIX. quæ est Ab. Iohannis de fine Cœnobiæ & Eremitæ. XVI. Para. hæc tractat.

- 1 De cœnobio Pauli abbatis, & de patientia cuiusdam fratris.  
 2 De humilitate abbatis Iohannis, & interrogatione nostra.  
 3 Cur heremum dereliquit.  
 4 De sancta vita huius Iohannis abbatis in anachoritica professione.  
 5 De commodis heremi.  
 6 De vtilitate cœnobiij.  
 7 Interrogatio de fructu solitudinis atq; cœnobiij.  
 8 Responso ad interrogationem prædictam.  
 9 De vera consummatione ac perfectione.  
 10 De his qui imperfecti hæremum petunt.  
 11 Interrogatio de remedio eorum qui cito discesserunt de congregatione cœnobiij.  
 12 Responso qualiter solitarius possit inuenire remedium curationis.  
 13 Interrogatio qualiter possit curari qui ingressus est solitudinem non curatus.  
 14 Responso de medicina prædictorum.  
 15 Quæstio, an fornicatio ita debeat explorari quemadmodum cæteræ passiones.  
 16 Responso ad prædicta.

COLLATIO XX. quæ est ab. Pynuphij de fine poenitentia & satisfactionis inditio. XII. Para. hæc tractat.

- 1 De humilitate Pynuphij abbatis.  
 2 De aduentu nostro ad Pynuphium abbatem.  
 3 Interrogatio de fine poenitentia & satisfactionis inditio.  
 4 Responso de humilitate interrogationis nostræ.  
 5 De modo poenitentia, & indulgentia documento.  
 6 Interrogatio an peccata sint reminiscenda pro cordis compunctione.  
 7 Responso, quousq; habenda sit recordatio præcedentium delictorum.  
 8 De diuersis poenitentia fructibus.  
 9 Quod peccatorum obliuio vtilis sit perfectis.  
 10 Quod flagitiorum recordatio sit vitanda.  
 11 De satisfactionis inditio, & qualiter ad abolitionem criminum peruenitur.  
 12 In quo poenitentia temporaliter sit agenda, & in quo finem habere possit.

COLLATIO XXI. quæ est Abbatis Theonæ prima de remissione quinquagesimæ & ieiunij utilitate. XXXV. Para. hæc tractat.

- 1 Qualiter Theonæ venit ad abbatem Iohannem.  
 2 Exhortatio abbatis Iohannis ad Theonam, ac alios qui secum venerunt.  
 3 De oblatione decimarum & primitiarum.  
 4 Quod Abraham, David, ac cæteri sancti supergressi sunt legis mandata.  
 5 Quod existentes sub euangelij gratia debeant transcendere legis mandata.  
 6 Quod sicut Euangelij gratia tribuit perfectis regna cœlorum, sic gratiose sustentat infirmos.  
 7 Quod in nostra potestate sit, an velimus esse sub gratia euangelij, an sub legis terrore.  
 8 Quomodo Theonæ coniugem suam hortatur vt renuntiet mundo.  
 9 Quomodo non acquiescente vxore ad monasterium conuolauit.  
 10 Satisfactio, quod non intendit suadere, aut approbare discessionem à coniuge.

11 Quæ

M  
N  
O  
P  
Q

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
K  
L  
M

INDEX SVMMARIORVM.

- 11 Quæstio cur non ieiunetur, nec genua in oratione flectantur diebus quinquagesime in Egypto. L  
 12 De natura eorum quæ sunt bona aut mala, vel media. M  
 13 Quale bonum sit ieiunium. N  
 14 Quod ieiunium non sit principale bonum. O  
 15 Quod principale bonum non debet teneri aut fieri propter bonum inferius, sed e contra. P  
 16 Quomodo bonum principale discernatur à cæteris bonis. Q  
 17 Quod ieiunium non sit semper conueniens. R  
 18 Quæstio, cur per totam quinquagesimam ieiunium resoluatur. S  
 19 Responso ad quæstionem prædictam. T  
 20 Interrogatio, an relaxatio ista ieiunij non obsit corporis castitati. V  
 21 Responso de seruando continentie temperamento. X  
 22 De tempore & mensura refectionis. Y  
 23 Interrogatio, de diuersa obseruatione qua dragesimæ. Z  
 24 Responso, quod ieiunia quadragesimæ referantur ad decimam anni. Aa  
 25 Qualiter debeamus deo offerre primitias nostras. Bb  
 26 Cur quadragesima à plerisque obseruetur diuerso numero dierum. Cc  
 27 Quare vocetur quadragesima, cum ieiunetur triginta & sex diebus. Dd  
 28 Quod perfecti supergrediuntur quadragesimæ legem. Ee  
 29 Qualiter instituta fuit obseruantia quadragesimæ. Ff  
 30 Quomodo intelligendum sit quod ait Apostolus: peccatum vobis non dominabitur. Gg  
 31 Responso ad hæc, & de differentia præceptorum legis & euangelij. Hh  
 32 Quod leuiores sunt euangelij præcepta quam legis. Ii  
 33 Qualiter quis probetur esse sub gratia. Kk  
 34 Cur acrius impugnamur carnalibus incentiuis dum ieiunamus. Ll  
 35 Responso, quod hæc quæstio reseruanda sit futuræ collationi. Mm

COLLATIO XXII. quæ est secunda abb. Theonæ de nocturnis illusionibus. XVII. Para. hæc tractat.

- 1 De reditu nostro ad eum. A  
 2 Repetio quæstionis præmissorum. B  
 3 Responso ad hanc quæstionem. C  
 4 Quæstio, an liceat pollutis illusionibus nocturna ad sacræ cõmunione accedere. D  
 5 Responso, quod culpabilis sit passio aut illusio dormientis. E  
 6 Quod interdum operatione diaboli contingat illusio illa. F  
 7 Qualiter fluxus iste immundus frenetur. G  
 8 Quod nemo debet se dignum iudicare dominica cõmunione. H  
 9 Obiectio, quod omnes priuandi sunt cõmunione, si nemo est absq; peccato. I  
 10 Responso, quod multi sancti esse possunt, nullus tamen sine peccato, præter Christum. K  
 11 Quod solus filius dei tentatus sit absq; omni vulnere peccati. L  
 12 Quod solus Christus vicit in similitudine carnis peccati. M  
 13 Quod omnes iusti non fuerunt in similitudine, sed in veritate peccati. N  
 14 Quod peccata sanctorum non sint tam graua, vt eis auferatur meritum seu ratio sanctitatis. O  
 15 Quomodo intelligendum sit illud Apostoli: Non enim quod volo facio bonum. P  
 16 Obiectio quod Apostolus dixerit verba prædicta potius ex persona peccatorum quam propria. Q  
 17 Dilatio solutionis propositæ quæstionis. R

COLLATIO XXIII. quæ est abb. Theonæ tertia de uelle boni & agere malū, seu Impeccantia. XX. Para. hæc tractat.

- 1 Disputatio Theonæ de verbis Apostoli: Non enim quod volo facio bonum. A  
 2 Quod Apostolus bona plurima consummauit. B  
 Quid

INDEX SVMMARIORVM.

- 3 Quid sit illud bonum quod Apostolus testatus est se non posse perficere. C  
 4 Quod humana bonitas atq; iustitia bona non sint, si comparentur bonitati ac iustitie dei. D  
 5 Quomodo intelligendum sit illud Apostoli: non enim quod volo facio bonum. E  
 6 Quod lippis sint similes, qui credunt se sine esse peccato. F  
 7 Quod dupliciter seducantur, qui dicunt hominem esse sine peccato. G  
 8 Quod paucorum sit intelligere peccata. H  
 9 Qua cautione debeat monachus dei memoriam custodire. I  
 10 Quod tendentes ad perfectionem, sciunt se semper indigere gratia dei. K  
 11 Expositio illius sententiæ: Condelector legi dei secundum interiorem hominem. L  
 12 Expositio illius sententiæ: Scimus quoniam lex spiritalis est. M  
 13 Obiectio, quod nec infidelium, neq; sanctorum personis conueniat, quod ait: Non quod volo facio bonum. N  
 14 Responso ad prædictam obiectionem. O  
 15 Quid sit corpus peccati & mortis. P  
 16 Quod sancti oēs veraciter confitentur peccatores se esse. Q  
 17 Quod iusti & sancti non sint sine peccato. R  
 18 Quod peccatum vitari non potest in ipsa oratione. S  
 19 A quibus discenda sit peccati euacuatio, & virtutum perfectio. T  
 20 Quod non debeamus nos à sacra communione suspēdere, quamuis cognoscamus nos peccatores esse. V

COLLATIO XXIII. quæ est Ab. Abrahæ de mortificatione. XXV. Para. hæc tractat.

- 1 Qualiter manifestauimus secreta cogitationum nostrarum abbati Abrahæ. A  
 2 Qualiter patefecit nobis nostros errores. B  
 3 De qualitate bonorum quæ ab Anachoritis expeti debent. C  
 4 Quæ opera à solitarijs eligi debent. D  
 5 Qualiter monachus debeat custodire cogitationes suas. E  
 6 Obiectio, cur nobis posset nocere parentum vicinia, quæ non obesset nobis constantibus in Aegypto. F  
 7 Responso, quod non omnibus omnia conueniant. G  
 8 Quod possidentes mortificationem abbatis Apollo, possunt non timere parentum viciniam. H  
 9 Interrogatio, an obsit monacho, quod necessaria vitæ ministrantur ei à suis parentibus. I  
 10 Responso quid sanctus pater Anthonius super hoc dixerit. K  
 11 De utilitate operationis, & otij detrimento. L  
 12 Fabula composita de tonsore ad cognoscendas illusiones diaboli. M  
 13 Interrogatio, vnde irrepsit nobis error talium cogitationum. N  
 14 Responso de tripartito animi motu. O  
 15 Quod ratio fuit corrupta in nobis. P  
 16 Quod infirmior pars animæ succumbat tentationibus diaboli. Q  
 17 Interrogatio, an rationabiliter trahebamur ad patriam desiderio maioris silentij. R  
 18 Responso de illusionibus diaboli, eo quod repromittat quietem solitudinis vastioris. S  
 19 Quod utilis sit rigoris remissio in fratrum aduentu. T  
 20 Exemplum de Iohanne Apostolo, ad persuadendum quod dictum est. V  
 21 Interrogatio, qualiter intelligendum sit quod ait saluator: Iugum meum suauem est, &c. X  
 22 Responso ad interrogationem præcedentem. Y  
 23 Cur iugum Christi videatur quibusdam amarum ac durum. Z  
 24 Quod utilitatis conferat nobis tentationum incurfus. Aa  
 25 Qualiter contemptum repromittitur perfecte a benedictibus in hoc mundo. Bb

(\*)

Quos

Quos opus hoc libros teneat cognoscere si uis,  
Et quid quisq; tenet, subscriptos perlege uersus.



**N** tibi quæfitos iam dudum diuæ libellos,  
Implens promissum, collegi corpus in vnum,  
Vnius ore viri quos spiritus inclytus auctor,  
Obtulit ecclesiæ, diuo pro munere matri.  
Quæ sine fine suis æterno prospicit vsu.  
Deniq; bis senos præfenti corpore libros,  
Aspicias quæso, sequitur quam congruus ordo.  
Primus habet monachus habitus quis debeat esse.  
Regula psallendiq; modus datur inde secundo.  
Tertius hoc iterum describit plenius ipsum.  
Infomatq; nouos per singula quartus alumnos.  
Octo quidem reliqui quos cernis adhuc superesse,  
In se concludunt numerum totidem vitiorum.  
Persequiturq; suum proprio syntagmate monstrum  
Vnusquisq; liber, dans quid sit cuiue cauendum.  
Hos collata patrum celebri sermone priorum,  
In duplici forma comitantur bis duodena.  
Horum quodq; tibi quid honestum conferat audi.  
Primus enim Moyses in primis scire duobus,  
Dat, quæ sit destinatio, debeat aut fore finis.  
Discretèq; iubet super omnia viuere fratres.  
Paffnutius monachum docet inde relinquere mundum.  
Corporis illecebre Daniele dicente refiste.  
Serapion iterum notat octo lues vitiorum.  
Sanctorum loquitur de morte Theodorus abbas.  
Carpitur improbitas sathanæ vaga mensq; Sereno.  
Et de spiritibus traduntur multa finistris  
Hortatur fratres Isaac collatio bina.  
Orandum pure cum cordis simplicitate.  
Quid sit perfectum, quid castum, quidve parati  
Seruariq; Deo valeat custode, docemur  
Collatis trinis præceptoris Cheremonis.  
At summi veri diuina cognitione  
Decq; charismatibus confert tibi Nesteros abbas,  
Dicat amicitia Ioseph firmissima iura,  
Monstrans præterea quæ diffinitio vera.  
Ast genera hinc Pyamon tria prosequitur monachorum,  
Vitæ communis de fine, vel anachoresis.  
Colloquitur salubris collatio multa Ioannis.  
Crimina purgandi condis præcepta Pynuphi.  
Viuere maiori venia quinquagesimali,  
Tempore concedit Theonas: absoluit & illud.  
Accedant nobis quare phantasmata noctis  
Et cur sæpe malum quod nolimus hoc operamur.  
Concludunt omnes seniorum traditiones  
Sermones Abrahamæ, de carnis lege domandæ.

FINIS.

D. DIONYSI

**A** D. DIONYSII CARTHVSANI IN TRANSLATIONEM SVAM  
opusculorum Iohannis Cassiani presbyteri

PROLOGVS.



**D**ECLARATIO SERMONVM

tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.  
Sermones dei non solum sunt scripturæ canonicæ, sed etiam sanctorum patrum atq; catholicorum doctorum doctrinæ: quær omnium declaratio seu expositio fidelium mentes illuminat, ad discernendum uerum a falso, ad separandum preciosum a uili, ad cognoscendum quomodo in uia mandatorum dei ambulare debeant. Intellectum quoq; dat paruulis, puta humilibus, de quibus in euangelio ait saluator: Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuclasti ea paruulis. Tales nancq; desuper illustrari merentur, sicut per Salomonem increata sapientia loquitur: Si quis est paruulus ueniat ad me. Etenim teste scriptura, ubi humilitas, ibi & sapientia: ubi autem superbia, ibi & contumelia. Quamuis autem disponente prius spiritu sancto, tota scriptura canonica plano ac facili sit digesta sermone, quatenus ab uniuersis facilius capiatur, quorundam tamen patrum sanctorum ac catholicorum doctorum uolumina, non solum rhetorico, sed & difficili orationis filo traduntur, ut in multis talium duplex inuenitur difficultas, una phrasibus, altera sensibus: propter quod a simplicioribus, aut uix, aut difficulter intelligunt. Ideoq; posteri quidam zelo boni communis accensi, quosdam libros huiusmodi stylo transtulerunt faciliori, quemadmodum abbas Vercellensis de libris diuini ac magni, imo (ut uerbis utar Damaseni) diuini sacrosanctissimiq; Dionysij egit. Porro inter eos, qui tam difficili stylo sunt uersi uenerabiles ac deuotissimi patres, æterna memoria digni, Iohannes Cassianus & Climacus extant. Quorum libri, cum crebrius sola difficultate styli, interdum uero tam styli quam sententiæ difficultate simpliciter remouentur lectorem, idcirco eosdem ad stylum clarum atq; facillimum, auxiliante superdulcissimo spiritu sancto, transferre intendo, ac elucidiore accedente, & me instigante ad hoc affectuosa humilicq; instantia uenerabilium patrum ac fratrum meorū Carthusiensium prope Leodium, presertim domini Iacobi Gruytrode eorundem Prioris, uiri benigni, docti, humilis ac deuoti, & fratris Laurentij eius Vicarij, magna mansuetudine ac diligentia decorati, qui hoc ipsum obnixius postularunt. Sed & ceteri eiusdem cenobij fratres ingenti charitate concordiaq; conexi ac spiritualis perfectus desiderio inflammati, idem feruide rogauerunt. Præterea, ut confido (quod præfati quoq; patres ac fratres mihi in Christo charissimi assenserunt) labor huius translationis non erit inutilis, sed concedente dño fructuosus: quoniam difficultas intelligendi ea quæ legunt, fructum lectionis non

Ad medio



mediocriter tollit, aut etiam penitus impedit, imo & tedium parit, & multos auertit: quia dum uis intellectiua ad capiendum sensum ualide occupatur, uis affectiua minus accenditur, iuxta dictum illud commune: Quanto anima in actu unius potentiae uehementius est intenta, tanto in aliarum potentiarum actibus fit magis remissa. Porro temperata characteris uenustas & intelligendi facilitas, legentem & delectat & alliciunt ad legendum, ac caeteris paribus mentem magis illuminant, & affectum salubrius ualidiusque inflammant, communitatibus magis proportionate cognoscuntur. Postremo, quoniam inter uolumina Cassiani nunc transferenda, primum est de institutis patrum sanctorum, idcirco ab illo sumam exordium, & primo a prologo eius.

**3. Reg. 6** Sicut tertio Regum libro legitur, sapientissimus Salomon cum tantam a deo sapientiam accepisset, ut nemo ei ante similis fuisse, nec post futurus esse dicatur, cum praeclearo deo templum aedificare decreuisset, a rege **E**  
**3. Reg. 7** Tyri, uiro gentili petiuit auxilium, & misso ad se mulieris uiduae filio, nomine Hiram, eius dispositione ac ministerio cuncta perfecit. Cum igitur rex Salomon uniuersis regnis terrae sublimior, & in Israelitica plebe nobilior (cuius sapientia desuper inspirata, omnium Orientalium ac Aegyptiorum sapientiam & statuta deuicit) dignatus sit uti consilio uiri pauperis ac gentilis: recte tu beatissime episcope Castor hoc eruditus exemplo, qui uerum ac rationabile templum deo construere cupis, non ex insensibilibus saxis, sed ex sanctorum uirorum congregationibus: templum inquam non temporale & corruptibile, sed aeternum & inexpugnabile, qui etiam cupis domino consecrare preciosissima uasa, non ex inanimato auro atque metallo conflata, quae rex Babylonis concubinarum ac principum suorum possit uoluptatibus applicare, sed ex animabus sanctis, quae uirtute innocentiae, iustitiae ac castitate fulgentes, Christum regem in cordibus suis habitantem circumferant, me egenum & ex omni parte pauperrimum, ad tanti operis expletionem dignatus es aduocare. In prouincia etiam tua, tu cupiens fundare instituta monasteriorum partim Orientalium, & maxime Aegyptiorum, cum tu ipse cunctis uirtutibus atque scientia sis perfectus, & uniuersis spiritualibus diuitiis ita impletus, ut perfectionem desiderantibus non solum tuus sermo, sed & sola conuersatio tua satis, imo & abundanter sufficiat pro exemplo, me sermone elinguem & scientia pauperem rogas, ut de inopia sensus mei aliquid tibi conferam, quo iuueris ad exequendum desiderium tuum, & precipis, ut instituta quae in monasteriis Aegypti ac Palaestinae obseruari conspeximus, secundum quod nobis a patribus tradita sunt describam, non uerborum quaerens ornatum, in quo tu ipse excellenter doctus es, sed simplicem uitam sanctorum simplici sermone fratribus in nouello monasterio tuo degentibus appetis explanari. In qua re, quantum me pius desiderij tui ardor ad obediendum tibi inclinat, tantum me uariae anxietatum magnitudines terrent. Primum, quoniam uita mea nequaquam tanti est meriti, ut confidam  
 me

Cassiani humilitas.

**A** me res tam arduas, tam profundas & sanctas digno posse corde comprehendere & effari. Secundo, quoniam ea quae a pueritia nostra inter sanctos patres illos constituti, atque eorum quotidianis exhortationibus & exemplis excitati, agere tentauimus siue didicimus aut uisu cognouimus, integre recordari non possumus, tot annis ab eorum consortio ac imitatione abstracti: praesertim cum harum rerum notitia, nullatenus ualeat ociosa meditatione, aut nuda uerborum doctrina tradi, intelligi, aut memoriter retineri. Totum namque in sola experientia consistit & usu. Et quemadmodum non nisi ab expertis res istae queunt doceri, ita ab his tantum possunt intelligi, qui condigno studio ac sudore eas sequi ac obtinere nituntur, quae tamen rursus cito per mentis negligentiam amittuntur, nisi collatione assidue spiritualium uirorum discussa fuerint & polita, siue exposita. Tertio, quia id ipsum quod de praedictis possumus reminisci, non iuxta dignitatem materiae, sed secundum possibilitatem & statum temporis huius imperitior sermo non ualet exprimere. Huc accedit, quod uiri conuersatione illustres, & eloquentia atque scientia gloriosi, multa modo opuscula de ista materia conscripserunt, sanctum Basilium & Hieronymum ac alios quosdam **B**  
 dam dico, inter quos Basilius interrogantibus fratribus de diuersis quaestionibus ac statutis, sermone facundo ac sanctarum scripturarum testimonijs abundante respondit. Hieronymus uero non solum suo praeclearo ingenio composuit libros, sed & quosdam ex Graeco transtulit in Latinum. Post quorum tam facunda & exuberantia documenta ac sapientiae flumina possem non immerito de praesumptione notari, si aliquam stillam doctrinae tentassem adijcere, nisi me ad hoc tuae sanctitatis animaret fiducia, atque promissio, qua dixisti, quod scripta haec qualiacumque forent, tibi essent accepta, uel ea congregationi fratrum in nouello tuo coenobio commorantium solummodo deputares. Qui pie legant, & cum uenia sufferant, si quid forsitan minus caute a nobis prolatum exiit, fidem sermonis mei magis quam uenustatem eloquij exquirentes. Quapropter beatissime praesul, qui es unicum religionis & humilitatis exemplar, tuis precibus animatus, opus quod iniungis, secundum uires ingenij mei, aggrediar: & ea quae a praecessoribus nostris intacta omnino & relictasunt, utpote qui audita potius, quam experta & uisa descripserunt, rudi monasterio tuo, & cunctis ueritatem sitientibus intinabo. Nec mirabilia dei atque prodigia recitabo, quae licet multa & incredibilia, per seniores nostros non solum audierimus, uerum etiam proprijs oculis conspexerimus fieri: tamen praetermissis his omnibus, quae praeter admirationem nil amplius ad instructionem uitae perfecte legentibus conferunt, instituta patrum duntaxat monasteriorumque regulas, origines quoque & causas atque curationes principalium uitiorum, quae octo ab eis assignantur, quantum domino adiuuante potero, fideliter explicare secundum eorum traditionem conabor. Propositum etenim meum est, non de mirabilibus dei, sed de correctione morum nostrorum.  
 Aa ij rorum,

Qui capos sine huius doctrinae.

Basilii Hieronymi.

Authoris intentio.

strorum, ad obtinendam uitæ perfectæ consummationem pauca differes D  
re, secundum ea quæ a senioribus nostris accepimus. In hoc quoque satis  
facere tuis præceptis studebo, ut si quid forte in istis regionibus institutū  
uel diminutum aut additum uidero, non secundum morem maiorum an-  
tiquissima institutione fundatum, sed secundum arbitrium uniuscuiusq;  
cœnobij, id fidei sermone, uel addam, uel amputem, secundum regulam  
monasteriorum in Aegypto aut Palestina antiquitus fundatorum. Nul-  
latenus enim credo nouellam congregationem in occidentalibus Gallia-  
rum partibus potuisse aliquid rationabilius aut perfectius reperire, quam  
sunt instituta, quibus ab exordio apostolicæ prædicationis imbuta & fun-  
data sunt a sanctis & spiritualibus patribus cœnobia, quæ hucusq; per-  
durant. Nihilominus moderationem hanc huic opusculo infero, ut ea quæ  
secundum Aegyptiorum regulam impossibilia uel dura aut ardua in res-  
gionibus istis probauro, propter aeris asperitatem, aut morum difficul- E  
tatem, ac diuersitatem per instituta monasteriorum Palestinæ, seu  
Mesopotamiæ, aliquo modo temperem. Quia si rationa-  
bilis ac discreta possibilitatis mensura seruetur, eadem  
obseruantia perfectio inuenitur, etiam in impari  
facultate seu possibilitate.

Prologi finis.

A D. IOHANNIS CASSIA, Fol. III.  
NI LIBRI XII. QUORVM PRIORES QVA-  
tuor de Cœnobiorum sunt institutis, Octo autem posteriores de  
octo uitrijs capitalibus.

LIBER I.

De habitu Aegyptiorum monachorum.



¶ I. A. INSTITVTIS AC REGVLIS MONA-  
steriorum dicturi, ab ipso habitu monachorum conue-  
nientius, Deo præstante, incipimus. Interiorem namq;  
monachorum ornatum & cultum tunc poterimus con-  
sequenter exponere, cum exteriorem eorū ornatum ac  
habitu describerimus ad oculum. Itaq; monachum  
accinctis lumbis oportet semper incedere, tanq; militem  
Christi iugiter positū in prociū spiritualis pugne Chri-  
stianæ militiæ. Sic enim quarto Regum legimus incesse  
eos, qui in veteri testamēto monasticæ professionis fun-  
dauerunt primordia, utpote Heliam ac Heliseum, deinde  
de principes & authores noui testamenti, uidelicet Io-  
hannem Baptistam & Petrum ac Paulum, ceterosq; eiusdem testamenti viros legimus  
cinctos fuisse. Quorum prior, puta Helias, qui in veteri testamento præfigurauit ac præ-  
tulit virginitatis flores, & continentia ac castitatis exempla, cum missus fuisset à domo  
no ad increpandos nuncios Ochozæ sacilegi regis Israel, eo q; infirmitate detentus des-  
tinauit ad consulendum Beelzebub, deum Acharon de statu suo, propter quod Helias  
prædixit impium regem illum de lecto ægritudinis suæ non descensurum, ab eodē rege  
est cognitus ex descriptione sui vestitus. Reuersos etenim ad se nuncios suos, & Helia  
sententiam sibi denunciantes, interrogauit præfatus rex, cuius esset figuræ & habitus vir  
qui eis occurrit, & se moriturum prædixit. Qui responderunt: Vir pilosus, & zona pellicea, ac  
cinctus renes. Ex quo habitu rex statim considerans hominē dei, ait: Helias Thes-  
bites est, zonæ indicio, & pilosi incultiq; corporis dispositione virum dei indubitanter  
agnoscens: quoniam tempore illo Helias inter tot milia Israelitici populi habitans, tali  
vestitu ac corporis dispositione, tanquam speciali signo assidue vsus est. Deniq; de Io-  
hanne Baptista, qui noui ac veteris testamenti quasi quidam sacratissimus terminus &  
finis atq; initium fuit, ait Euangelista: Ipse Iohannes habebat vestimentum de pilis ca-  
melorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Petro quoq; ab Herode incarcerato,  
& die sequente occidēdo assistens angelus dixit: Præcinge & calcia te caligis tuis. Quod  
angelus nequaquam admonisset, nisi vidisset Petrum propter repaulationem noctur-  
næ quietis fatigata membra sua laxasse, seu dissoluisse à solita cinguli circumligatione.  
Præterea Agabus propheta, Paulum Apostolum ascendentem Ierosolymam, & à Iudeis  
paulo post vinculandum, reperiens in Cæsarea, sublato cingulo Pauli, ligans ei manus  
ac pedes, quatenus gestu corporis sui præfiguraret iniurias tribulationis ei imminentis,  
asseruit: Hæc dicit spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt Iudæi in Ier-  
usalem, & tradent in manus gentiū. Quod à propheta Agabo nullatenus dictum fuisse,  
nisi Paulus zonam ad lumbos suos portare solitus extitisset. ¶ B.

¶ B. Talis sit vestis monachi, quæ corpus ipsius tantummodo tegat, verecundiamq; nu-  
ditatis repellat, frigoris quoq; repellat læsionem, non quæ vanitati aut elationi præ-  
stet fomentum, cum Paulus dicat apost: Habentes alimenta & operimenta, his contenti  
sumus. Operimenta inquit, nō vestimenta, ut in quibusdam latinis codicibus improprie  
continetur, id est, quæ corpus operiant tantum, non quæ vestitus decore blandiantur ac  
placeāt, ut sint: tam vilia, quatenus nulla nouitate coloris aut habitus inter ceteros emi-  
neant monachos, sicq; à studiosis accurationibus seu curiosis exornatiōibus sint aliena,  
ut tamen per incuriam seu negligentiam non sint affectatis sordibus decolorata & mac-  
culata. Postremo, sic ab omni mundano sepatentur ornatu, ut cultui seruorum dei, hoc



est, habitus monachorum in omnibus communia perseverent & apta. Quicquid enim inter famulos dei ab uno vel paucis praesumitur, nec catholice seu generaliter per totam fraternitatem tenetur, aut superfluum est, aut elatum atque culpabile, magisque vanitatis quam virtutis speciem monstrat. Idcirco exempla, quae nec ab antiquis sanctis, qui monachalis professionis fundatores fuerunt, neque a patribus temporis nostri, qui antiquorum instituta nunc usque custodiunt, tradita vidimus, nos de quibus tanquam superflua & inutilia convenit ressecare. Quamobrem penitus respuerunt cilicium tanquam suspectum vel circumscriptum a cunctis & famatum atque notabile, & quod ex hoc ipso non solum nullas possit spiritui nostro utilitates conferre, imo potius ad elationis vanitatem inducere. Quod etiam ineptum efficit hominem ad necessarii operis usum, in quo necesse est monachum impigrum semper esse & expeditum. Quod si quosdam cilicio usos audivimus fuisse veraciter virtuosos, non idcirco ex hoc sumenda aut instituenda est nobis generalis monasteriorum regula, neque ex hoc perturbanda aut omittenda sunt antiqua sanctorum patrum decreta. Quod tamen pauci ex aliis virtutum suarum privilegio praesumentes creduntur redarguendi non esse in his, quae non secundum communem regulam facere usurparunt. Generali namque omnium ordinationi paucorum praesentia praeponi non debet nec praeviuicare. Illis quippe institutis ac regulis indubitata fides obedientiamque indissolubili praebere debemus per omnia, quas induxit non paucorum voluntas, sed quas per ipsam tam antiquam innumerabilem multitudinem sanctorum concorditer determinatione posteris propagavit. Nec hoc praeviuicare seu derogare nobis debet, quantum ad quotidianam conversationis nostrae exemplum, in qua cilicium veste non vitium, quod Ioram sacilegus rex Israel, hostibus circumvallatus cilicio fuisse indutus intrinsecus legitur, quod veste sua scissa apparuit: vel quod Ninivitarum ad mitigandam sententiam irae dei in eos latam per Ionam prophetam, cilicio sunt operiti quoniam Ioram tam secreta intrinsecus eo fuit indutus, quod a nemine poterat sciri, nisi scisso indumento eius exteriorum Ninivitarum quoque tunc se cilicio affligerunt, quoniam omnibus eis propter imminente verbis subversionem lugentibus, paciformiterque cilicio coopertis, nullus eorum potuit ab aliquo de ostentatione notari. Etenim nisi insolens extet diversitas, non offendit ex ea aequalitas.

4. Reg. 17  
Iona 3

Unt praeterea quaedam in Aegyptiorum habitu monachorum magis ad morum informationem, quam ad corporis necessitatem spectantia, per quae simplicitatis ac innocentiae observantia in ipsa qualitate vestitus eorum designat ac teneatur. Indefinenter namque diebus ac noctibus utuntur cucullis modicis usque ad ceruices & superiores humeros partem extensis, eorumque capita tamen operientibus, quatenus innocentiam & simplicitatem parvulorum custodire admoventur, ex dispositione atque velamine habitus huius. Sicque reuersi ad infantiam seu innocentiam Christi, cum affectu & virtute cunctis horis opportunis decantente Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, &c.

Psal. 130  
Colo. 3  
Ibidem  
Galat. 2  
Ibidem 3

Constantiam etiam restitulas duplices laneo subtegmine plexas, quas Graeci anabore vocant, nos vero succinctoria seu reminicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. Quae descendentes per summa ceruicis & e lateribus colli diuisae utrarumque alarum, hoc est, amborum brachiorum, ambiunt sinus, & eos hinc inde succingunt, ut constringentes latitudinem vestimenti illud ad corpus contrahant & coniungant, sicque constrictis brachijs impigri & expediti ad omne opus monachale reddantur, illud praecipue Apostoli studentes tota virtute implere: Non solum mihi, sed & his qui mecum sunt, ministrant manus istas. Neque panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quae vestrum grauaremus: & si quis non vult laborare, non manducet.

Ato. 20  
2. Thess. 3

Post haec, colla sua & humeros angusto tegunt palliolo, tam humilitatem amictus, quam precij paruitatem, in hoc ipso sectantes, quae palliola appellantur mafortes, tam non quod illos eloquio, sicque declinat & vitat planicam, biroqueque precia & ambitionem.

Vltimo

Ultimo, habitus eorum est pellis caprina, quae melotes vel pera vocatur. Baculos quoque gestant ad imitationem eorum qui monasticae professionis virtutes praefigurauerunt in veteri testamento, de quibus Apostolus: Circuerunt, inquit, in melotis, in pellibus capris, &c. Qui habitus pellis caprinae significat eos debere in summa virtutum gravitate consistere mortificati omni petulantia carnalium passionum, nec quocquam lasciuie aut caloris iuuentutis seu pristinae mobilitatis in eorum corporibus residere.

Baculos quoque portasse sanctos viros praefatos Helyseus qui vnus eorum est testatur cum ait: Baculos meos & currens vesti & pone eum super faciem pueri, ut uiuat. Quae utique baculum non desisset ei propheta ad gestandum, nisi ipsemet solitus fuisset eum proprijs manibus nauilare. Quae gestatio admonet eos, ut nunquam incedant inermes inter tot oblatrantium vitiorum motus caninos, ac spiritualium nequitiarum inuisibiles bestias, de quibus B. Dauid liberari desiderans, dicit: Ne tradas domine bestiis animam committentem tibi, sed irruentes in se bestias istas debere retundere ad crucis vexillum, longiusque repellere, atque aduersus se sequentes extingueri iugi memoriae dominicae passionis & imitatione ipsius.

4. Reg. 4  
Psal. 73

Calciameta vero tanquam euangelico praecipito prohibito recusantes portare, caligis tamen suos muniant pedes, dum hoc infirmitas corporis aut matutinum hyemis frigus, aut meridians solis ardor exegerit, hoc caligae vitium asserentes ex Christi promissione signari, ut si in mundo hoc constitutum omnimode exuti esse non possumus a cura & sollicitudine carnis, nec ab ea penitus absoluti valeamus, necessitate corporis saltem occupatione leui implicationeque tenui expleamus, ne mortiferi seculi huius curis punitam inuolui pedes siue affectiones animae nostrae, quae spiritualium cursum atque ad praedicandam euangelij pacem parati esse semper debent & expediti, quibus currimus post odorem vnguentorum Christi, & de quibus loquitur Dauid: Cucurri in feni. Et Ieremias. Ego autem non laboravi te sequens cogitatio de his quae pertinent non ad supplementam necessitatem naturae, sed ad superfluum atque culpabilem voluptatem. Quod ita implebimus, si iuxta doctrinam Apostoli curam carnis non fecerimus in desiderijs. Quibus tamen caligis quis licite utatur, utpote dum Christi promissione concessis, nequaquam tamen permittuntur eas in pedibus suis quando accedunt ad celebranda senperagenda aut suscipienda sacra sancta mysteria, hoc est, divina sacramenta, aestimantes etiam ad literam custodiri debere quod ad Moysen ac Iosue dictum est: Solue corrigiam calciamenti tui, locus enim in quo stas terra sancta est.

Cantic. 2  
Psal. 61  
Ierem. 17

Exod. 3  
Iosue 5

Haec dicta sunt ne de Aegyptiorum monachorum habitu praeteriisse aliquid videamur. Porro a nobis illa trimodo sunt tenenda: quae vel situs locorum vel provinciae usus admittit. Quia nec caligis neque colobis, nec tunica vnica asperitas hyemis permittit nos esse contentos. Paruissimi quoque cuculli velame gestatioque melotis derisum magis quam edificationem videtibus faceret. Quapropter inter illa quae supra commemorauimus, illa tamen nobis affectanda & imitanda indicamus quae humilitati nostrae professionis & qualitati aeternis congruunt, quatenus tota summa nostri vestitus in vilitate honesta consistat, non in nouitate habitus, qui possit hominibus seculi huius offendiculum generare.

His itaque vestimentis miles Christi indutus, sciat imprimis idcirco se zona pinctum, ut ad vniuersos usus ac opera monasterij non solum mente promptus, sed etiam habitu corporis expeditus semper incedat. Tamen namque circa spirituali profectu ac diuinorum scientiarum erit in cordis puritate feruenter, quanto circa obedientiam & operis studium inuenit deuotior. Secundo, agnoscat in usu cinguli magni latere mysterium, cuius adimpletio ab ipso exigitur. Accinctio namque librorum & mortuae pellis giratio, significat eum circumferre mortificationem membrorum in quibus libidinis atque luxuriae seminaria continet, intelligens euangelicum illud: Sint vobis vestri pincti, applica expositioe sibi iniungi, cum dicit: Mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Ideo illos dicitur in scripturis sanctis legimus cingulo fuisse pinctos, in quibus seminaria libidinis erant extincta, quae cum sancto Dauid virtute ac ope psallunt. Quia factus sum sicut vter in pruinam, eo quod edomita & erasa medullis carne peccati extendam velut emortuam exterioris hominis cutem per spiritus gratiam ac virtutem. Idcirco notat etiam addidit, in pruinam, quae vix nequaquam fuit cordis mortificatione contentus, sed exterioris quoque hominis motus & incentiua naturae, pruinam continet: extrinsecus accedens, habuit congelata ac refrenata, nullum iam regnum peccati in suo mortali corpore, iuxta Apostolum & sustinens, nec gerens carnem spiritum repugnantem.

Luc. 11  
Col. 3

Psal. 113

Roma. 8

D

1. Cor. 14.  
1. Tim. 2.

**D**uplici ergo cingulo de quo diximus, miles Christi præcinctus, consequenter agnoscat qui modus canonicarum orationum atque psalmodie sit à sanctis patribus in partibus orientis statutus. Porro de qualitate orationum & qualiter secundum Apostolum orare debemus suis in locis quàm deus donauerit præferemus, cū seniorum collatione explanare ceperimus. ¶ B.

Roma. 10

**M**ultos namque per alias inuenimus regiones habentes, ut ait Apostolus, zelum dei sed non secundum scientiam, diuersos modos ac regulas sibi met constituuisse iuxta conceptum mentis suæ super hac re, utpote de numero psalmodum in diuino officio dicendorum. Quidam namque statuerunt singulis noctibus viginti aut triginta psalmos esse dicendos cum interpositione melodie antiphonarum & adiunctione quarundam modulationum. Alij vero hunc numerum excedere tentauerunt. Nonnulli decem & octo psalmos asseruerunt dicendos, atque in hunc modum in locis diuersis diuersam regulam vidimus institutam, & pene tot typos & regulas nouimus usurpatas, quot monasteria cellasque conspeximus. Sunt quibus visum est, ut in ipsis diurnis orationum officijs, id est, in tertia, sexta, & nona numerus orationum & psalmodum coæqueretur secundum horarum in quibus deo ista officia redduntur. Quibusdam vero placuit sex psalmos in singulis horis esse dicendos. Hinc necessarium reor, antiquissimam patrum institutionem proferre in medium, quæ nunc usque per totam Aegyptum à dei famulis seu monachis custoditur, quo rudis infantia nouelli in Christo monasterij instruat potissime vetustissimis antiquissimorum institutionibus patrum. ¶ C.

Math. 18  
Mar. 10. 13

**I**taque legitimum modum orationum in vespertinis seu nocturnis officijs vidimus obseruari per vniuersam Aegyptum atque Thebaidam, ubi monasteria instituntur usque in hodiernum, vel permanent aut mansura fundantur, non iuxta arbitrium vniuersi cuiusque renunciantis, sed secundum traditiones maiorum per successiones. Non enim quisquam præesse permittitur congregationi fratrum, imo nec sibi met ipsi priusquam non solum vniuersis facultatibus suis renunciet, sed insuper recognoscat se proprii iuris non esse, sed omnes in se potestatem habere. Renunciantem quippe huic seculo & aliquid possidentem sic oportet claustrum ingressum expetere, ut ex his quæ reliquit aut cenobio contulit in nullo sibi blandiatur, imo sic omnibus studeat obedire, quantum iuxta Christi doctrinam sciat redeundum sibi esse ad infantiam pristinam seu paruulorum innocentiam nisi huiusmodi præsumens ex multitudine annorum, quos in seculo infructuose consumpsit ac perdidit, sed etiam iunioribus subdere se non tardet propter exiguitatem meriti, rudimentorum suorum & nouitatem spiritualis militie, quam se in Christi obsequio subisse fatetur. Operum quoque & laborum sudores tam mansuete assumere cogitur, ut iuxta præceptum Apostoli quotidianum victum sibi vel aduenientium necessitatibus propriis manibus procurans ac præparans, obliuiscatur pompam atque diuitias vite præterite, humilitatemque cordis, afflictione laboris possit acquirere. Idcirco nullus ad præsidendum congregationi fratrum eligitur, nisi prius obediendo didicerit, quod & qualiter subditis debeat imperare, institutisque seniorum agnoscat quid iunioribus habeat tradere. Siquidem bene regere ac bene regi, sapientis esse patres sancti pronunciant, ac maximum donum spiritus sancti esse utrumque definiunt. Nam credunt neque salutaria præcepta quempiam posse præfigere subditis, nisi prius fuerit vniuersis virtutum disciplinis instructus, nec aliquem posse seniori in omnibus obedire, nisi in timore dei & humilitate perfectus extiterit. Ideo que diuersos typos ac regulas per alias prouincias vidimus usurpatas, quia frequenter ignorantes patrum institutiones monasterijs præesse audemus, & prius nos profitentes esse abbates quam discipulos, quod nobis placuerit, ordinamus, promptiores nostrarum adinventionum obseruationem exigere quam examinatam patrum doctrinam tenere. Sed dum explicare intendimus, quis modus orationum debeat potissime custodiri institutis patrum ardentius prouocati narrationem præuenimus, quæ suis locis reseruabimus. Nunc itaque ad propositum reuertamur. ¶ D.

**I**gitur per vniuersam ut diximus Aegyptum atque Thebaidam duodecim psalmi dicuntur, tam in vespertinis quam in nocturnis officijs, ita dumtaxat ut post numerum istum psalmodum duæ lectiones sequantur, una veteris testamenti, alia noui. Qui modus antiquus

**A**tus constitutus, idcirco per tanta tempora inuiolatus seruatur in cunctis illarum prouinciis cenobijs, quoniam non humana adinventione à senioribus est statutus, sed angelico magisterio patribus est collatus.

¶ E.

**C**VM enim in principio fidei Christianæ pauci ac probatissimi monachi vocarentur, qui sicut à beato Marco euangelista primo Alexandrinæ urbis episcopo, viuenti regulam acceperunt, non solum seruabant magnifica illa virtutum exercitia quæ primitiua ecclesia in Actibus apostolorum legitur custodisse, cum dicitur: Multitudinis crederentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat suum aliis quid esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Quotquot enim possessores domorum aut agrorum erant, vendentes afferbant precia eorum quæ vendebant ante pedes apostolorum. Diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat, verum etiam multo sublimiora his adiecerunt. Recedentes namque à populo in secretiora suburbiorum loca in tanto abstinentie rigore vixerunt, ut etiam infideles mirarentur tam arduam professionem conuersationis eorum. Tanto enim seruore diuinarum lectionibus scripturarum & orationibus, manuumque operibus insistebant diebus ac noctibus, quod nec appetitus neque memoria escarum defectum corporis demonstrauit in eis, nisi secundo aut tertio die. Cibum quoque ac potum non ex desiderio, sed ex necessitate sumpsissent, & non nisi post solis occasum, ut tempus diei ac lucis sociarent cum spiritualium meditationum studijs, refectionem vero curamque corporis cum nocte. Sed & alia multo his sublimiora perfecerunt. De quibus ex Ecclesiastica historia potest doceri, qui ex indigenarum relatione veritatem minus agnouit. Eo igitur tempore cum perfectio primitiue ecclesie in successoribus suis adhuc recenti CHRISTI memoria duraret inuiolata, & seruens paucorum fides necdum in multos dispersa tepuisset, venerabiles patres posteris prouidenter conuenerunt tractaturi, qui modus in quotidiano dei obsequio vniuersis fratribus præfigi deberet, ut hæreditatem pietatis & pacis ab omni dissensionis lite absolutam, successoribus suis transmitterent, metuentes ne aliqua dissensio aut varietas in quotidianis obsequijs inter viros eiusdem religionis & cultus exorta, tandem in posteris emitteret germen erroris vel emulationis aut schismatis. Cumque vniuersisque secundum suum seruorem infirmior infirmitatis alienæ id ordinandum censeret, quod iuxta fidem suam ac fortitudinem iudicabat facilitum, parum confidens rans quid vniuersitati fratrum generaliter esset possibile, in qua vniuersitate maior pars est infirma, immoderatam psalmodum multitudinem quidam instituerunt dicendam secundum animi sui virtutem. Cumque alij quinquaginta, alij sexaginta, alij autem ad huc plures psalmos esse dicendos assererent, essetque inter eos pro regula religionis, sancta diuersitas piæ contentionis, ita ut tempus vespertini officij iungeretur sacratissimæ quæstioni, volentibus eis quotidianos orationum modos exoluere, vnus surrexit in medio psalmos domino cantaturus. Cumque sedentibus cunctis, ut nunc usque in Aegypti partibus moris est, & eis in verba psallentis cum omni cordis attentione desinxis, cantasset vnde decem psalmos orationum admixtione distinctos pari pronuntiatione versibusque continuis, duodecimum psalmum sub Alleluia responsione consummans ab vniuersorum oculis repente disparens quæstioni & ceremonijs simul finem imposuit. Ex hoc venerabilis patrum conuentus intelligens generalim regulam congregationum fratribus constitutam angelico magisterio non absque ordinatione diuina decreuit numerum istum psalmodum tam in vespertinis quam in nocturnis officijs esse custodiendum. Quibus duas addiderunt lectiones, vnam veteris testamenti, aliam noui, tanquam à se traditas & extra ordinarias, volentes ut fratres diuinarum scripturarum tantum possiderent memoriam & assidua meditatione, atque peruigili diligentia studerent in eis. Porro in sabbato & die DOMINICO vtrasque lectiones de nouo recitant testamentum, videlicet vnam de apostolo vel Actibus APOSTOLORVM, de Euangelij aliam. Quod etiam omnibus diebus Quinquagesimæ faciunt hi quibus cura est lectionis aut memoria scripturarum.

¶ F.  
Haa

**H**AS ergo prædictas orationes sic incipiunt & consummant, vt psalmo finito non statim genua flectant, quemammodum in regione hac faciunt quidam qui psalmo necdum bene finito ad orationem festinant procumbere ad celebritatem missæ quanto rursus properantes. Cuius dum volumus excidere modum à maioribus antiquitus institutum supputantes numerum residuorum psalmorum ad finem tendere purgemur, de refectione lassæ corporis potius cogitantes, quam orationis utilitatem ac commoda requirentes. Porro apud illos non ita est, sed antequam flectant genua, orant paulisper, & stando in oratione maiorem temporis partem expendunt, atque post hæc brevissimo puncto procedentes in terram & adorantes diuinam clementiam velocissime surgunt, ac rursus erecti suis orationibus intentius immorantur expansis manibus eodem modo quo antea stado orantes. Afferunt namque in terram prostratum diutius, non solum grauari somno, sed etiam distractionibus mentis. Quod verum esse vitam non etiam experientia & quotidiana consuetudine nosceremus, qui frequenter prostrationem in terram prolongari optamus, non tam orationis & deuotionis, quam corporalis repaulationis intuitu.

**C**VM autem is qui orationem finiturus est, de terra surrexerit, omnes pariter eriguntur, ita vt nullus præsumat genua flectere antequam ille inclinetur, seu genua flectat, nec in prostratione manere, postquam ipse surrexerit, nec videatur potius propriam precem fuisse, quam illius orationem & laudem esse secutus.

**I**Lud quoque nunquam in toto oriente conspeximus, quod in ista prouincia videmus, vt vno psalmo cantante, omnes qui astant in fine psalmi cum clamore cantent, Gloria patri & filio & spiritui sancto, sed psalmo ab eo qui cantat finito, vidimus ibi cum omni silentio orationem psalmo succedere, & glorificationem summæ trinitatis cum antiphona tantummodo terminari.

**E**T quoniam ordo narrationis perduxit nos ad modum orationum canonicarum consequenter institutarum, quarum tractatum quamuis referemus collationibus seniorum ibidem inde plenius locuturi, cum de eadem qualitate seu perpetuitate loqui ceperimus ex verbis eorum, necessarium tamen arbitror etiam in præsentia de hoc pauca prostringere, propter oportunitatem loci atque narrationis, quoniam ita se offert occasio, quatenus interim describentes exterioris hominis motus & quasi fundamenta quædam orationis ponentes, minore labore post hæc, orationum celsitudinem doceamus, cum de statu interioris hominis ceperimus pertractare. Illud in primis prouidentes, vt si nos præueniens finis vitæ præsentis excluderet, ab illa narratione in collationibus præstante domino facienda relinquamus, saltem initia rei tam necessaria nobis in præsentia opere. His quibus totum videtur tardum seu nimis differri præ ardore desiderij sui, vt dum nobis tribuuntur in dicitur huius dilationis, quædam saltem orationum lineas tantisper præ ostendamus, quibus valeant aliquantulum informari, hi maxime qui in cenobijs commorantur. Prouidentes etiam his qui hunc librum forsitan solum visuri, ad librum collationum patrum non poterunt peruenire, quatenus instructione præsentia circa orationis qualitatem inueniantur saltem ex parte edocti. Et quemadmodum de habitu & vestitu exterioris hominis sunt instructi, sic etiam sciant qualiter ad offerenda spiritalia sacrificia eum debeant exhibere. Etenim hi libelli quos nunc deo iuuante compilare disponimus, ad exterioris hominis obseruantiam cenobiorumque institutionem aptius pertinent. Porro libri collationum magis spectabunt ad interioris hominis disciplinam & cordis perfectionem anachoritarumque vitam ac disciplinam.

**C**VM igitur prædictas orationes canonicas, quas ipsi vocant sinaxes persolaturi conueniunt, tantum ab vniuersis præbetur silentium, vt tanta fratrum multitudine conueniente in vnum, nullus hominum adesse credatur præter eum qui psalmum in medio decantaturus exurgit, atque præcipue dum completur oratio. Non in ea spatum emittitur, non excreatio obstrepit, nec tussis interfonat, non oscitatio aut somnolentia, dissutis & hiattibus maxillis se admiscet, nulli gemitus, nulla suspensio, quibus impediuntur astantes erumpunt, nulla vox, nisi sacerdotis orationem concludentis auditur, nisi forte quæ per excessum mentis effugerit ianuam oris, & quæ in

**A** quæ insensibiliter incidit cordi, excessiuo atque intolerabili seruire spiritus sancti acenso. Dum ea quæ inflammata mens in se continere non valet per quendam ineffabilem gemitum ex intimo pectoris sui effundere cogitur. Denique constitutum in mentis tempore & cum clamore seu sibulo oris orantem, dupliciter peccare pronunciant. Primo, quoniam negligenter orat propter quod exaudiri indignus est. Secundo, quoniam in disciplina strepitu interruptit sensum alterius, qui intentius eo forsitan oraret. Ideo patres præcipiunt orationem celeriter terminari, ne forte immorantibus nobis in ea, abundantia spiritus aut flegmatis interrumpat orationis nostræ excessum. Idcirco dum adhuc feruet, velociter rapienda est quasi de faucibus inimici, qui cum sit nobis semper infestus, tunc proculdubio assistit infestior, cum viderit nos. **D E O** preces offerre contra ipsum. Vnde tunc mentem nostram ab orationis attentione festinat abducere, & à concepto seruire tepescere eam conatur per cogitationes extraneas redundantiamque humorum. Quapropter vtilius iudicant, breues quidem, sed creberrimas orationes deo offerri. Creberrimas, inquam, quatenus frequentius exorando adherere deo iugiter valeamus. Breues autem, vt succincta breuitate vitemus iacula inimici, quæ nobis tempore orationis infligere potissime nititur.

**H**inc psalmos quos in congregatione decantant continuata pronuntiatione non finiant, sed eos distinctim atque particulatim consummant iuxta numerum versusum duabus vel tribus incisionibus diuisos. Non enim multitudine versusum, sed mentis intelligentia delectantur, illud apostoli tota virtute implentes: **Psallam spiritu,** 1. Cor. 14. psallam & mente. Idcirco vtilius reputant decem versusum cum rationabili assignatione cantari, quam totum psalmum cum mentis confusione proferri, quæ interdum ex pronunciantis festinantia generatur. Qui dum modum ac numerum residuorum psalmorum, qui decantandi sunt, pensat, non studet distinctionem sensuum audientibus pandere, sed ad finem officij properat peruenire. Insuper si aliquis iuniorum ceperit modum decantationis psalmorum excedere ex spiritu sui seruire, aut quoniam nondum est institutus in religione, progressu eius prohibetur senioris aliquo plausu, quem faciens manu sua in sede qua sedet cunctos facit ad orationem consurgere, omnimode prouidens, ne tardium aliquod generetur sedentibus ex prolixitate psalmorum, & ne eis qui psalmos decantant, non solum per seipsum intelligentiæ fructum amittat, sed etiam occasio ne eorum incidat gratiæ detrimetum, quos sua nimietate facit incurere fastidium psalmodiæ aut cultus diuini. Illud quoque apud eos cum omni diligentia custoditur, vt in responsione Alleluia, nullus psalmus dicatur, nisi qui habet pro titulo, Alleluia. Prædictum vero duodenarium numerum psalmorum sic diuidunt, vt si duo fuerint fratres psalmos dicturi, vtique eorum psallat sex psalmos; si tres, quilibet psallat quatuor psalmos, si quatuor fratres, quilibet dicat tres psalmos, nec vnquam pauciores, psalmos aliquos in congregatione decantat. Ac perinde quantumcunque magna fratrum multitudo conuenierit, nunquam plures pariter psallunt in synaxi quam quatuor fratres.

**V**nc sane canonicum numerum psalmorum duodenarium quæ prædiximus, cum tali repaulatione corporis audiunt, vt præfatas congregationum psalmodias dei que cultum, ex more agentes cuncti super humilima sedilia sedeant præter eum qui psalmos dicturus surgit & stat in medio, cuius vocem tota cordis attentione aduertunt. Sic namque ieiunij atque operibus totius diei ac noctis lassantur, quod prædictum psalmorum numerum vsque ad finem audire non valent, nisi huiusmodi quiete iuuentur. Nullum etenim tempus absque operis exercitatione vacuum transire permittunt, quia non solum diurnum tempus manibus instanter operando expendunt, sed illa quoque opera mente sollicita inquirunt ac faciunt, quem in densissimis noctis tenebris fieri queunt, credentes se ad contemplationem tanto puriorem pertingere, quanto deuotius fuerint circa studium operis ac laboris intenti. Et ideo mediocrem numerum canonicarum orationum putant diuinitus institutum, vt spacium quo se infatigabilis cursus virtutis eorum extenderet & leuaret, seruaretur ardentioribus actibus & contemplationibus fidei, nec tamen fessis & infirmis eorum corporibus gigneretur de nimietate operis ac laboris fastidium. Hinc canonicis orationibus ex more finitis, ad cellulas suas regressi, idem orationum officium tanquam peculiare sacrificium rursus diligentius offerunt **D E O** in cellis, quas vel soli vel cum alio tantum inhabitare sinuntur, vt in

vt insimul habitant quos societas operationis, aut discipulatus ac disciplinæ instructio, D  
aut certe similitudo virtutum compares fecit, nec ulterius quisquam eorum in somnum  
resoluitur, donec superueniente luce diei nocturno operi ac meditationi operatio succedat  
diurna.

**Q**uem laborem idcirco cum omni diligentia propter duas causas obseruant, sata  
gentes cum tota industria sacrificiū deo offerre de fructu manuum suarum. Qd  
nos quoq; cum eadem diligentia cōuenit obseruare, si perfectioni studemus. Prima cau  
sa est, ne purificationem nostram nocturnis psalmis acquisitam, rursus contamineat ali  
qua somnij illusione liuidus inimicus nostræ inuidens puritati cui maxime semper infi  
diatur atq; indefinenter infestus est, qui sollicitius nos maculare festinat si nos in somnū  
inuenit resolutos, post satisfactiōnem quam in nocte pro negligentijs & ignorantijs  
nostris deo obtulimus, & post confessionis nostræ indulgentiam gemitibus imploratā.  
Nam & tunc fiduciam nostram deicere & euacuare præcipue nititur, dum videt nos ad  
deum feruentius tendere orationū nostrarum feruore ac puritate, ita vt quos per totum  
noctis spacium maculare non potuit in illa breuissima hora, per aliquam illusionem de  
honestate conetur. Secunda causa est, quia & si nulla talis inhonesta contingat diaboli  
illuso, interueniens tamen etiam purus somnus inertiam parit monacho mox euigila  
ruro atq; torporem inferens menti eius vigorem ipsius per totum diem obtundit, illaq; E  
perpicaciam sensus hebetat & obscurat, interiorem quoq; cordis exhaurit pinguedinē,  
quæ nos posset per totum diem aduersus omnes insidias inimici cautiore ac robustio  
res seruare. Quamobrem canonicis vigilijs noctis expletis, priuatas seruāt vigilijs, quæ  
maiore obseruatione illis succedunt, quantis purificatio illa nō pereat, quæ psalmis ora  
tionibusq; nocturnis adepta est, atq; intensior sollicitudo præparatur ac impetretur me  
ditatione quæ nocturna nos diligentius tota die custodiat.

**E**t ideo vigilijs illas in cellis suis cum opere manuum exequuntur, ne ociosos op  
primat somnus. Sicut enim nullum fere tempus ab eis ociose transit, sic spiritualis  
um meditationibus nullus finis ab ipsis imponitur. Nam pariter exercentes animæ cor  
porisq; virtutes, adipiscuntur necessaria homini exteriori, cum profectibus hominis in  
terioris vtriq; pariliter proficientes. Pondus operum quasi quandam tenacem atq; im  
mobilem anchoram præfigentes, lubricis motibus animi & fluctuationi cogitationum  
instabili, cui anchoræ instabilitas & euagatio cordis infixæ valeat contineri intra cellu  
lam tanquam in securissimo portu. Sicq; spiritualibus meditationibus & custodiæ cō  
gitationum tantum intenta, non solum ad consensum prauæ suggestionis mentem per  
uigilem non sinat corruiere, verumetiam ab omni superflua & ociosa cogitatione eā cus  
todiat, ita vt quid ex quo dependeat difficulter possit à quoquam discerni, hoc est, vtrū  
propter meditationem spiritualem tam incessabile manuum opus exercent, an propter  
operis assiduitatem tam magnum acquirunt mentis profectum, tamque præclarum sci  
entiæ lumen.

**F**initis igitur psalmis & quotidiana fratrum cōgregatione, vt diximus, separata, nul  
lus eorum audeat parum subsistere aut cū aliquo loqui, neq; per totam diem cellam  
suam exire, aut opus quod in ea solitus est facere, præsumit deserere, nisi forte cum fue  
rint ad necessaria opera euocati, quæ egressi sic exequitur, vt nulla penitus inter eos col  
locutio habeatur, imo sic vnusquisq; opus facit iniunctum, vt psalmum aut aliquid de  
scripturis memoriter reuoluendo ac proferendo, non solum nullum det locum noxiæ  
conspirationi & prauis consilijs, sed neq; ociosis colloquijs corde & ore pariter occupa  
to in meditatione spirituali. Nempe cum summa obseruantia custoditur, ne quis depre  
hendatur cum alio, præcipue iuniore ad punctum temporis substitisse aut alicubi succel  
sisse, vel manus suas inuicem tenuisse. Porro si qui contra horum aliquid egisse inueniā  
tur, tanquam contumaces & præuaricatores mandatorum pronunciat, non quasi leuis  
culpæ obnoxii carere non poterunt suspitione cōiurationis ac prauis consilij. Quam cul  
pam nisi publica penitentia purgauerint fratribus congregatis in vnum, nullus eorum  
fratrum orationi interesse permittitur.

**D**eniq; si quis pro culpa sua fuerit à communi oratione suspensus, nullus omnino  
habet licentiam orandi cum ipso antequam eo ad penitendum in terram prostra  
to, indulgentia & reconciliatio fuerit ei ab abbate, publice corā omnibus fratribus vni  
uersis

**A** uersis concessa. Ob hoc nanq; tali obseruantia segregant & fecerunt semetipsos à con  
sortio orationis huiusmodi fratris, quoniam credunt eum qui ab oratione suspenditur,  
secundum doctrinam Apostoli, satanæ tradi. Et quicumq; ei in oratione communicare  
præsumperit, incauta pietate inductus, antequam ille ad veniam recipiatur à seniore, cō  
sortem damnationis eius se efficit. tradens videlicet voluntarie semetipsum diabolo, cui  
ille pro suæ culpæ emendatione fuerat deputatus. In hoc quoq; permaximè grauius cri  
men incurrens, q; orando aut fabulando, illi se commiscendo, maiorem illi generat inso  
lentia fomitem atque auaciam eiusque contumaciam nutrit in pœnis. Pernicios  
sum quippe ei solatium tribuens, cor eius magis ac magis facit indurari, sinit eum humi  
liari pro culpa propter quam fuerat segregatus. Et per hoc faciet increpationē paruipen  
dere senioris, vel simulatorie de satisfactione & venia cogitare.

**I**s autem cui committitur euigilatio religiosi conuentus aut cura sinaxis, fratres ad quo  
tidianas vigilias suscitatur, non passim ad libitum suum, nec prout in nocte fuerit exper  
gefactus aut oportunitas somni coartauerit eum, imo quamuis diurna cōsuetudo eū  
hora solita euigilare compellat, tamē solite ac frequenter stellarum cursu prefixum sus  
citandi tempus explorans ad orationum officium eos euigilat, ne in aliquo horum inue  
niatur culpabilis, si vel somno oppressus, statutam noctis horam petranseat, vel eādem  
adhuc dormiturus & ad somnum festinās anticipet, sicq; inueniatur deseruisse non tam  
generali ac spirituali officio omnium quieti, q; satisficisse propriæ requiei.

**H**oc quoq; scire debemus, q; à vespere sabbati quæ lucefcit in diem dominicum, v  
que ad vespem diei dominicæ genua non flectatur apud Aegyptios, neq; in qn  
quagesima tota, nec ieiuniorum regula tunc custoditur ab eis, quorum ratio in collatio  
nibus patrum suo loco, cum dominus dederit, exponetur. Nunc propositum nostrum  
est causas tātummodo breui narratione percurrere, ne volumen modo decentem exce  
dens, fastidio aut labore grauet legentem.

LIBER TERTIVS.

De canónico diurnarum orationum & psalmorum modo.

**A** xpeditum iam deo donante, arbitror quantum paruitas ingenij nostri præ  
ualuit, de nocturno modo orationū atque psalmorum qui per Aegyptum  
seruetur, nunc à nobis dicendum est, de obseruatione tertiæ, sextæ & nonæ,  
secundum regulam monasteriorum Palestinæ ac Mesopotamiæ, vt præfa  
ti sumus in prologo. Horum institutis moderantes perfectionem atq; im  
mutabilem rigorem disciplinæ Aegyptiorum.

**A** B Aegyptijs nanq; officia tertiæ, sextæ & nonæ, quæ certis horis per temporum in  
terualla domino soluimus, persoluuntur spontaneè indefinenter per totum spatis  
um diei cum opere manuali. Ita nanq; operatio manū exercetur ab eis incessanter pri  
uatim in cellulis, vt psalmorum & cæterarum scripturarum meditatio nunquam peni  
tus omittatur ab ipsis. Cui meditationi preces & orationes per singula momēta miscen  
tes, totum expendant diem in istis officijs, quæ nos statutis horis persoluimus. Quamob  
rem exceptis vespertinis & nocturnis congregationibus atq; officijs, nulla ab eis in die  
obseruatur solennitas siue persolutio horæ absque sabbato & die dominico, in quibus  
propter sacram communionem conueniunt. Plus enim est id quod indefinenter, quam  
quod per temporis interualla persoluitur deo, & acceptius ei est voluntarium munus, q  
officia quæ canonica compulsione redduntur. Vnde & David gloriosus iucundatur, di  
cendos: Voluntarie sacrificabo tibi. Et volūtaria oris mei beneplacita fac domine.

**I**taq; in Palestinæ ac Mesopotamiæ totiusq; orientis monasterijs tertia, sexta & non  
na, tribus psalmis finitur, & orationes assidue deo statutis temporibus offeruntur, qua  
tenus spiritualibus obsequijs iusto moderamine consummatæ necessaria opera manu  
alia nullatenus impediatur. His quippe tribus temporibus etiam Daniele prophetam  
deum exorasse quotidie scimus. Nec immerito tempora ista religiosi officijs sunt speci  
aliter deputata. In ijs nanque promissionum impletio & summa nostræ salutis peracta  
est. Tertia etenim hora spiritus sanctus per prophetas repromissus super apostolos ora  
tioni

Psalm. 33  
Psalm. 118

Danie. 6



tionibus insistentes descendit. Cumq; propter omnium linguarum elocutionem ab apostolis procedentem Iudaei increduli mirarentur, & irridendo dicerent eos multo repletos. Stans Petrus in medio eorum, ait Viri Israelitae, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum fit & auribus percipite quia haec mea verba sunt. Non enim sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel: Et erit in novissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetae tabunt filij vestri & filiae vestrae. Iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somnabunt. Et quidem super seruos meos & super ancillas meas effundam de spiritu meo, & prophetae bunt. Quae omnia hora tertia videmus impleri, & praenunciatum spiritus sancti aduentum super apostolos tunc consummatum. Porro hora sexta dominus & saluator noster oblati sunt patri hostia immaculata, & crucem pro totius mundi salute ascendens humani generis peccata deleuit, atque expoliatis principatus ac potestates tradidit palam, vniuersosq; nos peccatis obnoxios liberavit ab insolubili chyrographi debito, tollens illud de medio & crucis suae affigens tropaeo. Eadem quoque hora reuelata est Petro in orationibus posito, vocatio & purificatio gentium, per submissam orationem euangelici vasis caelitus descendens, & omnium generum animalia continentis, voce desuper facta ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Quod vos quatuor inijtibus de caelo emissum, non aliud designasse manifeste cognoscimus, nisi euangelium saluatoris, quod quadripartita euangelistarum narratione distinctum, quamuis quatuor videatur habere principia, vna tamen euangelij extat materia, quia eiusdem Christi natiuitatem, deitatem, miracula ac passionem describit. Pulchre autem dixit Lucas, non lintheum, sed quasi lintheum. Nam lintheum est mortificationis indicium. Quonia ergo Christus mortem subiit non lege aut necessitate naturae humanae, sed propriae voluntatis arbitrio, quasi lintheum dicitur. Mortuus enim secundum carnem non est mortuus secundum spiritum, quia nec anima eius derelicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Et rursus ait: Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam pro me ipso. Post testamentum habeo ponere eam, & potestatem habeo iterum sumere eam. In hoc itaque euangelij vase caelitus destinato, id est, a spiritu sancto conscripto, omnes gentes quae olim extra legis obseruantiam positae erant immundae, per vnicatem fidei conuertentes, voce dominica deferuntur, quatenus ab idolorum cultura deo salubriter immolentur, ac Petro purificante, ad spiritalem escam proficiant. Denique hora nona Christus in inferos penetrans infernales tenebras luce sui splendoris extinxit, & aereas portas eius confringens, ferreas conterens, captiuitatem sanctorum tenebris inferni detentam transfudit ad caelos, secum salubriter captam, amotoque igneo gladio restituit paradiso antiquum incolam, scilicet Adam, per confessionem eius benignam. Eadem quoque hora Cornelius centurio in precibus solita deuotione persistens, cognouit ab angelo orationes & elemosynas suas ante deum esse commemoratas. Sicq; mysteria vocationis gentium, manifeste hora nona panduntur, quae erant Petro hora sexta in mentis excessu reuelata. Alio etiam loco de eodem tempore in Actibus apostolorum narratur: Petrus & Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Ex quibus aperte probatur, non immerito a sanctis & apostolicis viris has horas religiosas esse obsequijs consecratas, & idem oportere seruari a nobis, qui nisi diuina ista officia soluere satagimus, statutis temporibus ex institutione legitima, totum diei spatium absque interpolatione seu interpositione orationum consumimus obliuione, desidia, aut occupationibus inuoluti. De vespertinis autem sacrificijs seu laudibus dei, quid dicam, quae etiam in veteri testamento offerri iugiter deo iubentur? Holocausta autem matutina & sacrificia vespertina deo indefinenter esse oblata in templo, quamuis figuratibus hostijs, probare possumus ex eo quod Dauid ait: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Eleuatio manuum merum sacrificium vespertinum. Quod de illo vero sacrificio sacratius intelligi potest, quod Christus vespere in coena nouissima apostolis tradidit, dum sancta ecclesiae inuitauit mysteria, vel quod ipse die sequente pro totius mundi salute in spinauit seipsum eleuatione & extensione manuum suarum offerens patri sacrificium vespertinum in sine videlicet seculorum, quae extensio manuum suarum in patibulo satis proprie eleuatio nuncupatur. Omnes enim nos in peccato iacentes eleuauit ad caelos secundum promissionem suam, qua ait: Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. De ma

A. Ro. 2  
Iohel. 2  
A. Ro. 10  
Psal. 13  
Ioh. 10. 10  
A. Ro. 9  
Psal. 140  
Ioh. 11. 22

**A** DE matutina vero solennitate & laude etiam illud nos instruit, quod in ipsa cantari quotidie solet: Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Et in matutinis meditabor in te. Et praueui in maturitate & clamaui. Et rursus: Praeueniunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. In his quoque horis etiam euangelicus ille paterfamilias conduxit operarios in vineam suam. Primo etenim mane eos conduxit describitur, quod tempus designat nostrum matutinale officium, deinde idem fecit hora tertia, deinde in de hora sexta. Post haec hora nona, ad extremum hora vndecima, in qua vespertina hora signatur. Sciendum tamen hanc matutinam scilicet primam, quae nunc obseruatur in occidentalibus maxime regionibus, nostro tempore atque in nostro primitus institutam a cenobio, vbi dominus noster Iesus Christus natus de virgine dignatus est suscipere incrementa humanae infantiae, & nostram adhuc teneram & lactantem in religionem infantiam sua gratia confirmari. Matutinali enim solennitate seu laude cum quotidianis vigilijs pariter consummata quae in Galliae monasterijs solet persolui, post modicum temporis intervallum nocturnis psalmis orationibusq; completis reliquas horas repausati omni corporis inuenimus deputatas a maioribus nostris vsque ad tempus nostrum. Verum cum hac indulgentia negligentiores quique abutentes somnum nimis protraheret, quippe quos de stratis suis consergere ante tertiam horam aut cellam exire nulla necessitas conuentionis seu congregationis alicuius inuitaret, & somni nimietate torperet, cum detrimento seu minoratione operis manualis, etiam ipso die quo oportebat certis officijs inhærere, sicque torperet in his praesertim diebus in quibus onerosior lassitudo generabatur obseruantibus vigilias a vespertinis horis vsque ad vicinam auroram, quae rimonia quorundam fratrum spiritu ibi feruentium quibus negligentia ista valde displicuit, est delata ad seniores, a quibus tunc longo consilio & sollicita consultatione decretum est, vt dormitioe concessa fessis corporibus vsque ad ortum solis, quando sine impedimento posset lectio fieri aut opus manuale assumi, fuscitati post haec de stratis suis consergerent propter obseruantiam religionis istius, decantatisq; tribus psalmis & orationibus secundum modum antiquitus institutum in obseruatione tertiae, sextae, & nonae, exemplo trinae orationis, & confessionis Danielis prophetae, extunc aequali moderamine faceret finem somno & exordium operi suo. Qui modus quamuis videatur ex occasione praetacta inuentus & pro causa praedicta recenter statutus, tamen manifestissime supplet ad literam numerum illum quem beatus Dauid designat, dicendo: Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuae, quoniam spiritalem quoque habeat intellectum numerus ille. Haec namque obseruatio primae adiecta septies in die, ad diei obsequium conuenientes, septies in ea laudes dicimus deo. Denique cum hic idem modus de oriente procedens fuerit vsque ad loca haec vniuersimode propagatus videtur nequamquam admissus nunc in quibusdam monasterijs orientis quae antiquissimas patrum regulas violari nullatenus patiuntur.

**Q**uae obseruatio primae cur sit instituta, quidam in hac prouincia ignorantes, post matutinas reuertuntur ad dormiendum, incidentes in id propter quod euitandū obseruatio primae est a senioribus instituta. Nam & illa hora ea legitur quae negligentioribus & minus sollicitis reddatur occasio iterum dormiendi, quod omnino fieri non oportet, sicut in praecedenti plenius exposuimus libro, describentes ibidem Aegyptiorum synaxim, congregationem, seu ritum, ne purificationem nostram supplici confessione & antelucanis seu nocturnis orationibus acquisitam, naturalium humorum redudantia polluat, aut inimici corporum parilluio, aut interueniens somnus quamuis simplex & purus interrumpat cordis nostri feruorem, & somni torpore tepescit reddat deinceps per totum diem inertes atque ignauos. Quod ne incurrant Aegyptij missa canonica celebrata, vigilanti vsque ad lucem, quamuis certis temporibus soleant surgere ante gallorum cantum, quatenus superueniens lux matutina inueniat eos in praconcepto constitutos feruore, atque per totum diem feruentiores ac sollicitiores constant praeparati ad spiritalem conflictum & contra diurnam colluctationem diaboli, sint nocturnarum vigiliarum exercitijs spiritualibusq; meditationibus roborati.

**H**OC quoque scire debemus nihil de antiqua psalmorum consuetudine esse mutatum a senioribus nostris, qui obseruationem primae instituerunt, sed missam perpetuo celebratam eodem ordine quo ante, in nocturnis fiebat conuentibus. Etenim psalmi

Psal. 82  
Psal. 112  
Psal. 118  
E.  
E.  
E.

mos quos in hac regione ad matutinas ante auroram solent finire, similiter decantant, & hodie, id est, centesimum quatuoragesimum psalmum, cuius initium est: Laudate dominum de caelis, & reliquos qui sequuntur. Quinquagesimum vero psalmum, & sexagesimum secundum, & octogesimo nonum constat deputatos fuisse huic nouae obseruantiae primae. Denique usque hodie per Italiam expletis laudibus matutinis quinquagesimus psalmus in vniuersis cantatur ecclesiis, quod inde & non aliunde tractum cognosco. ¶ G.

**Q**VI autem in tertia, sexta, aut nona praesens non fuerit, antequam primus finiatur psalmus, oratorium ultra intrare non audeat, nec se miscere psallentibus, sed congregationis finem stans ante ostium praestolatur, donec egredientibus cunctis prostratus in terram per poenitentiam suam negligentiae ac tarditatis suae impetrat veniam, scilicet ens se aliter non posse expiare culpam suae desidia, imo nec in sequenti diuino admittendum officio, quod erit post horas tres, nisi statim pro praesenti negligentia festinaret obnoxius satisfacere vera humilitate. In nocturnis vero officijs datur intrandi licentia usque ad finem secundi psalmi, dummodo tardans congregationi se inserat antequam psalmo secundo finito fratres in oratione procumbant. Et si ultra hoc vel parum tardauerit eidem increpationi & satisfactioni subdetur quam diximus. ¶ H.

**S**Ane vigilias quae singulis hebdomadibus obseruantur a vespera sabbato illucescent, ideo seniores moderantur ac protrahunt per monasteria tempore hyemali, quando noctes sunt longiores usque ad quartum gallorum cantum, ut post totius noctis vigilias reliquis duabus fere horis corpora sua somno repauescentes nequaquam per totum diem somni torpore grauentur, contenti quiete tam modici temporis pro somno totius noctis. Quod nos quoque omni diligentia congruit custodire, quatenus contenti somno qui nobis conceditur post missam vigiliarum usque ad lucis aduentum, id est, usque ad primae perfolutionem, totum deinceps diem in opere necessariisque expeditamus officijs, ne somnum quem nocti subtraximus, in die resumere compellamur ex vigiliarum lassitudine & vitium euacuatione, sicque videamur tempus quietis & somnum nocturnum potius commutasse, quam corpori requiem subtraxisse. Nullatenus enim poterit fragilis caro ita totius noctis quiete priuari, ut die sequente absque dormitatione, animique torpore integram possit seruare vigiliam, quae impeditur magis quam adiuuabitur, nisi post vigiliarum missam aliquantulum somni gustauerit homo. Et ideo vnus saltem horae somnus ante lucem, ut diximus, naturae concessus lucrabitur & conseruabit omnes vigiliarum horas, quas tota nocte in oratione consumpsimus impartientes naturae quod suum est, nec habentes necessitatem resumendi in die quod corpori subtraximus nocte. Totum nanque corpori suo proculdubio reddet quicumque tentauerit ei totum quod eius est denegare, & non cum discretionem partem tantum subtrahere, atque, ut verius dicam, non superflua, sed necessaria ei voluerit amputare. Propter quod necesse erit maiore seruire somnum recuperare, si fuerint vigiliae indiscretae usque ad lucem pertractae. Idcirco vigilias tripartitis distinguunt officijs, ut labor hac diuersitate diuisus, delectatione quadam fatigationem releuet corporis. Cum enim stando tres antiphonas cantauerint, post haec in terra aut in humilibus sedentes sedibus tres psalmos vno eos cantante adiungunt. Qui tamen singuli a singulis fratribus vicissim sibi succedentibus decantantur, & sub eadem quiete sedendi psalmis his tribus tres adiciunt lectiones. Sicque corporalem minuente laborem, vigilias suas maiori mentis intentione exercent. ¶ I.

**D**enique praefatas vigilias idcirco a tempore praedicationis Apostolicae, quo Christiana fides atque religio fundata est, institutum est obseruari, per totum orientem, sabbato illucescente, hoc est, in nocte feriam sextam sequente, quoniam DOMINO Salvatore sexta feria crucifixo, APOSTOLI recentiore percussis, tota manserunt nocte peruigiles, somnum suis oculis nullatenus concedentes. Quamobrem extunc deputata est vigiliarum obseruatio nocti eidem, & usque in praesens per vniuersum orientem sic obseruatur. Vnde & solutio ieiunij ab APOSTOLICIS viris instituta est sabbato post praedictarum vigiliarum laborem, atque per vniuersas ecclesias orientis illo die non ieiunatur secundum illam Ecclesiastes vndecimi capituli sententiam quae quauis & alium habet mysticum intelles

**A** intellectum, tamen ab isto non dissonat, cum dicitur: Da partes his septem, & quidem his octo. Non enim ad participationem Iudaicae festiuitatis aestimanda est pertinere solutio ista ieiunij sabbato die, praesertim his qui ab omni Iudaica superstitione sunt alieni, sed ad repaulationem corporis laesi quod per singulas anni hebdomadas quinque diebus ieiunans facilliter fatigatur ac deficit, nisi duobus diebus videlicet sabbato & dominico resocilletur.

**H**uius moderationis causam quidam in occidentalibus ciuitatibus ignorantes, ideo putant ieiunium sabbato non esse frangendum, quoniam Petrum apostolum die illo asserunt ieiunasse, dum contra Simonem magum fuerat conficturus. Ex quo potius patet non fecisse hoc Petrum regulari consuetudine, sed instantis disputationis necessitate. Nempe pro hac re videtur Petrus indixisse ibi suis discipulis speciale non generale ieiunium. Quod utique non fecisset, si agnouisset sabbato esse regulari consuetudine ieiunandum. Nam & idem ieiunium die dominico proculdubio praecipisset, si tunc cum mago Simone habuisset certamen. Nec tamen ex hoc fuisset mox promulganda aliqua canonica ieiunij regula, quod non obseruatio generalis statuerat. Sed ut semel fieret necessitas specialis extorceret.

**H**oc quoque sciendum vnam tantam missam die dominica ante prandium celebrari, in qua impendentes seu persoluentes solennius atque abundantius aliquid orationum & psalmorum seu lectionum pro reuerentia ipsius collectae vel communionis dominice in ipsa missa reputant tertiam & sextam pariter persolutam aut summam, ita quod nihil imminuitur lectionum adiectione, & nihilominus differentia officij seu quaedam remissio fratribus condonatur, propter reuerentiam resurrectionis dominicae, quae totius hebdomadae obseruantiam relaxare videtur, & pro hac ipsa differentia quae intermiscetur eundem diem dominicum tanquam festiuium faciat solennius expectari, atque per expectationem hanc faciat minus sentiri ieiunia septimanae sequentis. Semper enim quaelibet fatigatio aequanimius toleratur, & cum minore fatigatione labor impendit, dum ei succedit admixta quaedam vicissitudo aut opis immutatio. ¶ M.

**I**n superetiam in ipsis diebus, id est, sabbato vel dominica seu feriatis temporibus, quibus prandium & cena fratribus exhibetur, psalmus non dicitur, nec cum ad cenam accedunt, nec cum ab ipsa confurgunt, ut fieri solet in solennibus prandijs atque canonica ieiuniorum refectione, quam consuetudinarij psalmi praecedere solent & subsequi, sed simplici oratione tantummodo facta accedunt ad cenam, quam & surgentes oratione concludunt, eo quod extra ordinaria sit inter monachos ista refectione, nec omnes ad eam venire cogantur, nisi aut fratres peregrini qui superuenerint, aut infirmi, aut qui sponte voluerint.

## LIBER QVARTVS.

## De institutis renunciantium.

**D**E canonico modo orationum atque psalmorum in diuinis obsequijs obseruando ordo narrationis nos mittit ad describendam institutionem eius, qui seculo huic renunciat. In primis studet breui explicare sermone quas liter recipiantur in claustris qui cupiunt conuerti ad dominum, admiscentes quaedam de regulis Aegyptiorum, quaedam de regulis Tabenensiorum, quorum cenobium in Thebaida situm tanto districtius conuersatur, quanto populosius extat. Siquidem in eo plus quam quinque milia fratrum ab vno patre reguntur, atque cum tanta obedientia tam copiosus numerus monachorum vni seniori suo subditus est toto tempore vitae suae, quod apud nos vnus non potest vni cum tanta obedientia ad modicum tempus subesse vel praesere.

**Q**uorum obedientia, perseverantia & humilitas qualiter tam diuturna permaneat & qua informatione inducatur ad hoc usque ad decrepitam senectutem in claustro perseueret arbitror ante omnia perstringendum. Tanta est enim ut nullum, non solum monasteria ingressum recedemus per vnum annum in obedientia tanta vixisse, ita quod cum initia renunciantionis illorum viderimus consequens fuisse intelligamus, ut ad tam

sublimem perfectionis verticem huiusmodi fundamenta consurgerent.

**I**gitur cupiens quis in monasterio recipi, non prius admittitur, quam decem diebus aut longius ante fores remanens perseverantiam, patientiam, humilitatem, ac desiderium mentis suae per effectum & certa signa monstraverit. Cumque omnium praeteritium fratrum genibus prouolutus & ab vniuersis de industria quasi refutatus atque despectus, tanquam qui non desiderio religionis, sed necessitate quadam compulsus, monasterium velit intrare, iniurijs quoque & exprobrationibus multis affectus constantiam suam experimentaliter demonstrauerit, & qualis in tentationibus sit futurus per opprobriorum tolerantiam declarauerit, sicque susceptus fuerit explorato & cognito cordis sui ardore, cum diligentia summa inquiratur, ne aliquid ei de pristinis facultatibus suis adhareat, intantum, vt nec vnum retineat nummum. Sciunt enim eum sub regulari disciplina diu stare non posse, nec apprehensurum esse veram humilitatem ac obedientiam, neque cenobij paupertate ac districtione diu fore contentum, si quicquam pecuniae in conscientia sua latuerit. Sed vbi primo fuerit orta commotio ex quacunque occasione, statim de monasterio fugiet animatus fiducia suae pecuniae, velut funda proiectus.

**I**decirco nec pecunias quae monasterio possunt esse proficuae, volunt ab eo qui suscipi petit, accipere, ne ex sua collatione inflatus dedignetur se fratribus pauperioribus coaequare, atque per hanc elationem ab imitatione humilitatis CHRISTIANI impediatur. Cumque sub disciplina cenobij nequiverit perdurare, egressus ex illo & tepesfactus molitur sacrilego spiritu, non sine monasterij damno exiret & recipere ea quae in principio suae renunciationis spiritali seruire successus contulerat claustro. Quod penitus esse seruandum, per multa sunt experimenta edocti. Nam in alijs monasterijs minus cautis quidam simpliciter suscepti, tentauerunt postea cum ingenti blasphemia obtinere restitutionem eorum quae dederant, & in opere DEIERANT expensa.

**H**INC qui recipitur, sic omni pristina sua facultate nudatur, vt nec vestem quam ante induebatur, habere ulterius permittatur, sed coram fratribus adductus in medium exuatur proprijs, & per manus abbatis induatur monasticis vestimentis, vt per hoc aduertat se non solum spoliatum omnibus suis rebus praehabitis, verum etiam omni mundana pompa deposita, ad CHRISTIANAM paupertatem atque inopiam descendisse, & se de caetero sustentandum opibus non sua speciali arte acquisitis, nec de pristina sua facultate infideliter seruatis, sed de sanctis ac pijs monasterij donis, percepturum se esse stipendia suae militiae seu necessariae vitae, & inde se deinceps vestendum & alendum cognoscens nec proprium aliquid habere se sciens, distat nihilominus iuxta CHRISTIANAM doctrinam de castino non esse sollicitus, nec erubescat corpori fraternitatis seu fratribus coaequare, quibus se connumerare, & quorum se fratrem nuncupare non erubuit Christus, imo potius gloriatur se factum esse se consortem domesticis saluatoris, vt pote fratribus.

**P**ORro vestimenta quae deposuit economo, id est, dispensatori ad custodiendum commissa, tam diu seruantur ab eo, donec abbas & fratres euidenter agnoscant, per tentationes & probationes diuersas, profectum conuersationis, & virtutem patientiae eius qui renunciauit. Et si eum in claustro posse durare, atque in cepto seruire permanere tempore procedente conspexerint, vestimenta illa pauperibus largiuntur. Si vero aliquam murmurationem aut paruum inobedientiae culpam ab ipso processisse cognouerint, exuentes eum monasterij vestimentis & prioribus vestibus reuestitum expellunt. Nullum etenim fas est cum monasterij vestimentis recedere, nec alii quem illis adhuc indui patiuntur, quem semel a regula suae institutionis viderint repuisse. Vnde etiam nullis conceditur facultas penitus discedendi, nisi instar serui fugitiui in densissimis noctis tenebris fugiat, aut certe monastico ordine & professione iudica

**A** dicatus indignus, expellatur cum confusione & nota coram cunctis fratribus, prius deposita monasterij veste.

**C**VM ergo fuerit quis susceptus, atque praefata perseverantia comprobatus, & proprijs vestimentis depositis monasteriali veste indutus, non statim permittitur fratribus admisceri, sed committitur seniori, qui seorsum non longe a monasterij vestibulo habitans curam habet peregrinorum & aduentantium sibi iniunctam, eisque omnem diligentiam hospitalitatis & humanitatis impendit. Quumque ibidem integro anno absque vlla querela deseruiens, circa peregrinos suum exhibuerit famulatum, imbutus per haec, prima instructione humilitatis ac patientiae, atque in ea probatus & cognitus longa exercitatione, admiscendus ex hoc congregationi fratrum, traditur alteri seniori, qui decem iniunioribus praest, quos sibi creditos ab abbate instituit & gubernat, secundum illud quod in Exodo legitur ordinatum per Moysen.

**C**VIUS senioris haec erit sollicitudo & eruditio principalis, per quam iunior introductus, valeat consequenter ascendere summam virtutum perfectionem, vt scilicet primum doceat eum proprias vincere voluntates. Quem in his studioso & diligenter exercens, haec de industria illi semper praecipiet, quae senserit cordi eius esse contraria. Multis quippe experimentis edocti, affirmant monachum, & maxime iuniores, refrenare non posse voluptatem concupiscentiae suae, nisi prius per obedientiam mortificare didicerint proprias voluntates. Hinc quoque fatentur eum, qui proprias voluntates non didicerit superare, nullatenus posse iram siue tristitiam, aut spiritum fornicationis extinguere, nec veram cordis humilitatem, neque cum fratribus incessabilem unitatem, nec firmam ac diuturnam concordiam posse tenere, nec in cenobio diutius esse mansurum.

**H**IS igitur institutis tanquam quibusdam elementis ac syllabis festinant instruere eos, quos ad perfectionem inciant, per haec liquide discernentes, an fundati sunt humilitate vera, an potius ficta & simulata. Ad quam vt valeant facilliter peruenire, consequenter instruuntur nullam cogitationem in corde eorum prurientem, pernitiosa confusione abscondere: sed confestim vt orta fuerit, eam suo patefacere seniori. Nec de cogitationum suarum iudicio aliquid propriae discretioni committere, sed credere illud esse bonum ac iudicium, quod senior definitur esse tale, aut tale. Sicque callidus hostis in nullo circumuenire potest iuuenem tanquam ignarum & inexpertum, nec vlla fraude decipere, quem videt non propria, sed senioris sui discretionem muniri, nec posse persuaderi, vt seniori suo abscondat suggestiones suas, ignitaeque iacula, quae cunctis cordi eius infuderit. Aliter namque versutissimus diabolus iuniorum deihere aut illudere nequit, nisi quum eum per arrogantiam, seu prauam verecundiam ad cogitationum suarum occultationem induerit. Generale namque & euidentis signum diabolicae suggestionis & illusionis esse testantur, si eas seniori suo aperire confundantur.

**P**OST haec cum tante obseruantia obedientiae regula custoditur, vt iuniores absque superioris sui scitu & permisso, non solum non audeant cellam exire, sed nec communi & naturali necessitati satisfacere, propria praesumunt autoritate, sicque festinant sine vlla discussione complere omnia, quae cunctis fuerint a superiore praecipita, tanquam a DEO sint desuper imperata, vt interdum etiam impossibilia eius iussa cum tanta fide ac deuotione suscipiant, vt tota virtute sine vlla hesitatione perficere & implere enitentur, nec impossibilitatem praeccepti propter reuerentiam senis attendunt. De quorum obedientia particulariter dicere nunc omitto. Nam ea paulo post per exemplum docere suo loco proponimus, si dominus dederit nobis per vestras orationes successum. Nunc instituta caetera prosequamur, praetermittentes illa describere, quae in hac regione nequeunt monasterijs tradi, neque ab eis potuerunt custodiri, sicut in praefaciunculam nostram facturos nos esse promissimus, quod scilicet indumentis laneis non vtantur, sed lineis tantum, nec ipsis duplicibus, quibus praepositus vnusquisque sua Decania subministrat alia, cum ea quibus vestiti sunt conspexerit foras diuise.

**I**LLAM quoque arduam & sublimem eorum abstinentiam prætermitto, in qua summa delicia reputantur, si fratribus ad refectorem apponatur herba sale condita & aquis lota, quam lapsam vocant. Alia quoque quamplura istis similia, quæ nec dispositio aeris, nec nostræ fragilitatis qualitas in hac regione admittit. Illa tantummodo prosequar, quæ nulla carnis infirmitas, nec situs loci poterit impedire, si fragilitas animæ teporæque mentis non impedierit ea.

**I**Taque in cellulis suis sedentes, operi ac meditationi studium pariter impendentes, cum audierint sonum pulsantis ostium, ad cellulas diuersorum conuocantis eos ad orationem, vel ad aliquod opus, certatim egrediuntur, ita ut scriptor complere non audeat litteram inchoatam, sed in eodem puncto, quo sonum pulsantis audierit, summa velocitate exurgens, in tantum expectare non audet, ut ceptam perficiat litteram, sed imperfectas apicis lineas derelinquens, magis festinet toto zelo ac studio virtutem obedientiæ exequi, quam operis complementa aut lucra sectetur. Obedientiam eam non solum præferunt operi manuum, seu lectioni & silentio, ac cellæ quieti, sed & vniuersis virtutibus, ut hinc iudicent omnia postponenda, & vniuersa damna subire contenti sunt, dummodo bonum obedientiæ in nullo violasse reperiantur.

**S**ED illam eorum virtutem inter alia instituta reor commemorandam, quod nulli ipsorum licet possidere cistellam aut peculiarem sportellam, nec aliquid tale, quod suo possit signaculo claudere, aut seruare ut proprium. Quos ita scimus ex omni parte nudos pauperesque existere, ut præter colobium, mafortem, caligas, melotem ac psacium nil habeant amplius, cum in alijs quoque monasterijs, in quibus aliqua remissius conceduntur, videamus hanc regulam distictissime observari, ut nec verbis quis audeat dicere aliquid suum, & magnum sit crimen, si monachus dicat: Codex meus, tabulæ meæ, graphium meum, tunica mea, caligæ meæ. Et si casu aliquo per subreptionem aut ignorantiam tale verbum protulerit, per condignam penitentiam satisfacere oportebit.

**E**T quum tantos reditus vnusquisque de opere ac sudore proprio quotidie præferat cœnobio, ut ex his sustentare possit non solum propriam sobrietatem, sed etiam alijs subuenire, in nullo tamen inflatur, nec sibi de tanto sudore & questu operis sui blanditur: imo nihil sibi vnusquisque assumit præter duo paximata, quæ pro tribus vix denarijs ibi venduntur. Inter quos nullum peculiare opus ab aliquo affectatur, non dicam effectum, imo nec cogitationem, quod tamen pudet narrare, quodque in nostris monasterijs fieri vtinam nesciremus. Quumque omnia monasteria bona suam putet esse substantiam, & cunctis eis curam sollicitudinemque impendat, tanquam omnium dominus, tamen ad retinendam arreptæ nuditatis seu paupertatis virtutem, quam studet vique ad finem perfecte & inuolabiliter obseruare, sic reputat semetipsum à cunctis rebus extraneum, atque ab omnibus alienum, ut exhibeat se tanquam peregrinum & incolam huius mundi, & alumnum ac ministrum se æstimet claustrum, magis quam domum cuiuslibet rei.

**A**D hæc quid dicemus nos miseri, qui in cœnobijs commorantes, & sub abbatis cura ac solitudine constituti, proprias circumferimus clauas, omniumque verecundiam & confusione professionis nostræ abiecta, etiam annulos in digitis palam ferre non verecundamur, quibus reposita proprie consignemus? Quibus non solum cistellæ aut sportæ, sed nec archæ & armaria sufficiunt ad reponendum ea quæ congregamus, vel quæ egressi de seculo reseruauimus nobis. Qui etiam interdum pro rebus vilissimis & quasi nullis ita accenduntur ira, eas vendicantes nobis ut propria: ut si quis vel digito quicquam ex eis contrectare præsumperit, tanta contra eum iracundia inflammemur, ut cordis nostri commotionem reprimere non possumus à laborum tremore, totiusque corporis indignatione. Sed prætermittis vitijs nostris, ut his, quæ commemorari indignum est, silentio traditis, iuxta illud Psalmi: Ut loquatur os meum opera hominum, excepto narrationis ordine, persequatur virtutes illorum, & ea quæ nos toto conatu debemus appetere, & ipsas eorum regulas ac typos cursum breuiterque ponamus, ut per

**A** peruenientes post hæc ad quosdam actus & opera seniorum, quæ memoriæ mandare studiose disposuimus, robaremus validissimis documentis ea, quæ nostra expositione conscripta sunt, vniuersa quæ diximus confirmantes exemplis eorum & autoritate vitæ ipsorum.

**S**I quis igitur casu aliquo fregerit gillonem fœdilem, quem ipsi haucalem appellant, non aliter diluet negligentiam suam, quam per penitentiam publicam, cunctisque fratribus in synaxi collectis tam diu in terra prostratus veniam postulabit, donec orationum solennitas compleatur, impetrabitque veniam cum abbas eum iusserit surgere. Eodem modo satisfaciet, quicumque ad opus aliquod euocatus, aut ad solitam congregationem tarde aduenerit, aut psalmum cantando modice titubauerit. Similiter si responderit superflue aut durius, siue superbius, si negligenter obsequia iniuncta compleuerit, si vel modice murmurauerit, si statuta officia segnus fuerit executus, lectionem operi vel obedientiæ præferendo, si congregatione soluta non festinauerit statim ad cellam suam reuerti, si cum aliquo vel ad modicum tempus subfiterit, si vel ad punctum temporis aliquorsum fecerit, si tenuerit manum alterius, si fabulari præsumperit quantumcumque modice cum alio, quam suo cohabitare, si cum illo orauerit qui est ab oratione suspensus, si aliquem parentum aut amicorum suorum viderit, seu allocutus fuerit sine senioris sui præsentia, siue licentia, si ab aliquo exemplum accipere vel alicui scribere præsumperit sine licentia sui abbatis. Hucusque & in his similibus factis infligitur poenitentio specialis. Residua vero, quæ apud nos indifferenter admittuntur, & a nobis reprehensibilis tolerantur, non præfata increpatione speciali ac leui, sed verberibus emendantur, aut expulsioue purgantur, ut sunt, aperta conuicia manifesti contemptus, contradictiones tumidæ, libera & effrenata processio, familiaritas feminarum, ira, rixa, simultas & iurgium, proprietates, auaritia, affectus atque possessio superflua, quæ à cæteris fratribus non habentur, extra ordinaria & furtiua refectio, & istis similia.

**P**ORRO quod reficientibus fratribus sacræ lectiones in cœnobijs ad mensam legantur, non de Aegyptiorum sed Capadocum obseruantia emanauit. Qui hoc statuerunt magis ad reprimendum verba ociosa, superflua, præsertim contentiosa, quæ frequenter refectiois tempore proferuntur, videntes ea aliter cohiberi non posse, quam causa spiritalis exhortationis. Ab Aegyptijs autem Tabenensiotis monachis omnibus, tantum in mensa seruatur silentium, ut tanta fratrum multitudine reficiente, nemo audeat semel mutire, præter eum, qui decaniam suam exercet ac præest. Qui tamen sonitu magis quam voce significat, si quid viderit oportere apponi fratribus aut deponi. Et tanta huius disciplina silentij manducantibus eis seruatur, ut cucullis ultra oculos rum palpebras tractis, ne oculis euagentur, nihil nisi mensam, & cibos ante se positos intueantur, ita ut nullus notet quantum aut qualiter reficiat alter.

**D**enique ante communem refectorem legitimam, & post eam summa cautione obseruant, ne quis extra mensam aliquid cibi accipiat, in tantum, quod dum fratres eunt per hortos atque pomeria, & vident non solum poma in arboribus blande ac passim pendente, sed etiam super terram iacentia, & ad colligendum parata, suamque importunitate & copia ad consensum concupiscentiæ allicere valentia, non tantum ex eis nihil gustant, sed nec manu attingunt, præter id quod ad communem mensam eis præbetur, ac erogatione dispensatoris per fratrum obsequia manifeste proponitur.

**N**E quid autem de institutis cœnobiolorum omisisse videamur, commemorandum breuiter puto, qualiter quotidiana obsequia fratribus exhibeantur, etiam per alias regiones. Per totam namque Mesopotamiam, Palestinam & Capadociam vniuersumque Orientem fratres singulis hebdomatibus succedunt inuicem ad hæc obsequia mutuo sibi reddenda, ita ut secundum multitudinem, quatenus cœnobiij ministrorum numerus deputeter, qui iniuncta sibi obsequia cum tanta deuotione & humilitate implere festinant, quæ nullus seruus domino suo, quæ durissimo ac præpotenti tam promptum exhibet famularum, ita quod consueta obsequia implere non contentatur quæ regulari instituta



instituzione soluantur, sed de nocte quoque surgentes vnus opus alterius impleat, & secrete dicitur inuicem se praeueniant ad faciendum quae alijs incumbebant, & vnus alium releuet à labore. Praeterea vnusquisque septimanam suam suscipiens, ministrat vsque ad cenam sequentis dominicae, quae peracta, ita finitur obsequium totius hebdomadae, vt omnibus fratribus in vnum conuenientibus ad cantandum psalmos, quos ante noctis quietem ex more decantant, hi qui ministraverunt oim pedes per ordinem lauent, hanc mercedem pro labore totius septimane ab eis fideliter expetentes, vt omnes generaliter orent simul pro eis. Qui iuxta Christi mandatum pedes ipsorum lauerunt, quatenus quicquid per ignorantiam aut fragilitatem peccauerunt, eis indulgeatur, & consummata obsequia deuotionis eorum sint deo accepta, tanquam sacrificium pingue. Sicque feria 2. post psalmos matutinos assignant vasa & utensilia, in quibus ministraverunt fratribus, qui in ministerio eis succedunt. Qui utensilia illa cum tanta cura & sollicitudine suscipiunt atque custodiunt, ne quid ex illis minuat aut pereat, vt credant se pro minimis cuiuslibet vasis, tanquam deo consecratis, rationem reddituros non solum praesenti dispensatori, sed etiam creatori, si forte aliquid ex illis per ipsorum negligentiam fuerit diminutum. Cuius disciplinae modum, & quanta fide ac cautione seruetur, poteritis scire testimonio vno, quod exempli gratia ponam. Sicut enim studemus satisfacere vestro seruari, quo cupitis vobis iterato narrari hoc libello, etiam ea quae optime scitis, desiderantes plenam vniuersi cognitionem, ita veremur mensuram breuitatis excedere. ¶ IV.

**I**n septimana cuiusdam fratris praeteriens dispensator, vidensque iacere in terra uia lenticulae grana, quae de manu hebdomodarij festinantis, & ea coctioni parantis elapsa sunt cum aqua qua mundabantur, abbatem super hoc confestim consuluit. A quo frater ille iudicatus est tanquam transgressor, & peculij sacri neglector, vnde ab oratione suspensus est. Cuius negligentiae culpa non aliter ei dimissa est, nisi cum eam publicae poenitentiae expiasset. Nempe non solum seipsum credunt non esse suos, sed etiam omnia sua credunt domino consecrata. Propter quod quicquid fuerit monasterio semel collatum, asserunt cum omni reuerentia esse tractandum. Tantaque fide omnia illa tractant, custodiunt & dispensant, vt tota credulitate confidant, se mercedem consecratos à Deo. Si etiam ea quae habentur despectui, & parua ac vilia reputantur, de loco alio quo mouerint, aut aptius collocauerint, si gillone impleuerint aqua, vel ex eo alicui deserint potum, si paruam festucam de oratorio aut cella remouerint. ¶ IX.

**N**ouimus quosdam fratres, in cuius septimana tantus fuit defectus lignorum, quod solita cibaria fratribus praeparari non poterant. Et cum ipsi fratres contenti essent quousque possent ligna afferri, & donec hoc esset abbatis auctoritate praecipuum, & vniuersis id fratribus placuisset, nec aliquis vllum speraret coctionis pulmentum, fratres praefati dolentes se fructu ac mercede sui obsequij ac laboris fraudari, si in ordine ministerij sui non pararent consueta cibaria fratribus, tantum sibi induxerunt laborem spontaneum tantamque curam, vt in locis illis aridis ac sterilibus, in quibus ligna inueniri non valent, nisi ab arboribus fructiferis excidantur, (Non enim ibi, vt apud nos, reperiuntur vlla fructifera syluestria,) ibi inquam fratres illi per inuiam solitudinem discurrentes, & eremum quae versus mare mortuum tenditur circumeuntes, collegerunt in gremijs suis festucas ac spinulas tenues, à vento huc illuc dispersas, consuetaque cibaria per haec fratribus praeparauerunt, nec de solita coctione patiebantur aliquid subtrahi. Tanta fide exhibentes fratribus haec munera sua, cum tamen eos excusare posset honeste lignorum penuria, & abbatis praecipuum. Attamen desiderio fructus ac praemij sui, noluerunt excusatione hac vt, nec à laboribus supportari. ¶ Y.

**H**aec dicta sunt secundum morem totius Orientis, vt diximus, quem etiam dicimus in nostris partibus necessario obseruandum. Ceterum apud Aegyptios, qui operibus maxime sunt intenti, non est hebdomarum mutua vicissitudo, ne occasione huius obsequij, omnes ab operis regula impediuntur, sed vni probatissimo fratri cura cellarij seu coquinae committitur, qui iugiter opus istud exerceat, quamdiu rosas

**A**etas & vires eius permittunt. Non enim in hoc magno labore corporis fatigatur, quoniam inter eos non est magna cura de coctione cibarijque parandis, cum maxime xerophagis omophagisue vtantur, & apud quos summa voluptas est singulis mensibus vti sectis porro folijs, lapsama sale fixo oliuis, pisciculis minutis salitis, quos illi mens nomina vocant. ¶ Z.

**E**t quoniam liber iste praenotatur hoc titulo: De institutione eius, qui recinat huic mundo, per quam ad veram humilitatem & perfectam obedientiam introducitur. Ceterarum quoque virtutum possit perfectiones ascendere, necessarium reor quosdam seniorum gesta exprimere, sicut promissimus, exempli gratia, per quae in virtute obedientiae praefulerunt, de multis valde pauca narrantes, vt ex his non solum incitamentum vitae perfectae, sed etiam forma propositi oriatur eis, qui cupiunt perfectiora sectari. Quamobrem de tam innumerabili patrum multitudine, ponemus duos aut tres propter succinctam breuitatem praesentis libelli. Primo, abbatem Iohannem, qui commoratus est iuxta Lico, quod est Thebaidae oppidum, qui propter virtutem obedientiae suae ad prophetiae gratiam sublimatus, sic vniuerso claruit orbi, vt etiam regibus mundi huius suis meritis redderetur illustris. Quum enim in extremis Thebaidae partibus moraretur, vt diximus, Theodosius Imperator non audebat ante ad bella procedere contra praepotentes tyrannos, nisi prius abbas Iohannis oraculis animaretur, atque responsis, quibus tanquam caelitus sibi delatis, confidens, triumphum obtinuit de desperatis bellis ac hostibus. ¶ A a.

**H**ic itaque beatus Iohannes ab adulescentia sua vsque ad perfectam & virilem aetatem seniori deseruiens vsque ad finem vitae illius, cum tanta humilitate inhaerit senioris obsequijs, vt eius obedientia summum stuporem incuteret seni. Qui volens manifestius explorare, an obedientia ista Iohannis discederet de vera fide atque profunda cordis simplicitate, an potius ficta esset & coacta, & solum praerberetur ad oculum imperantis, plura ei superflua & minus necessaria, imo & impossibilia saepe iniunxit. Ex quibus tria ponam, ex quibus puritas suae mentis, & integritas subiectionis manifestari possunt volentibus eam scire. Sumpsit namque senex de lignario sua virgultum, quod olim excisum fuit, foco paratum. Et occasione coctionis non occurrente, iacebat non solummodo aridum, sed temporis vetustate quodammodo putrefactum. Quumque hoc lignum coram IOHANNES fixisset in terra, praecipit ei, vt aqua allata illud quotidie irrigaret, quatenus diurnis humoribus irrigatum ac radicum, & in antiquam arborum reuiuiscens, exhiberet diffusis ramis, sub se residentibus, amoenitatem oculorum atque umbraculum ab aestu calorum. Quod praecipuum solita veneratione suscipiens adolescens, absque omni suae impossibilitate consideratione ita impleuit quotidie, vt aquam quasi per miliaria duo indefinenter apportans, lignum rigare nequaquam cessaret, sic quod per totum anni spacium, nec infirmitas corporis, nec festiuitatis solennitas, nec occupatio necessitatis, quae eum poterat excusare honeste, nec interueniens asperitas aeris, potuit eum impedire à praefati executione mandati. Quumque hanc eius sedulitatem tacitus senex latenter quotidie exploraret, videret quoque eum simplici cordis affectu implere suum mandatum, tanquam de caelo missum, sine vlla vultus mutatione, ac rationis discussione, synceram eius obedientiam approbans, & tam longo eius labori compatiens, ad aridum virgultum accedens, dixit: O IOHANNES misit ne lignum istud radicem, an non? Quod cum ille nescire se respondisset, senex quasi veritatem rei inquirens, an scilicet lignum radicibus terrae inhaereret, leui motu illud extraxit, proiectoque ligno, praecipit vt ab irrigatione cessaret. ¶ Bb.

**C**um itaque talibus exercitijs Iohannes adhuc iuuenis eruditus in obedientiae virtute quotidie cresceret, & eius humilitas innotesceret multis, suauisque odor obedientiae suae per cuncta monasteria diffunderetur, quidam fratrum desiderio probationis imo aedificationis venientes ad senem cum obedientia Iohannis quam audierat mirarentur, vocans eum subito enex dixit: Ascende, & deorsum proice per fenestram vas olei, quod solum nostrum atque aduenientium vsui modicissimum ministrat liquorē. Quod ille ad superiora velocissime scandens

scandens proiecit deorsum, & fregit, parum cogitans ineptitudinem præcepti, diurnam eorum necessitatem, infirmitatem corporis, penuriam expensarum, squalentisq; heremi difficultates atq; angustias: in qua etiam & si abundasset pecunia, tamen vas tale inueniri non poterat nec reparari. ¶ C c.

**A**lijs rursus fratribus informari cupientibus exemplo obedientis eius, vocans eum senex: Curre, inquit, & saxum illud volue istuc velociter: qui confestim grandem lapidem illum, quem nec multi poterant mouere, conabatur aduolueremunc ceruicem, nunc totum corpus suum applicans tanto nisu, vt non solum irrigaret totam vestem suam sudore omnium membrorum suorum, sed etiam lapidem suis humectaret ceruicibus, in his parum ponderans impossibilitatem præcepti, præ reuerentia senis atq; obsequij simplicitate sincera, qua tota fide credebatur, senem sine ratione aut frustra nil posse præcipere. ¶ D d.

**H**ucusq; pauca de multis factis abbatis Iohannis sufficiat recitasse, nunc enarrabo factum abbatis Passnutij, dignum memoria. Hic namq; abrenunciare desiderans mundo, tam diu ante fores monasterij iacuit, donec insuperabili perseverantia sua obtinuit recipi cum paruulo filio suo circiter octo annos, contra omnem consuetudinem cœnobiolorum. Cumq; recepti fuissent, non solum diuersis magistris sunt traditi, sed & habitatione cellæ statim diuisi, ne pater assidua visione paruuli sui, recordaretur facultatū, quibus renunciauit, & nec carnali affectione filium sibi superesse aduerteret: sed sicut ignorauit se diuitem esse, sic nesciuit se patrem existere. Quod vt plenius probaretur, an scilicet plus faceret ex sanguinis & viscerum suorum affectione, an ex obedientia & Christi mortificatione, quam omnis renūcians pro eius amore debet omni sensuali affectioni præferre, de industria negligebatur puerulus, panniculis potius indutus, q̄ vestibus, immunditijis quoq; sic opertus ac inquinatus, vt contristari magis, q̄ delectari potuisset oculus patris, quotiens fuisset ab eo visus. Insuper patre suo vidente, frequenter colaphis alaphisq; percussus est absq; demerito suo, ita vt pater nunq̄ videret genas eius, nisi lachrymis irrigatas. Cumq; puer per singulos dies sub oculis patris taliter tractaretur, tamen pro Christi amore & virtute obedientiæ, viscera patris rigida & immota iugiter permanserūt. Non enim iam reputabat filium suum, quem secum pariter obtulit Christo, nec curauit de presentibus afflictionibus eius, sed magis gaudebat, q̄ nō infructuosum se vidit filium suum talia pati, parum cogitans de planctu illius, sed propria humilitate ac perfectione sollicitus. Quam discretionem immobilemq; rigorem Passnutij intuens abbas cœnobiij, & constantiam eius volens plenius experiri, cum quadam die vidisset puerum lamentantem, simulans se commotum contra eundem, dixit Passnutio: Tolle, & iacta eum in fluuium. Tunc ille, quasi hoc sibi à deo fuisset præceptum, mox rapuit puerum, ac proprijs vlnis celeri cursu portauit ad fluuium, vt in eum proijceret paruulum. Quod etiam ex feruore fidei & obedientiæ protinus adimplet, nisi de industria quidam fratres ripam fluminis obsedissent, & executionem impediuisent præcepti. ¶ E e.

**D**eniq; fides atq; deuotio Passnutij intantum complacuit deo, q̄ diuino est testimonio collaudata. Nam paulopost reuelatum est abbati cœnobiij, Passnutium esse parificatum in virtute obedientiæ Abrahamæ patriarchæ. Cumq; breui tempore consummato, abbas ille migraturus esset ad dominum, præposuit fratribus cunctis Passnutium, eumq; reliquit successorem sui, & abbatem cœnobiij. ¶ F f.

**N**on tacebimus virtutes fratris cogniti nobis, nobilissimi genere secundum seculi dignitatem, nam Comitum filius fuit, & liberalibus artibus non mediocriter eruditus. Qui dum relictis parentibus monasterium introisset, abbas ad probandum mentis suæ humilitatem fideiq; ardorem, confestim ei præcepit, vt decem sportas, quas publice vendi non erat necesse, proprijs humeris non ferret per plateas, tali conditione vendendas, vt eas venderet sigillatim, quatenus diutius in hoc occuparet officio. Quod ille tota deuotioe compleuit, & omni verecundia Christi amore calcata, sportas humeris suis impositas statuto vendidit precio, pecuniamq; portauit ad claustrum, nequaquam perturbatus nouitate tam vilis & inconsueti officij, neq; considerans indignitatem rei, aut nobilitatem parentum, seu venditionis contemptibilitatem, dum per obedientiæ meritum, obtinere desiderat CHRISTI humilitatē, quæ est vera nobilitas cordium. ¶ G g. Coar.

**A**ccurat nos mensura libelli ad finem accelerare, sed obedientiæ virtus, quæ inter cæteras fortitur primatum, non patitur nos præterire silentio gesta eorum, qui per obedientiam claruerunt. Propter quod vtrunq; congrue temperantes, vt pote tam breuitati, quam studiosorum desiderijs atq; vtilitatibus deferuientes, vnum adhuc humilitatis exemplum ponemus: quod non ab incipiente, sed à viro perfecto & abbate peractum, potest sua lectione non solum iuniores instruere, sed etiam seniores ad perfectam humilitatem accendere. Vidimus itaq; abbatem P V N I F I V M, qui quum esset maximi cœnobiij præbyter in Aegypto, & propter reuerentiam suæ vitæ, & ætatis ac sacerdotij cunctis honorabilis, videns se propter hoc exercere non posse humilitatem, quam secundum mentis suæ ardorem exequi concupiuit, clam de cœnobia fugiens, solus perrexit vsq; in vltimas Thebaidæ partes, ibiq; deposito habitu monachorum seculari veste indutus, accessit cœnobium Tabenensiorum, quod sciebat districtius esse cunctis cœnobijs, & in quo credidit se posse latere propter distantiam regionis, vel magnitudinem claustrij, aut propter multitudinem fratrum. Vbi ante fores diutius perseverans, & omnium fratrum genibus prouolutus, affectuosissimis precibus rogauit vt susciperetur. Quumq; post multas quasi aspersiones, tandem fuisset admittus, quod scilicet decrepitis senex, & qui vitam suam consumpsisset in seculo, recis-

**B**pi postulare in monasterio, quando suis voluptatibus iam vltra deferuere non posset, nec causa religionis id attentaret, sed famis necessitate inductus, ei tanquam seni, & nulli operi apto, cura & diligentia horti mandata est. Quam profectus sub fratre alio iunioris, cui erat commissus, sic fratri illi se subdidit, atq; cum tanta obedientia desiderata humilitatis virtutem perduxit ad actum, vt tota sedulitate expletet quotidie non solum pertinentia ad horti culturam, verum etiam vniuersa officia, quæ erant omnibus fratribus aspera, graua & indigna, imo à cunctis reputabantur horrenda. De nocte quoq; clam surgens, quamplura effecit tam furtim, nullo teste aut conscio, quod nemo cognouit. Quumq; ibidem per annos tres latens quæreretur à fratribus suis vndiq; per vniuersam Aegyptum, tandem visus à quodam, qui nuper venerat de Aegypto agnosci vix potuit præ humilitate habitus sui, & vilitate officij quod gerebat. Siquidem dorso incuruato terram aperuit sarculo, deinde sterora humeris suis apportans, ea oleum infudit radicibus. Quumq; frater hæc intuens, de eius cognitione diutius habitasset, tandem propius accedens, & non vultum duntaxat, sed & sonum vocis diligenter considerans, statim se ad eius pedes prostravit. Per quod omnibus primo intuentibus magnum incussit stuporem, cur fecerit istud ei, qui apud eos habebatur extremus, tanq̄ nociuus, & nuper de mundo egressus. Sed paulopost maiori sunt admiratione percussus, quum frater ille prodidisset nomen senis, quod apud eos quoq; fuit famosum.

**C** vniuersi fratres veniam postulauerunt ab eo de hoc, quod tanto tempore eum inter iuniores ac paruulos deputauerant, atq; ad proprium cœnobium reduxerunt eum inuitum ac flentem, eo q̄ ex inuidia diaboli priuatus esset conuersatione sibi condigna, & humilitate diu quæsitā, ac tandem inuēta, nec meruisset vitā suā in arrepta subiectione finire. Deniq; fratres eū diligētissime custodiebāt, ne rursus latēter ab ipsis aufugeret. ¶ H h.

**V**bi dum modico tempore habitasset, eodem humilitatis desiderio ac subiectionis feruore iterum fugit in nocte, non in vicinam prouinciam, sed in remotas atq; ignotas regiones. Nam nauem ingressus in Palestinam deuenit, credēs se ibi tutius abscondendum, vbi nec nomen ipsius fuit auditum. Quo cum venisset, monasterium nostrum protinus est ingressus, quod longe non erat à spelunca, vbi dominus noster Iesus Christus dignatus est nasci ex virgine, ibiq; modico tempore latens, diu abscondi nō potuit, tanquam ciuitas supra montem posita, prout Christus prædixit. Continuo namq; quidam fratres de Aegypto ad loca sancta orationis causa aduenientes, eumq; cognoscētes, cum instantissimis precibus reduxerunt eum ad suum cœnobium. ¶ I i.

**H**unc igitur senem cum postea in Aegypto diligentissime inquisissemus propter familiaritatem quam secum habuimus in præfato monasterio nostro, vile arbitramur in opusculo isto describere exhortationē, quam fecit fratri, quam in nostra præsentia in suo suscepit claustro. Nam dixit ad eum: Scis quot diebus ante fores iacueris, an tequam hodie sis receptus: Cuius difficultatis causam debes primo cognoscere. Poterit quippe tibi multum prodesse in via ista quam cupis intrare, si cognita eius causa accesserit

ris ad Christi obsequium, decenter & sicut oportet.

Ecclesi 7  
Matth 48

**Q**uemadmodum enim immensa gloria in celo promittitur fideliter Deo, & iuxta monasticæ institutionis regulam adherentibus eiuscæ penæ grauissimæ imminent eis, qui eam negligenter ac repide fuerint executi, nec dignos virtutum fructus exhibuerint domino, secundum quod professi sunt, & ab hominibus facere reputantur. Melius namque secundum scripturam, est non vouere, quam vouere nec reddere. Maledictus est quoscunque qui facit opus domini negligenter. Ideo itaque à nobis diuissime refutatus es, non quasi tuam omniumque salutem non desideremus toto affectu, aut quasi non affectemus etiam procul occurrere cupientibus ad Christum conuerti, sed ne temere & incaute recipiendo faceremus nos ipsos reos leuitatis apud deum, & te grauiori supplicio dignum vitiope si faceremur nuncceptos, nec onus professionis huius intelligeres, fias post hæc violator, seu fugitiuus, aut repidus. Quamobrem causam renūciationis debes imprimis cognoscere, quatenus cognita ea instruaris perfectius ex eius ratione, quod te oporteat agere.

Galat. 6

Galat. 2

P.alm. 118

Matth. 10

**A**renunciatio nihil est aliud, quam crucis ac mortificationis indicium. Ideo scias te hodie esse defunctum huic mundo, & desiderijs actibusque ipsius, & secundum doctrinam Apostoli, te esse mundo huic crucifixum, tibi que mundum. Considera ergo crucis conditiones, sub cuius mysterio te oportet de cætero viuere in seculo isto: quoniam iam non tu uiuis, sed uiuit in te ille, qui est crucifixus pro te. Ideo nos oportet in uita ista persistere eo habitu & figura, qua ille fuit in patibulo pro nobis suspensus, ut iuxta Davidis eloquium, configentes Dei timore carnes nostras, habeamus uniuersa desideria & uoluntates animæ nostræ cruci & passioni Christi affixa, non proprijs concupiscentijs dedita. Sic enim implebimus præceptum Christi dicentis: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Sed forsitan dices: Quo potest homo iugiter crucem portare aut qualiter aliquis uiuens potest esse crucifixus? Audi breuiter rationem.

**C**ruis nostra est timor dei. Quemadmodum ergo aliquis crucifixus non habet potestatem mouendi aut conuertendi membra sua quoquam iuxta placitum animi sui, ita & nos applicare ac regulare debemus uoluntates ac desideria nostra, non secundum id quod nobis suaue est presentialiterque delectat, sed secundum legem dei, prout ipsa nos constringit ac dirigit. Et sicut qui cruci affigitur, iam non presentia contemplatur, nec de suis affectionibus cogitat, neque pro crastino sollicitatur, nec cupiditate diuitiarum mouetur, nulla superbia, contentione aut æmulatione succenditur, non de presentibus dollet incommodis, nec præteritarum recordatur iniuriarum, sed adhuc spirantem in corpore reputat esse mortuum omnibus quæ fiunt mundi, illuc desigens atque præmittens cordis sui intuitum, quo se credit ilico esse venturum: ita nos quoque timore domini crucifixos, oportet mortuos esse non solum carnalibus uitijs, sed & omnibus mundi rebus ac elementis, illic habentes oculos cordis nostri directos, quo migraturos nos esse incessanter sperare debemus. Sic enim uniuersas affectiones concupiscentiasque carnales poterimus habere mortificatas.

Galat. 2

**C**auere ergo ne unquam refumas quicquid eorum, que abrenunciatis abiecasti, & ne contra Christi prohibitionem reuersus de agro euangelicæ operationis, inueniaris reuertiri tunica tua qua te expoliasti, nec reuertaris ad uiles atque terrenas concupiscentias huius mundi, & contra Christi præceptum de perfectionis secto descendens, præsumas tollere quicquid ex his quæ te abnegans reliquisti. Cauere ne recorderis carnaliter parentum tuorum, aut pristinæ affectionis, ne ad seculi huius curas sollicitudinesque reductus, & iuxta saluatoris sententiam, manum tuam supra aratrum ponens, ac retro aspiciens, aptus esse non possis regno cælorum. Cauere ne aliquando resuscites in te elationem, cum ceperis degustare quandam scientiam psalmoque professionisque tuæ, quam elationem modo incipies, concuicisti fidei ardore ac plena humilitate, sicque iuxta Apostolum, rursum ædificans quæ destruxisti, præuaricator contituitas te metipsum. Sed potius in finem usque perseuera in paupertate hac, quæ coram deo & angelis eius professus es. Nec tamen permanens, sed insuper proficias semper, & crescas in hac humilitate & patientia, qua cum multis lachrymis in monasterio suscipi postulasti, decem diebus iacens præ foribus. Etenim valde est miserum à rudimentis ac primordijs tuis ad inferiora conuere, cum tenearis ab ipsis ascendere, & ad perfectionem conari. Non enim qui ceperit, sed qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

¶ P. p.  
Verfutus

**V**ersutus etenim serpens calcaneum seu finem nostrum semper obseruat, quia exitui nostro insidiatur indefinenter, & usque ad terminum uitæ nostræ nos nititur superplantare. Idcirco non prodest bene cecepisse, ac pleno seruore arripuisse abrenunciationis principium, si post hæc congruus finis non commendauerit ea, ac corresponduerit eis, & nisi CHRISTI humilitas ac paupertas, quam nunc coram eo professus es, custos dita fuerit ite usque ad extremum uitæ tuæ, sicut iam a te extat arrepta. Quod ut possis implere, semper obserua caput ipsius, id est, prauarum cogitationum principia, deferens ea ac pandens mox seniori. Sic namque addisces conterere perniciofa eius principia, si nihil ex eis erubueris tuo reuelare maiori.

**Q**uapropter secundum scripturæ doctrinam egressus ad seruiendum domino, stas in timore ipsius, & præpara animam tuam non ad requiem, non ad securitatem, sed ad tentationes atque angustias. Per multas enim tribulationes oportet nos ingredi regnum dei. Angusta quippe est porta, & arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam. Considera igitur te effectum de paucis atque electis, ne exemplo & tempore multorum perueniunt refrigeras: sed uiue ut pauci, ut merearis cum paucis inueniri in regno DEI. Multi equidem sunt uocati, pauci uero electi. Et pusillus est grex, cui com placuit patri dare hereditatem cælestem. Itaque noueris non leue esse peccatum, si quis perfectionem professus, imperfecta sectetur. Ad perfectionem autem pertingitur his gradibus atque hoc ordine.

**P**rimus atque custodia nostræ salutis, est timor dei, per quem acquiritur initium conuersionis, purgatio uitorum, & uirtutum custodia his, qui ad uitam informantur perfectam. Qui cum penetrauerit hominis mentem, parit omnium rerum contemptum, obliuionem parentum, ac mundi horrorem. Porro humilitas acquiritur contemptu ac priuatione omnium facultatum. Signa quoque humilitatis sunt ista. Primo, si habeat homo in se mortificatas omnes proprias uoluntates. Secundo, si reuelauerit superiori suo non solum uniuersas suas actiones, sed etiam suas cogitationes. Tertio, si uniuersa committat eius iudicio, & nihil suæ discretionis, monita quoque senioris sui auide ac libenter auscultet. Quarto, si in omnibus seruet obedientiæ mititatem patientiamque constantem. Quinto, si non solum nulli iniuriam inferat, sed & sibi illatam toleret absque tristitia & dolore. Sexto, si nihil agat aut præsumat, ad quod non hortetur communis regula aut maiorum exempla. Septimo, si semper uilibus sit contentus. Ad omnia quoque que sibi præcipiuntur iudicauerit se tanquam operarium malum atque indignum. Octauo, si intimo cordis affectu credat se cunctis inferiorem, nec sola labiorum superbie se talem pronunciet. Nono, si linguam suam refrenet, nec sit clamorosus in uoce. Decimo, si non sit pronus ad risum. His namque & eis similibus signis cognoscitur uera humilitas. Quæ cum fuerit uere possessa, confestim perducet te gradu excellentiori ad charitatem, quæ timorem non habet. Per quam absque ullo labore, quasi ex naturali inclinatione incipiens custodire uniuersa, quæ ante non sine pœna formidinis obseruabas, non iam intuitu aut timore alicuius supplicij, sed amore ipsius boni, ac delectatione uirtutum.

**A**d quod ut possis facilius peruenire, debes in congregatione habitans, exempla imitationis ac perfectionis expetere à paucis, imo ab uno aut duobus, non à pluribus. Nam præter id quod uita probata, perfecta & pura reperitur in paucis, etiam ista utilitas inde causatur, quod homo diligentius instruitur ac formatur ad perfectionem cœnobialis, seu monasticæ uitæ exemplo unius, quam plurimorum.

**Q**uæ omnia ut consequi possis, & sub spiritali regula perpetue perdurare, tria hæc sunt tibi necessario in monasterio obseruanda, ut scilicet exemplo Psalmistæ dicentis: Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Tu quoque uelut surdus & mutus ac cæcus incedas, ut dempta consideratione eius, qui meris to perfectionis suæ fuerit tibi ad imitandum præpositus, tanquam cæcus non uideas quæcumque tibi occurrerint minus ædificatoria, nec animatus auctoritate aut exemplo eorum qui talia agunt, alliciaris ad deteriora, & ad ea quæ ante damnasti. Idcirco si audieris aliquem inobedientem uel contumacem, seu detrahentem, aut aliter faciètem, quam tibi traditum est aut commissum, non scandalizeris, nec tali subuertaris exemplo, ut est

¶ Cc ij sequa

sequaris, sed vniuersa pertranseas, tanquam surdus qui ea nequaquam audierit. Si tibi autem alteri irrogentur iniuriæ siue conuicia, esto immobiliter patiens, & ad responsionem vindictæ seu talionis sis tanquam mutus. **A**usculta semper versiculum istum Psalmistæ, **Psalm. 38** & cum in tuo corde decanta: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, dum confisteret peccator aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis. Sed & quartum istud præ omnibus tene, quod & tria præ dicta commendat & ornat, vt iuxta præceptum Apostoli, te stultum facias in hoc mundo, vt sis sapiens, vt pote nihil discernens ex his quæ tibi fuerint iussa, sed obedientiam semper cum omni simplicitate & fide exhibeas, illud tantummodo iudicans sanctum, vtile & peritum, quicquid tibi iniunxerit dictamen dei, aut senioris tui. Tali etenim institutione fundatus, poteris sub disciplina hac perpetuo perdurare, nec vllis tentationibus inimici, aut machinationibus auellaris de claustro. ¶ **T**

**E**RGO patientiam tuam non debes sperare de aliorum virtute, vt scilicet putes te tunc patientem quando à nemine irritaris. Quod vt contingat, tuæ non subiacet potestati: sed patientiâ spera te obtinere aut possidere de propria tua humilitate ac longanimitate. ¶ **V**

**P**orro, vt omnia quæ diffusius dicta sunt, facilius tuo cordi imprimantur, tuisque sensibus valeant tenacissime inhaerere, colligam tibi compendium ex his, per quod breuiter scire ac reminisci possis vniuersa præcepta. Audi ergo ordinem paucis verbis. Principium nostræ salutis ac sapientiæ, est timor Dei secundum scripturas. De timore Dei oritur salutaris compunctio. De compunctio cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas & contemptus omnium diuitiarum. De nuditate seu paupertate humilitas procreatur. De humilitate generatur mortificatio voluptatum. Ex mortificatione voluptatum, mortificantur atque marcescunt vitia vniuersa, pullulantque virtutes. Pullulatione quoque virtutum puritas cordis acquiritur. Puritate cordis perfectio charitatis apostolicæ possidetur. ¶ **X**

**LIBRI VIII. SUBSEQUENTES SVNT DE naturis, causis ac remedijs octo capitalium, seu principalium vitiorum, Gula videlicet, Luxuria, Auaritia, Ira, Tristitia, Acedia, Vana gloria, Superbia.**

**Liber Primus, qui ordine est Quintus, de spiritu Gastris margiæ, id est, Gulæ.**

**Q**VINTVM hunc librum, deo iuuante, iam compilamus. Quia post quatuor libellos de statutis monasteriorum iam editos, proponimus modo arripere colluctationem seu disputationem contra octo principalia vitia, deo nos adiuuante per vestras orationes. Et primo contra Gulam, Secundo contra fornicationis concupiscentiam, Tertio contra philargiriam, id est, auaritiam seu amorem pecuniæ, Quarto contra iram, Quinto contra tristitiam, Sexto contra acediam, quæ est anxietas vel tædium cordis in diuinis, Septimo contra cenodoxiam, id est, vanam gloriam, Octauo contra superbiam. Tuis ergo precibus, o beatissime episcopo Castor, nunc abundantius indigemus, vt primo possimus inuestigare condigne naturas horum vitiorum, tam minutas, occultas atque obscuras: deinde causas eorum sufficienter exponere, tertio quoque idonee introducere curationes & remedia eorundem. ¶ **B**

**Q**uædam modum causæ passionum agnoscuntur statim ab omnibus, cum fuerint patefactæ traditionibus seniorum, ita ab omnibus ignorantur priusquam manifestentur, cum tamen vniuersi vastemur seu impugnemur ab ipsis, atque in omnibus nobis existant. Sed confidimus posse nos eas aliquantulum explicare, si intercessionibus vestris dirigatur ad nos sermo domini, per Isaiam prolatus: Ego ante te ibo, & potentes

**A** terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et aperiam tibi thesauros absconditos, & archana secretorum, quatenus verbum iam allegatum primo humiliet seu proferat potentes terræ nostræ, id est, easdem has noxias passiones, quas cupimus expugnare, quæ vendicant sibi dominationem, saeuissimamque tyrannidem in mortali corpore nostro, & faciat eas nostræ inuestigationi & expositioni succumbere. Sic quoque confringens in nobis ignorantiam portas, & conterens vectes vitiorum, excludentium nos à vera scientia, perducit nos ad archana secretorum nostrorum, ac iuxta Apostolum reuelat nobis illuminatis, abscondita tenebrarum, manifestatque consilia cordium, vt sic penetrantes purissimis oculis ad obscuras vitiorum tenebras, possimus eas patefacere, atque in lucem producere. Causas quoque & naturas earum valeamus pandere his, qui vel caruerunt eis, vel adhuc obligati seu aggravati sunt ipsis. Et ita secunda dum prophanam transeunt per ignem vitiorum, nostras mentes diuissime exurentium, possimus etiam transire confestim illæsi per aquas virtutum, extinguentium vitia ipsa, ac spiritualium remediõrum rore perfusi, mereamur puritate cordis perducere ad refrigerium perfectionis. ¶ **C**

**I**taque primo nos oportet inire certamen contra gulæ concupiscentiam. Atque in primis dicturi de modo ieiuniorum & qualitate escarum, rursus recurremus ad traditiones & statuta Aegyptiorum, in quibus esse sublimiorem continentie disciplinam, perfectaque discretionis rationem nullus ignorat. ¶ **D**

**V**ETVS namque ammirabilisq; sententia est abbatis Anthonij, quod monachus, qui post conuersionem & perfectionem claustralem, nititur fastigia sublimioris perfectionis attingere, atque ad arcem vitæ anachoriticæ peruenire, nequaquam debet vniuersas virtutes ab vno homine, quamuis perfectus sit, velle addiscere. Alius namque scientiæ floribus adornatur, alter virtute discretionis fortius decoratur, alius grauitate patientiæ stabilitur, alter humilitate, alter continentia magis fulcitur, alter præfulget simplicitate, alius magnanimitate. Ille transcendit alios in vigilando, hic silentium obseruando, ille in laborando. Ideo monachus spiritualia mella colligere cupiens, debet tanquam prudentissima apis vnamquamque virtutem velut flores accipere ab his, qui eam familiarius seu eminentius habent, eamque in pectore suo diligenter recondere. Nec debet discutere in quo alter deficiat; sed tantum considerare ac studiose imitari virtutes quas habet. Si enim vluerimus omnes virtutes ab vno colligere & sectari, difficulter aut nunquam inuenire poterimus idonea exempla ad imitandum. Nam licet nondum videamus ipsummet CHRISTVM in omnibus, qui secundum Apostolum, omnia factus est nobis, tamen hoc modo, id est, per partes possumus eum in omnibus inuenire. De Christo etenim dicitur: Qui factus est nobis à deo sapientia, iustitia, sanctitas & redemptio. Dum ergo in alio reperitur sapientia, in alio iustitia, in alio sanctitas, in alio mansuetudo, in alio castitas, in alio humilitas. CHRISTVS per vnumquemque sanctorum nunc membratim diuisus est. Concurrentibus vero vniuersis in vnitatem fidei ac virtutis crescit in virum perfectum, perficiens scilicet plenitudinem mystici corporis sui in compage, seu vnione & proprietate singulorum membrorum. In presenti igitur vita potest deus esse omnia in omnibus, modo quo diximus, id est, per partes virtutum, hoc est, per diuersos gradus & participationes earum, licet nondum sit omnia in omnibus per plenitudinem earundem, quousque veniat tempus illud quo deus erit perfecte omnia in omnibus. Quodnam quamuis sit vnus finis nostræ religionis, diuersæ tamen sunt professiones & vocationes, quibus itur ad DEVM, sicut plenius ostendetur in collationibus seniorum. Ideoque forma discretionis & continentie requirenda est nobis singulariter ab his, à quibus videmus virtutes has per gratiam spiritus sancti vberius emanare. Non quod quisque possit solus acquirere omnia dona, quæ in multis diuisa sunt, sed vt in his donis, quorum possumus esse capaces, tendamus ad imitationem eorum, qui ea peculiariter obtinuerunt. ¶ **E**

**I**taque non facilliter obseruari potest vniformis regula ieiunandi ab omnibus, quia nec etiam corpora æque robusta sunt, nec ieiunia exercentur solo vigore animi, sicut ceteræ virtutes. Quinque non in sola mentis virtute consistant, sed iuxta possibilitatem



corporis fiant, talem accepimus informationem circa ieiunia obseruandam, vt iuxta dif-  
 fimile corporum statum, etatem aut sexum, diuersum sit tempus & modus, ac qualita-  
 tas ieiunandi. Omnibus tamen vnus est finis corporalis castigationis pro continentia  
 mentis animiq; virtutibus. Neq; enim omnibus possibile est per integram hebdoma-  
 dam protelare seu continuare ieiunium: imo nec omnes possunt sumptionem cibi dis-  
 ferre per duos aut tres dies. A multis quoque aegritudine lenioq; confectis ieiunium to-  
 lerari non potest sine afflictione, vsq; ad solis occasum. Deniq; non omnibus conuenit  
 enervatus infusorum leguminum esus, nec parcimonia purorum holerum omnibus  
 apta est. Nec vniuersis conueniens est resectio sicci panis determinata. Alius enim qua-  
 ritate duarum librarum non saturatur, alius vero grauatur manducatione vnus libra,  
 siue sex vnciarum. Attamen omnibus his vnus est sobrietatis seu continentiae finis, vt  
 deliquit, ne quis oneretur ingluuiae saturitatis, iuxta mensuram suae capacitatis. Non em  
 sola qualitas, sed etiam quantitas esucarum obscurat aciem cordis, & noxium vitiorum  
 fomitem, atq; ignem succendit mente & carne pariter impinguatis. ¶ F.

**V**ENTER quibuscuq; cibus resectus seminaria parit luxuriae, nec mens pregra-  
 uata cibus aut potibus valet moderate tenere gubernationem atq; iudicium discre-  
 tionis. Non sola superfluitas vini solet mentem inebriare, sed cunctarum esucarum im-  
 moderantia facit eam vacillantem & instabilem, omniq; contemplatione integritatis  
 ac puritatis priuat eandem. Audi dominum quemadmodum per Prophetam reprehens-  
 dit Hierusalem: Quid peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum in saturitate &  
 abundantia comedebat? Et quia per saturitatem panis accensi fuerunt ardore inextin-  
 guibili carnis, iusto dei iudicio concremati sunt coelitus igne & sulphure. Quod si illos  
 sola superfluitas panis impulit vitio satietatis ad tantam flagitiorum profunditatem,  
 quid aestimandum de his, qui carnes & vinum cum immoderata libertate accipiunt cor-  
 pore vegetato seu sano, vsurpantes sibi non quantum imbecillitas expetit, sed quantum  
 animi concupiscentia suggerit? ¶ G.

**I**nfirmas enim corporis a puritate mentis non impedit, si ea nunc accipiuntur, quae  
 fragilitas exigit, non quae voluptas. Imo facilius vidimus viros, qui penitus abstine-  
 runt ab opulentioribus seu abundantioribus cibus, quos vnus moderate concedit pro ne-  
 cessitate natura, & qui totum sibi pro amore continentiae subtraxerunt, quam qui eas su-  
 mendo sub occasione infirmitatis, mensuram sufficientiae custodierunt. Habet quippe  
 infirmitas corporis palmam continentiae suae, dummodo cibus debilitat carnis concessio-  
 nis vtendo, a refectione se frenet, quam adhuc indiget ea, & tantam refectionem sibi in-  
 dulgeat, quantum rigida discretio temperantiae iudicauerit sufficere ad vsum viuendi,  
 non quantum exposcit desiderij appetitus. Esculentiores enim cibi sicut procurant cor-  
 pori sanitatem, ita non auferunt castimoniae puritatem, si cum moderatione sumantur.  
 Quicquid enim fortitudinis esu eorum percipitur, hoc aegritudinis labore ac defectu  
 consumitur. Quam obrem sicut nulli statui virtus parcitatis auferitur, ita nec virtutum  
 consummatio integritati negatur. ¶ H.

**V**erissima itaq; ac probatissima patrum sententia est, modum ieiuniorum ac continen-  
 tia tantum consistere in mensura parcitatis castigationeq; corporis, & huic omni-  
 bus esse finem perfectae virtutis, huius videlicet sobrietatis in communi, vt temperemus  
 seu refrenemus nos a cibus, quos pro sustentando corpore compellimur sumere, dum ad  
 huc eos appetimus. Quamuis enim quis corpore sit infirmus, perfectam tamen virtute-  
 tem, & robustis ac sanis aequalem in omnibus possidebit, si mentis rigore castiget ac re-  
 primat desideria, quae adimpleri fragilitas carnis non exigit. Deniq; Apostolus ad Ro-  
 manos ait: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Non igitur curam carnis omnino  
 de interdicat, sed in desiderijs eam fieri prohibuit, voluptuosam diligentiam abstulit,  
 gubernationem carnis necessariam non exclusit. Illud prohibuit, ne per diligentiam  
 carnis ad noxias occupationes, desideriorum carnalium corruamus. Istud concessit,  
 ne corpus nostrum vitio nostro destructum, expleat non queat spirituales ac necessarias  
 actiones. ¶ I.

**M**ensura ergo atq; perfectio continentiae non est colligenda aut accipienda ex sola  
 tps diuinitate, neq; escae qualitate duntaxat, sed ante oia debito iudicio con-  
 scientiae

**A** scientiae. Tantam enim castigationem debet vnusquisq; fragilitati suae imponere, quam  
 tam deposcit impugnatio corporeae delectationis. Vtilis quidem est & omnino seruanda  
 canonica seu regularis ieiuniorum institutio, sed nisi hanc temperantiam ciborum fue-  
 rit subsecuta, ad integritatis sinceritatem ac punctum non poterit peruenire. Longo  
 namque ieiuniorum afflictio, si eam sequatur saturitas corporis, magis acquirit lassitu-  
 dinem corporalem, quam castimoniae puritatem. Integritas quippe mentis cohaeret me-  
 diae ventris. Non enim habet castitatis perpetuae puritatem, qui tenere non satagat iugem  
 temperantiae aequalitatem, quamuis sint distincta ieiunia, quia a suo fructu euacuantur,  
 quando superflua rigoris remissio eis succedit, atque in gula vitium protinus dilaban-  
 tur. Melior est enim rationalis quotidiana cum moderatione resectio, quam per inter-  
 ualla dierum longum arduumq; ieiunium. Immoderata namq; inedia non solum debilitat  
 mentis constantiam, sed orationum quoque efficaciam lassitudine corporis impedit &  
 enervat. ¶ K.

**A**d integritatem mentis & corporis conseruandam abstinentia ciborum & potu-  
 um sola non sufficit, nisi caetera quoque virtutes fuerint ei adiuncta. Primitus igitur  
 humilitas est discenda virtute obedientiae operisq; afflictione, & corporis fatigatio-  
 ne. Pecuniarum quoque non solum est vitanda possessio, sed desiderium earum est radi-  
 citus extirpandum. Non enim sufficit eas non habere (quod frequenter ex necessitate co-  
 tingit) sed oportet nec ipsam voluntatem habendi admittere, si forsitan offerantur. Fu-  
 ror ita est conseruandus, dilectio tristitiae est vincenda, vana gloria contemnenda, fastus  
 supbiae conculcandus, instabiles quoq; & vagi discursus distractionesq; mentis sunt per  
 assidua dei memoriam refrenandi. Torquesq; lubrica cordis euagatio reducenda est nobis  
 ad dei contemplationem, quoties hostis subtilis a dei intuitu mentem captiuare atq; ab-  
 ducere tentans ingererit se recessibus seu distractionibus nostri cordis. ¶ L.

**I**mpossibile namq; est extinguere in nobis ignita corporis incentiua seu feruida desideria  
 carnis, nisi caeterorum quoque principalium vitiorum passiones ac fomites radicitus  
 euellantur. De quibus deo donante, infra dicemus singularem distinctis libellis. Nunc au-  
 tem propositum nostrum est disputare contra concupiscentiam gulae, contra quam nos  
 bis est primus conflicus. Nunquam igitur poterit ardentes concupiscentiae stimulos re-  
 frenare, qui desideria gulae nequit reprimere, quoniam castitas interioris hominis, cen-  
 sumatione refrenationis gulae cognoscitur. Nunquam contra robustiores amulos con-  
 fidas posse luctari eum, quem videtur in leuiori conflictu a parujs & infirmioribus adue-  
 tarijs superari. Omnium namque virtutum vna natura est, quamuis in multas species at-  
 que vocabula diuidantur. Sicut & aurum vna substantia est, licet iuxta ingenia ac volunta-  
 tem artificum diuidatur per diuersa & varia ac distincta monilia genera. Hinc nullam  
 virtutem perfecte possidet, qui in vna earum fuerit superatus & eam amiserit. Quo-  
 modo enim credendus est extinxisse, seruentes concupiscentiae aestus (qui succendunt  
 aurum non solum investigatione corporis, sed etiam vitio mentis, puta ex cogitationibus pra-  
 uis) qui mitigare non potuit aculeos irae prorumpentes ex intemperantia cordis solius?  
 Aut qualiter putandus est repressisse, lasciuientes stimulos carnis & animae, qui simplex  
 peccatum superbiae non potuit superare? Aut quomodo aestimandus est conculcasse lu-  
 scuriam carni insertam, qui abdicare non valuit concupiscentiam pecuniarum fornicul-  
 aduenientem ac positam, atque a nostra substantia alienam? Denique qualiter vincet pu-  
 gniam carnis & animae contra se inuicem, qui curare nequit passionem ac morbum tri-  
 stitiae? Quanta liber sublimitate mirorum & firmitate portarum clausurarum vrbs muni-  
 atur, tamen aperture vnus postis, quamuis paruissima destruetur. Quid enim differt  
 aetrum perniciosus hostis intret penetralia ciuitatis per excelsa moenia et ampla portarum  
 foramina, an per modicas aperituras? ¶ M.

**Q**ui in agone contendit, non coronatur, nisi legitime certauerit. Qui naturales  
 appetitus carnis appetere refrenare, prius festinet vitia extra naturam posita supe-  
 rare. Si enim iam Apostolicae sententiae volumus experiri, primo debemus agnoscere  
 quae sint leges ac disciplina mundani agonis, vt sic harum comparatione scire possimus  
 quae inceptis quid beatus Apostolus hoc exemplo voluerit nos docere, qui spirituali agone pu-  
 gnamus. In certaminibus namque mundanis, quae secundum eundem Apostolum confes-  
 sunt corruptibile coronam victoribus, mos iste seruat, vt is qui intedit se preparare ad obtinenda

dam victoriosam coronam immunitatis præuilegio decoratam, atque perfecta agonis certamina cupit elaborare, prius ostendat habilitatem ac indolem suæ iuuentutis & robur exordiorum in olympiacis ac typicis seu præambulis certaminibus. In his enim probatur iuniores qui cupiunt mancipari his artibus, tam iudicis eius qui præest certaminibus istis, quam totius populi, an mereantur vel debeant admitti ad eas. Cumque post diligentem examinationem repertus quis fuerit nulla diffamia maculatus, nullo seruitutis iugo ignobiliatus, propter quæ reddatur indignus hac arte vel congressu cum eis qui disciplinam hanc profitentur, inuentus etiã fuerit habere digna iudicia huius artis ac roboris & certans cum iunioribus & coætaneis monstrauerit peritiam ac fortitudinem propriæ iuuentutis atque proficiens de certamine ephæborum permissus fuerit, examine præsentis cõgredi seu luctari cum viris perfectis experientia longa probatis, se quoque assidua colluctatione probauerit non solum parum fortitudini illorum, verumetiam inter hos obtinuerit frequenter victoriam, tunc merebitur peruenire ad præclara agonis certamina, in quibus facultas certandi conceditur non nisi victoribus tantum, & his qui decorati sunt stipendijs triumphorum multorum. Si intelleximus exemplum corporalis agonis, ex comparatione eis debemus agnoscere quæ sit disciplina, ars, vel ordo spiritalis certaminis.

**O**portet nos primo monstrare libertatem nostram spiritualem subiiciendo carnem nostram spiritui, à quo enim quis vincitur, eius & seruus est. Et omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cumque examinatio præsentis certamini, id est, discussio patris spiritalis inuenerit nos nulla fœditate turpis concupiscentiæ inquinatos, nec fuerimus iudicati ab eo, ut serui carnis atque ignobiles & indigni olympiacis colluctationibus vitiorum, tunc poterimus inire certamen contra coæuos nostros, id est, contra concupiscentias carnis, & motus perturbationesque animæ. Impossibile namque est ventrem saturatum pugnas interioris hominis experiri, nec dignum est robustioribus pugnis tentari eum, qui potest conflictu deijci leuiori.

**P**rimo ergo concupiscentiam gulæ conculcare debemus, & mentem eousque extenuare, non solum ieiunijs, verumetiam vigilijs, lectione quoque & frequenti cordis compunctione in his in quibus mens reminiscitur se forsam illusam aut victam, nunc horrore vitiorum suorum ingemiscens, nunc desiderio perfectionis & integritatis accensa, donec talibus spiritalibus curis ac meditationibus occupata atque omnino possessa recognoscat corporalem refectionem, non tam pro iucunditate sibi concessam, quam pro onere quodam impostam, sentiatque eam datam magis ut necessariam corpori, quam ut desiderabilem animæ. Quo mentis studio & iugi compunctione detenti, retundemus lasciuia carnis quæ sumptione escarum vehemētius insolecit, & noxios eius aculeos. Sicque poterimus extinguere vbertate la chrymarum & fletu cordis fornacem corporis nostri, id est, concupiscentiæ ignem, quæ inflammatur rege Babylonis, puta diabolo, iugiter subministrante nobis occasiones peccatorum ac vitia quibus tanquam napte & picæ acris exuramur, donec rore gratiæ dei instillante cordibus nostris ardores carnalis concupiscentiæ valeant penitus infrigidari. Hoc ergo nobis est primum certamen, hæc nostra prima probatio velut in olympiacis pugnis, extinguere concupiscentiã gulæ ac ventris desiderio perfectionis. Ob hoc ergo non solum superfluis appetitus ciborum contemplatione virtutum calcandus est, sed etiam cibus nature necessarius non sine cordis anxietate sumendus est, tanquam castitati contrarius. Et ita deinceps instituendus est cursus vitæ nostræ quo nunquam magis sentiamus nos auocari & impediri à spiritalibus exercitijs, quam dum compellimur descendere ad necessariam corporis curam, propter ipsius fragilitatem. Cumque ad hanc necessariam curam descendimus, famulantes vsui vitæ magis quam desiderio cordis, festinemus quantoties retrahere nos ab ea, tanquam ab impediente nos à spiritalibus studijs. Nequaquam enim poterimus spernere voluptates escarum præsentium, nisi mens contemplationi diuinæ infixæ, potius delectetur amore virtutum, quam pulchritudine rerum. Et ita quis despiciet vniuersa præsentia tanquam caduca, cum defixerit mentis intuitum ad immobilia & æterna, iam corde contemplans beatitudinem mansionis futuræ positis adhuc in carne.

**S**icigitur contemplationi æternorum oportet insistere monachum, velut si quis festi-  
bus

**A**bus immania virtutum præmia paruis quibusdam indicijs in sublimi monstrata seu designata, sciens in eorum contemplatione & contactu consistere immensam gloriæ palmam, remunerationisque præmia. Idcirco aciem oculorum auertens ab alijs, necesse est ut eam dirigat illuc, vbi plenitudinem remunerationis ac præmij conspicit esse repositam, amissurus etiam palmam peritiæ & remunerationem virtutis, si quantumcunque modicæ acies suæ inspectionis, deuiarit.

**I**taque concupiscentia ventris & gulæ intuitu spiritalium profectuum superata, cum non fuerimus serui carnis, nec vitiorum in famia inquinati, erimus digni conflictu superiorum certaminum, sicut fit in olympiacis disciplinis & talibus præmissis victorijs idonei erimus certare contra spirituales nequitias. Contra quas non conceditur facultas certandi, nisi victoribus tantum, & his qui merentur in spiritali agone cõtendere. Illud enim est velut solidissimum fundamentum omnium spiritalium præmiorum, ut primo superentur desideriorum incentiua carnalium. Nullus enim certat legitime non adomata ac vitæ propria carne, nec talis poterit in agone configere, neque coronam gloriæ neque victoriæ granum obtinere. Quod si in certamine contra propriam carnem fuerimus superati protinus repellentur non sine nota confusionis, à spiritalium conflictu pugnarum, tanquam carnalis concupiscentiæ serui. Et ob hoc non præferentes insignia spiritalis libertatis ac roboris. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Diciturque nobis ab Apostolo

Iohan. 8  
Roma. 6  
1. Cor. 10

**B**lo cum his in quibus fornicatio inuenitur: Tentatio vos non apprehendit, nisi humana. Non enim meremur experiri grauiores nequitiarum cœlestium pugnas acquisito robore mentis, qui subiugare nequitijs fragilem carnem nostram nostro spiritui resisti etem. Quod Apostoli testimonium, quidem non intelligentes profuerunt pro indicatio optatum modum. Id est, tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Quod manifestum est ab Apostolo dici non affertur optantis, sed pronunciantis aut exprobrantis.

R.

**V**is audire verum Christi athletam ineuentem legitime pugnam? Ego, inquit, sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne alijs prædicans, ipse reprobus efficiar. Vides quod in semetipso, id est, in carne sua tanquam in base firmissima stauerit summam colluctationem, & profectum pugne posuerit in sola castigatione & subiectione propriæ carnis? Ego, inquit, curro, non quasi in incertum. Non currit quasi in incertum, quoniam concupiscentes cœlestem Ierusalem, fixum habet vbi inflexibiliter figat ac dirigat sui cordis intentionem. Non currit in incertum, quod obliuiscens posteriora, ad priora extendit seipsum, ad destinatum seu intentum persequens brauium supernæ vocationis dei in Christo lesu. Ad quod brauium semper dirigens mentis suæ intuitum, atque ad illud toto cordis seruo

1. Cor. 9

**C**re festinans, fiducialiter exclamauit: Bonum agonem certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Et quia se nouerat infatigabiliter cucurrisse veloci deuotione cõsciētiae suæ post odorem vnguentorum Christi, atque vicisse certamen spiritalis agonis castigatione propriæ carnis, cum fiducia infert dicendos: De certo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Et ut nobis simile retributionis spem aperiret, si eum imitari in agone cursus istius velimus, adiecit: Non solum autem mihi, sed omnibus qui diligunt aduentum eius, pronuncians nos fore participes suæ coronæ in die iudicij, si acquirimus victoriam certaminis castigatione propriæ corporis, diligentes Christi aduentum, non illum duntaxat aduentum, qui & nolentibus apparebit, sed etiam istum qui quotidie in sanctis fit animabus. De quo Christus in euangelio ait: Ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et iterum: Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

2. Tim. 4

Iohan. 14  
Apoca. 3

**N**ec tamen Apostolus tantum describit se cõsummasse sui cursus agonem, dicens: Sic curro non quasi in incertum, quod specialiter refertur ad suæ mentis intentionem, sique cordis feruorem, quo Christum toto sequebatur ardore, cum sponsa decantans: Post te in odore vnguentorum tuorum currimus. Et cum propheta: Adhæsit anima mea post te, sed etiam protestatur se vicisse aliud genus certaminis, dicens: Sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & seruituti subijcio. (Quod proprie pertinet ad laboris continentiæ & ad corporale ieiunium, atque ad carnis afflictionem) per quam describens se esse strenuum pugilem carnis suæ, nec exercuisse se

1. Cor. 9

Cantic. 2  
Psal. 62  
1. Corin. 9

com



contra eam inaniter ictus continentia, triumphum quoque pugne per sui corporis mortificationem se acquisiuisse contulit, promeruit siue obtinuit immortalitatis coronam, in corruptionisq; palmam spiritui suo carnis suae victori, ipsa carne verberibus continentiae castigata, ieiuniorumq; artibus edomata. Vides legitimam colluctationis ordinem spiritalium quoque pugnarum euentum, quemadmodum ipse Christi athleta adeptus victoriam de carne rebellis, ea pedibus suis subiecta, efficitur triumphator sublimis. Et idcirco non currit in incertum, quoniam confidebat se protinus ingressurum sanctam celestem Ierusalem. Sic pugnat ieiunij & afflictione carnis, non quasi aerem verberans, id est, non inaniter ictus continentiae porrigens per quos percutiebat non vacuum aerem, sed spiritus illos, qui in eo versantur castigatione sui corporis affligebat. Qui enim dicit, non quasi aerem verberans, ostendit se aliquos in aere verberare, quamuis non ipsum aerem vacuum inanem. Et quoniam ista certaminum genera susceperat, & multarum coronarum ditans stipendijs seu meritis incedebat, non immerito cepit subire robustiorum luctamina hostium, ac prioribus aduersarijs superatis, cum fiducia clamat & dicit: lam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores mundi tenebrarum harum contra spiritalia nequitiae in caelestibus.

Eph. 5

**M**iliti Christi in corpore commoranti, nunquam deest certamen, sed quanto plus creuerit triumphorum successibus, tanto robustior colluctationum ordo ei succedit ac aduenit. Carne etenim subiugata & victa, quae multa inuisibilem hostium agmina instigata triumphis victoris insurgit aduersus eundem Christi athletam, ne ocio torpens incipiat obliuisci gloriosa colluctationum suarum certamina, sicq; dissolutum securitatis inertia destruetur praemiorum suorum stipendijs, triumphorumq; meritis. Itaque si cupimus per incrementa virtutum ascendere ad gradus hos triumphorum, eodem ordine nos oportet inire certamina praecursorum, & primo cum Apostolo dicere: Sic pugna non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & seruituti subijcio, vt hoc superato conflictu, rursus cum eo dicere valeamus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. Aliter namque cum illis pugnare nequaquam poterimus, nec pugnas spirituales experiri merebimur, carnali conflictu deieci, & colluctatione ventis elisi, sed merito nobis ab Apostolo cum exprobatone dicitur: Tentatio vos non apprehendit nisi humana.

1. Cor. 9

1. Cor. 10

**I**gitur monachus ad interiorum pugnas certaminum cupiens peruenire, imponat sibi in primis obseruantiam istam, vt nequaquam de cibo aut potu aliquid accipiat vlla delectatione deuictus aut legitimam stationem & horam refectionis communem, aut extra mensam, nec etiam refectione peracta. Similiter quoque custodiat regulare tempus, atque mensuram somni. Eadem namque diligentia amputandae sunt istae lasciuiae mentis, qua refecandum est meretricationis peccatum. Qui enim superfluous gulae appetitus frenare non potuit, quomodo valebit extinguere carnalis concupiscentiae aestus? Et qui nequiuit concupiscere passiones manifestas ac paruas, qualiter poterit debellare discreti onis moderamine passiones occultas, & nullo hominum teste prurientes: Idcirco in singulis motibus & in quolibet desiderio robor animae comprobatur. Quae si in apertis minimisq; cupiditatibus superatur, quid in maximis & fortioribus atque occultis sustineat propria conscientia vnicuique testis est.

**N**ON enim aduersarius formidandus est nobis extrinsecus, quia in nobis ipsis hostis inclusus est, & intestinum in nobis quotidie geritur bellum, quo deuictus, oia quae foris impugnant redduntur infirma, & vniuersa illa erunt militi Christi pacata ac subdita. Nec habemus aduersarium nobis extrinsecus metuendum, si ea quae intra sunt subijciantur spiritui tanquam victa ab eo. Nec credamus posse sufficere nobis solum istud corporale ieiunium ad cordis perfectionem ac corporis puritatem, nisi ieiunium animae fuerit ei adiunctum. Habet namque & anima suos noxios cibos, quibus impingua deuoluit ad praerupta luxuriae, etiam sine abundantia escarum carnalium. Detrectatio cibis est animae, qui & dulcis est ei. Ira quoque cibis est eius quamuis non leuis, tamen ad horam infeliciter eam pasceus ac simul lethali sopore prosterbens. Sic & inuidia cibis est mentis, eam venenatis succis corrumpens, miseramq; prosperitate alieni successus iugiter excruciare non desinens. Insuper vana gloria cibis est animae qui delectabiliter eam

ad

**A**d tempus permulcet, ac postmodum reddidit eam omni virtute priuatam, nudam ac vacuam, cunctis spiritalibus fructibus sterilem & inanem dimittens eandem, ita vt non solum faciat deperire merita maximorum laborum, verum etiam grauiora acquirat supplicia. Omnis quoque concupiscentia & euagatio cordis instabilis est quaedam refectione animae noxijs escis nutritis eam, atque in postea derelinquens eam caelestis panis ac solidi cibi inanem. Ab his itaque vitijs fructissimo spiritali ieiunio abstinentes quantum valeamus, habebimus obseruantiam corporalis ieiunij fructuosam ac vtilem. Labor enim corporalis contritioni cordis coniunctus, exhibet sacrificium deo gratissimum, dignumq; sancti tatis habitaculum per puros ac mundos recessus a rebus carnalibus. Ceterum sic corpora liter ieiunantes implicauerit perniciosissimis animae vitijs, corporalis afflictio nihil proderit nobis, preciosiore animae parte polluta, atque peccantibus nobis per illam substantiam, vt pote animam rationalem qua effici possumus habitaculum spiritus sancti. Non enim corruptibilis caro tantum efficitur habitaculum dei ac templum spiritus sancti, quantum cor mundum. Oportet ergo exteriore homine ieiunante interiore quoque a noxijs cibis seu vitijs continere, quem beatus Apostolus hortatur exhiberi praecipue pure deo, vt Christi mereatur in se suscipere hospitem, dicens: In interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris.

Eph. 3

**S**ciamus itaque ob hoc nos debere assumere laborem corporalis ieiunij, vt per ipsum ad cordis puritatem peruenire possimus. Ceterum inaniter laboramus, si infatigabiliter sustinemus laborem corporalis ieiunij intuitu finis praefati, videlicet puritatis interioris, & ipsum finem propter quem tantas toleramus afflictiones non obtinemus. Laudabilis quoque est a prohibitis cibis animae, vt pote vitijs abstinentiae, quae a voluntarijs & minus noxijs escis corporis ieiunasse. In his namque corporalibus ieiunij est simplex atque innoxia perceptio creaturae dei, puta visibilis cibi per se nihil habens peccati. In illo vero vt pote esu noxijs ciborum animae seu vitiorum perceptione est primo perniciose deuoratio scripturae, de qua ait scriptura: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Et de ira atque inuidia in libro Iob legitur: Etenim stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Vbi pensandum, quod is qui irascitur dicitur stultus: qui autem inuidet, paruulus. Irascens namque non immerito stultus vocatur, quoniam voluntario prouocatu inducit sibi mortem animae per stimulos irae. Inuidens vero paruulum & minorem se esse ostendit, quia dum inuidet testatur illum esse maiorem, cuius prosperitate affligitur.

Iob 5

**E**ligendus ergo est cibus qui non solum temperet ac minus inflammatur ardentes concupiscentiae aestus, verum etiam qui ad parandum sit facilis, & qui villiori precio valeat emi, qui etiam conuerfationi ac esui fratrum extet communis. Triplex quippe est species gulae. Vna, quae praue nit horam refectionis legitimam. Alia, quae tantummodo gaudet ingluuiae ventris & saturitate escarum. Tertia, quae delicatioribus & commestibilibus epulis delectatur. Ideo contra gulam oportet monachum tria seruare. Primum est, vt legitimam manducandi tempus expectet. Secundum, vt satietati resistat. Tertium, vt qualibuscunq; villioribus contentus sit cibus. Quicquid autem extra consuetudinem & contra communem fratrum usum quisquam praesumit, hoc antiquissima patrum doctrina notauit tanquam pollutum morbo vanitatis, vt ostentationis vanaeq; gloriae. Denique non cognouimus quenquam eorum, quos vidimus ceteris praefuluisse merito discretionis atque scientiae, vel quae gratia Christi propositus omnibus tanquam splendidissima luminaria ad sequendum abstinentiae a pane, quae apud eos vilis ac facilis habebat. Nec vnumquam conspeximus quenquam eorum qui praefata regulam declinantes sectati sunt refectione oleorum seu leguminum aut pomorum vsu panis relicto habitum, inter probatissimos patrum, nec etiam gratia discretionis siue scienti confectum. Nam docuerit monachum non solum debere requirere cibos alios inuicem, ne conuersationis suae cursus tanquam in manifesto cunctis expositus pereat morbo gloriae vanae inanis factus ac vacuus. Sed in super dicitur communem ieiuniorum afflictionem non oportere alicui faciliter propalari, sed quantum fieri potest abscondi ac tegi. Virtuofus quoque asseruerit offerre siue impendere virtutem humanitatis ac dilectionis a duentibus fratribus, quae manifestare eisdem abstinentiae districtiorem, atque propositi quotidiani rigorem. Et ne attendamus quid nostra voluntas siue utilitas aut proprii desiderij feruor exposcat, sed praeparamus & gratanter impleamus quod exigit requies aut infirmitas fratris aduenientis.

¶ A. a.  
Cum de

**Q**Uoniam de partibus Syriæ intrassemus Aegyptum, cupientes statuta discere seniorum, & miraremur nos cum tanta cordis alacritate suscipi ibi, ita ut usque ad præfixam ieiunij horam nulla prorsus feruaretur regula refectiois, sicut eramus in monasterijs Palestinae edocti, sed quocumque uenissimus quotidiana ieiunatio solueretur, legitimis quartis ac sexta ferijs demptis, cum sciscitaremur cur quotidiana ieiunia indifferenter sic soluerent, quidam seniorum sic respondit: Ieiuniū semper est mecum. Vos autem quos statim dimittam, non possum mecum iugiter tenere. Et quamuis ieiunium uile necessariumque consistat, uoluntaria tamen oblatio est. Opus autem charitatis impleri exigit præcepti necessitas. Idcirco in uobis suscipiens Christum reficere debeo eum. Vos uero deducens potero districtiori ieiunio recompensare in meipso humanitatem seu ieiunij relaxationem, quam Christi amore uobis exhibeo. Non enim possunt filij sponsi largire quam diu cum illis est sponsus. Sed cum discesserit sponsus, licite ieiunabunt. ¶ Bb.

Lucas 7

**Q**uodam senem me māducantem exhortante ut adhuc modicum manducarem, cum respondi, nō possum, ille adiecit: Ego iam sexies diuersis fratribus aduentibus posui mēsam, uniuersosque hortans cum singulis sumpsi escam, adhuc tamen esurio. Et tu nunc primo reficiens dicis te amplius iam non posse. ¶ Cc.

**V**idimus alium senem in solitudine commorantem, qui testabatur se nūquam cōcessisse solum in cella, imo si nullus fratrum ad cellam suam uenisset per quinque dies continuos, refectioem suam iugiter distulit, donec sabbato aut dominico die procederet ad ecclesiam propter congregationē deuotam repperit aliquē peregrinorū, quē inde secū ad cellā suā perducēs refectioē corporis sumpsit fratre illo cōsorte, nō tā desiderio necessariae sibi refectiois quā gratia humanitatis causaque fratris. Itaque sicut Aegyptij monachi soluit quotidiana ieiunia propter fratrum aduentū, ita recedentibus fratribus recompenfant abstinentia acriori, refectioe, propter fratres illos assumptam, perceptionem cibi parauissimi durius exigentes & recuperantes grauiori corporis castigatione, & non sola diminutione panis, sed etiam somni. ¶ Dd.

**D**um senex Iohannes grandi cœnobio & multitudini fratrum præsidens, uisitasset senem nomine Phefium, & ab eodem Phefio tanquam ab antiquissimo socio que reret, quidnam egisset in solitudine per quadraginta annos, quibus ab eo separatus, nō erat à fratribus molestatus, respondit: Nunquam interim uidit me sol comedentem. Et Iohannes: Nec me, inquit, irascentem. ¶ Ee.

**P**orro cum idem senex ageret in extremis, & alacer esset tãquam ad propria migraturus, circumsteterunt eum anxij fratres rogantes, ut relinqueret eis aliquod memoriale mandatum tanquam hæreditarium quoddam legatum, per quod tanquam quoddam præcepti compendio possent ad perfectionis culmen facilius peruenire, ingemiscens ille respondit: Nunquam feci propriam uoluntatem, nec aliquem docui, quod prius non feci. ¶ Ff.

**V**idimus senem nomine Machetem à multitudine fratrum remote morantem, qui gratiam istā à deo diturnis precibus impetrauit, ut quotquot diebus ac noctibus fieret collatio spiritalis, nunquam somno opprimeretur. Si autem quis introduxit uerbum detractoriū aut ociosum, protinus resoluebatur in somnum, ita quod uirus obloquij non potuit usque ad inuentionem aurium eius pertinere. ¶ Gg.

**H**ic idem senex cum instrueret nos ut nullum iudicarem, adiecit tria esse in quibus ipse aliquando fratres iudicauit aut reprehendit. Primum est quod quidam eorum patiebatur sibi uiam abscindi. Secundum, quod sagum habebant in cellulis suis. Tertium, quod oleum benedicentes, dabant illud secularibus postulantis ipsam, atque in hæc tria incidisse se dixit. Nam ægritudinem uicē contraxit, & ea tam diu consumptus est, donec cōpulsus tam necessitate doloris, quā exhortatione omnium seniorum eam abscidi permisit. Eiusdem quoque infirmitatis occasione sagum habere cautus est. Ita etiam coartatus est circumstantibus eum repente secularibus multis oleum benedicere ac supplicantibus dare (quod præ cæteris exercebatur utpote iudicans illud defendere ex ingenti cordis præsumptione, ut aliter eos nequaquam posset euadere, nisi prius summa uis & obtestationibus extorsissent ab ipso, ut uasculo olei ab eis accepto manum suam superponeret uasculo, & crucis signaculum imprimeret ei. Itaque credentes se benedictionis oleū impetrasse, tandem dimiserunt senem. Per quod eisdem seniori manifeste innotuit, quod monachus eisdem causis

**A**lis uitijsque subiaceat, in quibus alios iudicare præsumperit. Oportet enim unumquemque tantummodo iudicare seipsum, atque in omnibus circūspecte & caute se custodire, non aliorum uitam & actus discutere, secundum illud præceptum Apostoli: Tu quis es qui iudicas fratrem tuum? Suo domino stat aut cadit. Et: Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nam & præter causam prædictam, etiam ob hoc periculosum est iudicare de alijs, quoniam ignorantes necessitatem uel causam qua illi agunt recte, aut culpabiliter & ueniabiliter corā deo hæc in quibus eos iudicamus, inueniuntur eos temere iudicasse, & per hoc committimus non leue peccatum, sentientes aliquid de fratribus aliter quam oportet.

Roma. 12  
1. Cor. 4  
Math. 7

**D**eclarauit idem senex diabolum esse ociosarum fabularum fautorem, spiritualium quoque collationum impugnatorum his signis. Nam cum sermocinaretur quibusdam fratribus de necessarijs ac spiritalibus rebus, uideretque eos grauissimo quodam demergi sopore, nec posse eos grauitatem somni ab oculis suis repellere, introduxit repente fabulam ociosam. Ad cuius auditionem cum uidisset eos confestim euigilasse, & aures erectas cum delectatione habere, ingemuit dicens: Nunc usque de rebus cœlestibus loquebamur, & omnium uestrum oculi deprimebantur dormitatione læthali. Cum uero fabula ociosa proposita est, omnes mox expergefati, excussisti torporē somni prædominantis. Vel ex hoc ergo perpendite, quis fuerit impugnator spiritalis illius collationis, quis etiam author atque suggestor infructuosæ fabulæ huius existat. Ille utique manifestissime reprehenditur esse, qui malis congaudens nō desit infructuosam fabulam confouere, & fructuosam collationem impugnare. ¶ Hh.

**N**eccessarium reor ualde commemorare hoc opus fratris ualde solliciti circa cordis sui immunditiam & contemplationem diuinā. Cum enim ei de prouincia ponti missæ ac delatæ fuissent quædam plures epistolæ, accipiens grandem literarum fasciculum, & diu apud seipsum deliberans, ait: Quantarum cogitationum causa erit mihi harum lætiorum literarum, quæ inducent me ad inanem lætitiā, uel ad infructuosam tristitiā. Quam multis diebus reuocabunt intentionem pectoris mei ab intenta contemplatione per recordationem eorum qui mihi scripserunt: Post quantum tempus dirimetur concepta hæc mentis confusio, & quanto labore recuperandus est status tranquillitatis istius, in qua nunc sum, si animus meus semel permotus fuerit affectu literarum istarum, remiscendo sermones ac uultus eorum quos tãto tempore dereliquit, & cœperit eos corde reuifere, & mente ipsi cohabitare, ac spiritu interesse: Quos certe nihil proderit corporaliter deseruisse, si corde eos incipiat intruere, & eadem rursus admiserit, quorum memoriam quisque huic seculo uere renuncians, tanquam mundo mortuus abdicauit. Hęc in peccatore suo reuoluens, decreuit non solum nullam epistolam aperire, sed nec ipsum fasciculum disligare, ne eorum qui scripserant nomina intuendo, aut facies recordando, impeditur à spiritali sua intentione, sed sicut fasciculum accepit constructum, sic igni tradidit concremandum. Itē, inquit, cogitationes patriæ pariter concremamini, nec me reuocare tentetis ad ea quæ fugi. ¶ Kk.

**V**idimus quoque abbatem Theodorum, summa sanctitate atque scientia decoratū, non solum in actuali uita, sed in scripturarum notitia quam ei contulerat sola puritas cordis magis quam literatura mundi aut studium lectionis. Siquidem per pauca uerba græcæ linguæ potuit loqui aut intelligere. Hic cum elucidationem cuiusdam obscurissimæ quæstionis inquireret, septē diebus ac noctibus in oratione infatigabilis mansit, quousque eius solutionem deo reuelante cognouit. ¶ Ll.

**S**ic senex dixit fratribus admirantibus tam præclarum lumen scientiæ eius, & inquit, pertingere cupiens, non debet labores suos impendere circa libros expostorum, sed potius totam mentis suæ intentionem atque industriam circa emendationem apponere uitorum, quibus expulsi mox oculi cordis naturaliter contemplabuntur abdita scripturarum, sublato uelamine passionum. Nam scripturarum obscura nobis sunt per gratiam spiritus sancti promulgata, ut non extent incognita, sed nostro uicio redduntur obscura, peccatorum uelamine oculos nostri cordis obtenebrante. Quibus oculis per uitiorum expulsionem sanatis, sola sanctorum lectio scripturarum abundanter sufficit ad ueræ scientiæ intellectum, nec expostorum informationibus indigent. Quomodo

Dd oculi

oculi corporales nullius instructione indigent ad videndum, dummodo fuerint à caligine & cæcitate immunes. Ideo quippe inter exponentes tanta expositionum & errorum diuersitas est exorta, quod plerique proflicentes ad exponendum eas non adhibita diligentia circa purgationem propriæ mentis, lumen veritatis comprehendere nequiuerunt, sentientes diuina atque gratia fidei, aut sibimetipsis iuxta pigritiam aut immundiciam sui cordis.

**C**VM idem senex ad meâ cellam de nocte inopinatè venisset, paterna curiositate occulte explorans quidnam solus agerem rudis adhuc anachorita, meq; ilico reperisset p̄iario incubantem seu reclinatum ad dormiendum, & incipientem lasum corpus somno reficere, finita vespertina solennitate, ex intimo cordis suspiras, & nomine meo vocans, ait: Quam multi de Iohannes in hac hora cum deo loquuntur, & eum in suis præcordijs tenent ac contemplantur, & tu lumine tanto priuaris inerti resolutus sopore?

**¶** Præterea quoniam gratia & virtutes primum prouocauerunt nos ad talem narrationem descendere, necessarium reor in volumine isto describere, memoriale opus charitatis summi viri Arthibij, quod eius humanitate sumus experti, vt puritas abstinentiæ, operi charitatis, admixta copiosius resplendescat, pulchra hac varietate distincta. Tunc enim ieiunium efficitur deo gratum, cū fuerit charitatis fructibus consummatū.

**I**Taq; cum de monasterijs Palestinæ venissemus ad urbem Aegypti, quæ Diocleos appellatur, adhuc admodum rudes, & videremus ibi plurimam monachorum turbam cœnobij disciplina atq; taram, ac optimo ordine, qui etiam primus est, mirifice institutam, festinamus sagacissimo corde videre & alium ordinem monachorum excellentiorem, vtpote anachoritarum, instigati ad hoc præconijs omnium illos laudantium. Hi nanq; anachoritæ in cœnobijs primo diutissime commemorati, atque in omni regula ac virtute patientiæ ac discretionis diligenter edocti, humilitatis quoq; & paupertatis virtutem adepti, vniuersiq; vitijs pure consumptis, intrant ac penetrant profunda deserti secreta contra dæmones durissimis prælijs pugnaturi. Viros igitur huius positi reperientes, circa Nilum fluiuium commemorantes in loco qui ab vno latere circumdatus eodem flumine, & ab alio latere mari insulam reddit solis habitabilem monachis eremi secreti intrantibus. Nam salitas maris & arenarum sterilitas facit eam omni cultura ineptam. Ad hos igitur viros summo desiderio festinantes, admirati sumus vltra modum labores eorum quos contemplatione virtutum & amore solitudinis patiuntur. Tantam nanque sustinent aquarum penuriam, vt tali diligentia ac scrupulo eam accipiant nemo frugalissimorum conferuat & partitur preciosissimum vinum.

**H**IS itaq; viris visis cum ardor imitandi eos nos inflammaret, & præfatus Arthebius inter eos probatissimus ad suam nos cellulam humanitatis gratia pertraxisset, nostrumq; desiderium explorasset, finxit se de eodem loco velle recedere, & cœpit nobis cellulam suam offerre, tanquam inde mox discessurus, affirmans se istud facturum, quâuis nos illuc non venissemus. Quamobrem nos desiderio habitationis illius accensi, tantiq; viri assertionibus indubitanter credentes, cellam libenter amplexi sumus, & eâ cum omni suppellestili & utensilibus eius accepimus. Sicq; Arthebius pia fraude de loco discedens paucis diebus quibus pararet necessaria pro alia cella construenda, reuersus post hæc aliam sibi cellam cum summo labore construxit, quam simili charitatis circumuentione post aliquantulum tempus tradidit cum omnibus necessarijs quibusdam fratribus aduentibus, atque ibidem habitare optantibus. Ipse vero circa opera charitatis infatigabilis perseverans, tertiam sibi cellam extruxit, in qua demoraretur.

**D**IGNUM mihi videtur aliud eiusdem viri sancti charitatum opus memoria tradere, quo monachi terrarum nostrarum doceantur non solum rigorem continentię retinere, sed sincerrissimum quoque charitatis affectum habere vnus & eiusdem viri exemplo. Hic nanq; nobili progenie ortus à puerilibus annis, fugit ad monasterium quod fere quatuor miliaribus distat à præfata vrbe Aegypti, affectione huius mundi ac parentum contempta. In quo omnem vitæ suæ ætatem ita expendit, vt per totos quinquaginta annos quibus ibi moratus est, nunquam vidit neque ingressus est locum natalem, nec vultum alicuius foeminae, imo nec matris suæ aspexit. Interea pater eius morte præuentus debitum centum solidorum reliquit. Cumque Arthebius esset ab omni inquietudine penitus alienus, vtpote ab vniuersis paternis facultatibus nudus, matrem suam percepit

**A**pit à creditoribus vehementer vexari. Tunc pietatis cōsideratione ab angelico illo rigore quo non mouit se patrem aut matrem habere in terra, quando parentes sui in prospero erant statu, ita se habere credidit matrem, sicque festinauit subuenire oppressæ, vt distractionem monasticam in nullo minueret. Nam in monasterio manens solitum opus petijt sibi triplicari, & in eo per totum annum diebus noctibusque defudans, ab eum illud labore manuum procuratum persoluit, & matrem suam ab inquietudinis molestia liberauit, ita eruens eam à debiti sarcina, vt nihil pareretur sibi imminui de religioſis rigore propter opus necessariae pietatis implendum. Sic quoque distractione solitiam custodiuit, vt opus pietatis nequaquam negaret maternis visceribus.

**C**VM frater nobis optime chatus Simeon nomine, græci sermonis prorsus ignarus venisset ab Italia, senior quidam cupiens ei tanquam peregrino opus charitatis impendere sub quodam redditionis colore, quæsiuit ab eo cur ociosus sederet in cella, per hoc coniiciens Simeonem diu in cella durare non posse, tam ex ociositatis distractione, quàm ex necessariarum rerum inopia, certus senior ille meminere posse tentationis solitudinis tolerare, nisi eum qui proprijs manibus acquireret sibi victum. Porro Simeone respondente, nihil se posse aut scire operari ex ijs quæ ibi agebatur à fratribus, nisi quod latinam literam scribere posset, si tamen aliquis in Aegypto codice indigeret latino, senior ille nactus occasionem qua posset desideratum opus perficere pietatis sub colore redditionis. Ex deo, inquit, inuenta est ista occasio. Nam olim quærebam qui mihi Apostolum scriberet manu latina. Habeo enim fratrem militiæ actibus obligatum, optime in latina lingua instructum, cui cupio aliquid descripturis transmittere ad legendum pro sua ædificatione. Tunc Simeon occasionem & actionem istam tanquam à deo oblatam gratanter suscepit. Senex quoque libentius est amplexus hunc colorem, cuius apparentia seu prætextu posset libere adimplere opus pietatis optatum. Vnde confestim attulit Simeoni non solum necessaria omnia sub specie mercedis totius anni, verum etiam membranas & instrumenta ad scribendum necessaria apportauit. Recepitque postea codicem scriptum ibi ad nihil penitus vtilem, cum vniuersi in regione illa essent ignari sermonis latini. Præter hoc quod senior ille hac industria prolixiorique sumpta hoc præstitit, vt Simeon ille absque verecundia promereretur necessarium sibi victum labore manuum suarum, & senior pietatem munificentia suæ sub colore & specie debite remunerationis compleret, eo abundantior sibi mercedem acquirens, quo affectu maiori contulit fratri peregrino non solum necessaria victus, sed etiam instrumenta operis sui & occasionem agendi.

**S**ED quia in loco isto vbi proposuimus loqui de rigore ieiuniorum & continentia, aliqua iam admixta sunt de affectu atque operibus charitatis, rursum ad propositum redeuntes, inseremus huic opusculo quoddam opus puerorum ætate non sensu, dignum memoria. Cum enim quidam de partibus Libiæ derulisset ficus abbati Iohanni dispensatori in eremo Scythi, tanquam rem valde miram, & illo in loco ante non visam, qui rexit dispensationem ecclesiæ constitutæ in Scythi, temporibus sancti Pafnutij sibi ab eodem commissam, iste Iohannes eadem ficus mox misit cuidam seni in interioribus eremi grauius infirmanti per adolescentulos duos. Qui senex longe per decem & octo miliaria ab ecclesia mansit. Cumque adolescentes ad cellam pergerent senioris, dispersa repente densissima nebula rectam semitam perdidit. Quod ibi facillime solet etiam senibus venire ex solitudinis vastitate. Cumque toto die ac nocte per inuiam eremum discurrentes, nequaquam potuissent inuenire cellam senis infirmi, confecti tam lassitudine, quam fame & siti, spiritum suum domino reddiderunt, genibus in orationis officio fixis. Qui post hæc diuissime inquisiti, per suorum indicia vestigiorum, quæ in locis illis arenosis impressa tenentur quasi in niuibus, donec leuis arena vento mota rursum operiat ea, inuenti sunt referuasse ficus intactas, sicut acceperunt eas, eligentes potius exponere animam morti, quàm infringere fidem depositi, & corporalem magis amittere vitam, quàm dispensatoris violare mandatum.

**A**dhuc vnum describam salutare documentum abbatis Macharij, quo tanti viri sententia claudat finiatque libellum de continentia atque ieiunijs. Dixit enim: Ira debet monachus ieiunare ac abstinere, vtpote tam discrete quasi centum annis victus

rus in corpore, ita quoque debet motus animi refrenare, iniurias obliuisci, tristitiasq; abijcere & dolores ac damna contemnere, velut quotidie moriturus. In illo nanque est vitis ac prudens discretio faciens monachum semper incedere aequali distractione, nec permittere eum sub occasione aut specie corporalis debilitatis ab arduis ad perniciosissimam relaxationem currere. In hoc vero est magnanimitas salutaris qua valeat non solum despicere ea quae videntur esse prospera mundi praesentis, verum etiam aduersis ac tristibus non superari, & ea velut parua ac nulla suscipere, habes iugiter illuc defixum mentis intuitum, quo quotidie, singulisq; momentis, perducendum se credit.

LIBER SEXTVS.

De spiritu fornicationis seu luxuria.



**I**N VIXTA doctrinam patrum, est nobis secundum certamen contra fornicationis spiritum praeter ceteris pugnis longum ac diuturnum, atq; a valde paucis pure deuictum, quod est immane bellum. Quod quamuis incipiat impugnat genus humanum a principio pubertatis, non tamen extinguitur, nisi prius caetera vitia superentur. Duplex namque est impugnatione ista et duplici vitio ornata confurgit ad impugnandum. Iccirco duplici acie resistendum est ei. Nam vires acquirunt ex morbo seu infectione carnis ac animae quamquam concretum quid seu generale eis. Ideo superari non potest nisi carne ac anima dimicantibus contra ipsum. Non enim solum corporale ieiunium sufficit ad acquirendum aut possidendum puritatem castitatis perfectae, nisi praecesserit contritio spiritus atq; oratio perseverans aduersus immundissimum spiritum istum. Deinde meditatio assidua scripturarum, labor etiam, opusq; manuum, euagationes cordis instabiles reuocans & coercens. Ante omnia quoque radicata & fixa humilitas, sine qua nullum vitium poterit superari.

**P** RINCIPALITER quippe correctio vitij huius procedit de eordis perfectione, de quo etiam corde venenum huius peccati prodire monstratur, voce Christi dicentis: De corde exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, rixae, furta, falsa testimonia, &c. Cor ergo primum purgandum est, de quo fons vitae ac mortis emanat, Salomone dicitur: Omnia custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Caro etenim famulatur atque bitrio atq; imperio cordis. Iccirco parsimonia ieiuniorum cum summo studio est sectanda, ne caro repleta abundantia escarum salutaribus animae iussionibus aduersetur, & spiritum suum rectorem insolescens, deiciat. Porro si perfectione studij nostri in sola corporis castigatione ponamus, utpote anima nostra a caeteris peccatis non ieiunans, sed meditatione diuina & spiritalibus studiis non occupante, nequaquam poterimus ascendere ad illud altissimum vere integritatis aut castitatis fastigium, principali, quod in nobis est, scilicet corde, puritatem corporis infestante seu inquinante. Ideo iuxta sententiam Christi, oportet nos mundare quod intus est calicis atq; parapsidis, ut mundum fiat quod deforis est.

**D** E inde caetera vitia solent purgari exercitatione quotidiana & ex humana praesentia, quemadmodum ira, tristitia, impatientia sanantur meditatione atq; periuigili solitudine cordis, ex fratrum quoque frequentia & collatione assidua. Et dum sapienter manifestantur ac crebrius arguuntur, citius ad curationem perueniunt. Morbus vero seu concupiscentia fornicationis ultra corporis afflictionem & cordis contritionem, indiget etiam solitudine & remotione ab hominibus, ut valeat peruenire ad statum integritatis seu castitatis, deposita omni febre perniciosa aeternae carnalis. Denique, sicut plerumque vile est laborantibus certa infirmitate, ne cibi eis nocui, praesententur eorum aspectui, ne ex ipso intuitu oriatur in eis desiderium noxium, ita ad debellandum hoc vitium, plurimum ac specialiter confert solitudo & quies. Quatenus mens infirma diuersis imaginibus nullatenus mota ad puriorem contemplationem perueniens, possit facilius extirpare radicatus pestiferum concupiscentiae fomitem.

**N** EMO tamen putet ex hoc, quod negemus eos esse continentes qui in congregatione fratrum commorantur. Aliud enim est esse continenter, aliud castum, & ut sic loquar in affectum integritatis & incorruptionis transire. Quae virtus illis solis tribuitur maxime

**A** maxime, qui virgines carne & mente perdurant, sicut vterque Iohannes in nouo testamento. In veteri quoque Helias, Hieremias, Danielq; fuerunt. In quorum gradu non immerito reputantur, qui post corruptionis experientiam perueniunt ad similem puritatis statum per longum laborem atque industriam, & carnis stimulos sentiunt non tam ex impugnatione turpis concupiscentiae, quam solo motu naturae. Quem statum dicimus difficillime posse acquiri inter hominum turbas. An vero & impossibile hoc sit, vnusquisque expectet cognoscere non nostra sententia, sed perscrutetur id examine conscientiae suae. Caeterum multos esse continentes non dubitamus, qui impugnationem carnis quam vel raro vel quotidie sentiunt, metu gehennae, aut desiderio regni caelestis extingunt atque compefcunt. Et sicut seniores affirmant illos posse non penitus obrui incertius seu concupiscentijs vitiorum, ita testantur eos non posse semper esse illesos ac tutos, quia necesse est vnumquenque in certamine positum interdum turbari, quamuis aduersarium vincat frequenter & superet.

**Q** Vapropter si cordialiter cupimus spiritalem agonem cum Apostolo legitime de certare, festinemus tota mentis intentione immundissimum istum fornicationis spiritum superare auxilio dei, non confidentes viribus nostris. Hoc enim non valet humana industria, imo tam diu necesse est vnumquenque impugnari hoc vitio, donec agnoscat hoc bellum esse supra proprias vires, nec suo labore ac studio se posse victoriam obtinere, nisi omnipotentis protectione atq; auxilio fulciatur.

**E** T reuera cum gratia dei & eius victoria assit homini in omni profectu virtutum, & vniuersorum expugnationibus vitiorum, in expugnatione tamen fornicationis valde peculiare beneficium dei est, & speciale donum ipsius, sicut declaratur & apertissime innotescit his, qui castitatem possidere promeruerunt ex sententia patrum, & experimento suae purgationis. Siquidem commorantem in corpore & fragili carne circumdatum, non sentire stimulos carnis, est quodammodo exire de carne, & supra naturam. Idcirco impossibile est hominem suis penis volare ad tam excelsum, caelestemq; praemium, nisi gratia dei erexerit eum de ceno seu luto terrae castitatis virtute. Nulla namque virtute carnales homines tam prope aequantur spiritalibus angelis imitatione conuersationis, quam gratia ac merito castitatis, per quam municipatum & conuersationem secundum Apostolum habent in caelis, adhuc in terra degentes, hic iam in carne fragili possidentes quod sanctis promittitur in futuro corruptibilitate carnis deposita.

**A** Vdi quid dicat Apostolus: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. A quibus omnibus dicat hoc, inquiramus, quatenus spiritalis agonis instructionem acquirere valeamus comparatione carnalis agonis. Qui enim in carnali visibilis agone student legitime decetare, non habent facultatem vtendi omnibus cibis, quos libido desiderio suggerit, sed illis tantummodo, quos disciplina seu ars eorumdem certaminum statuit esse sumendos. Nec solum eos abstinere oportet a cibis prohibitis, & ebrietate omniumq; crapula, verum etiam ab omni inertia, ocio atque desidia, ut virtus eorum crescere possit ex exercitijs quotidianis & iugiter consideratione propriae artis & actionis. Sicque alieni efficiuntur ab omni solitudine ac tristitia, a secularibus quoque negocijs, & ab effectu ac opere coniugali, ut nil aliud nouerint, praeter suae exercitium disciplinam, nec vlli mundiali cura penitus implicentur, sperantes victum quotidianum ab eo tantum, qui certamini praesidet, a quo & coronae gloriae praemiaque condigna laude victoriarum suarum confidunt acquirere. Atque in tantum ab omni coitu se mundos custodiunt ut cum se disponunt ad agonis certamen, laminis plumbeis tegunt proprios renes, vt rigor metalli genitalibus membris applicitus valeat cohibere humores obscenos, ne forsitan per illusionem nocturnam & pollutionem in somno fallaces vires eorum longo tempore acquisitae debilitent, scientes indubitanter se esse vincendos, nec posse certamen propositum adimplere viribus minoratis, si fallax imago noxiae voluntatis in somno torruerit firmitatem continenti seu pudicitiae praesententam.

**I** Taque si intelleximus disciplinam mundani agonis, cuius exemplo beatus Apostolus nos voluit erudire, docens quanta in istis agonistis sit obseruatio, quanta diligentia, quanta custodia, ut sciamus quid nos conueniat facere, pensemus qua puritate oporteat nos custodire castitatem corporis nostri ac animae, quos necesse est quotidie veluti sacrosanctis, carnibus agni, quas etiam praecipua veteris testamenti ab immundis prohibet



rangi. In Leuitico namq; ita præcipitur: Omnis mundus manducabit carnes. Et anima quæcunq; comederit de carnibus sacrificij salutaris quod est domini, in qua est immundicia, peribit coram domino. Quanta est igitur virtus puritatis sine qua & illi qui erant sub veteri testamento non poterant sacrificijs typicis interesse, & sine qua nequeunt coronari, qui cupiunt coronam huius mundi corruptibilem adipisci.

**O**MNI ergo custodia emundandæ sunt primitus tenebræ ac abdita nostri cordis. Quod em certantes in agone cupiunt obtinere in corporis puritate, nos debemus in cordium nostrorum secreto etiam possidere. In quibus dominus residens arbiter atq; agonizeta, id est, iudex & præses nostri certaminis pugnam cursus & certaminis nostri iugiter intuetur & præstolatur, quatenus nequaquã patiamur per cogitationem incautam ea intra nos crescere, quæ horremus in manifesto admittere, & de quibus ex hominum cognitione verecundamur, ne occulta libidine inquinemur. Quæ licet possit eua dere notitia hominum, latere tamen non poterit scientiam angelorum sanctorum omnipotentisq; dei, quam nulla secreta subterfugere queunt.

**E**Videns autem signum ac plena probatio perfectæ & integræ puritatis, hoc est, si dormientibus & quiescentibus nobis nulla occurrat imago decipiens, vel certe si occurrerit, nullus tamen valeat motus concupiscentiæ excitare. Nam quamvis talis commotio non reputetur plene in culpam, tamen indicium est mentis nondum perfectæ, & signum vitij, necdum pure excocti, cum per fallaces imagines sit talis illusio.

**N**Octurna namq; quiete monstratur qualibus distractionibus cogitationum negligentiæ us euagemus in die. Idcirco cû interuenerit alij talis illusio, nõ culpa somni credenda est, sed negligentia tps præcedentis, & manifestatio morbi seu passionis latetis. Quæ nõ peperit primitus hora noctis, sed latens morbus p somni refectione produxit ad superficiem cutis humore, recõditu intimis animæ fibris, arguens & propalans occultas concupiscentiæ seu æstui febres q̄s tota die cõtraximus prauis cogitationibus passi. Quæ admodum corpore infirmitates solent contrahi seu hauriri, non tunc q̄ videntur oriri & apparere, sed p negligentiam præteriti temporis sunt acquisitæ, quãdo cibis sibi contrarijs quis refectionis contraxit humores sibi met noxios ac lethales.

**H**inc generis humani creator & conditor oim deus, cognoscens creaturæ suæ naturam & emendatione ipsius præ omnibus cupiens, illic curâ medicinæ adhibuit, vna de nouerat causas morbi seu vitij principaliter emanare, dicendo: Quicumq; viderit mulierem ad concupiscendû eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Unde petulantes oculos notas, nõ iam arguit eos, q̄ interiorem sensum, qui oculos officio male vitur ad videndum. Cor namq; qd ad concupiscendum videt, egium est, & telo libidinis sanctuarum vitio suo retorquens naturale beneficiû visus sibi à creatore recte cõcessum ad prauorum ministeria operæ, atq; reconditum in semetipso concupiscentiæ morbu producens p aspectu in publicu. Ideo huic interiori sensui adhibetur salutare mandatû à cuius abusu procedit & oritur pessimus languor p exterioris visus occasione. Non enim dicitur omni custodia serua oculos tuos. Quos utiq; oporteret principaliter custodiari, si affectus concupiscentiæ ex ipsis procederet. Nil etenim amplius oculi præbent q̄ simplex officium visio nis animæ. Sed dicit, omni custodia serua cor tuum, ei potissime medicinam impones, quod potest abuti ministerio oculorum.

**E**Rit ergo hæc prima purgationis nostræ custodia, vt quando memoria sexus scemini occurrerit menti nostræ per sublimem diabolicæ suggestio nis calliditatem immissa primo recordatione matris aut sororum siue parentum, aut certe sceminarum sanctarum, festinemus eam celeriore extrudere de cordibus nostris, ne, si in ea diu us inmoremur, etiam nil læsionis perpeffi occasione sexus propinquarum, sanctarumve personarum, tamen exinde deuoluat subtiliter atq; precipitet mentem ad eas personas, p quas possit inferere cordi cogitationes nociuas. Quamobrem debemus iugiter reminisci præcepti illius, omni custodia serua cor tuu, & secundû dei præceptu sollicitè obseruare noxium caput serpentis, i. principia cogitationum prauarum, quibus diabolus tentat in nostrâ serpete animam. Ne si caput eius, i. principiu malæ cogitationis introierit cor nostrum per negligentiam nostram, reliquum corpus eius, hoc est, cõsensus delectationis iniquæ labatur in mentem. Qui serpens si fuerit inromissus interimet proculdubio mortu venenato mentem captiuam. Oportet quoque nos extinguere exurgentes peccatores

**A** terra, id est, carnales sensus in principio sui ortus, & filios Babylonis, q̄ adhuc paruuli sunt ad petra allidere, i. motus ac impetus passionu cõsideratione Chri reprimerent statim dum oriuntur. Qui nisi necati fuerint, quando adhuc terreni extant, adulti validiores insurgent in nostram perniciem, aut certe non sine grandi gemitu ac labore vincentur. Dum enim fortis armatus, videlicet spiritus noster rationalis custodit domum suam, cogitationes suas muniens dei timore, in pace erit omnis substantia eius, i. virtus & actus atq; labores earum longo tempore congregati. Si autem fortior superueniens vicerit est, puta diabolus cogitatione prauarum consensu ipsum deiecerit, atma spiritus nostri diripiet, in quibus confidebat, i. memoriam scripturarum, vel dei timorem ab eo tollet, & spolia eius diuidet, i. virtutu suarum merita disperget per vitia eius contraria.

**E**T vt cuncta præteream, quæ de præconijs castitatis in sanctis continentur scripturis, ponam tantummodo vnam beati Pauli auctoritatē, quæ patet qualiter ipse Thessa scribens prætulit castitatē vniuersis virtutibus. Non em propositu meû est laudē castitatis conscribere, sed patrû traditionibus explicare de qualitate ipsius, & qualiter acquiri custodiriq; debeat, q̄s ite sit finis eius. Hæc ergo Apost. hoc nobili ybo cõmendat.

**H**æc est, inquit, voluntas dei, sanctificatio vestra. Et ne forte relinqueret nobis ambiguum aut obscurum, quid per sanctificatione significaret, an scilicet iustitiam, an charitatem, an humilitatem, an patientiam (in omni namq; virtute sanctificatio quædam acquiritur) infert & manifeste designat, quid sanctificationem voluerit proprie appellare. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos, inquit, à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum suu vas possidere in honore & sanctificatione, nõ in passione desiderij, sicut gentes quæ deum ignorant. Vide quibus eam laudibus prosequat, appellans eam honore & sanctificatione vas, seu corporis nostri. Econtrario ergo, q̄ est in passione desiderij & in ignominia ac immunditia, alienus à sanctificatione probatur. Tertio q̄q; post pauca infert, eam rursus sanctimoniam nuncupans dicendo: Non em vos cavit nos deus in immunditiâ, sed in sanctificatione. Igitur q̄ hæc spernit, nõ hominem lem suo adiunxit præceptor: Qui hæc, inquit, spernit, quæ scilicet de sanctimoniam dixi, nõ hominem spernit, i. nõ me q̄ ista præcipio, sed eum qui in me loquit, qui etiã mentem nostram deputavit ac fecit habitaculum spiritui suo sancto. Vides quibus ac quantis laudibus extollat Apostolus castitatē puris atq; simplicibus verbis, primo ei attribuendo sanctificationem; deinde asserens corpus nostrum per eam ab immunditia eruendû. Tertio, q̄ per eandē sit in honore & sanctificatione mansura, ignominia & cõtumelia omnia abiecta. Postremo designat spiritum sanctum esse habitatorē pectoris nostri per istam virtutem, quod est summa remuneratio beatitudinis præmijq; perfecti.

**L**icet aut ad finem libelli tendat sermo, adhuc tñ ponam aliud testimonium eiusdem & apostoli huic consimile. Ad Hebræos etenim scribens ait: Pacem sectemini cû oibus & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit. Hic quoq; euidenter pronunciauit deum penitus videri non posse sine sanctimoniam, quam appellare solet mentis integritatē, aut corporis puritatem. Vnde & hic eundem sensum explanans similiter infert: Ne quis fornicator aut prophanus, vt E sau.

**Q**uantum itaq; sublime atq; celeste est præmium castitatis, tanto grauioribus hostium insidijs impugnatur. Idcirco intensius adhibere debemus non solum continentiam corporis, veru etiã cordis contritione assiduis orationu gemitibus. Quatenus clibanus carnis nostræ, quem rex Babylonis succedere nõ desinit incentiuus suggestio num carnalium, i. concupiscentia carnis, quam inflamat diabolus, extinguatur rore spiritus sancti, descendente in corda nostra.

**A**sserunt etenim seniores castitatē obtineri nõ posse, nisi humilitatis fundameta fuerint prius in corde locata. Ita rursus affirmant nemine posse ad fontem veræ scientiæ puenire, q̄ diu interioribus aia eius inest radix incontinentiæ: & dicit possibile esse integritatem corporis sine gra scientiæ reperiri, impossibile vero spirituale scientiæ sine integritatis castimonia possideri. Quia diuersa sunt dona, nec eadē gra spūs sancti tribuit oibus, sed illa, ad quæ fe vnusquisq; puerit dignu & aptu studio aut industria sua. Deniq; cum in oibus sanctis apostolis credat fuisse virtus integritatis perfecta, donum tñ scientiæ abundauit magis in Paulo, q̄ ad eam præparauit & dedit se apum solerti studio atq; industria.

Math. 5

Prouer. 4

Prouer. 4

Psal. 136

Lucæ 13

1. Thef. 4

Hebræ. 12

**F**ertur fuisse sententia sancti Basilij episcopi Cæsariensis districta, qui dixit: Mulierem ignoro, & virgo non sum. In tantum intellexit incorruptionem carnis consistere non tam in continentia à feminis, quam in integritate puritatis cordis, quæ vere custodit perpetue incorruptam castimoniam corporis, DE timore, aut castitatis amore.

**H**ic itaq; finis est atq; perfecta probatio integritatis, si quiescentibus aut dormientibus nulla subreperit titillatio voluptatis, & obscenæ humoris superfluitates egerantur pro necessitate naturæ, ignorantibus nobis. Quas sicut omnino abscidere, & in perpetuum amputare, est supra naturam: ita reuocare siue reducere eas ad inuitabilem rarissimamq; naturæ necessitatem, maximæ est virtutis. Quæ titillatio siue necessitas pulsare monachum solet infra menses duos semel. Quod tamen dictum sit secundum experientiam nostram, non secundum seniorum sententiam, à quibus tempus duorum mensium iudicatur nimium breue ad sustinendum id semel, ne si uoluerimus illud exprimere quod ab ipsis didicimus, videamus his qui forte ex negligentia sua remissione re studio puritatem hanc minus experti sunt, incredibilia aut impossibilia descripsisse.

**S**tatum illum puritatis perfectæ ita poterimus incessanter tenere, & naturalem modum ac tempus iam præfatum nunquam excedere, si cogitemus deum esse inspectorem non solum nostrorum actuum secretorum, sed etiam cogitationum cunctarum, & reddituros nos esse rationem ita pro omnibus, quæ in corde nostro versantur, sicut pro vniuersis operibus nostris.

**H**ucusq; igitur festinare debemus, & eosq; pugnare aduersus animæ motus incenituaq; carnis, donec ista carnis conditio expleat necessitatem naturæ, non sicut voluptatem, naturalem abundantiam sine vilo pruritu, & noxa expellens, non pugnam castitati voluptatiq; suscitans. Cæterum quando mens adhuc in somno imaginatione formarum illuditur, sciat se nondum peruenisse ad integram & excoctam castitatis perfectionem.

**V**t ergo illusiones istæ dormientibus nobis subreperere seu accidere nequeant, tenendum est semper æquale ac moderatum ieiunium. Quicumq; enim excesserit rigoris mensuram, necesse est ut etiam modum relaxationis excedat, per quam inæqualitatem sine dubio impeditur à planissimo statu tranquillitatis prædictæ, nunc nimia euacuatio ne & fame debilitatus, nunc vero abundantiori cibo distentus. Cum variatione namq; refectionis, necesse est variari animæ puritatem. Deinde adhibenda ac conseruanda est iugis humilitas & incessabilis patientia cordis, atq; intenta cautela aduersus iram ac cæteras passiones. Nam ubi fuerit virus furoris, necesse est & libidinis incendium introire. Ante omnia quoq; necessaria est peruigil sollicitudo in nocte. Quemadmodum enim custodia puritasq; diei ac castitatem disponit nocturnam, ita nocturnæ vigiliæ preparat ac impendunt robur & solidissimū statum cordi, conuersationi, & obseruationi diurnæ.

## LIBER SEPTIMVS.

## De spiritu Philargiriæ siue Auaritiæ.

**A**uaritia habemus conflictum contra avaritiam, quam appellare possumus amorem pecuniarum. Et iste conflictus, bellum alienum & extra naturam, nec aliunde in monacho sumens principium, nisi de ignauia corruptæ ac tepidæ mentis, & frequenter de principio abrenuntiationis malæ arrepto seu inchoato, ac tepide circa deum amore fundato. Cætera namq; vitiorum incitamenta naturæ humanæ insita, & quasi ingenita, videntur in nobis habere principium, & carni quodammodo inuiscerata, & natiuitati pœne cœua, discretionem boni aut mali præuenientia. Et quamuis hominem prima impugnent, longo tamen labore vincuntur.

**P**orro avaritiâ postmodum superueniens, & animæ ab extra accedens, quanto facilius caueri potest ac respui, tanto perniciosior fit vitij cunctis, difficilisque expellit, si semel

**A** si semel per negligentiam cordi intromittatur. Omnium namq; malorum efficitur radix varios nutrens fomites vitiorum. Nonne videmus non solum in pueris, in quibus adhuc innocentia præuenit seu præcedit discretionem boni & mali, imo etiam in paruulis atq; lactentibus, quæ motus carnis ostendunt sibi inesse naturali incitamento, cum necdum habeant in semetipsis initium vilius libidinis: Similiter quoq; videmus in paruulis esse feroces iracundiæ motus, & anteq; virtutem patientiæ noscant, cernimus eos moueri iniurijs, & sentire verborum contumelias, etiam per iocum irrogatas. Interdum quoq; irascigantem voluntas vltionis eis non deest, cum vires desint.

**N**ec hoc dico ut naturam creationis notem de culpa, siue accusem, sed ut afferam quosdam motuum horum, qui procedunt ex nobis, in nos esse causa nostræ utilitatis, quosdam vero extrinsecus introductos negligentia vitio, aut prauæ voluntatis arbitrio. Nempe præfati motus carnales sunt corpori nostro vtiliter insiti, ex prouidentia creatoris propter sobolis procreationem, atq; ob fuscitandam propaginis posteritatem, non ad perpetranda diuersa luxuriæ genera, quæ etiam legis autoritate damnantur. Aculi quoq; seu motus iræ sunt nobis saluberrimæ dati, ut proprijs vitijs & erroribus indignantes, fortius occupemur virtutibus ac naturalibus studijs, omnem charitatem ac patientiam nostris fratribus exhibentes. Præterea quanta sit utilitas tristitiæ nouimus, quæ in contrarium affectum mutata, inter cætera vitia numerantur. Tristitia namq; quæ est secundum timorem dei, est necessaria valde quæ aut secundum seculum est, pernitiosa est profus, sicut docet Apostolus dicens: Quæ secundum deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur.

**N**on creator ergo iudicamus esse culpabilem, dū dicimus nobis hos motus ab ipso esse insertos, & nequiter eis abutimur, eosq; ad noxia retorquemus ministeria, ut si velimus tristari non pro penitentia salutari & vitiorum correctione, sed pro infructuosis causis & secularibus rebus, vel si irascamur non tam vtiliter nobis in semetipsis peccatis, sed contra præceptum dei, fratribus nostris. Nam & si quis voluerit ferrum, quod ad necessaria atq; vtilia ministeria est collatum, retorqueri ad interitum infernum, non diffamabit ex hoc ferri creatorem, eo quod ipse ad nocendum ferro utatur, quod deus ad aptum ac necessarium præstitit vsum.

**D**icimus tamen quædam vitia crescere seu oriri in nobis, sine vlla naturali præcedenti occasione seu causa, ex solo corruptæ ac prauæ voluntatis arbitrio, ut sunt avaritia atq; inuidia, quæ extrinsecus contrahuntur, cum nulla habeant in nobis principia ex naturali instinctu, quæ tamen facilliter præcauentur, & quam congrue declinantur, tam miseram faciunt mentem, quam occupant ac semel possident eamq; vix permittunt ad curationis remedia peruenire. Vel si hi qui ab ipsis sunt læsi, non sunt digni celeri medicina curari à vitijs istis, quæ potuerunt facillime cognoscere, vel vitare, aut vincere, vel certe quoniam male fundati indigni sunt adipisci structuram virtutis, & culmæ perfectionis.

**Q**uæ vitia facilliter admittendum: quoniam sicut facilliter euitatur, ita si quem possederit, vix permittit eum ad remedia pertingere sanctitatis. Est namq; receptaculum vitiorum & omnium radix malorum, sitq; inenarrabilis fomes nequitia, dicente Apostolo: Radix omnium malorum philargiria est, i. amor pecuniæ.

**A**varitia ergo, cum negligetem ac tepidum monachi mentem possederit, primo eum in re parua seu exigua summa sollicitans excogitat ei, quasi iustos quosdam rationabilesq; colores, propter quos debeat sibi aliquid pecuniæ reseruare aut congregare. Nam & ea quæ in monasterio dantur, insufficientia esse conqueritur, & vix robusto ac sano sufficere corpori. Quid ergo agendum, si oriat infirmitas, & nihil peculiare aut proprium fuerit repositum, quod infirmitas sustentet? Per suadet quæ præstatione seu administrationem esse per modicam, & circa egrotates fieri negligentiam maximam: dicitur si nil proprium referret quod corpori pvideatur, moriendum esse miserabiliter fame. Vestimentum quoque quod sibi datur non sufficere sibi causat, nisi procurauerit necessaria, ex quibus valeat sibi aliud exhibere. Insuper non se posse diu in eodem monasterio commorari, nec etiã posse se ad loca alia cum viderit transmigra, nisi parauerit sibi sumptum viatici atq; mercedem transmarinæ nauigationis, sicq; ex necessitate incipiat, toleraturum se iugiter vitam laboriosam, miserabilem, & absq; vilo profectu, imo & inopem se ac nudum ex aliena substantia semper non sine vituperio sustentandum. Itaque quum avaritiæ talibus cogitationibus captiuauerit mentem,



mentem, cogitat qualiter vnum saltem denarium acquirere possit. Tunc sollicita mente perquirat aliquod speciale opus, quod faciat nesciente abbate, quod vendens occulte, & optatum nummum adeptus, acius vehementiusque torquetur, excogitando qualiter duplicet eum, ambiguus etiam ubi reponat, vel cui credat eundem. Deinde grauiori cura affligitur, quod cum illo emat denario, aut quali commercio eum valeat duplicare. Quem cum duplicauerit, audius incipit aureum appetere nummum, & tanto ad hoc vehementius inflammatur, quanto exinde maius sibi lucrum accrescit. Cum incremento namque pecunie rabies cupiditatis augetur. Deinde longævam sibi vitam talis promittit, & cogitat, quod securura senectus curua, infirmitatesque variae ac proluxa tolerari non poterunt, nisi maior summa pecunie fuerit in iuuentute collecta. Istita itaque serpentinis vinculis infelix anima captiuata, dum pecuniam male acquisitam, cupit nequiori cura augere, parrens sibi pestem qua durius inflammatur, & cogitatione appetituique lucri totaliter occupata, nil aliud respicit oculo cordis, quam vnde valeat sibi congregare pecuniam, per quam possit celerius euolare de monasterii disciplina, nullam habens fidem, ubi spes alia qua nummi poterit resurgere. Hinc pro nummo non pertimescit admittere crimen mendacii, peritrii, furti, nec fidem frangere, noxiumque iracundiae morum implere. Denique si venerit quis spe questus, non pertimescit modum honestatis ac humilitatis transcendere, & sicut alius venter, ita ei aurum & spes lucri est pro deo. Vnde beatus Apostolus perspiciens noxia huius morbi vehena, vocauit eum non tantum omnium vitiorum radicem, verum etiam idolorum seruitutem, dicendo: Et auaritia quae est simulacrorum seruutis. Auaritia autem in Graeco philargiria dicitur. Cernis itaque ad quantam impietatem rabies cupiditatis per singulos crescat gradus, ita vt etiam ab Apostolo idolorum seruitus nuncupetur, eo quod praetermissa imagine & similitudine dei, quam debuit in semetipso custodire immaculatam, deo deuote ministrando, maluit figuras hominum auro impressas pro deo intueri atque diligere.

**T**ALIBUS igitur auersionum ac vitiorum incrementis auaritia in deterius crescens, nec vllam decetero veritatem, nec vmbra humilitatis, charitatis aut obedientiae retinens, indignatur ad omnia, atque ad singula opera sibi iniuncta murmurat ac suspirat, nec aliquam iam reuerentiam seruans, fertur ad praecipitum absque freno tanquam equus indomitus, nec contentatur victu quotidiano, nec solito indumento. Testatur quoque se haec non esse diutius toleraturum, & clamat deum non esse sibi tantummodo, neque salutem suam esse conclusam in illo loco, imo periturum se protinus grauiter ingemiscit, nisi a loco illo celerius asportetur aut abeat.

**H**ABENS ergo instabilitatis suae viaticum, puta nummos repositos, per quos tanquam per alas se parat ad recedendum, iamque ad recedendum paratus, ad omnia quae sibi iubentur insolenter respondet. Se quoque tanquam peregrinum & extraneum gerens negligit & contemnit quaecumque indigentia correctione, seu culpabilia viderit. Cumque possideat repositam furtim pecuniam, conqueritur se nec calcamenta habere, nec vestimenta, & ea sibi tardius tribui indignatur. Et si forte aliquid horum fuerit prius a praesidente aut dispensatore collatum, ei qui multum indiget eius, maioribus irae stimulis inardescit, & se tanquam extraneum despici arbitrat, nec vlli operi manus suas apponens, res apprehendit omnia, quae vtilitas monasterii necessario fieri exigit. Deinde studiose quaerit occasiones, quibus quasi merito offendi debeat vel irasci, ne leuiter motus videatur exire de cenobii disciplina. Nec contentus est solus recedere, ne credatur propriae voluntatis vitio deseruire, sed deprauare occultis suffrationibus non desistit quantos potuerit. Denique si asperitas temporis impediit processum sui itineris aut navigationis, per omne illud tempus suspensa & anxio corde residens, non cessat seminare & excitare tristitias, credens se non aliter reperturum discessionis suae solatium, leuitatisque suae excusationem, quam monasterii nota aut macula, qua illud diffamet.

**A**Gitatur itaque magis ac magis accensus suarum affectione pecuniarum, quae nunquam permittunt monachum diu in monasterio residere, aut sub institutione regule viuere. Quumque proprietates tanquam bestia ferrox eum de coetu separauerit fratrum & destitutione sodalium fecerit errabundum, atque priuatione contubernii, seu monasterii sui exposuerit eum facili deuorationi inimicorum, compellit eum die ac nocte spe questus

**A** questus insatiabiliter laborare, qui prius despexerat leuissima monasterii opera exercere. Insuper non permittit eum custodire orationum solennia, ieiuniorum mensuram, vigiliarumve regulam, nec finit eum explere honestarum intercessionum officia, dummodo valeat auaritiae rabiem faciare, aut suis quotidianis vibus prouidere, ignem cupiditatis accendens dum credit eum extinguere, plus acquires.

**H**INC iam quidam per vitiosum praecipitum lapsi, feruntur irreuocabili lapsu ad mortem, non contenti soli possidere pecunias, quas vel ante nunquam habuerant, vel initio malo seruauerunt, inquirunt habitacula foeminarum, quae male collecta, aut viciose retenta custodiantur & tantis inuoluunt se occupationibus perniciosas ac noxias, vt deuoluti ad profundum inferni, dum acquiescere renuunt Apostolicae illi sententiae, vt habentes victum & vestitum, contenti sint his, quae fugalitas monasterii exhibet, sed volentes diuites fieri, incidant in tentationem laqueumque diaboli, atque in desideria mala ac inutilia, quae mergunt hominem in perditionem & interitum. Radix namque omnium malorum est cupiditas, id est, philargiria, quam quidam appetentes, errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.

**S**CIO quendam, qui semetipsum reputat monachum, & quod peius est, de perfectione sibi blanditur. Qui receptus in cenobio, cum a suo moneretur abbate, ne rediret ad ea, quae renuncians abdicauit, seque emundaret ab omnium vitiorum radice auaritia, & a laqueis periculi, quae terrenis, si veller a pristinis passionibus expurgari, quibus videbat eum grauissime omni momento moueri, cessaret quoque ea appetere, quae nec ante in seculo possidebat, quorum si vinculis caperetur, peruenire non posset ad purgationem vitiorum suorum. Tunc ille truculento vultu respondere non timuit. Si tu habes plurimos nummos quibus te sustentas, cur prohibes similiter me habere?

**H**AEC autem non videantur alicui superflua aut molestia. Nisi enim genera vitiorum fuerint prius exposita, & morborum causa atque origines inquirantur, non poterit infirmis adhiberi congrua spiritalis curatio, nec fortibus conferri valebit perfectae virtutum custodia. Vnde seniores solent haec & multo plura sermocinando proponere ad iuniorum doctrinam, qui utique seniores experti sunt innumerabiles diuersorum ruinas & casus. Quorum vitiorum multa saepe in nobis ipsis agnoscentes ex collatione & informationibus seniorum, utpote qui eisdem passionibus pulsabamur absque nostra confusione & verecundia curabamur, cum taciti disceremus causas atque remedia vitiorum nos impugnantium. Quae nos celauimus ac praeteruimus ea non describendo, non ex timore communitatis fratrum, sed ne forte liber iste deueniens in manus eorum qui in religionis exercitatione minus perfecti sunt, patefaciat ea inexpertis, quae cognita esse non debent nisi solis fortiter laborantibus, ac festinantibus culmen perfectionis attingere.

**T**RIPLEX itaque est auaritiae huius morbus, qui ab vniuersis patribus detestatione reprobatur aequali. Vnus est, quem modo descripsimus, qui miserabiles quoque decipiens monachos, persuadet eis illa congregare in claustris, quae nec ante possidebant in seculo. Alius qui instigat eos rursus desiderare atque resumere ea, quae in exordio suae renunciationis abiecerant. Tertius, qui malo ac vicioso initio est contractus, qui ab iniurione incipiens, non permittit se a cunctis mundi facultatibus denudare eos, quos semel infecerit suo tepore. Imo timore paupertatis ac diffidentiae facit eos esse concussos, nec vnquam permittit eos ad euangelicam perfectionem pertingere, qui sibi reseruant pecunias suae substantias, quas in principio suae renunciationis debuerunt abicere. Quarum trium cupiditatum exempla seu opera inuenimus in sanctis scripturis non parua poena esse damnata. Nam Gyese volens acquirere ea quae nec ante possederat, non solum non meruit obtinere gratiam prophetiae, quam per successionem quasi hereditariam habuit a magistro suo Helisaeo suscipere, verum etiam e contrario aeterna perfunctus est lepra maledictione sanctissimi Helisaei. Porro ludas volens resumere pecunias, quas ante abiecerat, CHRISTVM sequendo, non solum ad Christi traditionem est lapsus, & gradum amittit apostolatus, sed etiam meruit vitam suam communi exitu non finire, eamque laquei morte conclusit. Ananias quoque & Saphira, reseruantes sibi partem aliquantulam ex his quae ante possederant, Apostolico ore puniti sunt morte.

**P.**  
De his

Eph. 5

1. Tim. 6

Ibidem

4. Reg. 5

**D**E his igitur, qui dicentes se renunciare huic mundo, rursus incredulitate seu diffidentia victi, timent opibus terrenis nudari, in Deuteronomio mystice ita præcipitur: Si quis est homo formidolosus & corde pauidus, non egrediatur ad bellum, vadat & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Quid quæso euidentius testimonio isto? Nonne scriptura manifeste potius vult eos nec inimicum, neque nomen professionis monasticæ sibi mere vlturpare, quam praua exhortatione & exemplo corrupto etiam alios infectos, à perfectione euangelica reuocare, & eos infideli terrore debilitare. Iubetur itaque eis, vt recedentes à pugna reuertantur in domum suam: quia non potest quis duplici corde bella domini præliari. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Et cogitantes secundum euan gelicam illam parabolam, cum qui cum decem milibus venit, non posse configere cum eo, qui cum viginti milibus venit ad se, illo adhuc longe posito postulent pacem, hoc est, vt non arripiant renunciationis initium potius, quàm eam postmodum tepide exequentes, maiori periculo se inuoluant. Melius est enim nõ vouere, quàm non reddere. Pulchre autem describitur iste venire cum decem milibus, & ille cum viginti milibus. Maior namque est numerus vitiorum nos impugnantium, quàm virtutum pro nobis bellantium. Non enim potest quis deo seruire & mammonæ. Nec potest quis, manum suam super aratrum ponens, & retro respiciens, aptus esse regno dei.

**H**IC igitur quidam conantur occasionem pristinæ auaritiæ sibi assumere auctoritate sacræ scripturæ, quam vitiosiori intellectu exponentes, cupiunt deprauate doctrinam Apostoli, imo & Christi, & iuxta desideria sua eam corrumpere, nõ coaptantes suam vitam aut intelligentiam sensui scripturarum, sed iuxta desiderium suæ libidinis vim inferentes scripturis, retorquere & trahere eas volunt ad suas opiniones, & asserunt scripturam esse: Beatus est magis dare, quàm accipere. Cuius auctoritatis expositione falsissima, putant esse euacuata illam saluatoris sententiam: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veniens sequere me. Et hoc colore arbitrantur se nõ debere diuitias suas abijcere, affirmantes se esse beatiore, si pristinis opibus abundantes largiantur alijs de copia earundem. Cumque erubescunt pro Christo gloriosam assumere nuditatem cum Apostolo, neque de opere manuum, neque de parcimonia monasterij volunt esse contenti. Quibus incumbit, vt vel sciant se decipere semetipsos, & nequaquam renunciaisse huic mundo, eo quod diuitijs inhæreant pristinis, aut si cupiunt professionem nachalem re & opere adimplere, cum Apostolo glorientur in fame & siti, in frigore & nuditate, dispersis abiectionibus omnibus, nec aliquid referuant ex his, quibus renuncias uerunt. Nam & ipse Apostolus poterat utique pristinis facultatibus sustentari, qui se testatur nõ fuisse ignobilem etiam à natiuitate, iuxta seculi huius conditionem, sed dignitate ciuilitatis Romanæ præditum esse, si iudicasset comodiore esse ad perfectionem abundare diuitijs, atque ex eis alijs dare.

**E**T illi qui in Hierusalem erant, possessores agrorum & domorum, vendentesque omnia & ex eis nil penitus sibi seruantes, afferebant & ponebant precia venditorum ante pedes apostolorum. Potuerunt sua corpora ex proprijs facultatibus sustentare, si apostoli docuissent hoc esse perfectius siue utilius. Ipsi vero simul abijcientes vniuersas suas substantias, maluerunt sustentari proprio ex labore, aut elemosynis gentium. De quorum sumptu sanctus Apostolus ad Romanos scribens, & suum in hoc ministerium prædicans, eosque ad talem elemosynam faciendam subtiliter prouocans ait: Nunc igitur proficiscar Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitoribus sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent in carnalibus ministrare eis. Ad Corinthios quoque horum sollicitudinem similiter gerens, monet eos, vt ante suum aduentum sollicitè præparent collationem, quam pro sustentatione pauperum in Hierusalem mittere eis disposuit: De collectis, inquit, quæ sunt in sanctis, sicut ordinaui ecclesijs Galathiæ, ita & vos facite. Vnusquisque vestrum per vnam sabbati thesaurizet, apud semetipsum recondens quod ei bene placuerit, vt non cum venero tunc collectæ fiant. Cum autem venero, quoscunque probaueritis per epistolas, hos transmittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit, vt & ego eam, mecum ibunt, id est, si talis fuerit oblatio vestra, quæ & me prosequente & comitate digna

**A**te digna sit deportari. Ad Galatas quoque cum describeret qualiter diuisum sit prædicationis officium inter ipsum & alios quosdam apostolos, testatur hoc idem inisse pactum cum Iacobo, Petro & Iohanne, vt licet susciperet officium prædicandi gentilibus, nequaquam tamen relinqueret curam & sollicitudinem pauperum, qui Hierosolimis erant. Qui vniuersis rebus suis propter Christum renunciantes, spontaneam assumptionem egerat. Cum vidissent, inquit, gratiam dei, quæ data est mihi, Iacobus & Cephæ & Iohannes, qui vis debantur columnæ esse, dexteræ dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt inter gentes prædicarem, ipsi autem in circuncisione, tantum vt pauperum memores essemus. Quod cum omni sollicitudine se implese testatur dicendo: Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Qui ergo sunt beatiore, an illi qui nuper ex gentilitate conuersi, nec valentes adhuc euangelicam perfectionem ascendere, reseruabant sibi suas substantias, inter quos Apostolus duxit se reputauit se multum fructificasse, si reuocati saltem ab idololatria & fornicatione, & suffocatis & sanguine, acciperent fidem Christi, manentes cum facultatibus suis, an illi, qui euangelicis obtemperantes consilij voluerunt sibi nihil de suis opibus remanere, portantes Christi crucem quotidie? Denique sanctus Apostolus cum non potuisset sibi ipsi proprijs manibus acquirere victum quotidianum, vt solitus erat, eo quod fuerit vniculus carceribusque detentus, aut labore itineris impeditus, asserit se suscepisse supplementum suæ necessitatis à fratribus, quod de Macedonia venerant, dicens: Quod mihi deerat suppleuerunt fratres, qui venerant à Macedonia. Atque ad Philippenes ipse met referat: Scitis enim & vos Philippenes, quia in principio euangelij, quoniam profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dari & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicam mihi misistis in usum & semel & bis. Itaque secundum prædictorum opinionem, quam mente trepida conceperunt isti, qui de suis substantijs communicauerunt apostolo, erunt beatiore eodem, quod nec amens aliquis audebit asserere.

**Q**uamobrem si euangelico præcepto volumus obedire, & imitatores existere primitiue ecclesiæ illius, aut patrum, qui nostris temporibus successerunt virtutibus, ac perfectioni illorum, nõ acquiescamus ad inuentionibus nostris, permittendo nobis euangelicam perfectionem de hoc tepido ac miserabili statu, in quo proprium aliquid in claustro seruatur, sed illos sectantes vestigia nequaquam studeamus decipere nosmetipsos. Sicque pariter expectamus & amplectamur monasterij institutionem ac disciplinam, vt renunciamus huic mundo in veritate, & nihil ex his quæ contempnimus reseruantes, trahere nos quædam infidelitate, acquiramus victum quotidianum proprio opere, non ex reposita seorsum pecunia.

**D**um quidam Sincretius nomine, torpens præfato tepore, diceret se huic seculo renunciaisse, & tamen quædam de proprijs facultatibus sibi met reseruasset, nolens labore suarum manuum sustentari, nec veram humilitatem, paupertatem & operis contritionem acquirere monastica subiectione, dixit ad eum sanctus Basilius: Et fenatorum Sincretium perdidisti, & monachum non fecisti.

**I**taque si spiritalem agonem certare legitime cupimus, hunc quoque auaritiæ perniciosissimum hostem à nostris cordibus extrudamus. Quem superare quantum nõ magnæ virtutis est, tantum ab eodem vinci ignominiosum est ac plenum dedecoris. Nam quis sit labor ac gemitus in deiectione & amissione victoriæ, quoniam quis vincitur à potente, victo tamen oritur consolatio quædam de aduersarij robore. Porro si inimicus sit debilis, & colluctatio ipsa in se infirma, infertur confusio turpior & ignominia grauior detrimento, ex prostratione secuto vltra deiectionis dolorem.

**D**e hoc auaritiæ vitio erit hæc summa victoria, perpetuusque triumphus, vt quem admodum dicitur, non permittat monachus maculari conscientiam suam numquam quantumlibet paruo. Impossibile namque est eum, qui victus in exigua materia, concupiscentiæ & cupiditatis radicem in suo conceperit corde, non continens inflammari maiori incendio desiderij praui. Etenim tam diu miles Christi erit victor, atque securus ab omni impugnatione cupiditatis immunis, quod diu nequissimus iste auaritiæ spiritus non reueruerit in corde ipsius inicitia concupiscentiæ eius. Quapropter cum necesse sit in cunctis vitiorum generibus obseruari caput serpentis, in hoc tamen peccato præcipue conuenit caput eius diligentius præcaueri. Quod si fuerit introrsum præcaueri, ex sua materia inualefcet, & vehementiora sibi met suscitabit incendia. Ideoque non solum cauenda est pecuniarum

possessio, verum etiam affectio voluntatis ad eas extrudenda est prorsus ab animo. Non est tam vitandus auaritiæ effectus, quæ radicitus amputandus eius affectus. Nihil quippe proderit pecunias non habere, si voluntas possidendi eas in nobis exiterit.

**P**ossibile namque est etiam eum qui non habet pecunias, nequaquam carere auaritiæ morbo, nec aliquid ei prodesse beneficium nuditatis: quoniam vitium cupiditatis abscondere non curauit, utpote delectatus bono, cuius est in eo penuria seu paupertas, non merito ipso virtutis spontaneæ paupertatis, & sustinens onus necessitatis non sine languore seu tædio cordis. Quem admodum euangelicus sermo pronunciauit corde iniechatum etiam corpore non pollutum, ita quoque possibile est non oneratum pecuniæ pondere, cum auaris damnari affectu & mente. Ocasio namque habendi defuit ei, non voluntas, quæ solet à deo semper præmiari, magis quæ ipsa necessitas. Itaque festinandum est nobis, ne inolumeta & fructus laborum nostrorum inaniter pereant. Miserabile namque est tolerasse executiones & exitus seu labores paupertatis ac nuditatis & fructus paupertatis perdidisse vitio voluntatis inanis ac cassæ.

**V**is scire quæ perniciose ac noxie fomes auaritiæ, nisi fuerit diligenter excisus, fructificet ad interitum eius, qui ipsum corde conceperit, & omnifarij pullulet ramuscus lis vitiorum? Respice Iudam inter apostolos computatū, qualiter eum suo veneno peremerit, quia non voluit mortiferum caput huius serpentis contere, ideo Iudam illum laqueis concupiscentiæ irretitum, ad tantum præcipij crimen detrusit, ut persuasus sit vendere redemptorem mundi, & humanæ salutis auctorem pro triginta argenteis. Qui nequaquam prolapsus esset ad tam vitiosum scelus perditionis, nisi infectus auaritiæ morbo fuisset sollicitus creditos sibi oculos inique ac furtim augere.

**I**mmane satis ac euidentis est exemplum seu opus huius tyrannidis, utpote cupiditatis, quæ (ut diximus) si semel captiuauerit animam, non permittit eam custodire honestatis regulam aliquam, nec vlla lucri additione satiari. Nam finis vitij huius acquiritur nuditate, non opulentia. Denique cum Iudas accepisset oculos dispensationi subuentioque pauperum deputatos, ob hoc suæ potestati creditos, ut saltem pecuniarum abundantia satiatus, imponeret modum suæ cupiditati, ex eorum copia exaruit in fomitem auaritiæ tantum maiorem, ut non solum præsumperet oculos clam furari, sed Christum quoque vendidit. Nam furor huius cupiditatis vniuersas diuitiarum superat quantitates & copias.

**D**enique princeps apostolorum his eruditus exemplis, sciens eum qui aliquid habet, non posse faciliter cupiditatis impetum moderari, nec auaritiæ finem consistere in summa parua, aut magna, morte puniuit Ananiam ac Saphiram, quorum superius fecimus mentionem, quoniam aliquid sibi de sua seruauerunt facultate, ut interitum, quem Iudas sibi sponte intulerat, pro reatu dominicæ passionis, isti pro mendacio suæ cupiditatis, acciperent. Ecce quanta in hoc cõcurrit similitudo facinoris atque supplicij, ibi proditio, hic falsitas auaritiæ est secuta. Ibi veritas proditur, hic mendacij crimen admittitur. Licet enim dissimilis videatur esse effectus operis eorum, vniustamen finis in vtrisque concurrat. Iudas quippe refugiens paupertatem, concupiuit resumere quæ abiicit. Ananias vero & Saphira ne fierent pauperes, tentauerunt sibi aliquid retinere de substantia sua, quam debuerant totam apostolis fideliter præsentare, aut fratribus communicare. Idcirco vtrisque infligitur puniatio mortis, quoniam auaritiæ radicibus emanauit. Itaque si tam seuera sententia processit in eos, qui non cupierunt alienas substantias, sed proprijs rebus parcere tentauerunt, aliquid sibi inde seruando, nec habuerunt desiderium plura acquirendi, sed tantummodo voluntatem aliquid retinendi, quid censendum est de his, qui pecunias ante nunquam possessas cupiunt congregare, & nuditatem coram hominibus ostendentes, coram deo diuites demonstrantur cupiditatis affectu: Qui instar Giesi leprosi sunt mente ac spiritu, qui transitorias concupiscentes diuitias huius mundi contagione immundissimæ lepræ perfructus est. Per quam euidentis nobis reliquit exemplum, quod omnis anima cupiditate polluta, spiritali vitiorum lepra mox respargatur, atque perenni maledictione reputetur apud deum imunda.

Si ergo

**S**i ergo perfectionis desiderio cuncta relinquens secutus es Christum tibi dicentem: **V**ade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me, cur manu super aratrum missa respicias retro, ut voce eiusdem domini pronuncieris non esse aptus regno dei: **S**tabilitas quoque super tectum euangelici culminis, quid descendis tollere aliquid de domo tua ex his quæ antea contempsisti? **I**nsuper constitutus in agro & operatione virtutum, quid conaris reuerti ad substantiam mundi, quam renuncians te eadem spoliasti? **S**i vero paupertate præuertus, nil habuisti quod possis dimittere, multo minus debes acquirere quod nec antea possidisti. **O**b id enim deus tibi paupertatem concessit ut ad ipsum expeditior curras, nullis pecuniarum laqueis impeditus. **V**erutamen in hoc nullus pauper frangatur. **N**emo est enim, qui non habeat quod diuitiarum mundi facultatibus renunciauit, quicquid radicitus amputauit affectum ad eas.

**H**ic est igitur de auaritiâ perfectus triumphus, ut non sinamus residere in corde nostro igniculum cuiuscumque paruissimæ rei, certi quod non habemus facultatē restringendi illum, si quantumlibet quod fouerimus in nobis materiam huius scintillæ. **Q**uam virtutem vincendi cupiditatem non valebimus aliter illibatam tenere, nisi in monasterio consistentes, & iuxta Apostolum, victum atque vestitum habentes, his contenti fuerimus. **D**amnationem ergo Ananias ac Saphiræ memoriter retinentes, per horrescamus aliquid referuare ex his, quæ renunciantes vniuersis penitus abdicare. **E**xemplum plagamque Giesi, qui propter auaritiâ culpam eternæ lepræ supplicio est percussus. **D**emeritum etiam atque interitum Iudæ timentes, tota vitæ virtute resumere quicquam pecuniæ, quam semel à nobis abiecit. **I**nsuper super hæc omnia confidere remus conditionem incertam fragilis nostre nature. **C**aucamus ne dies domini sicut fur in nocte veniens deprehendat conscientiam nostram vel vno obulo maculatam, quod omnes fructus nostre renunciationis dirigatur & dicatur ad nos voce dominica, quod in euangelio dictum est diuitibus: **S**tolte, hac nocte animam tuam reperent à te. **Q**uæ autem præparasti cuius erunt? **H**inc nihil de crastino cogitantes, nunquam patiamur nos euelli à disciplina cenobij. **I**n quo sine dubio nequaquam permanere poterimus, neque sub regula institutionis monasticæ perseverare, nisi prius virtus patientiæ fuerit in nobis fortis soliditate firmata. **Q**uæ patientia non aliunde quæ de fonte humilitatis procedit. **I**lla namque, puta humilitas, non nouit alijs commotiones aut perturbationes inferre. **H**æc vero, utpote patientia, nouit sibi illatas magnanimitè tolerare.

LIBER OCTAVVS.

De spiritu Iræ.

**V**ARTO certamine debemus de interioribus anime nostre funditus eradigare mortifera virus iræ, quæ in cordibus nostris manet, & oculum mentis tenebris noxijs excæcante, non poterimus acquirere rectæ examinationis iudicium, neque honestæ contemplationis intuitum. **N**ec poterimus maturitatem possidere consilij, nec veri ac spiritalis luminis esse capaces, nec vitæ participes, sed nec iustitiæ esse tenaces, cum & Propheta protestetur: **T**urbatus est præ ira oculus meus. **N**ec etiam poterimus effici sapientiæ participes, etiam si omnimodum estimatione sapientes dicamur, quoniam ira in sinu insipientium requiescit. **S**ed nec vitam immortalè poterimus consequi, quoniam iudicio hominum appellemur prudentes, quoniam ira perdit etiam sapientes. **N**ec valebimus perspicaci cordis discretione obtinere moderamen iustitiæ, licet cunctorum opinionatione estimemur perfecti & sancti, quia ira viri iustitiam dei non operatur. **N**ullo etiam modo poterimus possidere grauitatis honestatē, quæ solet familiaris existere viris etiam seculi huius, quoniam ex natalium prærogatiua reputeamur nobiles ac honesti, quia vir iracundus inhonestus est. **P**ræterea nullatenus obtinere valebimus maturitatem consilij, quoniam videamur graues esse ac summa scientia præditi: quoniam vir iracundus agit sine consilio. **N**ec poterimus esse quieti à perturbationibus noxijs, nec immunes ac liberi à peccatis, quoniam inquietudines non inferantur nobis ab alijs, quia vir animosus parit rixas, vir autem iracundus effundit peccata.

**V**iduumus quosdam volentes hunc perniciosissimum animæ morbum, videlicet iram, taliter excusare, ut eum detestabiliore scripturæ interpretatione extenuare seu aliquid leuare optarent, dicentes non esse nocuum, si fratribus peccatis irascamur, cum & deus dicatur:

Et non catur

Isaia 5.  
Psalmo 6

catir furere ac irasci contra eos q cum cognoscere nolunt, vel cum cognoscentes contem-  
nunt, vt ibi: Et iratus est furore dñs populo suo. Et cum orat Prophetas: Dñe ne in fu-  
rore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me, non intelligentes, qd dum volunt homi-  
nibus dare occasionem pestiferi vitij, admisceant maiestati diuinæ ac fonti totius purita-  
tis turbulentiæ passionis carnalis.

Psalm 43  
Psalm 102  
Isaia 66  
Ibidem 40  
Psalm 77

**S**ensu carnali & pingui, ergo & deus dormit cū dicitur: Exurge, quare obdormis dñe.  
De q iterum legitur: Ecce non dormitabit neq; dormiet q custodit Israel. Stat q; & se-  
det, cum dicat: Caelum mihi sedes est; terra aut scabellum pedum meorū, qui tñ metitur  
caelum palmo, & terrā suo pugillo concludit. Inebriatur quoq; vino, cum scriptū sit: Er  
exurrexit tanq dormiens dñs, tanq potens crapulatus à vino. Deinde si secundū vilem  
literæ sonum voluerimus admittere oia, quæ in scripturis sanctis frequenter legimus in-  
trodūta, vt pote lineamenta membroy, quæ describuntur de deo, tanq de hoīe figurato.  
atq; cōposito ex capite, naribus, oculis, facie, manibus, brachijs, digitis, ytero, pedibus &  
capillis, necesse erit putare qd deus in sua natura cōpositus sit ex lineamētis membrorū  
corporeat; figura, qd dictū etiam neptias est; quod & absit à nobis.

**T**aq; sicut hæc non possunt sine nephando sacrilegio secundum literā de deo intellis-  
gi, q authoritate scripturarum asseritur esse inuisibilis, ineffabilis, incomprehensibilis,  
ineffabilis, simplex & incompōsitus, ita nec perturbatio ire aut furoris poterit sine ins-  
genti blasphemā inuariabili deo ascribi. Hinc præ fatā significationem membroy in-  
telligere debemus operationes & efficientias dei, quæ nobis insinuari non possunt; nisi  
per hæc vñtata membroy vocabula, vt per os dei intelligamus allocutionem dei, quæ so-  
let clementer insinūdi in archanos seu interiores animæ sensus, vel q; in patribus nostris  
atq; prophetis locutus est. Porro per oculos dei intelligere possumus, immensam perspi-  
caciā aut claritatem suæ notitiæ, quæ vniuersā illustrat ac perspicit, & item qd nihil la-  
teat eum ex his quæ cogitamus, gerimus aut geremus. Per manū dei accipiamus pro-  
uidentiā & operationem ipsius, & qd ipse omnium sit creator. Per brachium vero ins-  
signia virtutis, & gubernationem eius, quæ omnia moderatur, sustentat, regit; & vt  
de ceteris taceam, canities capitis quid aliud in deo significat, nisi deitatis longæuitatē  
& æternitatem, qua absq; vllō principio & ante omnia tpa est creaturas vniuersas exce-  
dens. Ira de ira & furore dei sentire debemus non secundum qualitatē humanā pertur-  
bationis, sed spiritaliter ac digne deo, qui ab omni perturbatiōe est alienus, quatenus per  
furorem & iram quæ ei attribuantur, intelligamus qd ipse sit iudex & vltor oim, quæ in  
mundo hoc inique geruntur, atq; terribilis retributor actionum nostrarū. Sicq; ex horū  
verboy significationibus formidantes timeamus contra ipsius voluntatē quicq; admit-  
tere. Homines nāq; solent eos timere, eosq; formidant offendere, quos norunt indignari  
atq; irasci quæ modo vltix ira æquissimo iudicum solet timeri à reis sibi de malo  
conscijs, non qd ira in animis talium iudicum qui iuste iudicaturi sunt, sit perturbatio cor-  
dis, sed qd effectus eius, videlicet rigor vindictæ, ita sentitur à metuentibus eam, qd effe-  
ctus procedit ab ea secundū legum executionem & examinationē iustitiæ, & æquam li-  
brationem ipsius; quæ tñ executio legum quantaq; magna consuetudine lenitatēq;  
animi fiat, videtur grauis furor ac seuerissima ira his, qui pro suo demerito puniunt. Lon-  
gum est si voluerimus omnia explanare, quæ in scripturis figuraliter de deo dicta sunt  
significatione humana, nec hoc præsentis est operis. Hæc dixisse sufficit, quantū necesse  
fuit dicere, contra vitium furoris ac iræ, vt nullus per ignorantiam habeat sibi occasione  
morbi ac mortis perpetuæ inde, videlicet ex scripturis, vnde sanctitas & immortalis vi-  
tæ ac salutis remedia acquiruntur.

Ephes 3.

**M**onachus ergo ad perfectionem tendens, & spiritalem agonem decertare legitis-  
me cupiens, alienus existat ab omni iræ furorisq; vitio, & audiat qd vas electio-  
nis sibi præcipiat dicens: Omnis ira & indignatio & clamor & blasphemā tollatur à vo-  
bis cum omni malitia. Cum dicit, ois ira tollatur à vobis, nullam penitus excipit, tanq  
necessariam aut vilem nobis. Et ita festinet fratres curare peccatē, qd oportet, vt dum  
conatur inferre medelam laboranti, leuiori forsan febricula, nō inuoluat se ipsum dete-  
riori morbo cæcitatē per iram. Oportet em̄ illum, qd alterius vulneri cupit mederi, sanū  
esse ac alienū ab oī morbo peccati, ne ei dicat euangelicū illud: Medice prius cura teipm  
Et illu

Lucæ 4  
Matth. 7

**A** Et illud: Quid vides festucā in oculo fratris tui, trabē aut in oculo tuo nō vides? Er quō  
valebit enecere festucā de oculo fratris sui, q trabem furoris gestat in oculo suo?

**Q** Vacunq; ex causa motus iræ erumpens oculos cordis excæcat, atq; acumini vis-  
us interioris periculofam seu exitiale ingereis trabem morbi validioris seu cul-  
pæ maioris, nō permittit mentem intueri iustitiæ solem. Nihil differt vtrum aurea vel  
blumbea lamia, siue alterius metalli materia oculis imponatur.

**H**abemus sane insitum nobis iræ motum aut ministeriū, ad quod solum nobis vti-  
le est ac salubre eam recipere, vt pote dum indignamur contra lasciuientes nostri  
cordis aut corporis motiones; & qñ irascimur, ea nos coram deo cogitasse, quæ verēcū-  
damur coram hominibus agere aut effari tota formidine expauescentes præsentia ange-  
lorum ac dei omnia penetrantis, atq; intuitum eius, quem secreta conscientie nostræ ne-  
quaq; possunt latere. Vel certe dum commouemur aduersus hanc ipsam iram, eo q; nō-  
bis exorta est contra fratrem. Sicq; irati extrudimus instigationes iræ mortiferas, nec per-  
mittimus eam habere nociua latibula intra cordium nostrorum secreta.

**T**aliter nos irasci docet etiam ille Propheta, q iram à suo sensu intantum abiecerat, qd  
nō voluit vltionē inferre proprijs inimicis, & sibi à deo traditis: Irascimini, inqens,  
& nolite peccare. Ipse etem̄ dum optasset aquā de puteo Bethlehēm, accepissetq; eam si-  
bi à fortibus viris per medios hostes allatam, protinus fudit eam in terram, & ita volu-  
ptuosam concupiscentiæ passionem iratus extinguens obtulit eam dño, nec impleuit cu-  
piditatis suæ affectū dicens: Propitius sit mihi dñs ne faciā hoc. Nam sanguinē hoim istoꝝ  
q profecti sunt & aiarum periculum nō bibam. Deniq; cum Semei filius Gemini iactaret  
maledicta ac lapides in regem hunc Dauid, coram oibus ipsomet audiētē, velleq; Aby-  
sai filius Seruyæ miles præcipuus & princeps inter tres iniuriam regis vlcisci, amputādo  
Semei caput, beatus Dauid pia indignatione cōmotus cōtra seuerā suggestione Aysai  
seruauit mititate inuicta humilitatis modum & patientiæ firmitatē: Quid, inq; ius,  
hi est & vobis filij Seruyæ? Dimittite eum vt maledicat, dñs em̄ præcepit ei, vt maledice-  
ret Dauid. Et q; est qui audeat dicere, quare sic faciat? Ecce filius meus, qui egressus est  
de vtero meo qm̄ animam meam, quanto magis filius Gemini? Dimittite eum vt ma-  
ledicat iuxta præceptū dñi, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi  
bonum pro maledictione hac hodierna.

Psalm 4

a. Reg. 11

Ibidem 10

**V**idemur itaq; irasci salubriter, sed nobismetipsis, & suggestionibus prauis in cor nō-  
strum ascendētib; & nō peccare, suggestiones tales ad effectū noxiū pducentes. De-  
niq; hūc eundē sensum explanat apertius sequēs versiculus: Quæ dicitis in cordibus vris,  
in cubilibus vestris compungimini. i. quæcunq; in cordibus vestris cogitatis, incidentis  
bus in vos instigationibus repētinis ac lubricis emēdate atq; corrigite, saluberrimā cō-  
punctione amouentes moderatione consilij oēm strepitum ac perturbationem furoris,  
tanq; positi in cubili quietis. Præterea beatus Apostolus testimonio huius versiculi vsus  
cum dixisset: Irascimini & nolite peccare, subiunxit: Sol non occidat super iracundiam ves-  
tram, neq; locum detis diabolo. Si noxium est solem iustitiæ super iracundiam nostram  
occidere, & irascendo damus mox locum diabolo, quō superius præcipit vt irascamur,  
dicens: Irascimini & nolite peccare. Nonne euidenter vult dicere, irascimini vitijs, & ves-  
tro furori, ne aliter vobis agentibus, Christus sol iustitiæ incipiat propter iracundiam  
vestram occidere siue occumbere, seq; retrahere vestris mentibus obscuratis, atq; illo sic  
recedente præbeat in cordibus vestris locum diabolo?

Psalm 4

Ephes 4

Malach. 4

Amos 3

**D**e quō sole deus per Prophetam loquitur euidenter: Timentibus autē nomen meū  
doretur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eoꝝ. Qui rursus dicitur in medio die occi-  
dere peccatōrib; i. pseudoprophetis, ac eis qui irascuntur, dicente Propheta: Occidit eis sol  
in meridie. Vel certe secundū tropicum seu figuratum sensum, mens, i. nos seu ratio, quæ  
merito sol vocatur, pro eo qd vniuersas cogitationes & discretionēs cordis illustrat; nō  
occidat. i. non extinguatur vitio iræ, ne ea occidente, seu per iram extinctā tenebræ per-  
turbationum cum auctore suo diabolo, occupent omnem animi nostri sensum. Sicq;  
tenebris iræ possessi & excæcati velut in nocte tenebrosa positi ignoremus qd nos oportet  
agere. Tali ergo sensu protulimus, quis longiori sermone id factum sit, apostolicam  
illam sententiā traditam nobis institutione seu informatione seniorum nostrorū,  
quia necesse fuit ostendere qualiter ipsi de ira sentiret, qui nec ad momentū permittit eā

Et in penetra



Math. 7. penetrare cor suum, illud euangelij omnimode obseruantes: Qui irascitur fratri suo reus D  
erit iudicio. Cæterum si vsq; ad occasum solis liceat irasci, poterunt noxiæ perturbatio-  
nes seu passiones explere fatietatem furoris, ac satisficere commotioni iræ se vindicantis,  
anteq; sol iste visibilis declinet ad locum sui occasus. ¶L.

Quid vero dicendum de his (quod sine confusione mea dicere nequeo) quorum im-  
placabilitati seu iræ, nec hic sol occidens finem imponit: sed iram suam per dies plu-  
rimos protrahentes, atq; rancorem animi reseruantes aduersus eos, qbus cõmoti sunt.  
Verbis se negant irasci, sed re ipsa ac ope probantur indignari grauissime, quia nec aptis  
verbis eos appellat, nec solita affabilitate eis loquuntur. Ex ob hoc se estimant nõ pec-  
care, qd aperte nõ quærunt vindictam. Quam qd manifeste exercere aut postulare non  
audent, aut certe nõ possunt, concoquunt iram suam in proprio corde, retorquentes virus  
iracundiæ suæ in perniciem propriam, & taciti ac silentes eam, in semetipsis consumunt,  
nõ expellentes prius amaritudinẽ suæ tristitiæ vera mentis virtute, sed digerentes eam  
pcessu dieq; & mitigantes eam qualitercunq; longitudine temporum. ¶M.

¶L. Ita q; ita se habent, quasi finis cuiuslibet vltionis non sit, & quasi quis non satisfacere  
rit abundanter suo furori, si ira instigãte compleuerit id quod potest. Quod faciunt  
& hi, qui cohibent motus suos non affectu mansuetudinis, sed impotentia vltionis. Ni-  
hil em̄ amplius possunt inferre his quibus irascuntur, nisi vt eos solita affabilitate nõ al-  
loquantur. Ira namq; non solum est moderanda & refrenanda quantum ad vltionis ef-  
fectum, sed eruenda est potius à pectoris nostri archanis, ne obscurati tenebris eius, ne-  
queamus admittere lumen salubris consilij, aut salutaris scientiæ, imo nec valeamus exis-  
tere templum spiritus sancti, habitante in nobis spiritu nequam. Furor quippe in corde  
cohibitus & abscondus affantes homines non offendit, sed eque excludit splendidissimũ  
iubar spiritus sancti, ac si manifestaretur. ¶N.

Deus etenim non vult iram ad momentum intus teneri, qd nõ permittit sibi offerri  
¶M. tri spiritualia sacrificia orationum nostrarũ, si cognoscimus vel alium habere rancoris  
aliquid contra nos: Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fue-  
ris qd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade  
prius reconciliari fratri tuo, & sic veniens offeres munus tuum. Quomodo ergo permit-  
timur tenere iram siue tristitiam contra fratrem, non dicam per plures dies, sed vel vsq;  
ad occasum solis visibilis, qui non permittitur orationes nostras deo offerre, fratre ali-  
quid contra nos habente. Quibus præcipitur ab Apostolo: Sine intermissione orate in  
omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Superest igitur vt retinentes  
viris iræ in cordibus nostris, aut nunq; oremus, & inobedientes finis apostolico huic  
euangelicoq; præcepto, quo iubemur vbiq; & indefinenter orare, aut si decipientes nos  
ipso præsumimus fundere precem contra dei præceptum, sciamus non offerre nos deo  
orationem, sed ex spiritu rebellionis elationem. ¶O.

¶M. Et quia frequenter contemnimus fratres à nobis lesos aut cõtristatos, vel despiciamus  
eos, dicendo eos nõ esse vitio nõ offensos, hinc medicus aiaz oia sciens occulta,  
v olens radicatus à nostris cordibus eijcere occasiones & motus iræ, iubet vt ignoscamus  
& fratribus nostris reconciliemur: non solum si læsi sumus, vt nullam teneamus memo-  
riam iræ aut lesionis aduersus eos, sed etiã si nouerimus illos habere aliquid contra nos, si-  
ue iuste siue iniuste. Similiter præcipit Christus, vt munus nostrum relinquentes .i. ora-  
tiones nostras suspendentes aut cõpescentes, festinemus prius accedere ad satisfaciendũ  
illis, sicq; fratre curato offerre deo sacrificia orationum nostrarũ immaculata. ¶P.

¶L. Sed cur immoramur diutius euangelicis apostolicisq; pceptis, cũ etiã verus lex, quæ  
videtur quodã modo remissior esse, prohibeat hæc eadẽ dicens: Ne oderis fratrem tuum  
in corde tuo. Et iteq; Non eris memor iniuriæ cuius tuorũ. Ecce irã abscondi præcipit  
non ab opere tm̄, sed etiam à cogitationibus abditis, cum non solum odium atq; iniuriæ  
vltio, sed eius quoq; memoria iubetur radicatus de corde euelli. ¶Q.

¶M. Interdum aut superati superbia aut impatientia ppria, dum emendare nolumus incit  
runcifos inordinatosq; mores nostros, cõquerimur atq; asserimus nos eremũ desiderare,  
quasi ibi virtute paciẽtiæ repturi nullo nos concitate ad iram excusantes negligentia  
nostram, & affirmãtes causas iracundiæ ghari nõ ex impatientia nra, sed vitio fratru, dũq;  
in alios vtimus causas erroris, nunq; ad culmen paciẽtiæ ac pfectionis puenire valeamus.  
Summa

A Summa ergo seu plenitudo emendationis tràquillitatisq; nostræ est collocanda non  
in aliorum arbitrio, quod nostræ potestati nullatenus subiacet, sed in nostra condia-  
tione ac potestate magis consistere debet. Vnde vt non irascamur, non debet ex perfecti-  
one aut voluntate alterius dependere, sed ex nostra virtute ac mititate descendere, quæ  
obtinetur non patientia aliena, sed longanimitate & tolerantia propria. ¶S.

¶P. Porro eremum ingredi pertinet ad perfectos & ab omni vitio expurgatos, atq; in cõ-  
gregatione fratrum à passionibus ad purum excoctos, non pusillanimitatis refugio  
sed diuinæ contemplationis amore, desiderioq; sublimioris intuitus contemplatiui, qui  
non nisi in solitudine à perfectis solummodo poterit apprehendi. Quæcunq; enim vitia  
portauerimus in eremum insecrata, manebunt in nobis operata, nec erunt abolita, quem  
admodum enim solitudo inolet vitij emendatis contemplationem purissimam referare,  
spiritualium quoq; sacramentorum sciẽtiã sincerrissimo reuelare intuitu, ita conseruit  
vitia eorum qui minus emendati sunt non tantummodo referare, sed etiam augmen-  
tare. ¶T.

¶D. Eniq; tam diu sibi quis patiens humilisq; videtur, quã diu alijs nõ miscetur. Sed  
ad pristinam mox reuertitur naturam, quãdo occasio cuiuslibet commotionis oc-  
currerit. Tunc enim confestim erumpunt ex eo passiones & vitia quæ latebant, & tanq;  
equi irrefrenati, ocio longiore nutriti ex suis repagulis certatim ferociusq; exurgunt ad  
aurigæ proprij detrimentum. Magis quippe efferuntur in nobis vsu exercitioq; huma-  
no cessante, nisi fuerint ante purgata. Imo per desidiã securitatis amittimus vmbra-  
m paciẽtiæ quam imaginariẽ videbamur habere inter fratres commorãtes, propter eorum  
reuerentiam, atq; vt vitaremus publicam notã. Vnde & vniuersa venenata serpentũ fe-  
rarumve genera, quãdo in suis latibulis ac solitudine permanent, extant innoxia, nec ta-  
men ob hoc simpliciter dici possunt innoxia, quia nulli tunc nocent. Hoc etenim eis con-  
fert necessitas solitudinis, non bonitatis affectus. Nam lædendi occasione adepta, proti-  
nus egerunt ac demonstrant virus in seipsis reconditum & propriam feritatem. Idcirco  
perfectionem quærentibus, non sufficit contra hominem non irasci. Recordamur enim  
qd quãdo in solitudine mora batur, ita interdum indignatione commouebamur & ira  
contra calamum quando grossior fuit siue exilior q̄ placuit, aut contra scalpellum cum  
præhabitudine segniter defecaret, vel contra filicem, si forte scintilla ignis ex eo tardius  
gigneretur cum festinarem ad lectionem, vt mentis perturbationem non aliter digere  
re atque euaporare possemus, q̄ maledictione prolata contra insensatas materias aut cer-  
te contra diabolium. Quamobrem ad perfectionis veritatem non sufficit extra homi-  
nes esse, cum iracundiæ motus similiter exerceri possit contra res mutas speciesq; minu-  
tas, si patientia prius non fuerit acquisita, qui motus in nostro residens corde, non finit  
nos iugem tràquillitatis statum habere, nec cæteris culpis carere, nisi forte putemus in  
hoc liurum siue remedium aliquod commotionibus nostris consistere, quod res inas-  
nimatæ ac mutæ nequaquam respondent maledictionibus ac iracundijs nostris, & turbu-  
lentiam cordis nostri non prouocant ad maiorem furoris insaniam. ¶V.

¶Q. Vapropter si cupimus illam diuini præmij plenitudinem adipisci, de qua dicitur  
Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, ira non solum à nostris est ac-  
tibus amputanda, sed de interioribus quoque animæ nostræ radicibus extirpanda. Nõ  
enim multum proderit iræ furorem à verbis atque operibus cohibere, si deus quem cor-  
dium secreta non latent, viderit eum nostris pectoribus in hære. Euangelicus etenim  
sermo potius præcipit excidi radices viriorum, quã fructus eorum, quia euulsis somiti-  
bus, seu radicibus extirpatis, fructus seu actus proculdubio vltra non pullulãt. Sicq; pos-  
terit mens in omni patientia & sanctitate iugiter permanere, cum fuerint vitia ista euulsa,  
sa, non solum de superficie operationis & actuum, sed etiam de secretis cogitationum.  
Idcirco ita non admittatur nec odium, ne perpetraretur & homicidium, quod sine ira aut  
odio perpetrari non potest. ¶X.

¶Q. Vt enim irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui odit fratrem suum, homicida est,  
quoniam corde appetit mortem illius cuius cuius truoerem non effudit propria manu  
vel iaculo coram hominibus. Ab affectu iræ iudicatur quis homicida à deo, qui vnicuius  
que reddit gloriam aut tormentum, non solum pro operationis effectu, sed etiam volũ-  
tatis affectu ac desiderio voti secundum qd asserit per prophetam: Ego autem opa eorũ  
Isaia. 26

Roma. 1

& cogitationes venio vt congregem cū omnibus gentibus & linguis. Et rursus per Paulum: Cogitationibus inter se inuicem accusantibus aut defendētibz in die quando iudicabit dominus occulta hominum.

**S**ciendum tamen est circa id quod in quibusdam exemplaribus seu textibus inuenitur: **Stur:** Qui irascitur fratri suo sine causa. Hoc quod dicitur, sine causa, appositū esse ab his qui iram pro iustis causis amputandam non aestimarunt, cum tamen nullus quamlibet sine ratione commotus dicat se sine causa irasci. Quamobrem apparet hoc esse adiectum ab his qui non intellexerunt scripturæ propositum, quæ præcipit fomitem iræ omnimodè amputare, nullamq; penitus occasionem aut causam indignationis seruare, ne dum iubemur irasci cum causa intromittatur nobis occasio irascendi etiam sine causa. Quoniam patientiæ finis seu mansuetudinis consistit non in irascēdo iuste, sed in penitus non irascendo. Licet hoc ipsum quod dicitur, sine causa, sciam à quibusdam ita exponi, qd scilicet is sine causa irascitur, cui irato nō licet expetere vltionem. Melius tamē est ita tenere sicut nouella exemplaria multa & antiqua omnia inueniantur conscripta, **Aidelicet** sine additione huius clausulæ, sine causa.

**H**inc athletam Christi legitime præliantem, oportet radicis extirpate iracundiæ motus. Cuius hæc erit medicina perfecta, vt primo credamus nullomodo nobis licitum esse irasci, neq; ex iniustis, neq; ex iustis causis, scietes nos protinus amissuros lumen discretionis, firmitatem recti consilij, honestatem atq; iustitiæ moderamen, si principalis vis nostri cordis fuerit tenebris iræ obscurata. Insuper puritatem mentis nostræ mox esse turbendam, nec eam effici posse templum spiritus sancti, commotæ in nobis iracundiæ spiritu. Postremo remedia iræ sunt, cogitare quod non liceat nobis iratis orare aut preces deo offerre, atq; præ omnibus iugiter considerare incertum statum conditionis humanæ, & credere qd simus forsā quotidie de corpore migraturi, atq; perdere nihil præmij conferendum nobis esse pro continentia castitatis, pro abrenunciatiōe omnium facultatum, pro diuitiarum contemptu, pro ieiuniorum ac vigiliarum laboribus, si ab ira vincamur, quibus propter iracundiam solam & odium prædicuntur à iudice vniuersorum æterna supplicia.

LIBER NONVS.

De spiritu tristitiæ.

¶ A.



**Q**vinto certamine debemus reprimere mordaces tristitiæ stimulos. Quæ si habuerit facultatem passim obtinendi deprimendiq; animam per singulos incurfus, atq; per incertos ac varios casus, separabit nos per singula momenta ab omni diuinæ contemplationis intuitu, ipsamq; mentem ab omni puritatis statu deijciet ac lassabit, nec sinet eam cū solita cordis alacritate orare aut psallere, neq; permittet eam insistere sacrarum remedijs lectionum. Nec sinet monachum fratribz esse mitem & tranquillum, imo ad cuncta religionis & operationum officia impatientem reddat ac asperum. Omni quoq; salubri consilio prodito ac perturbata cordis constantia facit eum velut ebrium & amentem, sensumq; frangit, & poenali desperatione cor obruit.

Prose. 25

**Q**vapropter si cupimus legitime decertare spiritualis agonis certamina, passio ista tristitiæ curanda est nobis cum diligentia magna. Nam sicut tinea vestimēto & vermibus ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Satis euidenter ac proprie expressit spiritus sanctus vim huius noxijs perniciosiq; vitij. Vestimētum nanq; à tineis corrosorum, non est de cætero alicuius honestatis aut precij. Lignum quoq; à vermibus penetratum, non est vltterius aptum ad ædificij saltem mediocris ornatum, sed solum ad ignem.

Psal. 135

**S**ic anima quæ amarissimis tristitiæ punctationibus laceratur inutilis erit vestimēto illi pontificali, quod per vaticiniū sancti Dauid perhibetur solere suscipere vnguentū spiritus sancti descendens de cælo prius in barbam A. aron. Deinde in oram suam. Nec poterit pertinere ad structuram atq; ornatum spiritualis tunc illius, cuius Paulus sapiens architectus fundamēta posuit, dicēs: Vos estis templū dei, & spūs sanctus habitat in vobis. Cuius templi qualia sunt ligna, spōsa descripsit in Cantico canticorū: Trabes, inquit,

1. Cor. 9  
Cantic. 3

**A**ens, nostræ, cypressus tigna domorum nostrarum cedrina. Idcirco talia lignorum generata eliguntur ad templum dei, quæ sunt boni odoris imputribilisque naturæ & quæ subiacere non possint vetustatis corruptioni aut vermium læsioni seu esui.

**I**nterdu tamen morbus tristitiæ generari solet ex præcedenti vitio iræ, aut ex cocupiscentia lucri, cum quis viderit se priuatum spe seu consecutione harum rerum quam mente concepit. Quandoque enim tanto merore repente deprimimur ex subtili instigatu diaboli nullis existentibus causis, quibus pronocemur ad vitium istud, vt ne aduentum charorum ac necessariorum nostrorum valeamus solita affabilitate suscipere, & quicquid competenti sermocinatione protulerint videatur nobis importunum atq; superfluum, nulla quoque grata responsio reddatur eis à nobis felle amaritudinis occupate vniuersos angulos cordis nostri.

**V**nde manifestissime comprobatur stimulos passionum excitari in nobis non sēp per vitio aliorum, sed potius & frequentius vitio proprio, quia habemus in nobis ipsis reconditas ac latentes causas offensionum ac seminaria vitiorum, quæ confestim prorumpunt in fructus ac germina mala, dum imber tentationum nostram irrigauerit mentem. Nunquam enim compellitur quis peccare alterius vitio impugnatu, si non habeat in corde suo repositam delictorum materiam. Nec quisquam credendus est tunc subito esse deceptus, dum visa specie mulieris exierit in peccatum ac foueam concupiscentiæ tuis, sed potius est credendum morbos passionum occultos medullitusq; latentes tunc fuisse productos in superficiem actus occasione visus exterioris.

**H**inc creator omnium deus agnoscens præ omnibus curatiōem creaturæ rationis. His quod item radices & causæ transgressionum consistērent non in alijs, sed in nobis ipsis, non præcepit deserenda esse fratrum confortia, nec vitari eos quos arbitramur læsos à nobis, vel à quibus putamus nos esse læsos, sed iubet eos delinū, sciens perfectionem cordis acquiri virtute patientiæ, quam ab hominibus sepe ratione. Quæ vtrique patientia firmiter possessa, potest nos facere & conseruare pacificos cū his qui oderunt pacem. Si autem desit, facit nos iugiter discordare, etiā ab his qui meliores sunt nobis atque perfecti. In conuersatione quippe humana deesse non poterunt occasiones commotionum, propter quas festinamus deserere eos inter quos conuersamur. Ideo nō euadimus, sed mutamus causas tristitiæ propter quas ab alijs separamur. Procurandum itaque nobis est, vt potius festinemus corrigere vitia nostra tamen mores. Quæ si fuerint emendata, concordabimus proculdubio notū cum hominibus tantum, sed cū feris quoque beluis; facile iuxta illud in libro Iob scriptum: Bestiæ terræ erunt tibi pacatæ. Deniq; non verebimur offendicula extrinsecus venientia, nec vlla scandala poterunt de foris nobis inferri, si radices eorum nō fuerint intus in nobis ipsis insite ac receptæ. Pax enim multa diligentibus legem dei, & non est illis scandalum.

**E**t quoque aliud detestabilius genus tristitiæ, quod non parit correctionem vitæ ac morum, emendationemque vitiorum, sed perniciosissimam desperationem generat delinquenti. Quod fecit Cain, nec post fratricidium poenitere, nec ludam post Christi traditionem ad satisfactionis remedia festinare, sed sua desperatione pertraxit eum ad suspensus suspensionem per laqueum.

**T**ristitia igitur tunc iudicanda est esse vtilis nobis, cum eam concipimus vel poenitudine delictorum, vel desiderio perfectionis, & de imperfectione nostrā dolentes vel contemplatione felsicitatis futuræ, de eius dilatione moerentes, atq; ad eam suspirantes, de qua ait beatus Apostolus: Quæ secundum deum tristitia est, poenitentiam ad salutem, stabilem operatur. Porro tristitia ista obediens est, affabilis, humilis, mansueta, suavis ac patientis, vt pote ex dei charitate descendens, semetipsam quoque indefesse extendens desiderio perfectionis ad omnem corporis afflictionem ac spiritus contritionem. Et quodammodo læta spe sui profectus retinet suauitatem affabilitatis & longanimitatis, habens in semetipsa omnes fructus spiritus sancti, quos enumerat idem Apostolus: Fructus, inquit, spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, si des, mansuetudo, benignitas, continentia. Hæc vero præfata inordinata tristitia, asperitas est, impatientis, infactuosa, plena rancore & merore dura, & eum quem compræhedit ab industria ac salutarī dolore, desperatione poenali frangens ac reuocans, vt potè irrationabilis, nec solum efficaciam orationum impediens, verum etiam vniuersos quos

2. Corin. 9

Galat. 5

præ



prædiximus spirituales fructus euacuans quos bona tristitia confert.

**O** hoc omnis tristitia repellenda est tãquam tristitia seculi, & quæ inferat mortem atq; de cordibus nostris penitus extrudenda, sicut & spiritus fornicationis & auaritiæ siue iræ, absq; illa tristitia quæ concipitur ex penitentia salutari vel desiderio perfectionis aut appetitu & contemplatione futuræ felicitatis.

**P**erniciosissimam ergo hanc tristitiã passionẽ ita de nobis expellere possumus, si mentem nostram iugiter occupemus spiritali meditatione, futurorumq; spe & repromissæ beatitudinis contemplatione, ad illa erigentes cor nostrum. Hoc etenim modo valdebimus superare vniuersa tristitiarum genera, siue quæ ex præcedenti irã descendunt, siue quæ veniunt ex lucrĩ amissione, aut detrimenti seu damni illatione, vel quæ ex irrogata iniuria generantur, siue quæ de irrationabili mentis confusione procedunt, siue quæ mortiferam desperationem nobis inducunt, cum scilicet intuitu rerum æternarum ac futurarum semper læti atq; immobiles perdurantes, ne casibus aduersis deijcitur, nec prosperis eleuamur, vtracq; contemplantes tanquam mox transeuntia & caduca.

## LIBER DECIMVS.

## De spiritu acediæ.

**E**xtum nobis certamen contra vitium quod Græci acidiam vocant, quod nos anxietatem seu tædium cordis possumus nuncupare. Denique acidia est affinis seu propinqua tristitiæ, quæ acidia solitarijs magis experta est, quæ etiam infestior hostis est ac frequens commorantibus in deserto, & monachum circa horam sextam maxime inquietans, atq; vt febris quædam ingruens tempore præstituto confuevit animæ ægrotanti inferre ardentissimos æstus inflammationum suarum horis solitis ac statutis. Deniq; quidam dicunt hanc esse, de meridianum, de quo in psalmo legitur.

Psal. 90

**C**um miserabilẽ mentem acidia ista possederit, parit horrorem loci & cellæ fastidium, contemptum fratrum secũ aut remotæ manentiũ tanq; negligenter viuentium, desidem quoq; facit & hebetem ad omne opus qd inter suũ est habitaculum. Nõ eum finit residere in cella nec lectioni vacare, nec permittit eum vilo modo proficere. Crebro ingemiscit se in eadem cella tamdiu morari, conqueritur quoq; suspirans ac dicens se nullum spiritalem fructum habere, quousq; fuerit aliq; copulatus consortio, dolet se in loco suo consistere vacuum, atq; ab omni spiritali lucro, inanem, vtpote qui posset etiam alios regere, plurimisq; prodesse, & tamen nullum ædificauit, nec quenquam sua institutio ne ac doctrina lucratus est. Hinc magnificat monasteria absentia longeq; posita, & imaginatur ea ad proficiendum vtiliora ac cõgruentiora salutĩ. Consortia quoq; fratru ibidem suauia & spiritali conuersatione repleta. Econtrario omnia quæ habentur in manibus aspera esse, nec solum nullam esse ædificationem in fratribus qui secum morantur, sed etiam nec victum posse ibi sine ingenti labore haberi. Postremo conqueritur non se posse saluari in eodem loco morantem, nisi relicta cella, cum qua simul peribit, si in ea diutius manserit, celeriter se exinde transtulerit. Insuper hora quinta & sexta tantam ei suscitatur lassitudinem corporis atq; esuriam, vt quasi confectus videatur longo itinere grauissimõq; labore, ac lassus aut quasi infra duos aut tres dies nil profus comederit. Præterea huc illucq; anxius circumspicit, & neminem ad se venire suspirat, sæpiusq; ingreditur, & egreditur cellam, & sæpius aspicit solem tãquam ad occasum tardius properantem, scq; impleretur quadam irrationabili mentis confusione, tanquam terra caligine. Ab omni quoque actu spiritali fit ociosus ac vacuum vt in nulla reputet se tantum posse sue impugnationis inuenire remedium, sed solatio somni, aut alicuius se visitantis. Deinde acidia ista suggerit velut honestas ac necessarias salutationes alijs exhibendas, visitationesq; infirmorum vel aliorum eminus seu longius positiorum. Quædam etiam pia ac religiosa excogitat officia illis aut illis parentibus deberi impendi, atque ad eos saluandos crebrius festinare. Magnum quoque opus pietatis esse frequenter intusere illam religiofam deuotamque famulam, præsertim omni parentum subsidio destitutam, imo sanctissimam

**A** sanctissimum esse procurare eidem, si quid ei necessarium sit quæ a proprijs parentibus ita negligitur atque despicitur, magisque oportere in his, pietatis opera exercere, quàm infructuose & absque omni profectu in cellula residere.

**M**isera itaque anima talibus inimicorum machitis impedita à spiritali profectu vniuersi agitatur donec fatigata acediæ spirit, tanquam ariete validissimo discat in somnum corruere aut excussa è cellula sua, assuescat consolationem sue impugnationis acquirere fratrum visitatione atque ad præsens vitium isto remedio, paulopost acrius expugnanda ac infirmenda. A duersarijs nanque de cætero tentabit frequentius ac durius eum quàm scit inito prælio præbiturum mox tergum, qui & elegit sibi sperare salutem ex fuga non de victoria aut conflictu, donec paulatim tractus de cella incipiat obliuisci actus suæ professionis, qui non sunt aliud quàm intuitus & contemplatio diuinæ & increatæ puritatis omnia transcendẽtis. Quæ contemplatio non potest alibi obtineri nisi in silentio ac iugi permanfione in cella & meditatione. Sicq; miles Christi effectus defertor suæ militiæ spiritalis ac fugitiuus ab ea implicet se negotijs secularibus, minime placiturus deo, cui se obtulit ac probauit.

**V**niuersa incommoda ægritudinis huius, puta acediæ eleganter expressit propheta vno versiculo, dicens: Dormitauit anima mea præ tædio, id est, præ acedia. Satisque proprie dixit dormitasse animam suam, non corpus. Vere enim dormitabit anima ab omni contemplatione virtutum atque intuitu spiritalium sensuum quæ telo acediæ fuerit fauciatæ.

**S**ic itaque verus Christi athleta cupiens agonem perfectionis legitime decertare, motum quoque acediæ festinet extrudere de latibus animæ suæ, atque aduersus nequissimum pigritiæ spiritum pugnet sic vtròbique, vt nec somni grauamine victus labatur, neque monasterium suum sine rationabili causa egressus abscedat fugitiuus, quamuis sub prextu pij coloris. Quemcunq; enim acedia coeperit in parte quacunque superare, faciet in cella sine vilo fructu spiritus commorari tanquam inertem & desidiosum, aut inde eum excutiet & vagum atque instabilem reddet, desidem quoq; ad omnem monasticum opus, faciens eum iugiter circuire cellas ac monasteria fratrum, nihilque aliud procurare, quàm vbi & quo colore refectioem acquirat. Mens etenim ociosus nil aliud nouit excogitare, quàm de cibis ac ventre, donec tandem inuento consortio viri aut feminae, eodem modo torpentis inuoluatur, & occupetur rebus necessitatibusque illius, & ita paulatim noxijs occupationibus irretitus & eis tanquam serpentinis sagittis trãfixus nunquam deinceps se valeat expedire & aptare ad perfectionem professionis antiquæ.

**B**EATUS PAVLVVS tanquam verus spiritalisque medicus conspiciens hunc morbum de acediæ spiritu emanantem suo tempore serpere & intrare, vel reuelante spiritu sancto prospiciens euenturum festinauit eum per salutaria præceptorum suorum medicamina præuenire. Thessalonicensibus enim scribens & primo infirmitatem eorum tanquam peritissimum perfectusque medicus per verba blanda ac pia demulcens, atque de charitate incipiens, & illos de ea collaudans quousque lethale vulnus acediæ leniori remedio delinitum & attractatum facilius sustineat medicamina austeriora, indignatione tumoris disposita ita ait: De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis, ipsi enim à DEO docti estis, vt diligatis inuicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Ecce præmisi lenia laudis fomenta, per quæ fecit aures illorum placidas ac paratas ad curam verbi salubris, quo factio subiungit: Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, abue mulcens blanda lenitate vrborum, ne forte inueniat eos nondum dispositos ad susceptionem curationis perfectæ. Quid est quod rogas Apostole? Vt scilicet magis abundent in charitate, qua superius dixerat: De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis. Et qd necesse est vt dicas eis: Rogamus autem vos, vt abundetis magis, qd nõdũ indiget vt aliqd eis inde scribat præsertim cũ causam adiciat, ob quã hoc ipso nõ indigeant, dices: ipsi em à deo docti estis, vt diligatis inuicem. Tertiuẽ q; addis qd maius

maius est utpote q̄ non solum ita edocti sunt, sed etiam illud impleuerint, dicens: **E**tem **D** factis illud non in vno vel duobus sed in omnibus fratribus, nec tantum in vestros ciues ac notos, sed in vniuersa Macedonia. Dic igitur tandem, quid est quod tantopere hæc præmittis, rogamus itaq; vos fratres, ut abundetis magis? Et vix aliquando exprimit id q̄d intendebat, utpote & operam detis, ut quieti sitis. Sicq; causa prima cur illa præmiserat expressa, tangit secundam, dicendo: Et ut vestra negocia faciatis, subditq; tertiam: Et operam remini manibus vestris, sicut præcepimus vobis. Deinde & quartam: Et honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Quintam quoq;: Et nullius aliquid desideretis. Ecce illa cunctatio seu mora, qua differebat intentum exprimere præmittendo tam multa quid paraturiret in pectore eius agnoscitur. Operam, inquit, detis, ut quieti sitis, id est, in vestris celulis permanentes, ne inquieti effecti diuersis rumoribus qui generari solent, ocioforum peccatis aut fabulis, inferatis inquietudinem etiam alijs. Et vt negocia vestra agatis, id est, non vana curiositate inquiratis facta mundi, nec aliorum conuersationem exploratis, ne actiones vestras impendatis ad detractiones & temeraria iudicia fratrum, sed ad propriam correctionem exercitiumq; virtutum. Et operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis. Per quæ verba insinuat, cur seu ex qua radice fierent quæ non fieri ante admonuit, scilicet ne inquieti essent, vel aliena curarent negocia, vel inhoneste ambularent ad eos qui foris sunt, ne quid ad alios pertinens affectarent. Vnde euidenter edocuit ocium esse causam vitiorum illorum. Nullus enim potest inquietus esse aut curare aliena negocia, nisi qui non vult operam manuum suarum insistere. Quartum quoq; intulit momentum ex ocio prodeuntem, q̄ est inhoneste ambulare, dicēdo: Et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Nunquam enim potest honeste incedere monachus etiam apud homines seculares, qui non fatagit in cella manere ac manibus operari, sed necesse est eum inhoneste consistere, dum necessaria victus requirit, adulationi quoq; vacare ac nouitates sectari rumorum, sed & occasiones querere causarum ac fabularum, per quas facultatem ac aditum habeat accedendi ad alios. Et nullius aliquid desideretis. Non enim potest non inhiare alienis donis atq; muneribus, qui non curat sibi procurare victum quotidianum proprio ac quieto sui operis labore. Vides tot culpas, tam graues ac turpes ex ocio generari. Deniq; episcopos Theſſalonicēses quos Apostolus in prima ad eos epistola fouerat blandis verbis, aggredit in secunda epistola curare austerioribus medicamentis velut eos qui ex leuioribus medelis non profecerunt. Nulla enim iam initium verborum fomenta præmittit, nec blanda ac tenera utitur voce ut ante, dicendo, rogamus vos fratres &c, sed ait: Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Ibi rogat, hic denunciat. In illa blaudientis affectus, in hac seueritas obtestantis & comminantis. Denunciamus vobis fratres. Quasi dicat: Quoniam spreuistis prius audire verba rogantis, saltem nunc obedite verbis denunciantis. Ipsam quoq; denunciationem proponit non verbo nudo, sed terribiliter cum obtestatione domini nostri Iesu Christi, ne forsan rursus contemnerent simplicem tanquam humana voce prolatam, & æstimarent eam non magno opere obseruandam. Et atimq; ut peritissimus medicus, conatur mederi putridis membris ferri spiritalis incisione, quibus leniori medicamento remedium conferre nequiuit. Ut subtrahatis vos, inquiens, ab omni fratre ambulante inquiete, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis, itaque iubet subtrahi seu recedere ab his qui vacare operi nolunt, & eos defecati tanquam membra ocij putredine corrupta, ne morbus inertie tantum quæ si mortale contagium inficiat etiam sana membra contagione serpentina. Præterea dicitur Apostolus de his qui nolunt suis manibus operari, suumq; panem cum silentio manducare, à quibus etiam præcepit discedere, attendite qualibus eos vituperatis in principio notet. In primis enim dicit eos esse inordinatos, neq; secundum suam ambulare doctrinam, quos & alijs verbis designat esse cōtumaces, utpote qui iuxta suam traditionem nollent incedere, & etiam inhonestos & inordinatos, id est, non sectantes congruam oportunitatem processionis, visitationis, locutionis ac temporis. Omnibus nanque vitijs istis inordinatum subsiacere oportet. Notat item eos esse rebelles quodammodo & contemptores, cum ait: Et non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis, eo q̄ aspersionari sint tenere traditionem ab ipso acceptam, nec imitari voluerint q̄ sciuerunt tantum magistrum non solum verbo docuisse, sed & opere perfecisse. Ipsi enim scitis quemadmodum

dum oporteat imitari nos. Per hoc exaggerat cumulum reprehensionis inanem, cum asserit eos non obseruare quod & memoriter sciunt, & ad imitandum didicerunt, non solum verbo instruente, sed insuper acceperunt exemplum operum prouocante. ¶ G.

**A** It quoq; Apostolus: Quia non fuimus inquieti inter vos. Cum per exercitium operari non volunt, semper ex vitio ocioſitatis inquietos consistere. Neq; gratis panem manducauimus ab aliquo. En per singula verba facit increpationis augmentum, & ecce doctor gentium, euangelij prædicator dicit se non gratis panem ab aliquo manducaſſe, qui non uit dominum admisiſſe, ut qui euangelium annunciant, de euangelio viuunt. Et rursus: Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Cum igitur Paulus qui euangelium prædicabat tam sublime ac spiritale opus exercens, non sibi præsumeret cibum accipere gratis auctoritate diuini sermonis, quid nos faciemus, quibus non solum nulla prædicatio verbi commissa est, sed nec vlla cura mandatur, nisi tantum anime nostræ. Qua fiducia audemus panem comedere gratis manibus ocioſis, quem vas electionis Paulus euangelica sollicitudine & prædicatione vndiq; occupatus non præsumit comedere sine manuum opere. Sed in labore, inquit, & fatigatione operantes die ac nocte, ne quæ grauaremus. ¶ H.

**B** Deniq; adhuc addit castigationis suæ augmenta exaggerans. Non enim simpliciter dixit, non comedimus gratis panem ab aliquo vestrum. Et ibi fretit nihil addendo. Poterat nanque quis æstimare eum fuisse sustentatum sumptu ocioſo ac proprio, absconditaq; pecunia aut collatione siue muneribus aliorum, quanquam non istorum. Sed in labore, inquit, & fatigatione die ac nocte operantes, id est, nostro opere sustentati. Et hoc ait, egimus non pro nostra voluntate, non pro delectatione, prout allicit requies, aut exercitium corporis, sed sicut cogebat necessitas, atque inopia victus, non sine grandi lassitudine carnis. Quoniam opus hoc manuum indefinenter agebat pro necessario victu, non solum per totum diem, sed etiam tempore noctis, quod quieti corporis videbatur esse indultum. ¶ I.

**N** Ec tamen se solum testatur inter eos taliter conuersatum, ne forsan hæc forma operandi videretur esse non generalis & magna, si traderetur tantum exemplo ipsius, sed etiam omnes qui erant secum ad ministerium seu prædicationem euangelij deputati, videlicet Sylluanum ac Timotheum qui hæc eadem secum scribunt, asserit simili opere laborasse. In hoc quoque dixit, ne quem vestrum grauaremus, incurrat eis verecundiam magnam. Si enim ille qui euangelium prædicabat, & signis atque virtutibus id confirmauit, non audeat gratis comedere panem, ne aliquem grauet, quo modo illi æstimantur se alios non grauare, qui videntes & ocioſi præsumunt eum quotidie formare? ¶ K.

**P** Ræterea ait: Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nos ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Hic pandit causam cur sibi indixerit tantum laborare. Ut, inquit, formam daremus vobis ad imitandum nos. Ut si forte obliuioni traderetis doctrinam verborum, auribus vestris frequenter ingestam, memoriter retineretis, saltem conuersationis exempla sub oculorum certitudine vobis exhibita. Et in hoc etiam reprehensio eorum non parua, cum dicit se fecisse laborem hunc vsque ad fatigationem die ac nocte, nulla alia causa q̄ exempli eorum gratia, ut eos aliter erudiri nolle inueneret, propter quos sibi tantam fatigationem indixit, cum non indigeret. Tanquam dicat: Cum habere remus potestatem, & facultates atque substantiæ omnium vestrum nobis pacate essent, & sciremus nos habere promissionem domini nostri vt eisdem, non tamen sum vsus hac potestate, ne quod à me fieret bene ac licite, præberet alijs ocij prauum exemplum. Idcirco euangelium prædicans malui sustentari manuum mearum operibus, ut viam perfectionis aperirem vobis iter virtutum ambulare volentibus, & meo labore ostenderem formam viuendi. ¶ L.

**S** ED ne forte tacitus operans, & erudire eos exemplis volens, videretur illos non instruxisse etiam monitis præceptorū adiecit: Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Vbi adhuc illorum desiderium notat qui scientes eum tanquam bonum magistrum suis manibus operatum gratia documenti & institutionis intuitu, sequi eundem contemnunt. Denique diligentiam & cautionem suam exaggerat, dicens: Non tantum se præsentem tra didisse eis exemplum, sed etiam idem verbis iugiter prædicasse, utpote, si quis non vult operari,

nec manducet.

1. Cor. 13

Ibidem.

**N**ON iam vitur ad eos consilio medici vel doctoris, sed districtione iudiciariae potestatis in eos inuehitur, atque apostolica auctoritate resumpta, profert sententiam, quasi de tribunali in contemptores. Illa utique potestate resumpta, quam asseruit sibi datam a domino, scribens cum imprecatione seu interminatione Corinthijs, cum illos in delicto positos admoneret, vt ante suum aduentum festinarent corrigere semet ipsos. Rogamus, inquit, ne praesens compellar audere in quosdam potestate illa quae data est mihi in vobis. Et iterum: Si voluero gloriari de potestate quam dedit mihi dominus in aedificatione, & non in destructione vestra, non erubescam. Illa, inquam, potestate pronunciat: Si quis non vult operari, nec manducet, non materiali gladio eos adiu dicans, sed auctoritatem spiritus sancti prohibens eis substantiam vitae. Vt si forte non formidantes poenam damnationis futurae, velint adhuc existere contumaces ociofitae amore, cogentur salutaria praecipere saltem constricti naturali necessitate ac mortis praesentis formidine.

¶ M.

**P**ost tantum ergo euangelicae districtionis rigorem iam ante descriptum, nunc aperit causam cur omnia illa praemisit. Audiuimus, inquit, inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. Vbi eos qui operari non volunt, pronunciat non vno tantum vitio esse corruptos. In prima quippe ad Thessalonicensis epistola eos appellat inordinatos, nec ambulare secundum traditionem quam eis commissit seruandam. Dixerat quoque eos esse inquietos, & panem comedere gratis. Nunc vero ait de eis: Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete. Et statim subiungit morbum vitiumve secundum, qui inquietudinis huius est radix, dicendo: Nihil operantes. Tertium quoque peccatum quod ex eo instat ramusculi oritur, pandit, subdendo: Sed curiose agentes.

¶ N.

**I**taque nunc festinat congruam conferre medelam tantorum fomiti vitiorum, videlicet ocio, & quasi deposita illa auctoritate apostolica qua vsus fuerat ante, rursus reuertitur ad viscera patris medicique clementis, & eis tanquam filijs ac discipulis suis is proponit remedia sanitatis salubri consilio, dicens: His autem qui huiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in domino **I E S V** vt cum silentio operantes suum panem manducent. Sicque vt peritissimus medicorum curauit vno salutari praecipito operandi vitia tanta, de radice ociofinitas nascens, sciens ceteras infirmitates seu culpas ex eadem radice manantes protinus extinguendas, exirpata morbi principalis origine, vt pote ociofinitate.

¶ O.

**N**ihilominus tamen idem Apostolus tanquam perspicacissimus ac prouidus medicus, non solum cupit mederi infirmorum peccatis, sed sanis quoque congruentia commendat praecipita, quibus eorum integritas possit iugiter custodiri, dicendo: Vos autem nolite deficere benefacientes. Id est, q̄ sectando vias nostras operis imitatione, impletis exempla quae vobis tradidimus, & nequaquam sectamini ociofitorum desidia atque inertiam, nolite deficere benefacientes, id est, pietatem vestram illis impedit, quamuis neglexerint obseruare quae diximus. Quemadmodum ergo corripuit eos, qui erant infirmi, ne ocio dissoluti, curiositati, inquietudiniq; vacarent, sic admonet sanos de obseruanda humanitate, quam ex dei praecipito exhibere iubemur bonis ac malis, si forte praui aliqui conuerterint ad sanam doctrinam, non abscindant pietatem ab ipsis, sed benefacere illis & eos fouere non desinant, tam verbo consolationis & correptionis, quam solitis beneficijs & consueta humanitate.

¶ P.

1. Thef. 3

**R**ursus tamen ne quidam abutentes pietate eius praefata, contempnant obedire praecipitis eius, apostolica seueritate subiungit: Quod si quis non obedierit nostro praecipito, per epistolam hunc notate, & nolite commiseri cum illo, vt confundatur. Cumque propter communem utilitatem & debitam sui ipsius reuerentiam admonuisset discipulos suos quid debeant obseruare, & cum quanta diligentia debeant sua custodire praecipita, confestim ostendit pietatem indulgentissimi patris, & tanquam filios erudit eos quae fraternitatis affectum debeant retinere ex charitate circa praedictos inobedientes aut ociofios, adijcendo: Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Quibus verbis iudiciariae seueritati admiscuit lenitatem, paternitatem atque sententiam apostolica seueritate prolatam, temperauit mititate clementi. Nam & notari iubet eum qui con

**A** contempserit suis obedire praecipitis, & praecipit non commiseri cum illo, & tamen fieri ista mandauerit, non odio, sed fraternae dilectionis ac emendationis inuitu pandit addendo: vt confundatur, vt scilicet is qui non est emendatus mitibus meis praecipitis, saltem confusus ex publica fratrum segregatione, ab ipso incipiat tandem reuocari ad viam salutis.

¶ Q. Ephe. 4

**I**n epistola quoque ad Ephesios de hoc ipso opere ita praecipit: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis quod bonum est, vt habeat unde tribuat necessitatem patieribus. In Actibus quoque apostolorum similiter inuenimus eum non tantum haec eadem docuisse, sed & opere perfecisse. Nam cum venisset Corinthum, non acquieuit hospitari, nisi apud Aquilam & Priscillam, quia erant eiusdem artis, quam solebat exercere & ipse. Sic etenim habes: Post haec Paulus egressus ab Athenis, venit Corinthum, & inuenit quendam Iudaeum nomine Aquilam, ponticum genere, & Priscillam uxorem eius, adhaerente eis, eo quod essent eiusdem artis, & manebat cum eis, & operabatur. Erat enim scenefactoriae artis.

Adu. 18

¶ R.

**D**einde Paulus procedens a Mileto, atque ab eo loco Ephesum mittens & presbyteros Ephesiorum vocans ad se, & ipsis praecipiens qualiter se absente deberent

Adu. 20

**D**e ecclesiam regere, ait: Argentum & aurum nullius concupiti, ipsi scitis, quonia am ad ea mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministraverunt manus istae. Omnia vobis ostendi, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi domini nostri Iesu Christi, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere. Magnum & arduum nobis reliquit exemplum suae conuersionis, cum testatur se esse operarum, non solum quantum necessarium fuit sustentationis, cum testatur se esse operare potuit vsui eorum qui secum erant, his scilicet qui necessarijs ministerijs spiritualibus quotidie occupati, non poterant sibi ipsis acquirere necessaria victui manibus suis. Denique sicut ad Thessalonicensis dixit se operatum, vt illis daret forma ad imitandum se, ita & hic tale quid addidit: Omnia, inquit, ostendi vobis, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos, id est, mente vel corpore debiles, vt eos festinemus reficere potius nostro labore ac sumptu, acq̄uisto nostri operis sudore, & non de opulencia nostra, neque de pecunia reposita, sed nec de aliorum largitate sine substatia. Et hoc ipsum dicit esse **C H R I S T I** mandatum, quoniam ipse dominus **I E S V S** dixit: Beatius est magis dare, quam accipere. Hoc est, beatior est largitas impartientis seu dantis, quam penuria accipientis. Quae largitas impenditur non de pecunia per insiditatem aut diffidentiam reseruata, nec de reconditis auaritia thesauris, sed exhibetur de proprii operis fructu ac pio sudore. Et ideo beatius est magis dare, quam accipere.

Ibidem.

2. Thef. 3

Adu. 20

**C**um iste qui tribuit habeat paupertatem illius qui accipit festinat proprio labore ac pia sollicitudine procurare non solum sufficientiam suae necessitatis, verum etiam quod praestet egeribus, vt pote duplici gratia decoratus, quia perfectam Christi paupertatem possidet abiectione vniuersarum rerum suarum, & libertatem exhibet ex effectu diuitijs sui laboris, sicque deum honorat de iustis suis laboribus offerens ei de fructibus suae iustitiae. Ille vero puta accipiens resolutus torpore atque inertia ocij, ostendit se etiam indignum cibo panis quo vescitur, ex Pauli sententia, contra cuius prohibitionem otiosus existens manducare praesumit non sine reatu peccati. Nouimus fratrem, quem nominatim exprimeremus, si ex hoc maior nasceretur instructio, qui cum in monasterio habitaret, & ex commissione sibi facta compelleretur praefixum atque iniunctum sibi opus quotidie adimplere, & economo seu dispensatori id tradere, vidissetque aliquem fratrem intrasse cenobium qui ardore fidei vellet aliquid ultra iniunctum opus laborare, per suadebat ei praui consilij ac susurrationibus, vt a claustro recederet, quando non poterat eum occultis susurrationibus reuocare ab intentione laborandi, tam fortiter, ne confunderetur exemplo illius, vel ne plus laborare ex hoc cogereur. Denique vt fratrem talem faceret facilis a cenobio transmigrare, confinxit se quoque iam olim offensum multis causis velle a cella discedere, si habuisset solatium viae aut focium. Cumque occultis instigationibus eum induxisset ad exeundum praefigens ei horam qua exiret, aut locum vbi praueuientis expectaret, ipse in monasterio subsistit tanquam illum protinus secutus. Et dum ille ex verecundia sui recessus non auderet ad monasterium, de quo

F f ij au fug t

aufugit redire, infelix auctor fugæ illius in monasterio māsit. Hoc vnum exemplum suffi-  
 ciat posuisse de genere huiusmodi hominum, pro incipitium cautione, quo pateat cui  
 denter quanta mala pariat otiositas iuxta scripturas, vel quæ vitia in mente monachi gi-  
 gnat, vel quemadmodum prava colloquia, bonos mores corrumpunt. ¶S.

**Q**uod otij vitium etiam sapientissimus Salomon evidentissime notat in multis lo-  
 cis, dicendo: Qui sectatur otium, implebitur paupertate (puta visibili aut in-  
 visibili.) Quia necesse est oninem otiosum diuersis vitijs implicari, & alienum sem-  
 per existere à contemplatione diuina spiritalibusq; diuitijs. De quibus ait beatus Apo-  
 stolus: Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Por-  
 ro de hac otij paupertate, alibi quoque sic scriptum est: Et vestietur veste cōscissa, & pan-  
 nosus omnis somniculosus. Nam absque dubio non merebitur adornari illo incorru-  
 ptionis vestimento, de quo iubet Apostolus: ludeite dominum Iesum Christum. Et ite-  
 rum: Induti lorica iustitiæ & charitatis. De quo etiam dominus ad Hierusalem loquitur  
 per prophetam: Exurge exurge Hierusalem induere vestimentis gloriæ tuæ. Quicumque  
 enim superatus somno otij siue acediæ elegerit operiri, non labore suæ industriæ, sed pā-  
 nis seu vitijs suæ inertia, quos abscedit de plenitudine ac corpore scripturarum, coaptas  
 vit ignominia suæ non vestimentum gloriæ ac decoris, seu ignominiosum excusationis  
 velamen. Dissoluti vero segnitia ista, & sustentari renuentes manuum opere, quod Apo-  
 stolus indefinenter exercuit, & nobis exercere præcepit, solent vti quibusdam testimoni-  
 is scripturarum, quibus apponant suæ inertia quoddam velamen, dicentes scriptum es-  
 se: Operamini non cibum qui perit, sed eum qui permanet in vitam æternam. Et: Meus  
 cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Sed testimonia ista sunt panni de soliditate  
 euangelicæ lectionis abscessi, qui ad hoc assumuntur, vt potius tegant ignominiam otios-  
 sitatis & verecundiæ nostræ, quam vt calefaciant atque exornent nos preciosa ac perfecta  
 illa veste virtutum, quam sapiens illa mulier fortitudine ac decore induta describitur in  
 Prouerbijs fecisse vel sibi, vel viro suo. De qua & ibi subiungitur: Fortitudine & decore  
 induta est, & lætata est in diebus nouissimis. Insuper de hoc inertia morbo Salomon  
 ait: Via nihil operantium strata sunt spinis, id est, illis ac consimilibus vitijs, quæ Apo-  
 stolus supra iam dixit de otio nasci. Et iterum Salomon: In desiderijs, inquit, est omnis  
 otiosus. De quibus dixit Apostolus: Nullius aliquid desideretis. Et iterum: Multa mala  
 docuit otiositas. Quæ Apostolus euidenter enumerat in his quæ supra exposuimus, dis-  
 cens: Nihil operantes, sed curiosi agentes. Huic quoq; vitio subiunxit & illud: Operam  
 detis, vt quieti sitis, Et deinde: Vt vestra negocia agatis, & honeste ambuletis ad eos qui  
 foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Quos etiā inordinatos ac rebelles vocauit, præ-  
 cipiens studiosis quibusque, vt segregent se ab illis. Subtrahatis vos, inquit, ab omni  
 fratre ambulante inordinate & inquiete, & non secundum traditionem quam acceper-  
 runt à nobis. ¶T.

**H**is itaque exemplis patres in Aegypto edocti, nullo modo patiuntur monachos, &  
 maxime iuvenes esse ociosos, metientes & intendentes in hoc exercitium cordis &  
 patientia ac humilitatis profectum magis, quam operis sedulitatem. Nec solum renuunt  
 accipere aliquid pro sua sustentatione, imo etiam de laboribus suis reficiunt fratres non  
 solum sibi superuenientes ac peregrinos, sed etiam per Libiæ loca quæ sterilitate & fa-  
 me laborant. Maximam quoque alimoniam substantiam mittunt per ciuitates his qui in  
 carceribus detinentur squalentes, credentes se deo offerre sacrificium verum ac rationa-  
 bile tali oblatione. ¶V.

**H**inc est quod in regionibus istis nulla vidimus monasteria tanta fratrum multitu-  
 dine ac celebritate fundata, quia nec operum suorum fructibus fulciuntur ac suste-  
 rantur, vt possint in eis iugiter perdurare. Et quauis ab alijs prouideatur ac detur, eis suffi-  
 cienter, delectatio tamen otiositatis & euagatio cordis non patitur eos in loco suo dis-  
 utius perseverare. Vnde hæc est sententia ab antiquissimis patribus in Aegypto prolata,  
 quod monachus operans tentatur à dæmone vno, ociosus vero ab innumerabilibus de-  
 uastatur dæmonibus. ¶X.

**D**enique abbas Paulus probatissimus patrum, qui in eremo vastiori nomine phor-  
 phirion habitauit, & ibi sufficientiam sui victus habuit secure ex paruo horto fru-  
 ctibus

ctibusque palmarum, nec potuit ibi exercere aliud opus vnde sustentaretur, quoniam  
 habitatio sua distabat septem mansionibus vel plus ab oppidis ac habitabili terra. Plus  
 quoque exigebatur pro mercede vecturæ quam valuit precium operis, in dicit sibi ipsi o-  
 pus certum quotidianum assidue quasi sustentandus ex illo, quod & collectis palmarum  
 folijs fecit. Cumque spelunca eius fuisset repleta ex totius anni operibus, concremauit  
 omnia singulis annis, tam euidenter ostendens monachum non posse perdurare in lo-  
 co, nec ad perfectionem pertinere sine manuum opere. Quia cum eum operari nulla  
 necessitas victus exigeret, tam indefinenter tamen laborauit pro sola cordis purgatione,  
 & cogitationum suarum solidatione ac perseverantia cellæ, aut pro victoria aut expu-  
 gnatione acediæ. ¶Y.

**C**um in eremo habitare cepissem, & dixissem abbati Moyssi, sanctorum omnium  
 summus: Ecce hesterno die grauissime fui afflictus morbo acediæ, nec potui libera-  
 ri ab ea, nisi ad abbatem Paulum protinus cucurissem, ipse respondit: Non te liberaui  
 ab ea, sed potius præbui tibi te ei deditum ac subiectum. Aduersarius nanque deinceps te  
 grauius impugnet, tanquam desertorem atque fugitiuum, quem de conflictu seu ten-  
 tatione superatum vidit protinus aufugisse, nisi de cætero didiceris inito prælio contra

**B** huiusmodi tentationem triumphare, non cellæ egressione, aut somni torpore, sed tole-  
 rantia & conflictu ad horam studueris euaporare ac vincere ingruentes acediæ æstus. Vn-  
 de experimento probatum est, impugnationem acediæ non fugiendo declinandam, sed  
 resistendo, orando, psallendo, meditando, laborandoq; superandam.

LIBER VNDECIMVS.

De spiritu Cenodoxia, seu vanæ gloriæ.

¶A.



**S**eptimum nobis certamen est contra cenodoxia spiritum, quam nos possu-  
 mus vanam gloriam appellare. Quæ est multiformis, varia ac subtilis, ita  
 vt à perspicacissimis oculis vix possit, non dicam caueri, sed præuideri aut  
 deprehendi. ¶B.

**N**AM vana gloria non solum pulsat monachum in parte carnali seu sensitiua, vt  
 cætera vitia, sed etiam spiritali, ingerens se menti nequitia subtiliori, ita quod hi  
 qui superari non poterant peccatis carnalibus, acius vulnerentur per vanam gloriam  
 ex spiritalibus suis profectibus ortam. Vnde tanto est perniciosior & periculosior ad  
 pugmandum cum ea, quanto obscurior ad cauendum. Omnium namque vitiorum mani-  
 festiorum apertior est congressus siue tentatio, & in vnoquoq; eorum, tentator contra-  
 dictione rigida confutatus abscedet factus infirmior atque inertior, aduersariusque de-  
 iectus victorem suum deinceps impotentior attētabit. Porro spiritus vanæ gloriæ cum  
 de peccato carnali tentauerit hominem, & fuerit resistentia scuto repulsus, mox tanquā  
 bestia multiformis, priori per persona habituq; mutatis, conatur sub virtutum specie victo-  
 rem suum iugulare atq; confodere. ¶C.

**C**ætera autem vitia seu passiones noscuntur esse vniformes ac simplices. Porro  
 vana gloria multiplex varia ac multiformis existens vndique & ex omni parte  
 suo occurrit victori ac bellatori. Nam militem C H R I S T I vulnerare con-  
 natur in habitu & in forma, in incessu, opere, voce, vigilijs, ieiunijs, oratione, abstractio-  
 ne, lectione, scientia, taciturnitate, obedientia, humilitate, & longanimitate. Et velut qui-  
 dam perniciosissimus scopulus tumentibus vndis opertus inducit nauigantes prospero  
 vento in misera bile improuisumq; naufragium, dum non cauetur nec præuidetur. ¶D.

**V**olentem ergo via regia incedere per arma iustitiæ quæ sunt à dextris & à sinistris,  
 oportet, iuxta doctrinam Pauli, transire per gloriam & ignobilitatem, per infami-  
 am & bonam famam, & viam virtutis dirigere tanta cautione inter tumentes fluctus  
 tentationum gubernante discretione & flante nobis spiritu sancto, vt sciamus nos per-  
 niciosissimis scopulis constringendos, si paululum deflectamus ad dextrā siue sinistram.  
 Ideo sapientissimus Salomon ait: Non declines ad dexteram vel ad sinistram, id est, non  
 tibi de tuis virtutibus blandiaris, ne prosperis successibus spiritalibus extollaris. Nec

deslectaris ad sinistram, id est, ad tramitem vitiorum, ne iuxta Apostolum acquiras tibi D  
gloriationem ex eis, in tuam confusionem. Nam cui hostis non potuit vanam gloriam  
generare ex preciosa & splendida veste, conatur eam inferere ex veste squalida & incula  
ta. Quem non potuit per honorem deijcere, humilitate supplēat, ex ipsa humilitate va  
nam gloriam ingerendo. Quem nequiuit extollere ornatu eloquentiæ atque scientiæ, ea  
ludit grauitate silentij. Si quis palā ieiunet, gloria pulsatur inani. Si occulte ieiunet, vt va  
nam gloriam vitet, eodem elationis vanitatisque vitio impugnatur. Vitans orare proli  
xius sub fratrum præsentia, ne vanæ gloriæ maculetur cōpagnio, non euadit vanitatis hu  
ius aculeos. De hoc quod latenter & nullo sciente sic orat. Hinc seniores pulchre descri  
bunt naturam vitij huius per dispositionem teporis, quæ decoriata tegmine vno, rursus  
alio inueniuntur vestita, & toties inueniuntur sic tecta quorities fuerint denudata. ¶E.

**P**ræterea vana gloria persequi non desinit fugientem in solitudine cōsortia cuncto  
rum mortalium. Et quanto quis amplius vniuersum vitauerit mundum, tanto eum  
acrius insectatur. Alium tentat inde extollere quod ad opera ac labores patientissimus  
extat, alium de hoc quod ad obediendum promptissimus inuenitur. Alterum conatur ex  
tollere quod humilitate cæteros vincat, alium quod prolixitate vigiliarum aut lectionis  
sive scientiæ sit excellens. Nec morbus iste nititur quenquam aliunde, quam de suis vul  
nerare virtutibus, tendens in his offendicula mortis, ex quibus acquiruntur stipendia vi  
tæ. Inimici nanque insidiantes laqueos deceptionis abscondunt, volentibus iter pietas  
tis ac perfectionis incedere, non nisi in via qua ambulant, iuxta illam beati David  
sententiam in via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Vt in hac ipsa vir  
tutum via qua gradimur tendendo ad brauium supernæ vocationis, corruamus elati in  
aniter gloriantes de nostris profectibus, atque constrictis nostræ animæ pedibus concia  
damus compediti cenodoxiæ laqueis. Sicq; fit, vt qui non potuimus impugnatione ad  
uersarij superari, vincamur sublimitate nostri triumphij, aut certe aliud genus deceptio  
nis incidentes, vt dum vltra vires nostras abstinemus aut corpus affligimus, pdamus per  
feuerantiam nostri cursus infirmitate corporis proprij. ¶F.

**O**mnia vitia superata debilitantur, & victa redduntur per singulos dies infirmiora,  
& vel loco vel tempore minuuntur, atque a suo seruore deficiunt aut certe a vir  
tutibus sibi cōtrarijs superantur, aut vitantur facilius. Porro hoc vitium iam deiectum  
acrius ad luctamen resurgit, & dum putatur extinctum, sua morte viuacius conualescit.  
Insuper cætera genera vitiorum solent eos tantummodo impugnare quos in certamine  
superauerunt, sed vana gloria suos victores acius insectatur. Et quanto validius fuerit  
propulsata, tanto vehementius congregitur seu impugnat ipsa elatione suæ victoriæ. Et  
hæc est subtilis inimici versutia, vt faciat militem Christi proprijs telis succūbere quem  
non potuit armis hostilibus superare. ¶G.

**A**lia vitia, vt diximus, interdum qualitate seu dono loci conuiescunt, atque sub  
tracta eis peccati materia vel opportunitate & occasione peccandi sublata tepesce  
re solent ac minui. Sed vitium istud cum fugente penetrat eremum, nec loco excluditur,  
nec materia extrinsecus subtracta colliditur. Non enim aliunde animatur, quam profectu  
virtutum eius quem tentat. Insuper cætera vitia interdum mitescunt & euanescent pro  
cessu temporis, sicut prædiximus, huic autem vanæ gloriæ vitio longæuitas vitæ aut tē  
poris non solum non obuia, verumetiam confert maiora fomenta, nisi fuerit longæui  
tas ipsa fundata solerti industria discretionēq; prouida. ¶H.

**P**ostremo cæteræ passiones ac culpæ a virtutibus sibi contrarijs sequestratæ, & cōtra  
reas aperte quasi claro die pugnantes, facilius superantur atque cauentur, sed vana glo  
ria se admiscens virtutibus, & insita acie earum, occulte quoq; impugnans tanquam in  
nocte tenebrosa atrociter fallit incautos ac improuisos. ¶I.

**L**egimus Ezechiam regem Iuda virum in omni iustitia consummatum, atque san  
ctarum testimonio scripturarum probatum, fuisse deiectum vno elationis ac van  
nitatis affectu post innumera opera preconiaque virtutum. Et qui impetrauit a deo in  
terfectionem centum octoginta quinque milia de exercitu Assyriorum ab angelo vs  
na nocte, inani victus est gloria. Qui vt cæteras eius præteream quas recitare prolixum  
est, vna oratione promeruit prolongationem vitæ per quindecim annos vltra terminū  
vitæ

**A** vitæ sibi ante expressum, & vltra diem mortis diuina sententia nunciatum, sole redeum  
te per decem gradus, quos ad occasum tendens illustrauerat ac pertransierat. Qui rursus  
suis reditu suo lineas illas illustrans, quas vmbra sequens operuerat, ex suo abscessu præ  
buit vniuerso orbi, duplicatum diem inaudito miraculo contra statutas leges naturæ.  
Denique qualiter Ezechias fuerit per inanem gloriam ex prosperis suis successibus vis  
ctus post tanta & tam incredibilia signa, & post tam præclara virtutum documenta, &  
& orauit dominum, & dedit ei signum. Illud videlicet quod quarto Regnorum libro les  
gimus datum de reditu solis per Isaiam prophetam. Et sequitur ibi: Sed non secundum  
beneficia quæ acceperat Ezechias retribuit domino, quia eleuatum est cor eius, & facta  
est contra eum ira & contra Iudæam & Hierusalem, humiliatusque est postea, eo quod  
exaltatum esset cor eius, tam ipse quam habitatores Hierusalem. Et idcirco non venit  
super eos ira domini, in diebus Ezechie. Ecce quam perniciosus & grauis est morbus  
iste, quo vna elatione depereunt tantæ iustitiæ ac virtutes, tanta fides atque deuotio, quæ  
meruerunt immutare ipsam naturam & leges totius mundi, ita vt vniuersis virtutibus  
eius obliuioni traditis ac si nunquam fuissent, incurrisset protinus iram dei, nisi placata  
sent eandem, humilitate resumpta, vt qui de tam excelso meritorum fastigio elatione  
impellente, corruerat, non nisi per eosdem humilitatis ad amissum perfectionis  
rursus ascenderet. ¶K.

**V**is & aliud ruina huius exemplum accipere? Disce qualiter vanæ gloriæ elatione  
deiectus sit Ozias ataus Ezechie regis præfati, collaudatus in omnibus per scri  
pturam post ingentia virtutum suarum præconia, plurimosque triumphos quos merito  
deuotionis suæ ac fidei perpetravit. Et egressum est nomen eius, ait scriptura, eo quod  
auxiliaretur ei dominus & corroborasset eum. Sed cum corroboratus esset, eleuatum est  
cor eius in interitum suum, & neglexit dominum deum suum. ¶L.

**A**vdisti aliud exemplum ruina huius grauissimæ, & cōspicis duos viros tam iustos  
ac perfectos proprijs triumphis prosperisque successibus esse deiectos. Vnde cog  
noiscis quam periculosi soleant esse rerum prosperarum successus, ita quod qui non po  
tuerunt frangi aduersis, acris deiciantur prosperis, si fuerint incauti in eis. Et qui in cō  
suetudine ac acie euaserunt discrimina mortis, succumbant suis victorijs prosperisque euen  
tibus. Ideo monet Apostolus: Nolite effici inanis gloriæ cupidi. Et dominus pharisæos  
corripens, quomodo, inquit, potestis vos credere gloriam querentes ab inuicem, & glo  
riam quæ a solo deo est non querentes? De his & beatus David cum condemnatione  
eorum locutus est: Quoniam deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confu  
si sunt, quoniam deus spreuit eos. ¶M.

**S**olet quoque vana gloria extollere mentes incipientium, & eorum qui adhuc minus  
profecerunt in virtutibus animi aut scientia propter sonum vocis, quod scilicet mo  
dulatus psallant, vel quia tenerioris sunt corporis, vel quoniam parentes habent opulē  
tos ac nobiles, seu quia honores militiamq; spreuerunt. Interdum etiam persuadet quis  
busdam, quod facilius obtinuissent in seculo dignitates ac opes, si mansissent ibidem.  
Quas forsan nunquam apprehendere potuissent, inflans eos spe vana de incertis atque  
extollens eos gloria vanitatis de his quæ nunquam possiderunt, tanquam qui ea con  
temperint. ¶N.

**N**on nunquam vero immittit affectum gradus clericatus desideriumque sacerdotij  
aut diaconatus. Quæ si vel per iniurias fuisset adeptus, per sua det sibi gloria vana  
quod officia illa cum tanta sanctitate ac rigore impleset, vt ceteris quoque sacerdotibus  
potuisset præbere sanctitatis exempla. Deinde quod lucratus fuisset quàm plures, non so  
lum vitæ exemplo, sed doctrinæ etiam siue eloquio. Insuper commemorantem in cella aut  
solitudine facit circuite mente ac animo domos ac monasteria diuersorum & plurimo  
rum conuersationes attendere, quasi sub incitamento exhortationis phantasticæ. ¶O.

**A**gatur itaque infelix anima illusa huiusmodi vanitate tanquam profundissimo so  
mno, intantum, vt interdum attracta talium cogitationum dulcedine, & earum  
depicta simulachris, non possit aduertere præsentis actus aut fratres, dum delectatur im  
morari his quæ per cogitationum euagationes somniat vigilans tanquam veris & exis  
tentibus rebus. ¶P.



**M**emini quia dum in eremo Schyti habitarem, quod senex quidam gratia visitationis veniens ad cellam fratris cuiusdam, cum ostio propinquasset & fratrem illum audisset loquentem, substitit parum foris, volens cognoscere quidnam legeret de scripturis, vel quid memoriter reuolueret operando, ut ibi est moris. Cumque proximis explorator curiosus auscultaret aure diligentius applicata, repperit eum ita deceptum & occupatum impugnatione spiritus huius, ut crederet se facere sermonem exhortatorium in ecclesia coram plebe. Cumque subsistens senex audisset eum finisse sermonem, & mutato rursus officio celebrare velut diaconum cathecuminis missam, tunc tandem senex pulsauit. Egressusque frater, & solita veneratione senem suscipiens ac introducens, quæsiuit ab eo quando venisset, remordente fratrem conscientia cogitationum suarum, & ne diutius senex stando ad ostium rædium pertulisset. Tunc senex grate ioculariterque respondit. Modo veni, quando tu missam cathecuminis celebrabas.

**P**ropter hoc necessarium estimavi ista inferere huic opusculo, ut non solum ratione, sed exemplis quoque instructi de vi impugnationum & ordine viciorum, quibus miserabilis anima laceratur, cautiore esse possimus ad vitandos laqueos atque multiplices fallacias inimici. Ita namque proferuntur ista in medium indifferenter ab Aegyptiis patribus, quatenus iuniores aperiant propria relatione apud eos certamina omnium vitiorum, quæ patiuntur aut passuri sunt, tanquam qui adhuc certamina illa sustineant. Si quæ exponentibus senioribus illusiones & impugnationes omnium passionum, iuniores feruentisque spiritu agnoscant secreta tentationum & colluctationum suarum, & ea clare quasi in speculo intuentes, discant causas atque remedia viciorum, quibus pulsantur ac impugnantur. De futuris quoque certaminibus eruditi antequam veniant, instruantur qualiter debeant ea præcauere, vel contra ea pugnare. Quæ admodum peritissimi medici solent non solum præsentibus morbis mederi, verum etiam futuris prudenter occurrere, & eos per præcepta obseruatiuæ pocula præuenire ac præcauere: ita & hi animarum verissimi medici præcauentes infirmitates seu culpas cordium euenturas, spiritali collatione, tanquam celestis antidoto, non patiuntur eas crescere in mentibus iuniorum, sed aperiant eis causas imminentium passionum, atque remedia curationum earum.

**Q**uia propter hæc est antiqua patrum doctrina, permanens usque in præsens, quam sine confusione mea proferre non potero, qui nec valui germanam meam vitare, nec episcopi manus euadere, utpote quod monachus omnino fugere debet mulieres atque episcopos. Neuter enim eorum finit eum, quem semel coniunxerint, suæ familiaritatis vacare de cætero cellæ quieti, aut diuinæ contemplationi purissimis oculis immorari perfectarum rerum intuitu.

**H**INC CHRISTI athleta verum ac spiritualem agonem cupiens legitime decertare, festinet omnimode superare hanc multiformem ac variam bestiam, utpote gloriam vanam, quæ ex omni parte nobis occurrit, tanquam nequitia multiformis, quam poterimus remedio tali euadere, ut cogitantes Dauidicū illud eloquium: Dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, nihil agamus cum proposito vanitatis, aut intuitu vanæ gloriæ capiendæ. Deinde ea quæ bono initio facimus, aut vitiose incipimus, nitamur obseruatione simili custodire ac prosequi recta intentione, ne immiscens se morbus gloriæ vanæ, euacuet vniuersorum nostrorum fructus laborum. Quicquid enim in conuersatione fratrum non habet nec recipit ac exercet communis usus, declinemus omnino, tanquam iactantiæ opus. Ea quoque vitemus, quæ possunt inter cæteros reddere notabiles, & ex quibus laus humana acquiritur, quasi soli talia habeamus. His namque indicij lethale vulnus vanæ gloriæ demonstrabitur nobis inesse. Quod facillime poterimus euitare, si consideremus quod non solum penitus amittimus fructus laborum quoscunque fecerimus proposito gloriæ vanæ, sed quod etiam per hoc effimur magni criminis rei, & tanquam sacrilegi æternæ supplicia cito sumus passuri, utpote qui ad Dei iniuriam volumus opera, Dei intuitu facienda, exercere potius gratia hominum, per quod cōuincimur ab eo qui secretorum est conscius, præferre homines Deo, & gloriam mundi gloriæ domini.

Liber

¶ A.



**C**TAVVM & vltimum nobis certamen est contra superbiæ spiritum. Qui morbus licet sit vltimus in conflictu contra peccata, & extremus post natur in ordine, origine tamē ac tempore primus est. Hæc est ferocissima bestia, atque prædictis cunctis immanior, perfectos maxime tentans, diriorisq; morfu depascens eos, qui penē in consummatione virtutum sunt positi.

**S**uperbiæ duo sunt genera, vnum quod (ut diximus) pulsat spirituales summosque. Proster aliud, quod etiam insipientes atque carnales impugnat. Et quamuis noxia elatione vtrumque genus superbiæ insectetur ac moueatur contra deum & homines, spiritalis tamen superbia deo specialiter aduersatur. Carnalis vero, ad homines proprie pertinet ac refertur. Denique superbiæ huius originem ac remedia prosequemur, quantum deo iuuante valemus, in posterioribus partibus libelli istius. Nunc vero proponimus pauca differere de prima & spiritali superbia, quæ præcipue tentat perfectos.

**N**illum igitur est vitium, quod omnes virtutes ita exhauriat, & hominem spoliet, ac diuidet omni sanctitate atque iustitia sicut superbiæ crimen. Quæ tanquam generalis ac pestifer morbus, non contentatur debilitare vnam animæ partem, sed totum corpus mortali corrumpit exitio, collocatos quoque in virtutum fastigio conatur grauissimis tentationibus trucidare. Omne namque vitium contentum est terminis suis, ac proprio fine. Et licet contristet ac debilitet alias quasque virtutes, tamē contra vnam specialiter certat, & eam principaliter opprimit & impugnat. Et ut hoc ipsum clarius intelligatur, ecce gula temperantiam directe corrumpit, libido castitatem contaminat, ira mansuetudinem tollit, ita ut interdum aliquis vni vitio deditus, non penitus destituatur virtutibus alijs, sed illa virtute tantum sublata, quæ succumbit vitio sibi contrario ac repugnanti, possit vel ex parte reliquas retinere virtutes. Porro superbia cum infelicem possederit mentem, funditus diruit ac subuertit machinam totam virtutum, tanquam tyrannus sæuissimus, capta sublimissima cordis arce. Excelsa quoque sanctitatis moenia, terræ vitiorum coæquans ac miscens, non permittit deinceps aliquam spiritalis libertatis imaginem esse in anima sibi subiecta. Imo quo durius ceperit eam, tanto grauior seruitutis iugo eam subijciat, crudelissimamque deprædatione nudabit eandem omni facultate virtutum.

**E**t ut cognoscamus grauissimam potentiam tyrānidis superbiæ, inuenimus angelum illum, qui propter excellentiam sui splendoris ac decoris appellatus est Lucifer, pro nullo alio quam pro vitio isto proiectum esse de cælo, & telo superbiæ vulneratum ad inferna esse collapsum, ex illa angelorum mansione beata atque sublimes. Si ergo superbia potuit angelum tanta virtute, ac prærogatiua tantæ potentæ decoratum, de cælo ad inferna deicere vna cordis elatione, cum quanta diligentia oporteat nos fragilitate carnis circumdatos cauere eandem, demonstrat magnitudo ruinæ angelicæ. Denique qualiter debeamus vitare perniciosissimum virus superbiæ, edoceri poterimus, si prosequamur causam originemque ruinæ illius. Nunquam enim possunt languores curari, neque remedia infirmitatibus adhiberi, nisi earum origines prius sagaciter inquirantur. Hic quippe angelus diuina claritate indutus, & dono ac largitate creatoris inter cæteras supernas virtutes præfulgens, se credidit obtinere splendorem sapientis, pulchritudinemque virtutum, quibus ornabatur ex gratia conditoris, potestate suæ naturæ, non beneficio munificentæ dei. Atque ob hoc elatus, tanquam quod obseruandam eminentiam istam non indigeret diuino auxilio, iudicauit se similem deo, utpote qui instar dei non esset indigens aliquo, confusus liberi arbitrij facultate, & credens omnia sibi per illam affluenter suppetere, quæ ad consummationem virtutum, & perennitatem summæ beatitudinis pertinerent. Itaque hæc cogitatio sola facta est ruina ei, ob quam desertus à Deo, quo se credidit non egere, repente effectus est mutabundus atque instabilis, & infirmitatem propriæ suæ naturæ mox sensit. Beatitudinem quoque amisit, qua Deo munere fruebatur. Et quia dilexit verba præcipitationis, quibus dixit: In celum



Isaie 14  
Genes 3  
Psalms 52

in celum conscendam, & linguam dolosam, qua dixit de se similes ero altissimo, vel de Adam & Eva: eritis sicut dii, propterea deus destruet eum in finem, eucllet eum & emigrabit eum de tabernaculo suo, & radicem eius de terra uiuentium. Tunc ruinam eius videntes iusti, timebunt & super eum ridebunt, quod sequitur (quod etiam iustissime dirigitur ad hos, qui confidunt se posse perficere bonum, sine protectione & ope dei) vide licet: Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in bonitate sua.

Ibidem

**H**AEC superbia est primæ ruinæ causa, & principalis origo peccati. Quæ rursus per protoplastum illum serpens qui ab ea deiectus est, germinauit infirmitates atque materias viciorum omnium. Dum enim credidit se posse acquirere gloriam diuinis tatis libertate arbitrij ac sua industria, perdidit etiam illam quam adeptus fuerat gratia conditoris.

Psalms 103

**E**xemplo itaq; ac testimonijs scripturarum apertissime comprobatur, quod licet superbia sit posterior in ordine conflictu, origine tamen anterior est. Et est principium omnium peccatorum ac criminum, nec instar cæterorum viciorum extinguit solum virtutem sibi contrariam, puta humilitatem, verum etiam cunctarum virtutum est interemptrix. Nec tantum mediocres tentat ac paruos, sed maxime in virtutum culmine constitutos. Ita enim de spiritu superbiæ ait Propheta: Esca eius electa. Ideoq; beatus

Psalms 100

Dauid, quamuis tanta circumspicione custodiret mentem suam, & confidenter clamaret ad eum, quem secreta conscientia suæ non latebant; Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, Et iterum: Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiæ, sciens tamen quàm difficilis sit ista custodia etiam perfectis. Non præsumit tantum de sua industria, sed orans implorat dei auxilium, vt possit in sauciatibus euadere telum superbiæ, dicens: Non veniat mihi pes superbiæ, pauens ac metuens illud quod dicitur de superbis: Deus superbis reficit. Et iterum: Immundus est apud deum omnis qui exultat cor suum.

Psalms 100

**Q**uam magnū est superbiæ vitium, vt per ipsam mereatur habere homo deum aduersarium, non angelum tantum, aliasq; virtutes superbiæ contrarias. Non enim dixit scriptura de his qui alijs sunt inuoluti peccatis, quod habeant deum sibi resistens, videlicet, deus reficit gulosis, auaris aut iracundis, sed superbis. Illa enim peccata contra homines fiunt, atq; in vnumquemq; peccantiū retorquetur, vel contra alios committi videntur: superbia autem proprie pertingit ad deum, & ei iniuriatur, ideo specialiter promeretur eum sibi habere contrarium.

Psalms 35

Iacobi 4

**I**deoq; vniuersitatis creator & medicus animarum deus, cognoscens superbiæ esse causam principiumq; morborum, voluit contraria probare contrarijs, vt ea quæ per superbiæ corruperunt, per humilitatem resurgerent. Ille namq; puta superbiæ spiritus, dixit: In celum ascēdam; hic, vt puta CHRISTVS dicit: Humiliata est in terra anima meatille dicit, ero similis altissimo; hic, cum in forma dei esset exinaniuit semet ipsum, formam serui accipiens, humiliavitq; se, factus obediens vsq; ad mortem. Ille dicit, supra astra cæli exaltabo solium meum; iste dicit, discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Ille dicit, nescio deum, & Israhel non dimittam: ille dicit, si dixerō, non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Ille dicit, mea sunt flumina, & ego feci eas; iste dicit, non possum ego à meipso facere quicquam, sed pater meus in me manens, ipse facit opera. Ille dicit, mea sunt regna mundi & gloria eorum, & cui voluero do illa; iste, quum diues esset pauper factus est, vt eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit, sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terrā ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret: iste dicit, similis factus sum pellicano solitario, vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit, exiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum; hic dicit, nonne possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Itaq; si intelleximus causam principalis ruinæ, puta superbiæ, & fundamenta nostræ salutis, videlicet humilitatem, hoc est, à quo & qualiter ista salutis fundamenta iactata sunt, vel ruina illa prodierit, doceamur vel Christi exemplo, vel casu diaboli

Isaie 14

Philip. 2

Isaie 14

Matth. 23

Exodi 5

Iohan. 7

Iohan. 14

1. Cor. 10

Isaie 10

Psalms 101

Isaie 17

Matth. 24

**A** boli, qualiter debeamus vitare tyrannidem superbiæ tam atrocem.

**N**equissimum itaq; istum superbiæ laqueū euadere ita poterimus, si in singulis virtutibus, in quibus nos processisse senserimus, cum S. Apostolo dixerimus: Non ego sed grā dei mecum. Et grā dei sum id quod sum. Et quod iterum ait: Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Nam & author nostræ salutis testatur: Qui manet in me, & ego in illo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Cum Psalmista quoq; dixerimus: Nisi dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et: Vanum est vobis ante lucem surgere. Vnde Apostolus: Non est, inquit, volentis neq; currentis, sed miserentis dei.

¶ I.

1. Cor. 15

Iohan. 15

Psalms 126

Roma, 9

**V**OLuntas enim seu conuersatio nullius quis feruens & cupiens fit, potest esse ita idonea, vt ipse circumdatus carne spiritui repugnante, possit attingere tantum culmen aut præmium perfectionis, aut palmam integritatis seu puritatis, nisi fuerit diuina miseratione protectus, vt peruenire mereatur ad id quod magnopere vult, atq; ad quod currit. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Iacobi 1

1. Cor. 4

**S**ic enim recordemur illum latronem introductum in paradysum obynam suam confessionem, intelligimus eum tantam beatitudinem consecutum non merito sui cursus, sed dono & gratia dei miserentis. Vel si reminiscamur duo tam grauia, tamq; immania crimina Dauid regis, vna poenitudine esse deleta, non videmus hic merita sufficisse, aut æquiparasse ad obtinendam tantorum indulgentiam criminum, sed superabundasse gratiam dei, qui percepta occasione poenitentia veræ, consumpsit tantam vitioꝝ materiam, sub plena vniuersi verbi occasione. Insuper considerantes principium vocationis ac salutis humanæ, qua iuxta Apostoli sumus saluati non ex nobis, neq; ex nostris operibus, sed dono ac gratia creatoris, poterimus clare aduertere, quemadmodū perfectio nis nostræ summa seu existentia non sit volentis neq; currentis, sed domini miserentis, qui nos facit viciorum nostrorum esse victores, merito laborum nostrorum nullatenus compensante aut exigente, atq; tam arduum integritatis culmen nos facit ascendere, carne qua vtimur subiugata spiritui, nequaquam æquiparante aut digne promerente id nostræ voluntatis industria. Nulla siquidem huius corporis afflictio, nulla cordis contritio potest esse condigna ad obtinendam veram illam interioris hominis castitatem, vt valeat homo nudo labore humano sine dei adiutorio obtinere tantæ puritatis virtutem, angelis solis ingentem, ac cæli vernaculam seu habitatricem. Quia totius boni effectus ab eius profluit gratia, qui tantam æternitatis beatitudinem gloriamq; immensam promisit, ac contulit abundantissima largitate voluntati nostræ exiguæ, & cursui nostro breui ac paruo.

Lucæ 29

Ephæ. 2

**O**mnis quoq; diuturnitas vitæ præsentis comparatione æternitatis futuræ gloriæ, nullius est reputationis, & vniuersi dolores contemplatione & respectu felicitatis illius fugantur, atq; extenuati vt fumus liquecunt, & nusquam apparent quasi fauilla, quia nullius momenti sunt comparatione illius.

¶ M.

**M**odo igitur tempus est, vt proferamus primum sententiam in ipsis verbis quibus tradunt eandem. Qui descriperunt viam & qualitatem perfectionis non verbosum iactantia, sed possidentes illam recto opere ac virtute spiritus docuerunt eam, proprijs experimentis certissimisq; exemplis. Aiunt namq; non posse quempiam pure emun dari carnalibus vitijs, nisi agnoscat ac fateatur, vniuersum suum laborem atq; conatum posse sufficere ad tantam perfectionem, nec eam posse acquiri, nisi miseratione & ope diuina eruditi de hoc tam institutione & documento dei donantis, quàm effectu & virtute experimentisq; proprijs. Ad capefcenda namq; tam magnifica & præcelsa puritatis & integritatis fastigia nullus labor ieiuniorum, vigiliarum, lectionis & abstractionis quantumlibet magnus poterit esse condignus, qui illa obtineat merito suæ industriæ aut laboris. Nunquam enim labor humanus aut humana industria de condigno merebuntur munus diuinum aut gratiæ donum, nisi hoc miseratione diuina tribuatur deo teoptanti.

¶ N.

¶ O.

Nec

**N**EC hæc dico, vt humanos conatus doceam esse inanes, vel vt aliquid reuocare intendam ab industria exercitioq; laboris: sed constantissime assero non mea sententia, sed seniorum, perfectionem sine his obtineri non posse, nec tamen ad perfectionem obtinendam ea sufficere sine gratia dei. Quemadmodum enim dicimus humanos conatus non posse perfectionem acquirere sine adiutorio dei, ita pronunciamus misericordiam dei gratiamq; conferri tantummodo laborantibus ac defudantibus pro eadem. Atq; vt verbis Apostoli loquar, dicimus gratiam volentibus & currentibus impartiri, secundum id quod in Psalmo 88. in persona dei cantatur: Posui adiutorium in potente, & exaltavi electum de plebe mea. Dicimus namq; secundum saluatoris sententiam, dari petentibus, aperiri pulsantibus, & a quærentibus inueniri, sed petitionem & inquisitionem & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordia dei dederit illud quod petimus, vel aperuerit quod pulsamus, seu illud quod quærimus fecerit inueniri. Paratus quippe est deus ad conferendum hæc omnia, occasione bonæ voluntatis sibi à nobis tantum oblata. Nam ipse perfectionem ac salutem nostram desiderat & expectat amplius q̄ nos ipsi. Deniq; sanctus Dauid intantum nouerat se obtinere non posse profectum sui operis ac laboris industria propria, vt iterata prece niteretur promereri directionem operum suorum à domino dicens: Et opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Et rursus: Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.

Psalmo 89

Psalmo 47

**A**D veram ergo consummationem virtutum si cupimus peruenire opere & effectu, debemus acquiescere illis magistris ac ducibus qui hanc obtinuerunt, nõ disputatione vaniloqua, sed experientijs & reipsa, & nos docere atq; ad perfectionem dirigere possunt, imo & certissimo tramite demonstrare viam qualiter perueniamus ad eam: qui etiam protestantur se peruenisse ad eam fide magis, q̄ merito suorum laborum. Quibus & acquisita puritas cordis eorum, hoc præcipuum conferebat, vt magis ac magis agnoscerent peccatis se deprimi. Tantum namq; augebatur in eis per singulos dies compunctio delictorum, quantum puritas animi creuit in eis. Hinc trahabant iugiter intima cordis suspiria, eo q̄ sentirent se ipsos non posse vitare maculas delictorum, quas per multiplices cogitationum minucias incidebant. Idcirco clamabant se sperare præmia futuræ vitæ, nõ merito operum, sed de misericordia dei, nihil sibi præsumentes de tanta cordis circumspectione, quam comparatione aliorum habebant. Si quidem hanc ipsam circumspectionem ascribebant non suæ industriæ, sed gratiæ dei, non blandientes sibi de negligentia inferiorum ac tepidorum, sed perpetuam sibi humilitatem colligebant ex consideratione eorum, quos nouerant vero peccato carere, atq; in regno cælorum æterna felicitate gaudere. Præterea ex hac consideratione declinabant etiam elationis ruinam, & inueniebant quo tenderent, & cur dolerent, intelligentes se non posse ad illam cordis puritatem pertinere, quam optabant, sarcina carnis impediente. Igitur secundum institutiones doctrinasq; patrum sic ad perfectionem festinare debemus ieiunijs, vigilijs, orationibus, contritioni cordis, & afflictioni corporis operam dantes, nec hæc à suo fructu euacuemus, morbo superbiæ nos instante. Quoniam oportet nos credere, non solum nõ posse nos ipsam perfectionem nostro labore aut industria possidere, sed nec ipsos nostros labores & conatus ac studia, quæ perfectionis intuitu exercemus, posse perficere absq; diuinæ protectionis auxilio, & sine inspirationis & castigationis exhortationisq; gratia, quam solet clementer deus cordibus infundere, siue per alios, siue per seipsum nos visitando.

Iohan. 14

Psalmo 117

Psalmo 93

**P**ostremo instruit nos author nostræ salutis, quid nos oporteat non solum sentire, sed etiam confiteri in vniuersis quæ agimus. Non possum ego à meipso, inquit, facere quicquid, pater vero in me manens ipse facit opera. Christus autem ex parte nature assumptæ, dicit se à seipso non posse quicquid facere, & nos cinis & terra arbitramur nos adiutorio domini non egere in his quæ ad nostram spectant salutem? Discamus itaq; & nos in singulis sentientes propriam infirmitatem, & dei auxilium quotidie clamare cum sancto impulsus euerfus sum vt caderem, & dominus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Et: Nisi quia dominus adiuuauit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolatio

**A** solationes tuæ lætificauerunt animam meam. Insuper quando videmus cor nostrum in timore dei & patientia roborari, dicamus: Et factus est dñs firmamentum meum, & eduxit me in latitudinem. Intelligentes quoq; sciamus in nobis ex operu profectu augeri, psallamus: Quoniam tu illuminas lucernam meam dñe, deus meus illumina tenebras meas. Quoniã in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar meum. Cum vero sentimus nos omnem tolerantiam fortitudinem acquisisse, atq; in via virtutum facilius dirigi & sine timore, cantemus: Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam vitam meam. Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum, & super excelsa statuens me. Qui docet manum meam ad prælium. Porro discretionem sortiti, & ea sic roborati, vt possimus hostes nostræ salutis elidere, cõcinamus: Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Et quia taliter sum roboratus tua scientia ac virtute, dicam fiducialiter quæ sequuntur: Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Conteram illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Interea memores præcipiæ infirmitatis, atq; pensantes non posse nos fragili carne circumdatis superare tam acerbos hostes vitiorumq; motus ac impetus sine adiutorio dei, dicamus in te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Tu enim saluasti nos ex afflictionibus, & odientes nos confundisti. Et item: Præcinxisti me virtute ad bellum, & subplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Rursus, cogitantes q̄ non possumus armis proprijs præualere, oremus: Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium meum. Effunde frameam & concludere aduersus eos qui persequuntur me. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Et posuisti vt arcum æreum brachia mea, & dedisti mihi protectionem salutis tuæ. Quia nec patres nostri in gladio suo possiderunt terram, & brachium eorum nõ saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam complacisti in eis. Postremo vniuersa beneficia dei considerantes, sollicita mente cum gratiarum actione, vt q̄ efficaciter pugnauimus, vel illuminationem scientiæ aut disciplinam discretionis ab ipso accepimus, vel q̄ nos suis armis armavit, virtutisq; cingulo pie muniuit, vel inimicos nostros in fugam conuertit, virtutem quoq; concessit comminuendi eos, vt puluerem ante faciem venti, super his omnibus intimo corde clamemus ad ipsum: Diligam te domine virtus mea, dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum, Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Ibidem

Ibidem

Psalmo 93

Psalmo 43

Psalmo 17

Psalmo 44

Psalmo 117

**C**oncedat itaq; deo agamus non solum pro his, q̄ nos creauit rationales, & liberi arbitrij contulit potestatem, gratiamq; baptismi largitus est, vel scientiam ac adiutorium legis diuinæ concessit, sed etiam pro his quæ prouidentia eius quotidie nobis largitur, q̄ scilicet nos de aduersariorum insidijs liberat, q̄ cooperatur nobis ad superandum vitia carnis, q̄ ignorantibus nobis protegit nos à diuersis periculis, & à lapsu peccati præseruat ac roborat, q̄ adiuuat nos atq; illuminat vt intelligere & cognoscere valeamus ipsum adiutorium nostrum, quod quidam dixerunt non aliud esse, q̄ legem ipse us. Quod eius inspiratione latenter compungimur pro delictis & negligentijs nostris, q̄ ipso dignanter nos visitante saluberrime castigamur, q̄ ab eo interdum etiam inuiti trahimur ad salutem. Postremo, quia ad meliorem dirigit fructum liberum nostrum arbitrium, quod ex se procliuus fertur ad vitia, & visitatione suæ instigationis fleat illud ad viam virtutum.

¶ S.

**H**ÆC est prima humilitas circa deum, hæc est antiquissimorum patrum sincera fides, quæ apud successores eorum merito nunc vsq; perdurat, q̄ scilicet dei auxilio intantum indigemus. Cui fidei certum testimonium perhibent apostolica signa per sanctos frequenter exhibita, nõ solum apud nos, sed etiam apud incredulos. Qui sancti simplici corde tenentes fidem simplicem piscatorum, conceperunt ac defenderunt eandem, nõ dialecticis syllogismis aut eloquentia Tulliana, sed experimento vitæ synceræ ac viuæ purissimæ, atq; vt ita dixerim, occultis indicijs deprehenderunt in ipsa esse perfectionis naturam, sine qua fide apprehendi non potest pietas in deum, nec vitiorum purgatio, nec emendatio morum, nec virtutum perfectio.

¶ T.

**N**Oui quendam de numero fratrum, quem vtinam non nouissem, quoniam prægrauari se passus est posteriori ordinis gradu. Qui confessus est cuidam probatissimo seni, tentari se grauissimo vitio carnis. Nam contra vsum naturæ vrebatur intolerabilis libidinis æstu, vt pote ignominioso desiderio patiendi magis, quam in ferendi. Tunc senex tanquam spiritualis verusq; medicus, interiorum causam atq; originem morbi huius aduertens, grauiterq; suspirans, ait: Nequaquam te dominus permisisset tradidit tam nefando spiritui, nisi blasphemasses in eum. Quo audito, frater ille in terram mox cadens ad pedes senis, & summe admirans secreta sui cordis sic esse patefacta, tanquam deo hæc reuelante, fatebatur se impia cogitatione blasphemasse in filium dei. Vnde perspicuum est eum qui superbæ spiritu possidetur, aut contra deum blasphemus est, integritate perfectionis priuari, & sanctificationem castimonie non mereri, tanquam qui inferat illi iniuriam, a quo dona puritatis speranda sunt.

a. Petri 4

**L**EGimus etiam tale aliquid in Paralipomenon libro. Ioas namq; rex Iuda, cum esset septem annorum, a Ioiada pontifice in solio regni est constitutus, atq; a scriptura in omnibus commendatus, quamdiu Ioiada pontifex vixit. De quo rege audi quid dicat scriptura post obitum Ioiadæ, & qualiter elatus superbia ignominiosæ passioni sit traditus: Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem. Qui delinquitur eorum obsequiis, acquieuit eis, & dereliquerunt templum domini dei patrum suorum, seruiueruntq; lucis & sculptilibus, & facta est ira contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum. Et post pauca: Cumq; euolutus esset annus, ascendit contra eum rex Syriæ, venitq; in Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, & vniuersam prædam miserunt regi Damascum. Et certe cum permotus venisset numerus Syrorum, tradidit dominus in manus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquerunt dominum deum patrum suorum. In Ioas quoq; exercuerunt ignominiosissima iudicia, & abeuntibus dimiserunt eum in languoribus magnis. Vides quam flagitiosis & sordidis passionibus tradi mereatur superbia. Qui enim elatus arrogantia permisit se adorari vt deum, traditur secundum Apostolum in passiones ignominie, atque in reprobam sensum, vt patitur ea quæ non conueniunt. Et quia stante scriptura, immundus est omnis qui exultat cor suum, iste qui tumida cordis elatione inflammatus est, traditur confusione turpissima deludendus, vt taliter humiliatus sentiret semetipsum esse immundum immundicia carnis, & conscientia impurissimæ passionis, quod ante sentire nolebat præ animi sui elatione, vt ignominiosa quoq; contagio carnis patefaceret oculis tam immunditiam sui cordis, quam operuerat vitio elationis. Sicq; manifesta pollutio ne sui corporis probaretur impurus, qui non sentiebat se factum esse immundum per superbiam spiritus.

Rom. 12

**E**X quibus manifeste probatur, quod omnis anima tumore possessa superbæ, traditur intellectualibus Syris, id est, spiritualibus nequitijs, & carnis passionibus inuoluitur, vt saltem terrenis vitijs humiliata carnaliterq; polluta, agnoscat se esse immundam, quæ tumore mentis erecta intelligere ante non voluit immundam se esse effectam coram deo per cordis elationem. Quatenus vel sic quis humiliatus discedat a pristino suo tepore, & ignominiosa carnis passione deiectus atq; confusus, festinet deinceps dare se ipsum ardentius ad spiritalem feruorem.

**M**Anifeste itaq; patet, neminem posse attingere finem perfectionis ac puritatis, nisi per veram humilitatem, quam primo fratribus exhibens, deo quoq; exhibeat in penetrabilibus sui cordis, credens se suis conatibus obtinere non posse perfectionem quam cupit, atq; ad quam magnopere currit, absq; dei protectione ac ope sibi impensa per singula quæq; momenta.

**H**ucusq; dixisse sufficiat, quantum tenuitas nostri ingenij auxiliante domino permittit de spirituali superbia, qua perfecti viri tentantur, vt diximus. Quod superbæ genus non est multis cognitum neq; expertum, quia nec multi apprehendere student puritatem cordis perfectam, vt valeant peruenire ad gradus hos prælios. Nec procurat istud superbæ genus vlla purgatione præcedentium vitiorum, nec sine his obtinet vlla purgatio præcedentium vitiorum, quorum naturam atq; remedia in præcedentibus singulis libellis descripsimus: sed illos duntaxat pulsare solet, qui deuictis vitijs iam præfatis pene in culmine virtutum sunt constituti. Quos quoniam subtilissimus hostis superare nequit

lapsu

**A** lapsu carnali, deicere eos conatur ac supplantare spirituali ruina, satagens illos per superbiam spoliarum vniuersis præteritorum operum meritis, multo labore quæsitis. Porro nos adhuc terrenis passionibus inuolutos nequaquam dignatur hoc modo tentare, sed supplantat nos crassiori, & (vt ita dicam) carnali elatione. Idcirco necessarium reor secus dum promissionem nostram pauca differere de hac quoq; superbia, qua periclitari solent pusilli ac imperfecti, & maxime iuniorum ac incipientium mentes.

**H**AEC ergo carnalis superbia cum residerit in mente monachi ex principio renūciationis male inchoato ac tepido, non permittens eum descendere a pristino seculari tumore ad veram Christi humilitatem. Primo facit eum inobedientem ac asperum, deinde non patitur eum esse mitem atq; affabilem, nec finit eum fratribus æqualem fieri ac communem, nec plenam apprehendere paupertatem, iuxta Christi saluatoris ac dei nostri consilium. Cumq; renūciatio aliud nihil sit, nisi iudicium mortificationis & crucis, nec valeat inchoari aut crescere alijs fundamentis, nisi vt renūcians nouerit se non solum spiritualiter mortuum actibus huius mundi, verum etiam credat se quotidie corporaliter moriturum. Hæc superbia e contrario facit eum sperare vitam longuam, proponitq; ei infirmitates prolixas ac multas, quæ ei possunt accidere. Incutit quoq; confusioem atq; pudorem, si nudus ac pauper effectus ceperit sustentari facultatibus alienis, non proprijs.

**P**ersuadet etiam multo melius esse ministrari sibi victum & vitium ex sua substantia potius q̄ ex aliena, secundum illud: Beatius est magis dare quam accipere. Quod qualiter dictum sit nunq̄ intelligere poterunt tali hebitudine ac cordis tepore obtusi. Tali igitur desidia mentis victi, & infidelitate diabolica reuocati a scintilla fidei, qua in primordijs suæ conuersionis vsi fuerant, & accensi, incipiunt diligentius custodire pecunias, quas ante dispergere ceperant, & eas auaritia vehementior conseruant, velut quæ semel effusa, non poterunt a se ulterius reparari, aut quod peius est, ea quæ prius abiecerant reseruant, aut certe quod tertium terribissimumq; genus nequitie est, congregantes ea, quæ nec ante habebant, egressi de sancto comprobantur nil amplius acquisisse, quam nomen atq; vocabulum monachi. Itaq; super ista renūciationis initia male ac vitiose fundata, necesse est vt vniuersa structura vitiosus deinceps consurgat, nec aliqd valeat super pessima fundamenta ædificari, nisi quod miserabilem animam lugubriori prosternat ruina.

**T**ALIBUS itaq; passionibus mens obdurata, & cum detestabili tepore incipiens, necesse est vt quotidie in deterius crescat, & reliquam vitam suam deformiore fine concludat. Dumq; cupiditatibus pristinis oblectatur, & sacrilega auaritia superatur (de qua ait Apostolus: Auaritia quæ est simulachrorum aut idolorum seruitus. Et iterum: Radix omnium malorum est auaritia) nunquam potest in corde suo suscipere veram ac simplicem Christi humilitatem, dum gloriatur nobilitate parentum, vel de seculi dignitate inflatur, quam corpore & non mente reliquisse probatur, vel de pecunijs intumescit, quas ad propriam ruinam conseruat, propter quæ non acquiescit iam iugum monasterij sustinere, nec disciplina alicuius senioris institui, nec obedientie regulam custodire dignatur, imo nec ipsam perfectionis doctrinam auribus suis admittit. Tantum quoq; crescit in corde eius fastidium spiritualis sermonis, vt si fiat talis collatio, visus eius vno in loco figi non possit, sed huc illucq; stupidus circumferatur, atq; obliquius quam moris est visui aliorum detorqueatur. Deniq; sputa de sicco guttore eius pro salutaribus suspirijs traduntur, excreationes etiam sine vlla cessatione flegmatis prouocantur, disgiuntur, & instar scribentium volitant ac depingunt, sicq; huc & illuc vniuersa corporis membra mouentur, vt dum spiritualis collatio agitur, credat se totum sedere super vermes erumpentes aut super acutissimas spinas. Et quicquid simplex collatio ad audientium ædificationem protulerit, ob suam reprehensionem æstimet esse ploratum, totiq; tempore quo examinatio spiritualis vitæ protrahitur, ipse suis suspitionibus occupatus, non aduertit quod ad suum profectum ex sermone capere debeat, sed sollicita mente scrutatur causas, propter quas vnumquodq; dicatur, vel tacito corde excogitat quid eis possit obijcere, ita vt apprehendere nil penitus possit ex his, quæ saluberrime prædicantur, neq; in aliquo valeat emendari. Sicq; fit, vt spiritualis collatio non solum in nullo ei proficiat, verum etiam magis damnosa existat, efficiaturq; ei occasio maioris peccati. Dum enim iuxta conscientiam suam suspicatur totum contra se esse prolatum, vehementiore

Acto. 10

Colo. 3  
1. Tim. 6

Gg ij. tiore

tioe cordis obstinatione duratur, ac stimulis iræ acrius instigatur. Deinde post hæc se duntaxat in eo, vox alta, rigidus sermo, amara ac turbulenta responsio, erectus mobilisq; incensus, lingua loquax, colloctio procax, nec vnquam taciturnitatis amica, nisi dum contra fratrem conceperit corde quendam rancorem, & ita silentium eius indicium est superbæ & indignationis, non alicuius humilitatis aut compunctionis, sic vt difficile sit discernere, quid in ipso detestabilius extet, effusa illa petulansq; lætitia, an taciturnitas ista dira ac virulenta. Quia in illa lætitia, sermo est importunus, risus leuis ac fatuus, effrenata & indisciplinata cordis elatio. Porro in taciturnitate hæc, est silentium ira plenum ac venenatum, & quod ob hoc tantum concipitur, vt rancor contra fratrem taciturnitate seruatus, diutius protrahi possit, non vt ex eo virtus humilitatis ac patientiæ ostendatur. Præterea cum ipse plenus tumore alijs facilliter iniurias inferat, atq; ad satisfaciendum fratri à se læso seipsum subiicere dedignetur, respuit etiam & contemnit satisfactionem à fratre illo sibi oblatam. Nec solum ex fratris satisfactione nequaquam compungitur aut mollitur, imo & grauius indignatur, quod à fratre illo in humilitate præuentus est. Atq; per hoc salutaris humilitas & satisfactio fratris, quæ solent diaboli tentationibus imponere finem, fiunt ei occasio inflammationis peioris ac vehementioris.

¶ Cc.

**A** Vdiui in hac regione duntaxat (quod horret ac pudet narrare) quia dum quidam juniorum à suo increparetur abbate, cur inciperet humilitatem excedere, quam renuncians ad modicum tempus seruauit, ac diabolica inflaretur superbia, statim respondit cum contumacia maxima: Nunquid ob hoc me ipsum humiliavi ad tempus, vt semper sim subditus? Ad quod tam effrenatum ac sceleratum fratris responsum, ita est abbas obtupefactus, & omnis sermo eius collapsus, ac si verba ista audisset non ab homine vilo, sed ab ipso Lucifero, intantum quod aduersus tantam proteruiam non potuerit aliquam vocem de ore suo emittere, sed gemitus tantum atq; suspiria de corde proferre, illud solum tacitus in seipso reuoluens, quod scriptum est de domino saluatore, Qui cum in forma dei esset humiliavit se, factus obediens, non vt ille tumore repletus diabolico spiritu dixit ad tempus, sed vsq; ad mortem.

¶ Dd.

**V** T autem breuius perstringamus quæ de carnali ista superbia dicta sunt, colligemus quædam signa ipsius, vt possumus, quatenus exprimamus de motibus hominis exterioris quosdam characteres seu figuras aut representationes illius. Necessarium itaq; puto eadem breuiter replicari, vt compendiosius cognoscamus, quibus indicijs eam discernere ac deprehendere valeamus, quatenus radices passionis huius nudatæ, in superficiali & producta, oculatim quoq; perspectæ ac deprehensæ, queant facillius destrui aut vitari. Tunc enim poterit pestifer morbus superbæ integraliter declinari, quando non tarda obseruatio assumitur contra ipsius perniciosos gestus ac noxios impetus, cum iam animo dominatur, sed cum agnoscens dispositiones, & (vt ita dixerim) lineas eius præcedentes discutimus eum discussione prouida ac sagaci. Per motum enim exterioris hominis, sicut prædiximus, agnoscitur status interioris. His ergo indicijs carnalis superbia noscitur: Primo in loquela eius est clamor, in silentio eius amaritudo, in lætitia eius altus effususq; risus irrationabilis, in seueritate sua habet tristitiam, in reprehensione rancorem, facilis ad loquendum, verba passim erumpentia sine omni grauitatis decencia, expers est patientiæ, charitatis aliena, audax ad contumelias irrogandas, ad tolerandas pusillanimitas, ad obediendum difficilis, nisi in his quæ ex seipsa primitus inclinatur. Ad recipiendum exhortationes tardissima, ad refecandum proprias voluntates infirma, ad cedendum aut succumbendum alienis durissima. Semper quoq; conatur suas sententias statuere ac firmare, alienis vero deferre & consentire non acquiescit. Sicq; fit, vt incapax effecta salubris consilij, magis credat in omnibus suo q̄ seniorum iudicio.

¶ Ee.

**P** Ræfatis itaq; prauitatibus quis semel possessus atq; gradatim abductus, disciplina cenobij iam horrescit, & quasi à perfectione impediatur ex fratrum consortio aliorumq; vitio ac impedimento, retrahatur à patientiæ & humilitatis profectu, desiderat habitationem solitariae cellæ, aut certe monasterium cupit construere, quasi alios piurimos lucraturus, & congregare festinat quos docere ac instruere debeat, ex discipulo res quam detestabilior magister effectus. Dum enim ex huiusmodi elatione in pernitiosissimum

**A** simum noxiarumq; teporem corruerit, ita vt nec verus sit monachus, nec secularis, quod deterius est, promittit sibi etiam perfectionem ex hoc ipso suo miserabili statu.

**H** INC si fastigia spiritalis ædificij nostri volumus confurgere deo placetia ac perfecta, festinemus ponere fundamenta eius non secundum libidinis voluntatem, sed secundum districtiōnis euangelicæ disciplinam. Quæ fundamenta esse non possunt alia, nisi timor dei atq; humilitas, quæ ex mansuetudine & humilitate cordis descendit. Humilitas vero in religioso nequaquam poterit absq; nuditate seu paupertate acquiri. Quæ si desit, apprehendi non poterit obedientiæ bonum, nec patientiæ robur, nec mitis ratis tranquillitas, nec consummatio charitatis. Sine quibus cor nostrum nequaquam esse poterit habitaculum spiritus sancti, protestante domino per prophetam Super quæ requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem, & trementem verba mea? Vel, vt habent exemplaria Hebraicam veritatem promentia, Ad quem aut respiciam, nisi ad pauperem & contritum spiritu, & trementem verba mea.

¶ Gg.

**A** Thlæta igitur Christi, qui spiritalem agonem legitime certans, cupit à domino coronari, omnimode festinet extinguere ferocissimam bestiam istam superbiam, tanquam omnium virtutum deuoratricem, certus quod si ipsa in suo pectore commoretur, non solum cunctis vitijs carere non possit, verum etiam si quid virtutis habuerit, eius veneno depreat. Nullo enim modo poterit in corde nostro virtutum structura confurgere, nisi prius iactata sint fundamenta veræ humilitatis in eo, quæ firmissime radicata valeant sustinere culmen perfectionis ac charitatis. Ita vt iuxta prædicta exhibeamus fratribus nostris primo veram humilitatem intimo cordis affectu, non acquiescentes in aliquo eos contristare aut lædere. Quod nullatenus poterimus adimplere, nisi abrenunciatio vera in expoliatione omni facultatū, ac nuditate consistens fundata in nobis extiterit CHRISTI amore. Deinde obedientiæ iugum fuerit simplici corde susceptum, absq; omni simulatione ita vt præter superioris & spiritalis patris mandatum nulla profus voluntas viuat in nobis. Quod non aliter poterit obseruari, nisi quis iudicet se non solum seculo huic mortuum, verum etiam insipientem ac stultum, perficiens sine vlla discussione vniuersa quæ sibi fuerint à superioribus imperata, credens ea sancta atq; diuinitus promulgata.

¶ Hh.

**C** ONsistentibus in præfata qualitate paupertatis ac obedientiæ, consequenter prædicantes nos ipsos omnibus inferiores, patientissime toleremus vniuersa quæ nobis fuerint irrogata, quamuis iniuriosa sint aut tristia, vel damnosa, tanquam à superioribus nostris illata. Quæ à nobis non solum facillime tolerabuntur, imo etiam parua reputabuntur, ac nulla, si mente iugiter recolamus passiones domini nostri IESV Christi atq; sanctorum, considerantes tanto leuioribus iniurijs nos tentari, quanto remotius ab eorū conuersatione meritissq; distamus. Simul etiā cogitantes in breui nos de hoc seculo migraturos, ac futuros esse consortes sanctorum celeri sine vitæ præsentis.

Hæc quippe consideratio non solum est destructiua superbæ, sed & generaliter omnium vitiorum. Insuper post hæc retinentes hanc eandem humilitatem firmissime circa deum. Quod ita completum bim, vt nos ipsos agnoscamus nil posse peragere sine illius ope ac gratia, quod ad virtutum executionem consummationemq; pertinet. Veraciter quoq; credamus, donum dei esse hoc ipsum, quod istud intelligimus.

FINIS INSTITVTORVM PATRVM.

Gg liij

**DIONYSII CARTHVS-  
SIANI IN TRANSLATIONEM SVAM**  
libri primi Collationum Patrum  
Prologus.



**S**APIENTIA abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisque Ecclesiastici 14. Quam desiderabilis atq; salubris sit sapientia nobis pandit saluator, qui in actu sapientiæ beatitudinem nostram consistere edocens: Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscât te verum deum. Ideo Salomon dixit: Beatus homo qui inuenit sapientiam. Et rursus: Preciosior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Sed cum habitus ordinatur ad actum, & ipsa absconditio sapientiæ actum seu usum aut intelligentiã eius impediãt, recte ait scriptura, sapientiam absconditam esse inutilem. Porro difficultas siue obscuritas styli est quædam absconditio sensus inclusi, idcirco utilitatem & fructum lectionis seu suorum apud incapaces & simplices plerumq; impedit & excludit. Hinc libros stylo huiusmodi exaratos interdum expediens est ad styli planum facilioremq; transferri. Vnde quemadmodum librum illustrissimi patris Iohannis Cassiani, primus, qui intitulatur Institutum sanctorum patrum, iam transtuli stylo planissimo, ita nunc domino adiuuante librum eius secundum, videlicet primum librum Collationum sanctorum patrum, intendendo stylo transferre clarissimo, sicut ad hoc inductus sum grandi instantia venerabilium patrum ac fratrum ordinis nostri, prout in prologo præcedentis voluminis plenius recitavi. Incipiam ergo hic, sicut & ibi, à Prologo.

**D**ebitum quod promisi Castori beatissimo præfati in præfatione seu prologo libri de institutis cenobiorum, & remedijs octo principalium vitiorum (in quo libro adiuuante dño de illa materia dictum est in partialibus libellis duodecim, prout tenuitas nostri ingenij poterat) hoc inquam debitum seu promissum videant & perpendant qui volunt, quid circa illud ponderatum sit æquo examine aut iusta discussione Castoris illius aut nostri, an scilicet dignum aliquid scripsimus ibi, vestræ æstimationi omniumq; sanctorum fratrum affectioni in rebus tam arduis ac profundis, de quibus, vt arbitror, non sunt librari nos æditi. Nunc autem quia præfatus episcopus nos relinquens migravit ad Christum, decreui vobis præcipue o beatissime præfati Leonti, atq; sanctissime frater Elladi, consecrandas seu describendas ac offerendas esse has decem collationes summorum patrum, utpote Anachoritarum, qui in eremo Scythi morabantur, quas Castor incomparabili ardens studio sanctitatis iusserat sibi simili describi sermone, non attendens ex vehementia charitatis, quanto pondere nostras infirmas prægrauaret ceruices. Etenim alter vestrum, puta Leontinus, memorato Castori coniunctus germanitatis affectu ac sacra dotij dignitate, & (quod his maius est) studij sancti feruore, deposcit à me hæreditario iure debitum quod fratri eius promisi. Alter, puta Elladius, aggressus est sequi instituta Anachoritarum sublimia, nõ propria præsumptione, vt quidam, sed suggerente spiritu sancto, apprehendens legitimam viam doctrinæ pene prius quàm eam addisceret, maluit erudiri Anachoritarum illorum traditionibus, magis quàm adinventionibus proprijs. In quibus describendis nunc aperitur pelagus infinitum mihi in portu silentij constituto, vt scilicet audeam aliquid tradere memoriæ literarum, seu scribere de institutis ac documentis tantorum virorum, quia ingenium meum agitabitur periculis navigationis tanto profundioris, quanto maior & altior est Anachoretis vita cenobitali, & contemplatio dei, conuersatione actuali, quæ in congregationibus exercetur, cui utiq; contemplationi semper intenti sunt inæstimabiles viri illi. Vestrum est ergo adiuuare orationibus pijs nostros conatus, ne tam sancta materia nunc describenda sermone imperito, sed tamen fideli, periclitetur in nobis. Vel certe, ne nostra rusticitas obruatur eiusdem profunditate materiæ. Itaq; transeamus ab exteriori atq; visibili monachorum cultu, quem in libro de institutis patrum descripsimus, ad inuisibilem interioris hominis habitum ac orationem. De modo quoq; seu forma canonicarum orationum siue horarum ascendat eloquium nostrum ad orationem

**A** nem illam iugem & indefinẽtem, quam iubet Apostolus, quatenus quicumq; promeritis nomen spiritalis Iacob, lectione libri prioris ac supplantatione viciorum carnalium, nõ etiam suscipiens instituta patrum magis, quàm mea, transiensq; respectu ac ope pietatis diuinæ ad meritum, & (vt ita dixerim) ad dignitatem Iſraelis. Instruatur similiter quid debeat obseruari in culmine isto perfectionis, videlicet in habitu & ornatu hominis interioris. Obtineant ergo orationes vestræ ab eo, qui iudicat nos dignos visu ac discipulatu vel societate Anachoritarum, vt nobis conferre dignetur plenam memoriam doctorum illorum, faciliemq; sermonem ad exprimendum eosdem, vt exhiberi vobis possimus sermones illorum, explicando eos tam sancte & integre, sicut ab ipsis accepimus, ipsosq; patres suis institutis ac documentis quodammodo incorporando, & (quod maius est his) de prædictis latino eloquio disputando. Porro lectorem priorum voluminum & harum collationum volumus ante omnia esse præmonitum, vt si forte putauerit in his aliqua impossibilia esse aut dura, ex qualitate status aut propositi sui, vel pro usu & conuersatione communi, non ea mensuret ac iudicet iuxta suæ facultatis imperfectionisq; modum, sed secundum dignitatem & perfectionem patrum ista loquentium. Deniq; primo concipiat studium atq; propositum patrum illorum, quoniam vere mortui sunt omni conuersationi mundanæ, & liberi ab omni affectu parentum carnalium, omninq; vinculo secularium actionum. Consideret quoq; qualitatem locorum in quibus morantur, quia in vastissima solitudine constituti, & ab vniuersis hominibus separati, atque per hoc possidentes mentis illuminationem, contemplantur vel dicunt ea quæ forsitan videbuntur impossibilia inexperitis & ineruditis, propter conditionem & medicoriam consuetudinem suam. De quibus tamen si quis voluerit veram proferre sententiam, & experiri desiderat, an illa queat imitari, festinet prius suscipere ac sectari simili studio ac conuersatione, vitam & propositum patrum illorum, & tunc demum deprehendet & sciet ea non solum esse possibilia, verum etiam suauissima, quæ antea sibi videbantur esse supra hominis facultatem. Nunc itaq; properemus ad collationes & instituta eorum.

**COLLATIONES PATRVM XXIII. COLLATIO**  
prima & abbatis Moyſi I.  
De monachi destinatione & sine.



**M** accepissem abbatem Moysen qui inter illos egregios flores redolebat suauius, nõ solum vita actuali, sed theorica quoq; & contemplatiua virtute in eremo Scythi, vbi morabantur probatissimi monachorum, & omnis perfectio viguit, cupiens fundari in instructione abbatis præfati, vna cum sancto abbate Germano, cum quo fuit mihi tam inseparabilis habitatio, tam in cenobio quàm in eremo, ab ipso initio ac rudimentis spiritalis militiæ, vt ceteros asserent vnã mentem ac animam duobus inesse corporibus ad edificandam ac roborandam parilitatem soliditatis nostræ atq; propositi. Cũq; ambo simul ab abbate Moysese sermonem ædificationis peteremus cum Iachrymis (sciuius namq; clarissime hunc esse rigorem animi eius, vt nequaquam acquiesceret doctrinam perfectionis aperire querentibus, nisi postulantiibus eam fideliter cum tota cordis contritione videretur incurrere vitium iactantię, proditiõnisve crimen, si exhiberet res necessarias passim volentibus aut tepide eas optantibus, quæ cognitæ esse debent solis perfectionem cupientibus cum feruore) tandem Moyses nostris precibus fatigatus, ita incepit.

**O**mnes artes ac disciplinæ habent aliquem scopon seu destinationem ac proprium finem, ad quem respiciens appetitor & exercitator industrius cuiuslibet artis, æg iij æquanti



æquanimitèr sustinet ac libenter, cunctos labores & occurrentia sibi pericula atq; disp<sup>e</sup> dia. Nam et agricola nõ declinat feruidos radios solis, nec glaciẽ nec prunas, sed terram infatigabiliter scindit & arat, & duras agri glebas assiduo vomere frãgit, dũ scopon seruat, id est, propositum suum attẽdit, vt scilicet terram sentibus expurgatam & ab herbis atq; graminiibus superfluis ac nociuis euacuatam, exercendo comminuat in modũ molis arenæ sciens se nõ aliter adepturum finem, id est, perceptionem frugum copiosarum & exuberantiam segetum, nisi hoc exercitio operis sui, quo ipse deinceps valeat vitæ securius agere, aut suam substantiam multiplicare. Deniq; horrea sua blandis repleta libenter euacuat, & ea libenter inserit putridis agris sulcis, non curans diminutionem præsentem intuitu & amore messium futurarum. Negociatores quoq; non timent incertos pelagi casus, nec eius pericula perhorrescunt dum ad finem quæstus provocantur spe lucri, conformiter hi qui accenduntur ambitione mundialis militiæ, non aduertunt peregrinationem suarum exitia atq; discrimina, dum aspiciunt finem suæ potentiæ ac honorum. Nec præsentibus ærumnis ac bellis franguntur, dum cupiunt adipisci finem dignitatis eis propositum.

**H**aber ergo professio nostra propriũ scopõ ac finem suũ, propter quem exercemus non solum infatigabiliter, imo & grãtante cunctos labores. Ob quem ieiuniorũ afflictio nos nõ fatigat, sed & vigiliæ lassitudo delectat, lectio ac meditatio scripturæ mentem nostram non fatiat. Incessabilis etiam labor nuditasq; & omnium facultatum priuatio, iucundissime tolerãtur, nec horror huius vastissimæ solitudinis terret. Propter quem finem vos ipsi proculdubio spreuistis carnalem affectum, præsentiamq; parentum ac patriam vestram, atq; delicias tot regionibus peragratis, vt peruenire possitis ad nos homines ideotas ac rusticos, & in squalore eremi commorantes. Propter quod responde mihi quæ sit destinatio vestra vel finis qui prouocat nos ad omnia ista libentissime sustinenda. Cumq; insisteret elicere nostram responsonem super hac quæstione, responsum vniversa hæc tolerari propter regnum cælorum.

**A**d quod ille: Bene, inquit, & prudenter respondisti de fine. Qui vero debeat esse scopos, id est, destinatio, cui iugiter inhærentes valeamus attingere finem, debetis scire præ omnibus. Cumq; dixissemus nos ignorare, hoc ipse adiecit: In omnibus, vt dixi, arte & disciplina præcedit finem, quidam scopos, id est, destinatio animæ seu incessabilis intentio mentis. Quam nisi quis seruauerit cum omni studio perseveranter, peruenire non poterit ad finem fructus desiderati. Nam, vt dixi, agricola habens pro fine, viuere se secure ac copiose in abundantia fructuum, habet pro destinatione expurgare agrum suum à sentibus cunctis, eumq; euacuare ab omnibus infructuosis graminiibus, nec aliter confidit se adepturum opulentiã finis quieti, nisi vsu & actu. Insuper negociator nõ deponit à corde suo desiderium mercium emendarum, per quod possit lucro suas diuitias congregare, quoniam frustra appeteret lucrum, nisi eligeret viam qua tendere possit ad illud. Et qui cupiunt promereri certis quibusq; dignitatibus huius mundi, ante considerant & proponunt cui officio seu ordini se debeãt mancipare, vt per rectam atq; idoneã semitã suæ spei attingere queãt finem dignitatis cupitæ. Ita & finis viæ nostræ est regnum dei. Quæ vero sit destinatio inquirendum est diligenter, quia si agnouerimus eã, frustra fatigabimur laborando, quoniam qui tendunt sine recta via, laborem habent itineris, non profectum. Ad hæc admirantibus nobis, intulit senex finis nostræ professionis, vt diximus, est regnum dei seu regnum cælorum, destinatio vero est puritas cordis, sine qua nemo potest ad finem illum pertingere. Figentes ergo in hac destinatione intuitum nostræ mentis, dirigimus recte cursum nostrum quasi per lineam certam. Porro si cogitatio nostra paululum ab hac destinatione errauerit, recurrendo mox ad eius intuitum, cogitationem nostram rursus recte corrigimus tanquam regulam quandam seu lineam. Quæ cogitatio reuocans semper omnes nostros labores ad vnũ hoc signum, hoc est, ad destinationem seu puritatem cordis præfatam, emendat statim & corrigit, si mens nostra vel modice deuiaret à propofita directione seu intenta consideratione destinationis ac puritatis internæ.

**Q**uemadmodum hi qui bellica tela tractant, dũ cupiunt demonstrare artis suæ peritiam, corã rege terreno conant iaculas seu sagittas defigere in paruissimã scutulã depictã in se p̄mia continẽtẽ, certi q; puenire nõ possint ad finẽ p̄mij cõcupiti, nisi p̄ suã destinãt

**A** destinationis intentionisq; lineam. Quod vtiq; præmium sortientur cum obtinere viderint suæ intentionis propositum, tangẽdo videlicet signum. Quod si intueri cessauerint, non sentient se defecisse à recta ac perita directione sagittæ, quantumcunque casus eorum intentio aberrerit à tramite recto, quoniam nullum certum habent signum, quo suæ directionis probent peritiam, vel redarguant eius errorem. Ideo cum inuites iactus in aere vanæ eiecerint, nequeunt iudicare in quo aut quantum errauerint siue decepti sint, quoniam nullum signum eis ostendit, quantum à recta emissionis sagittæ defecerint, nec vllus intuitus instruit eos, aut qualiter debeant deinceps corrigere aut reuocare directionem, & lineam artis suæ. Ita ergo & nostri propositi finis, est vita æterna secundum Apostolum, dicente eodem: Habentes quidem fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Ita q; scopos seu fructus est puritas cordis, quam Apostolus nõ im merito nuncupauit sanctificationem, sine qua prædictus finis, vt pote vita æterna, nõ poterit obtineri. Ac si alijs verbis dixisset: Habentes quidem scopon vestrum in cordis puritate, finem vero vitam æternam. De qua destinatione seu scopon nos docēs idẽ Apostolus, ipsum nomen signanter expressit, dicendo: Quæ posteriora sunt obliuiscẽs, ad ea vero quæ in ante sunt extendens me ad destinationem, persequor ad brauium supernæ vocationis domini. Quod euidentiũs in græco ponitur sub hoc sensu, scẽdum destinationem persequor. Quasi dixisset: Ad finem cœlestis brauij peruenire studeo ac intẽdo hac destinatione qua posteriora obliuiscor, id est, vitia anterioris ac veteris hoĩs. Quicquid ergo nos potest dirigere ac iuuare ad hũc scopon, pura ad cordis puritatem scẽtari debemus tota virtute, & quicquid retrahit ac impedit ab eadem, vitare debemus tanq; perniciosum & noxium. Deniq; pro adipiscenda ac perficienda hac cordis puritate, cõmnia agimus ac sustinemus. Pro hac contemnuntur parentes, patria, dignitates, diuitiæ atq; delicia huius mundi & vniverfa voluptas, vt scilicet puritas cordis retineatur perpetua. Hac itaq; puritate propofita & intenta rectissime dirigetur ad eam semper actus nostri & cogitationes. Quæ si non fuerit iugiter constituta ante oculos nostri æ mentis, non solũ efficiet cunctos nostros labores vagos atq; instabiles, & compellet eos effundi in cassum, & sine villo profectu, sed etiam suscitabit cogitationes diuersas ac sibi contrarias. Quia necesse est mentem non habẽtem quo recurrat & cui principaliter inhæreat semper, mutari per horas singulas ac momenta, iuxta occurrentium varietatem, atq; in illũ statum continuo transformari qui primus occurrerit ex his quæ foris accedunt.

**H**inc nanq; est q; vidimus quosdam contemnentes maximas viuitæ seculi facultates, nec solum talenta argenti ac auri, sed & magnificentiam prædiorum, qui tamẽ post hæc commouebantur pro graphio, calamo aut capello. Qui si stabiliter intueretur cordis mundiciã, nunquam pro paruis rebus passiones admitterent, quas ne incurrerent pro magnis & reuocissimisq; opibus, maluerũt omnino abijcere eas. Præterea quidam plerunq; seruant tanta affectione codicem aliquem, vt non facilliter sinant eum ab aliquo legi vel tangi, & inde occasiones impatientiæ ac mortis incurrunt, vnde monentur acquirere patientiæ fructum & profectum charitatis. Cum em̄ disperferint pro Christi amore omnes suas diuitias, retinentes tamen pristinum cordis affectum in minimis rebus, & pro ipsis interdum leuiter irascentes, redduntur ab omnibus infructuosi ac steriles, veluti charitatem apostolicã non habentes. Quod beatus Apostolus in spiritu præuidens, dixit: Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vnde euidenter probatur perfectionem non statim acquiri nuditate aut omnium facultatum priuatione seu dignitatum abiectione, nisi affuerit charitas illa, cuius membra seu actus describit Apostolus, quæ in sola cordis puritate consistit. Nẽpe, quid aliud est nõ emulari, non inflari, non irritari, non agere perperam, non querere quæ sua sunt, non gaudere super iniquitate, non cogitare malum, & reliqua quæ de charitate scribit Apostolus, nisi offerre deo cor perfectum atq; purissimum, & custodire illud à perturbationibus cunctis intactum.

**O**mnia ergo gerenda, sustinenda ac appetenda sunt nobis gratia atque intuitu puritatis istius. Pro qua agnoscamus nos debere suscipere ieiunia, vigilias, labores, corporis nuditatem, lectiones, cæterasq; virtutes, vt per illas cõseruare possimus ille sum cor nostrum ab vniverfis passionibus noxijs, & illud deo parare. Ad charitatis quoque perfectio

perfectionem ascendere valeamus innitendo his gradibus. Interea si forte præuentione occupatione aliqua necessaria aut honesta non potuerimus adimplere solitam distinctionem in exercitijs illis, non debemus propter obseruantias tales omiffas, incidere iram, impatientiam aut indignationem, propter quarum expulsiuonem agendum fuit quod circa exercitia bona omiffimus. Non enim tantum est ieiunium, quantum iræ dispensandum, nec tantus acquiritur fructus legendo, quantum incurritur detrimentum, si autem spernendo. Ea ergo quæ secundaria sunt, puta ieiunia, vigiliæ, anachorefis seu habitatio solitaria, & meditatio scripturarum, oportet nos exercere propter principalem scopon, id est, cordis puritatem, quæ est charitas sancta, & non perturbatione hanc principalem virtutem & passiones præactas propter secundaria illa ex rationabili causa omiffa, quoniam am charitate in nobis integra & illesa manente nil oberit si aliquid ex secundarijs illis fuerit ex necessitate omiffum, sicut nec proderit omnia illa fecisse dempta hac principali virtute, cuius gratia vniuersa sunt peragenda. Ob hoc quippe festinat quis sibi constituere seu parare instrumenta cuiuslibet artis, non ut ea possideat otiosa, neque ut ponat fructum commodi, quem sperat ex instrumentis acquirere in nuda instrumentorum possessione, sed ut eorum obsequio efficaciter apprehendat, discat siue exerceat peritiam artis, & finem eius obtineat, cui instrumenta illa subserviunt. Igitur ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas atque priuatio omnium facultatum non sunt, ipsa perfectio, sed perfectio instrumenta, ac media, quoniam finis disciplinæ vitæ religiosæ non consistit in ipsis, sed per ea venit ad finem. Idcirco inaniter facit exercitia illa qui eis tanquam summo bono contentus est, nec cordis sui intentionem deflexit altius, nec omne studium virtutis expendit ad acquirendum finem, propter quem appetenda sunt illa. Habet enim instrumenta illius artis, sed finem eius ignorat. Quicquid igitur potest hæc mentis nostræ puritatem ac tranquillitatem turbare, deuitandum est tanquam nociuum, quamuis necessarium videatur ac vtile. Hoc etenim modo poterimus euadere euagationes cogitationum & dispersionem omnium terrenarum, & desideratum attingere finem per certæ directionis lineam ac respectum.

**H**ic ergo debet esse noster principalis conatus, hæc immobilis destinatio siue intentio nostri cordis iugiter affectanda, ut mens nostra inhaereat deo ac rebus diuinis. Cætera omnia quamuis sint magna, tamen sunt iudicanda secundaria, aut etiam infirma, vel certe nociua. Denique huius principalis actionis figura in euangelio pulcherrime designatur per Mariam & Martham. Cum enim Martha deservire ministerio vitæ sancto, vitæque saluatori & eius discipulis ministrabat, & Maria adhaerere pedibus lesu, intenta tantummodo spiritali refectioni doctrinæ ipsius, cuius pedes deosculans leniebat unguento bonæ confessionis, Maria tamen præfertur Marthæ a **C H R I S T O**, de qua testatur, quod ipsa meliorem elegerit partem, & eam quæ ab ea non possit auferri. Nam cum laboraret Martha pia sollicitudine ac erogatione distenta, videns se solam non posse ad ministerium tantum sufficere, postulauit a domino adiutorium suæ sororis, dicens: Non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Et vitæque **M A R T H A** prouocauit Mariam, non ad vile opus, sed ad laudabile profus obsequium. Et tamen quid audit a domino? Martha, inquit, sollicita es, & turbaris erga plurima. Paucis vero opus est, aut etiam vno. Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Vides ergo dominum posuisse principale bonum in virtute theorica, hoc est, in contemplatione diuina. Vnde quamuis cæteras virtutes necessarias dicamus ac viles, tamen secundarias ac inferiores eas esse asserimus, quoniam vniuersæ ordinantur ad virtutem istam theoricam seu contemplationem diuinam. Dominus enim dicens, sollicita es, & turbaris erga plurima, paucis vero opus est, aut etiam vno, collocauit summum bonum non in vita actiua, quamuis abundet opere bono ac fructibus multis, sed in sola contemplatione, quæ vere simplex ac vna est. Pronunciauit quoque paucis necessarium esse ad felicitatem perfectam, utpote illa theorica seu sapientia, quæ consistit in contemplatione paucorum diuinorum. Per quam is qui adhuc in profectu est positus, ascendens perueniet domino adiuuante, ad illud vnum quod solum est necessarium, hoc est, ad solius dei iuuuatum, qua tenus supergressus mirifica mysteria operaque sanctorum, pascat iam pulchritudine atque scientia seu contemplatione dei solius. Maria ergo optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et hoc est diligentius intuendum. Nam cum dicit: Maria bonam partem elegit, licet taceat de Martha, & eam nequaquam vituperare intendat, tamen Mariam seu eius partem laudando, insinuat Martham seu eius partem esse inferiorem. Rursum, cum dicitur: Quæ non auferetur ab ea, ostendit quod a Martha possit pars sua auferri. Non enim animi corporale ministerium potest cum homine iugiter permanere. Actum vero seu contemplationem Mariæ docet nullo sine posse finiri.

**A** non auferetur ab ea. Et hoc est diligentius intuendum. Nam cum dicit: Maria bonam partem elegit, licet taceat de Martha, & eam nequaquam vituperare intendat, tamen Mariam seu eius partem laudando, insinuat Martham seu eius partem esse inferiorem. Rursum, cum dicitur: Quæ non auferetur ab ea, ostendit quod a Martha possit pars sua auferri. Non enim animi corporale ministerium potest cum homine iugiter permanere. Actum vero seu contemplationem Mariæ docet nullo sine posse finiri.

**A**bor ieiuniorum, instantia lectionis, opera quoque misericordiæ & iustitiæ pietatis & humanitatis, & non permanebunt ista cum suis actoribus, præsertim cum dominus reprobitat operibus istis retributionem regni celestis: Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi. Esuriui enim & dististis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Quomodo ergo hæc auferentur quæ introducunt factores suos in regnum celorum?

**R**espondit Moyses: Nec ego dico mercedem boni operis auferendam, cum idem dominus dicat: Qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam, sed auferendam dico actionem quam fieri exigit corporalis necessitas, vel impugnatio carnis, aut inæqualitas seu iniustitia mundi huius. Quoniam lectionis instantia, & ieiuniorum afflictio exercentur vtiliter in præsentem tantummodo vitam, ad emundationem cordis castigationemque corporis, quam diu caro aduersus spiritum concupiscit. Quæ & interdum vidimus auferri etiam in præsentem ab his qui fatigati erant nimio labore, aut senio, aut ægritudine corporali, nec posse ea ab homine iugiter exerceri. Quanto magis hæc in futuro cessabunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, corpusque istud nunc anmale surrexerit spirituale, & cœperit caro esse talis, ut non amplius contra spiritum concupiscat: De quibus quoque exercitijs, beatus Apostolus manifeste pronunciat: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem quæ sine dubio charitas intelligitur, ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futura. Quæ ergo dicitur ad modicum utilis esse, manifeste asseritur non posse omni tempore exerceri, nec per se solam posse perfectionem laboranti conferre. Nempe quod ait modicum, potest ad utrumque referri, hoc est, ad temporis breuitatem, quod scilicet, exercitatio corporalis esse non possit homini cœterna, tam in præsentem quam in futuro, vel certe ad paruitatem utilitatis, quæ de carnali exercitatio acquiritur, eo quod corporalis afflictio pariat quædam initia spiritalis profectus, non ipsam charitatis perfectionem, quæ promissionem habent vitæ præsentis & futuræ. Ideoque exercitia operum prædictorum necessaria esse

**C**fatemur, quoniam sine eis non potest quis ad charitatis culmen ascendere. Opera quoque pietatis & misericordiæ, de quibus dixisti, necessaria sunt tempore isto, quam diu inter homines tanta inæqualitas dominatur, utpote opulentia & paupertas. Quorum operatio si expectaretur hoc loco, pars maxima infirmorum ac inopum redundaret, & inæqualitas illa ex peccato hominum est secuta & facta, eorum videlicet qui in suos tantum verunt & occupant vsus, quæ a communi creatore omnibus sunt concessa, nec tamen illi tenuerunt vitanda. Quam diu igitur viget in mundo inæqualitas ista, erunt opera misericordiæ vtilia exercitio promerentia bono eius affectui pietatis voluntati retributionem hæreditatis æternæ. Sed in futuro seculo, paritate regnante, cessabunt, cum non fuerit inæqualitas, propter quam hæc debeant exerceri, sed cuncti electi transibunt perpetua cordis puritate ad plenam dei dilectionem diuinarumque reum contemplationem ab hac operatione multiplici vitæ actiua. Cui puritati elegerunt se omni conatu ac viribus mancipare constituti adhuc in seculo isto hi quibus cura est insistere scientiæ salutari, vel mentis emundationi, deputantes se ipsos in carne corruptibili positos illi officio, in quo corruptione depositæ ternaliter permenebunt ad promissionem saluatoris, qua dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

**V**t quod miramini quæ opera misericordiæ iam præfata cessabunt, cum scripta scribat etiam sublimiora spiritus sancti charismata cessatura, solamque charitatem sine fine mensuram, dicens: Sive prophetiæ euacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia deseruetur, charitas autem nunquam excidit. Omnia namque dona quæ tribuuntur ad tempus pro vsu ac necessitate vitæ præsentis, proculdubio mox cessabunt, dispensatione hominum consummata. Charitas vero nullo tempore irripet, quia

quia non solum in seculo isto operatur in nobis vtiliter, sed in futuro quoq; multo effi-  
cator excellentiorq; manebit, mole seu sarcina corporeæ necessitatis abiecta, nullo vn-  
quam defectu cortumpenda, sed adhæsurâ ardentius atque intentius cum incorruptio-  
ne perpetua.

**G**ermanus, Quis ergo fragili carne circumdatus potest contemplationi sic semper ef-  
ficax affixus, vt nunquam cogitet de alio cuius fratris aduentu, de visitatione infirmi, de  
opere mantium, aut certe de humanitate peregrinis vel aduenientibus exhibenda? Pos-  
tremo, quis non repellatur interdum à cõtemplatione ex prouisione corporis sui aut eu-  
ra? Et cupimus edoceri qualiter vel in quo mens humana valeat coherere inuisibili & in-  
comprehensibili deo.

**M**oyses, Impossibile est homini fragilitate hac carnis circumdato inherere iugiter  
deo, atq; inseparabiliter copulari cõtemplationi eius, vt dicitis. Sed oportet nos  
scire vbi intentionem nostræ mētis debeat habere defixam, & ad quam destinationē  
reuocemus semper nostræ mentis intuitum. Quam cum mens obtinere poterit, gau-  
deat, & à qua distractam se doleat ac suspiret, totiesq; sentiat se à summo bono relapsam  
quoties deprehenderit se ab eius intuitu separatam, iudicans momentaneum à Christi  
cõtemplatione discessum, esse fornicationem. A quo dum paululum deuiauerit mens  
nostræ intuitus, reuocemus quasi per rectissimam lineam, aciem cordis, retorquentes

Luca 17

Roma 14

Isaia 69

Isaia 65

Isaia 6

Iohan. 16  
Luca 6

Luca 19  
Matth. 19

1. Cor. 15

oculos cordis ad Christū. Totum namq; consistit in conuersione auersione animæ. A  
qua expulso diabolo, nec vitij in ea regnantibus, regnum dei fundatur statim in nobis,  
dicente euangelista: Regnum dei non veniet cum obseruatione, neq; dicent: ecce hic, aut  
ecce illic est. Amen enim dico vobis, quia regnum dei intra vos est. Porro intra nos nil  
aliud esse potest, q̄ scientia aut ignorãtia veritatis, vel amor virtutum aut vitiorum. Per  
quæ paramus Christo aut diabolo regnum in corde nostro. Cuius regni qualitatem de-  
scribit Apostolus, dicens: Non enim regnum dei est esca & potus, sed iustitia, & pax, &  
gaudium in spiritu sancto. Itaq; si regnum dei intra nos est, & ipsam regnum est iustitia  
& pax, & gaudium in spiritu sancto, ergo qui bonis istis adhæret, sine dubio in dei est re-  
gno. Econtrario autem qui versantur in iniustitia, discordia atq; tristitia mortem ope-  
rante, sunt in regno diaboli & in inferno, morteq; tristium. Et reuera si sublimi mentis  
intuitu consideremus statum illum in quo degunt cœlestes ac supernæ virtutes, quæ ve-  
re in regno dei sunt, quid aliud ille status esse credendus est, quàm perpetua pax, ac iugis  
læticia? Quid enim tam proprium tamq; conueniens beatitudini, quàm tranquillitas ius-  
tis & gaudium sempiternum? Insuper vt certius instruaris non mea coniectura, sed au-  
thoritate diuina credimus verum esse, quod dicimus. Audi deum apertissime describen-  
tem qualitatem & statum seculi affuturi: Ecce, inquit, creo cœlos novos, & terram no-  
uam, & non erunt in memoria priora, neq; ascendent super eor, sed gaudebitis & exul-  
tabitis vsq; in sempiternum in his quæ ego creo. Et rursus: Gaudium & læticiam obtine-  
bunt, fugietq; dolor & gemitus. Et si adhuc vultis agnoscere clarius de cõuersatione be-  
atorum, & ciuitate illa sanctorum, attendite quæ à deo dicantur ad ipsam supernam Hi-  
erusalem: Et ponam, ait, visitationem tuam pacem, & propósitos tuos iustitiam. Nō au-  
diatur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis. Et occupabit sa-  
lus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi sol ad lucendum per diem, nec splē-  
dor lune illuminabit te. Sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in glo-  
riam tuam. Nec occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Sed erit tibi dominus  
in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Ideoq; beatus Apostolus nō di-  
xit generaliter neq; simpliciter omne gaudium esse regnum dei, sed signanter ac specia-  
liter illud solū quod est in spiritu sancto. Nouerat quippe esse & aliud vituperabile gau-  
dium, de quo fertur: Mundus gaudebit, Et: Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis. Sane re-  
gnum cœlorum tripliciter sumitur: Primo pro his in quibus regnaturi sunt cœli, id est,  
sancti qui regnant in subditis suis, secundum illud in euangelio: Esto tu super quinque ci-  
uitates, & tu super decem. Et vnde Christus dixit apostolis: Sedebitis super duodecim se-  
des iudicantes duodecim tribus Israel. Secundo, regnum cœlorum sunt ipsi cœli seu san-  
cti, cum incipiunt à Christo regnari, cum scilicet omnibus ei subiectis coeperit deus esse  
omnia in omnibus. Tertio, ipsi cœli in quibus sancti sunt cū domino regnaturi. Quam-  
obrem vnusquisq; nunc viuens in corpore sciat se in futuro deputandum regno aut mi-  
nisterio

**A**nisterio eius, cuius participem & cultorem pp̄auerit semetipsum in hac vita, nec ambi-  
gat se futuro confortem illius in perenni seculo illo venturo, cui maluerit se nunc mini-  
strum sociumq; pp̄bere, iuxta sententiam Christi dicentis: Si quis mihi ministrat, me se-  
quatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Quæadmodū namq; regnū diaboli ob-  
tinetur per similitudinem vitiorum, sic regnum dei possidetur per exercitationem virtus-  
tum, puritate cordis ac spiritali scientia. Vbi autem regnum dei, ibi mors est & infernus. In quo qui fuerit, debum lauda-  
re non potest, iuxta prophetam dicentem: Non mortui laudabunt te domine, neq; oēs  
qui descendit in infernum. Sed nos, inquit, qui viuimus, benedicimus dominum, ex hoc  
nunc & vsque in seculum. Non enim est in morte qui memor sit eius. In inferno au-  
tem peccati quis confitebitur domino? Id est, nemo. Nemo enim cum peccat, confitetur  
deum, etiam si miles profiteatur se Christianum aut monachum. Nullus ea committēs  
quæ dominus detestatur, reminiscitur eius, nec vere confitetur se seruum illius, cuius cõ-  
temnit præcepta mente superba. In qua morte Apostolus pronunciat esse viduam quæ  
in delitijs viuūt: Vidua, inquit, quæ in delitijs est, mortua est. Sunt igitur multi qui in  
corpore isto viuētes, sunt mortui, qui in inferno iacentes deum laudare non possunt.  
Econtrario sunt qui corporaliter defuncti, deum suum benedicunt ac laudāt, secundum  
illud: Benedicite spiritus & animæ iustorum domino. Et: Omnis spiritus laudet dominū.  
In Apocalypsi quoq; animæ occisorum dicuntur nō solummodo deum laudare, sed eti-  
am interpellare. Deniq; in euangelio dominus euidentius ait ad Saduceos: Non legitis  
quod dictum est à deo vobis dicent: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob.  
Non est deus mortuorum, sed viuentium: Omnes enim illi viuūt, de quibus & Aposto-  
lus loquitur: Propter quod non confunditur vocari deus eorum. Parauit enim illis ciui-  
tatem. Euangelica item parabola de paupere Lazaro, & de diuite purpurato prolata ostē-  
dit, q̄ mortui post recessum à corpore non sint otiosi, nec absq; sensatione. Quoniã pau-  
per ille obtinuit beatissimam sedem seu Abraham sinum, diues vero exuritur intollerabi-  
lignis æterni ardore.

Iohan. 12

Psal. 113

Psal. 6

1. Tim. 5

Danie. 3

Psal. 110

Matth. 22

Hebr. 11

Luca 16

Q. 10.

Luca 19

**S**edam, quid aliud manifeste significat, q̄ in animabus à corpore separatis, nō solum  
manere pristinos intellectus, sed etiam perfrui eas congrua retributione, iuxta qualita-  
tem meritorum actuumq; suorum? Hoc etenim dominus nequaquam promisit Iaroni,  
si sciuisset animam eius post separationem à corpore, sensu priuandam, vel in nihilū res-  
soluendam. Non enim caro, sed anima eius ingressura fuit cum Christo in paradysum.  
nterea præcauenda, & toto horrore detestanda est illa hæreticorum distinctio, qui dum  
non credunt deum potuisse esse in paradiso eodem die quo in infernum descendit, ita di-  
stinguunt seu punctuant: Amen dico tibi hodie, atq; interposita punctuatione hac ipsa,  
subiungunt, mecum eris in paradiso. Quatenus ista promissio intelligatur non statim  
impleta post Christi passionem, sed post ipsius resurrectionem, nō intelligentes q̄ Chri-  
stus ante suam resurrectionem protulit ad Iudæos, qui eum credebant concludi ac ter-  
minari humanis infirmitatib; carnis, sicut concludebātur & ipsi. Nemo ascen-  
dit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Ex quo manife-  
ste probatur animas defunctorum non solum suis sensibus non priuari, imo nec affecti-  
bus istis, videlicet spe, tristitia, gaudio, metu carere, & eas modo incipere p̄gustare quæ-  
dam eorum quæ eis referantur in finali ac generali illo examine, nec resolu cas in nihi-  
lum secundum infidelium quorundam errorem, sed electas viuacius subsistere, deiq; lau-  
dibus intensius inhæreret. Et reuera, vt sequestratis paulisper testimonijs scripturæ dis-  
putemus breuiter aliqua iuxta mediocritatem nostri ingenij de natura animæ rationa-  
lis, nonne vltra totius ineptiæ ac erroris, non dicam fatuitatem, sed in saniam, est, vel leui-  
ter suspicari preciosiorem hominis partem, in qua secundum Apostolum consistit imago  
go dei, & similitudo ipsius, insensibilem fieri, deposita sarcina corporali, quæ preciosior  
pars totam vim rationis in se cõtinent facit mutam & insensibilem carnis materiã, parti-  
cipatione sui esse sensibilem? Cum vtiq; consequens sit & ordo rationis hoc ipsum con-  
tineat & concludat, vt mens humana exuta carnali pinguedine, qua nunc hebetatur, vi-  
res suas intellectuales repararet ac restauraret in melius, easq; recipiat puriores ac subti-  
liores potius, q̄ amittat. Id quoq; dicimus, sanctus Apostolus in tm̄ vey: esse cognouit,  
Hh quod

Philipp. 1  
quod optavit à carne dissolui, vt separatione eius copularetur deo stabilis, dicens: Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo. Multo enim melius, quia dum sumus in corpore peregrinamur à domino. Et idcirco audemus, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & presentes esse ad dominum. Propterea contendimus siue absentes siue presentes placere illi, commorationem animæ in carne mortali asserens esse peregrinationem à domino, absentiamq; à Christo, separationem vero & discessum animæ ab hac carne confidens tota credulitate esse presentiam beatam cum Christo. Et audentius iterum ait idem Apostolus de hoc viuacissimo animæ statu: Accessistis ad Si on montem, ad ciuitatem dei viuētis Hierusalem cœlestem, & ad multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & spiritus iustorum perfectorum. De quibus spiritibus in alio loquitur loco. Deinde patres carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerbamur eos, Nū multo magis subijciemur patri spirituum & viuemus?

Hebr. 12  
Contemplatio dei multis modis concipitur. Nam deus cognoscitur non sola admiratione incomprehensibilis suæ substantiæ in seipsa, quod tamen in spe promissionis adhuc extat absconditum, sed etiam intelligitur magnitudine creaturarum suarum vel consideratione suæ iustitiæ, vel auxilio dispensationis quotidianæ, quando videlicet mente purissima intuemur quæ egerit per singulas generationes cum sanctis suis. Dumq; extremamente corde miramur ipsius potentiam qua vniuersa gubernat, moderatur, ac regit, atq; immensitatem scientiæ eius, & oculum quem secreta cordium latere nō queunt. Dum cogitamus ei cognita esse ac dimensa, arenam maris numerumq; viuuarum. Dum obstruimus contemplamur scientiæ eius assistere ac patere guttas pluuias, dies & horas seculorum, præterita, præsentia, & futura. Dum insuper cum quodam admirationis excessu intuemur ineffabilem eius clementiam, qua indefessa longanimitate sustinet innumera merabilia flagitia, quæ in eius conspectu committuntur per singula quæq; momenta. Vocacionem quoq; qua nos per gratiam suæ miserationis attraxit nullis præcedentibus meritis nostris, & occasiones salutis quas tribuit adoptatis, & quæ ita nos nasci præcepit, vt ab ipsis cunabulis traderetur nobis gratia & legis suæ notitia. Quod ipse aduersarium vincens in nobis, munerat nos felicitate æterna, atq; perpetuis præmijs pro solo bonæ voluntatis assensu. Cum postremo speculamur dispensationem incarnationis suæ, quam pro nostra suscepit salute, ac mirabilia mysteriorum suorum, quæ in cunctis gentibus dilatauit. Sunt autem & aliæ huiusmodi contemplationes innumeræ, quæ in nostris cordibus oriuntur, iuxta vitæ qualitatem, cor discipuli puritatem, quibus deus mundis videtur aspectibus vel tenetur. Quas nullus incessabiliter tenuit, in quo adhuc aliquid carnalium affectuum viuuit, quoniam dominus dixit: Faciem meam videre nō poteris. Non enim videbit me homo, & viuuet.

Exod. 33  
Ermanus: Quid ergo est, quod superflue cogitationes ita subtiliter ac latenter inhaerent nobis nolentibus, imo & nescientibus, vt non parum difficile sit eas expellere, sed etiam intelligere ac deprehendere? Potest ergo ne mens ab istis aliquando vacua reperiri, & nunquam huiusmodi illusionibus incurfari?

Quædam  
R.  
Moyse: Impossibile est mentem cogitationibus non pulsari siue adiri. Quemadmodum ergo ortus cogitationum nō pendet oīno à nobis, ita in nobis consistit probatio siue electio earundem. Nec tamen ex eo quod diximus, impossibile esse mentem cogitationibus non adiri, totum attribuendum est incurfui aut illis spiritibus, qui nituntur eas ingerere nobis. Alioquin, liberum arbitrium non maneret in homine, nec esset in nobis propria reprehensionis industria. Sed nostrum est magna ex parte, vt cogitationum qualitas emendetur, & vel sanctæ & spirituales cogitationes, vel terrenæ atque carnales crescant in cordibus nostris. Idcirco interdum adhibetur lectio, frequens & iugis meditatio scripturarum, vt exinde præbeatur nobis occasio spiritualis memoriæ. Ideo decantatio celebris psalmorum apponitur, quatenus assidua compunctio nobis in hoc ministeretur. Hinc vigiliarum, ieiuniorum & orationum sedulitas assumitur, vt extenuata & subtiliata mens sapiat non terrena, sed contempletur cœlestia. Quibus rursus ex negligentia nostra repete cessantibus, necesse est, vt mens vitiorum squalore iniecta, mox ad carnalia inclinetur & corruat.

CS.  
Quod exercitium cordis, circa cogitationum approbationem seu repulsionem molendinis

A. molendinis recte assimilatur, quæ ab opere ipso cessare non valent, quando circumuolutur aquarum impulsu, quoniam præceps cursus vndatum impetu suo moli mouet ea in giro. Porro in potestate molendinarii situm est, an molat triticum, an ordeum, an certe zizania. Illud quippe proculdubio moletur, quod molendino ab ipso imponitur, cui commissa est illius operis cura. Ita mens per vitæ præsentis incurfus circumagitur vndiq; & mouetur torrente seu abundantia ingruentium tentationum, nec potest vacua esse ab æstibus cogitationum. Sed ad industriam diligentiam eius ac studij spectat, quales cogitationes debeat admittere siue assumere ac sibi parare. Si enim, vt diximus, iugiter recurramus ad meditationem scripturarum sanctarum nostrarumq; memoriæ erigamus ad recordationem spiritualium rerum, ad desiderium quoq; perfectionis & spem futuræ felicitatis, necesse est vt cogitationes spirituales inde exortæ, faciant mentem nostram immorari his quæ fuimus meditati. Si vero victi desidia aut negligentia occupemur vitijs & confabulationibus otiosis, aut implicemur curis mundanis, sollicitudinibusq; superfluis, consequenter cogitatio inde nata tanquam quædam zizaniorum species in fructuosam ministrabit cordi nostro operationem nocuam, & iuxta sententiam Saluatoris: Vbi fuerit thesaurus operum nostrorum aut nostræ intentionis, ibi & cor nostrum necessario stabilietur.

AT.  
B. Hoc quoq; præ omnibus scire debemus tria esse principia cogitationum nostrarum, quia aut sunt ex deo, aut ex diabolo, aut ex nobis. Ex deo sunt, cum spiritus sanctus sua illustratione nos visitare dignatur, erigens nos ad sublimiore profectum, & quando castigat aut corripit nos saluberrima compunctione, de hoc quod minus proficimus, vel desidiose agendo deuisi sumus, siue dum reserat nobis sacramenta cœlestia, & proposuimus non situm ac voluntatem ad meliores actus conuertit. Sicut dum rex Assurcus instigatus à deo, fecit sibi legi libros annales, in quibus recordatus beneficentia Mardochei, exaltauit illum summo honore, ac protinus reuocauit crudelissimam sententiam de ludæorum interfectione prolata. Vnde & propheta commemorat: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Hinc & Zacharias testatur: Dixit angelus qui loquebatur in me. Itemq; cum filius dei promittit se venturum cum patre, & mansorem se esse facturum nobiscum. Et rursum: Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Paulus quoq;: An experimentum, inquit, quaritis eius, qui loquitur in me Christus? Præterea ex diabolo cogitatio oritur, dum nos conatur subuertere vitioꝝ delectatione, aut occultis insidijs, ostendens & proponens mala sub specie boni subtilissima calliditate. Vnde refert euangelista: Cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor ludæ Simonis Schariotei, vt traderet dominum. Et iterum: Post buccellam intrauit in eum Satanas. Sic & beatissimus Petrus dixit ad Ananiam: Quare tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Ad hoc etiam pertinet illud quod in euangelio, multoq; ante per Ecclesiasten prædictum est: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas. Illud quoq; quod tertio Regum dicitur deo contra Ahab: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Deniq; ex nobis oriuntur cogitationes, dum naturaliter recordamur eorum quæ gerimus, aut gessimus siue audiuius. De quibus beatus David locutus est: Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercebar, & scopebam spiritum meum. Et iterum: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Vnde & in euangelio dicitur loquitur pharisæis: Quid cogitatis mala in cordibus vestris: Hanc igitur triplicem distinctionem principiorum cogitationum nostrarum oportet nos semper pensare, atq; sagaci discretionem discutere vniuersas cogitationes quæ exurgunt in nobis, indagando in primis origines, causas, & auctores earum, vt considerare possimus ex qualitate eorum qui suggerunt eas quales debeamus nos eis præbere.

AV.  
C. Hoc itaq; nos facere oportet, vt iuxta dei præceptum efficiamur probabiles trapezetæ, quorum summa ars atq; peritia est probare quod sit aurum vere purissimum, quod vulgariter appellatur obrisum, & quod sit ab igne purgante minus excoctum. Ex prudentissima quoq; discretionem non falli, si vilis denarius aut pretiosum numisma remittatur sub colore auri fulgentis. Nec tantum sapienter agnoscere numismata ostendit facies tyrannorum, sed etiam illa quæ sunt figurata veri regis imagine, non tamen legitime peritia subtiliore discernere. Deinde diligenter inquirere iudicio trutinæ seu statera



teræ an aliquid iusti ponderis desit illis. Quæ omnia nos quoque debere spiritualiter ob  
 seruare docet euangelicus sermo sub nominis huius exemplo. Primum, vt quicquid in  
 cordibus nostris subreperit, vel si doctrina aliqua fuerit immissa, diligentissime persequi  
 temur, an sit purgati diuino cœlestiq; igne spiritus sancti, an potius ad superstitionem  
 spectet Iudaicam, vel an oriatur ex timore, secularis & naturalis philosophiæ. Quod pos  
 terimus adimplere, si faciamus quod ait Iohannes apostolus: Nolite omni spiritui cre  
 dere, sed probate spiritus si ex deo sint, iuxta hunc modum decepti sunt, qui post profes  
 sionem monasticam attracti ac delectati sunt venustate sermonis, philosophicis dogma  
 tibus, quæ ipsi prima facie audientes ac recipientes sub quibusdam sensibus pijs religio  
 nis; consonis, tanquam fallentia, auri fulgoribus sunt decepti. Nam illa efficiunt iugiter  
 nudos ac miseros eos, quod semel sibi alliciunt tanquam deceptos numismatibus falsis  
 ac æreis. Reuocant enim eos ad strepitum seculi, aut pertrahunt eos ad errores hereticos  
 præsumptionesq; tumidas. Quod etiam legimus in libro Iosue fuisse perestum ipsum  
 Achor, qui de spolijs Hiericho auream regulam cupiens ac furatus, meruit anathemate  
 percuti, atq; æterna morte damnari, non pœnituit vere. Secundo nos conuenit confide  
 rare sollicitè, ne praua interpretatione applicata auro scripturarum purissimo, fallat nos  
 vana pretiositate. Quod etiam callidissimus hostis tentauit facere Saluatori tanquã sim  
 plici homini maleuola interpretatione, corrumpens ea quæ intelligenda sunt generaliter  
 de cæterorum omnium personis iustorum, volens ea specialiter illi aprare, qui nõ in  
 dignit angelorum custodia, dicens eidem: Quoniam angelis suis madauit de te, vt custo  
 dian te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pes  
 dem tuum, subuertens pretiosa scripturarum eloquia ac furatus, & ea quæ detor  
 quens ad contrarium & noxium sensum, vt nobis obijciat & proponat imaginem tyrã  
 nici vultus sub colore auri fallentis. Vel dum nos conatur illudere admonens aliquod os  
 pus pietatis optandum & exercendum, quod non procedens de legitima seniorum mo  
 neta seu discretionem ducit ad mortem sub colore virtutum. Vel dum decipit nos immo  
 deratis ieiunijs, aut vigilijs nimis, vel orationibus inordinatis, seu lectione incongrua, ac  
 trahit ad noxium finem. Aut certe dum persuadet exhibere alijs intercessionem visitatio  
 nesq; pijs, quibus excutiat nos à spiritualibus monasterij cellulis, & à secreto charæ quie  
 tis. Suggestit quoq; suscipere curas religiosarum desolatationumq; fœminarum, quatenus  
 monachum talibus laqueis insolubiliter irretitum distendat, & vagũ efficiat pernicioso  
 rum occupatiõe curarum. Vel dum instigat desiderare sanctum clericatus officium, sub  
 prætextu edificationis multorum, & spiritualis lucri amore, per quod nos auellat ab hu  
 militate ac districtiõne huius vocationis. Quæ micant tanquam numismata summi rez  
 gis, quia ad præsens videntur pietate repleta, sed non sunt figurata à legitimis numula  
 rijs, id est, probatis atq; catholicis patribus, nec procedunt de officina eorum principali  
 ac publica, sed furtim fabricata demonum fraude ingeruntur ignorantibus & indoctis  
 non sine detrimento eorum. Quæ quãuis necessaria atq; vtilia videantur ad præsens, ta  
 men si incipiant esse contraria soliditati, & debilitare totum corpus nostri propositi, sa  
 lubre est & ea abijci, & abscidi tanquam membrum scandalifans, quamuis aliunde tam  
 necessarium, vt videatur agere officium dexteræ manus aut pedis. Melius nanq; est abs  
 que membro, id est, operatione vnus præcepti cætera opera vitiosa manere sana ac fir  
 ma, & quasi debilem intrare in regnum cœlorum, quam cum soliditate seu actu manda  
 ti cuiusque incidere aliquod scandalum, quod nos abstractos à regula districtiõnis at  
 que à disciplina arrepti propositi perducatur consuetudine pernitiõsa in tale dispendium,  
 quod faciat omnes fructus nostros præteritos totumque corpus operationis nostræ cõ  
 cremari igne gehennæ, vt pote non compensans detrimenta seu spiritualia damna ex ipso  
 futura. Denique de deceptionibus istis etiam in libro Prouerborum eleganter expris  
 mitur: Sunt viæ quæ videntur rectæ esse, nouissima autem earum venient in profan  
 dum inferni. Et iterum: Malignus nocet cum se miferuerit iusto, id est, Zabulus decipit  
 cum se regit sanctitatis colore. Odit autem diabolus sonum tutelæ, id est, discretiõnis  
 virtutem quæ de verbis & exhortationibus procedit seniorum.

CX.

**I**N quo etiam nouimus nuper illusum abbatẽ Iohannem, qui commoratur tutelæ. Cũ  
 enim corpore suo exhausto ac debilitato distulisset refectiõnem biduano ieiunio, ve  
 nicns

**A** niens diabolus in figura tetri Aethiopsis prouolutus ad genua Iohannis, dixit ei ad refe  
 ctionem accedenti die sequenti: Indulge mihi, quia ego tibi hunc laborem indixi. Itaq; il  
 le vir tantus, & indiscretionis virtute perfectus intellexit se calliditate diaboli circũuen  
 tum sub colore abstinentiæ incongruenter exercitari, ac tali confectum ieiunio, vt sup  
 poneret fatigato corpori suo afflictionem non necessariam, imo etiam spiritui suo no  
 ciuã, illusus falso numismate, dũ in ieiunio illo immoderato veneratus est veri regis ima  
 ginem, parum discutiens an esset legitime figuratum. Præterea vltima consideratio hui  
 us probabilis trapazeta, quæ est de inquisitione ponderis ita implebitur, si omnia quæ  
 cogitatio nostra suggerit nobis esse gerenda, recto scrupulo retractemus, & in statera no  
 stri pectoris colloceamus examinatione iustissima, pendentes an sit plenum honestas  
 te communi, & graui timore dei ac integrum sensu, an potius leue sit ostentatione huma  
 na, aut aliqua nouitatis psumptione, an gloria vana non minorauerit siue abstulerit pos  
 dus meriti eius. Sicq; trutinantes examine publico, id est, conferentes ea ad actus & testi  
 monia prophetarum & apostolorum, teneamus ea tanq; damnosa & imperfecta à mes  
 tallorum pondere dissona, id est, à grauitate virtutum deficientia.

¶ Y.

**E** rit ergo discretio ista necessaria nobis secundum modum quadrupartitum prædic  
 tum. Vt primo, nos non lateat materia auri veri aut apparentis seu simulati. Secũ  
 do, vt reprobemus cogitationes tanquam adulterina numismata, quæ persuadent bonas  
 esse quæ mala sunt, vt pote quæ non signata legitime, continent falsam regis nostri ima  
 ginem. Tertio, vt similiter refutare possimus illa quæ in auro preciosissimo scripturarum  
 non præferunt vultum veri regis, sed tyranni, ex vitiosa atq; hæretica expositione. Quar  
 to, etiam recusemus ea quorum pondus ac precium erugo vanitatis corrodes, non sinit  
 ea adæquari actibus seniorum, ideo tanquam numismata leuia ac damnosa & minus va  
 lentia sunt vitanda, ne corruentes in id quod ex præcepto Christi tenemur vitare, priue  
 mur vniuersis meritis atq; stipendijs laborũ actuumq; nostrorum. Nam ait: Nolite the  
 saurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & furantur. Quicquid enim intuitu gloriæ humanæ fecerimus, hoc iuxta Christi præ  
 ceptum in terra thesaurizamus. Sicq; sciamus illud tanquam in terra reconditum seu de  
 fossium, esse à diuersis dæmonijs destruendum aut consumendum edaci erugine gloriæ  
 vanæ, aut taliter deutorandum tinea superbiæ, vt recondenti seu operanti in nullo profi  
 ciat. Omnes igitur actus cordis nostri sunt iugiter perscrutandi, ascendentiũq; in eos ve  
 stigia sunt indagatiõe prudentissima retractanda, ne forte aliqua intellectualis bestia,  
 vt leo aut draco ibi pertransiens latenter imprefferit pernitiõsa vestigia, per quæ præbea  
 tur accessus etiam cæteris talibus bestijs in secreta pectoris nostri, per negligentiam cog  
 itationis. Taliter ergo exercentes & colètes terram cordis nostri per singulas horas ac  
 momenta euangelico aratro, hoc est, iugi recordatione passionis dominicæ, poterimus  
 eradicare ex nobis cubilia noxiarum ferarum, latibula quoque venenatorum serpentũ,  
 id est, diuersa genera vitiorum.

¶ Z.

**A** D hæc senex obstupescit nos intuens, infaciabilisq; ardore succensus vba suę nar  
 rationis, suspenso paulisper sermone pro admiratione desiderij nostri, rursus adie  
 cit: Quia d filij sedulitas vestra nos prouocauit ad disputationem tam longam, & ignis  
 amoris subministrat nostri collationi merito desiderij vestri, sensus fermentiores, vt ex  
 hoc ipso manifeste conspiciam vos sentire ac sitire veraciter doctrinam perfectionis, vò  
 lo vobis adhuc pauca disserere de eminentia & gratia discretiõnis, quæ inter cunctas vir  
 tutes tenet primatum ac arcem, demonstrando excellentiam eius, non solum quotidiana  
 nis exemplis, sed antiquis quoq; patrum collationibus atq; sententijs, frequenter etenim  
 memini me nequaquam potuisse instigare postulantes me talem sermonem cum fletu  
 & gemitu, etiam dum cuperem satisfacere eis, sed ita in me defecisse nõ tantummodo in  
 tellectum, sed etiam verbum, vt non inuenirem qualiter vel cum quali consolatione dis  
 mitterem illos aut illud quod postulabant. Ex quibus indicijs euidenter cognoscitur de  
 us gratis aspirare sermonem loquentibus pro audientium merito & affectu. Interea, quia  
 sermonẽ de discretiõe nõ valeamus complere in breuissimo isto quod restat spacio no  
 ctis, reseruemus plenũ ordinem huius sermonis examini integro futuræ diei aut noctis,  
 & modicum quod superest noctis, deputemus quieti corpore, cui necesse est totum per  
 soluid quod modicum fuerit ei indiscrete negatum. Decet nanque optimos discretiõ  
 nis

Hh ij nis



mis inquisitores in hoc primum ostendere suæ mentis industriam, atque iudicio isto & D patientia hac probare vtrum capaces sint aut esse possint discretionis, vt de virtute illa tractantes, quæ moderationis est mater, nequaquam incurunt vitium nimietatis ei contrarium, effectu & opere violantes vim & naturam eius, quam verbis extollunt. In hoc igitur primum profit nobis virtus discretionis, de qua indagare disponimus quantum concesserit dominus, vt nos qui de excellentia eius ac moderamine loquimur, non permittat excedere modum vel tempus disputationis. Nam moderatio primo ac maxime competit discretioni. Sic beatus Moyses collationi finem imponens, hortatus est nos adhuc auidos, & de ore suo pendentes degustare paulisper somnum, ammonens nos incubare eisdem sedibus super quæ sedimus, supponens nostris capitibus loco cervicalium crassiores papyros seu iuncos, coaptatos in longos gracilesq; fasciculos. Quæ pariter colligata interuallo pedali præstant fratribus in synaxi sedentibus sedile humilimum loco scabelli, eiusdemq; fratribus præbent fulcimentum tractabile, aptum, non nimis durum ad dormiendum. Ad quos usus monachorum illa idcirco sunt maxime oportuna & congrua, quia non solum sunt aliquantulum mollia, paruoq; pretio & opere modico fiunt, vtpote ex papyro passim crescente per ripas fluminis Nili, sed etiam quoniam habilis sunt materiam ac leuis naturæ ad mouendum ac remouendum, cum fuerit oportunitas. Sicq; tandem ex præcepto senis dedimus nos ad somni degustationem quiete nobis molestam inflammati gaudio collationis digestæ, quam suspensi expectatione disputationis seu collationis promissæ.

## COLLATIO SECUNDA

&amp; Abbatis Moyfi secunda.

De discretionē.

¶ A.

**G**ustato itaq; matutino sopore cum de ortu auroræ gaudentes cœpissimus promissam collationem deposcere, beatus Moyses ita exorsus est: Cum vis deam vos tanto desiderij favore accensos, vt non putem ad requiem vestri corporis profecisse, breuissimum illud noctis spatium, quod spirituali collationi subtraxi & repausationi deputavi corporis vestri, maior quoq; sollicitudo incumbit mihi hunc vestrum feruorē consideranti, quia necesse est me in persoluendo debitum habere curam deuotionis tanto maiorem, quanto vos video id attentius postulare, iuxta illam sententiam: Si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi, & immitte manum tuam sciens, quia talia oportet te preparare. Quamobrem dicturi de bono discretionis & eius virtute, in qua sermo nocturnæ collationis ingressus, fecit finem dispositioni eidem, congruum credimus declarare excellentiam discretionis. Porro, patrum sententijs, vt cum patuerit, quid maiores nostri de ea senserint aut pronunciauerint, retrahemus vtilitates & comoda eius, vt possumus tam allegatis antiquorum sententijs, quæ recensitis seu commemoratis casibus atq; exitibus diuersorum, qui pernicioso decepti sunt lapsu, pro eo quod discretionem minus fuerat affecturi. Quibus discussis, etiam instruiamur qualiter eam excolere atq; expetere debeamus considerantes dignitatem meriti eius ac gratiæ.

¶ B.

1. Cor. 12

**E**ST enim discretio non mediocris virtus, nec comprehendere passim potest humanam industriam, nisi fuerit diuina largitate collata. Quoniam inter nobilissima dona spiritus sancti legimus etiam sic munerari. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu. Et post pauca: Alij discretio spirituum. Deinde completo omni catalogo spiritualium charismatum subdit: Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens unicuique prout vult. Videtis ergo munus discretionis non est paruum neq; terrenum, sed diuinæ gratiæ maximum præmium. Quam nisi monachus tota intentione fuerit affecturus, & certam rationem possederit, spiritualium apprehensionum ac cogitationum in se ascendentium, necesse est cum errare, tãquam in cæca nocte ac tenebris, nec solum incidere perniciosas foueas ac prærupta, sed etiam in planis rectisq; vijs frequenter offendere seu peccare.

¶ C.

Memini

**M**EMINI igitur quondam seniores conuenisse ad sanctum Anthoniū ad inquirendum de perfectione in partibus Thebaidis, vbi morabatur Anthonius, cum essem constitutus adhuc in pueritię annis. Cumq; collatio fuisset protracta, quæstio ista maximam noctis partem consumpsit. Nam diutissime quærebatur, quæ virtus vel obseruantia possit monachū semper custodire illæsum à laqueis deceptionibusq; diaboli, vel certe prouidere ac perducere eum recto tramite firmoq; gressu ad culmen perfectionis. Cumq; vnusquisq; proferret sententiam suam iuxta mentis suæ estimationem, & alij ascriberent hoc studio ieiuniorum ac vigiliarum, quia videlicet mens his extenuata, & puritatem cordis ac corporis affecta, Deo facilius vniretur. Alij vero ascribebant hoc contemptui omnium facultatum, à quibus si mens penitus nudaretur, expeditius perueniret ad Deum, tanquam nullis laqueis eam deinceps retinentibus ac retrahentibus impedita. Alij autem dicerent anacharesim hoc ipsum peragere, id est, remotiorem habitationem, eremiq; secreta, in quibus potest homo Deum familiarius inuocare, & ei peculiariter inhaerere. Nonnulli vero ascriberent hoc operibus pietatis, quoniam dominus in euangelio specialius repromittit daturum se his regna cælorum, dicendo: Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuristi enim Math. 23 & dedisti mihi manducare, &c. Quumq; hoc modo assererent diuersis virtutibus certatorem patere accessum ad deum, & maximum tempus noctis esset in hac inquisitione consumptum, inulsi tandem beatus Anthonius: Omnia quæ dixisti necessaria atque vtilia sunt desiderantibus D E V M, & cupientibus venire ad eum: sed innumerabiles casus & experimenta multorum; nequaquam permittunt nos principalem gratiam & efficientiam illam ascribere istis. Nam sæpe vidimus eos, qui ieiunijs & vigilijs acerrime inhaerent, solitudinis quoq; secreta penetrauerunt, & omnia sua sic reliquerunt, quod nec vnus diei sibi referauerunt victum, nec paterentur vnum sibi denarium suum perire, qui etiam opera misericordiæ cum ingenti compleuerunt deuotione: ita repente esse deceptos, quod opus inceptum non potuerunt sine laudabili terminare: imo summum feruorem & virtuosam conuersationem detestabili termino concluderunt. Idcirco manifeste cognoscere possumus, quid principaliter ducat ad deum, si causa ruinæ ac deceptionis illorum fuerit diligenter indagata à nobis. Nempe cum illi abundarent in prædictarum virtutum operibus, tamen vsq; ad finem non manserunt in eis; quoniam sola discretio defuit ipsis. Non enim inuenitur alia causa lapsus eorum, nisi quod minus à senioribus informati, vim discretionis adepti non sunt. Quæ vtque discretio vtramq; extremitatem excessiuam deuotans, docet monachum regia via semper incedere, nec permittit dextera virtutum extolli, nec per feruoris excessum transcendere modum continentiae iuste præsumptione, nec sine eum remissione aut tepiditate delectari, sicq; deflectere ad peccata sinistræ, hoc est, sub colore regendi corpus laxari corpore cordis contrario. Hæc namq; discretio nuncupatur in euangelio oculus lucernæq; corporis, iuxta illam sententiam saluatoris: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quod si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Discretio etenim vniuersas hominis cogitationes & operationes discernens, perspicit & illustrat quæcunq; agenda sunt. Quæ si in homine fuerit nequam, id est, non munita vero iudicio atq; scientia, sed errore ac præsumptione decepta, facit totum corpus nostrum tenebrosum, id est, totam aciem mentis & actus nostros reddet obscuros, vtpote inuolutos cæcitate vitiorum, ac tenebris passionum & perturbationum. Vnde ait saluator: Si enim lumen quod in te est tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ erunt? Certum est enim, quod iudicio cordis nostro errante, & nocte ignorantie dominante, cogitationes quoque nostræ ac opera quæ ex rationis deliberatione procedunt, implicentur tenebris vitiorum maioribus.

¶ D.

**D**ENIQ; ille qui iudicio dei primus promeruit regnū populū israel, deiectus est regno quoniam oculum discretionis huius non habuit, tanq; toto corpore tenebrosus. Dumq; ex huius lucerne defecit deceptus est errore ac tenebris, putauit sacrificia sua deo esse acceptibilia, quæ obediētiam exhibere Samuelis præceptis, sicq; ex illa parte, puta ablatio me, magis incurrit dei offensam, ex qua sperauerat diuinam maiestatem sibi placandam. Insuper ignorantia discretionis istius fecit Ahab regem israel, post præclarissimam

Hh iij illam

illam victoriam sibi contra regem Syria mirabiliter præstitam credere, meliorem esse suam misericordiam, quam seueram diuini præcepti executionem, quod sibi videbatur crudele imperium. Qua consideratione mollitus, dum voluit cruentam victoriam temerare clementia, damnatus est irreuocabili morte, veluti toto corpore tenebrosus effectus propter indiscretam misericordiam suam. ¶E.

**H**AEC est discretio quæ nuncupatur ab Apostolo non solum lucerna corporis, sed etiam sol, iuxta illud: Sol non occidat super iracundiam vestram. Hæc etiam dicitur gubernatio vitæ nostræ, secundum illud: Quibus non est gubernatio cadent sicut folia. Hæc quoque rectissime nominatur consilium, sine quo nihil permittitur agere secundum scripturam, ita ut sine moderatione ipsius non sinatur percipere spirituale vinum, quod lætificat cor, dicente scriptura: Omnia fac cum consilio, & cum consilio vinum bibere. Et iterum: Sicut ciuitas muris ditata, id est, non circumdata muris, sic est vir, qui non cum consilio aliquid agit. Cuius discretionis priuatio est perniciosa sit monacho, pandit autoritas allegata, comparando eum ciuitati non muratæ ac dirutæ, seu collapsæ. In discretionem namque consistit sapientia & intellectus ac sensus, sine quibus non potest interior noster homo spirituales domos ædificare, neque diuitias congregare, iuxta illud: Cum sapientia ædificatur domus, & cum intellectu erigitur. Cum sensu implentur solaria omnibus diuitijs & bonis preciosis. Denique discretio est solidus cibus, qui sumi non potest nisi à fortibus & perfectis, dicente Apostolo: Perfectorum autem solidus est cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Quæ intantum nobis necessaria vtilisque probatur, ut etiam coarpetur ac competat verbo dei increato atque virtutibus eius, secundum illud: Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, ac pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Vnde manifeste ostenditur, nullam virtutem posse stare aut perfici sine discretionem. Sicque definitum est sententiâ beati Anthonij aliorumque seniorum, quod discretio in trepidum monachum perducatur fixo gradu ad deum, & prædictas virtutes cõseruet semper illæsas, cum qua ad excelsa perfectionis vestigia minore perfectione ascenditur, & sine qua multi etiam abundantius laborantes, nequiuertunt attingere culmen perfectionis. Discretio namque est omnium virtutum mater & custos & moderatrix. ¶F.

**V**T autem recens exemplum confirmet eandem determinationem seu doctrinam, à beato Anthonio ac cæteris senibus promulgatam, recolite quod nuper proprijs oculis gestum vidistis, videlicet senem Heronem ante paucos dies illusionem zabuli deiecit à summis ad ima. Qui quinquaginta annis in hac eremo habitauit, & rigorem abstinentiæ cum discretionem tenuit singulari, solitudinis quoque secreta seruauit miro seruitute vltra omnes hic habitantes. Hic ergo quo pacto aut qua ratione à diabolo est illusus post tantos labores, atque grauissime lapsus, ita quod cunctos in eremo hac impleuit lachrymoso dolore. Nonne ideo, quia discretionem postposita maluit proprijs adinventionibus regi, quæ obedire consilijs aut collationibus fratrum, institutisque patrum? Siquidem tanto rigore exercuit iugiter immutabilem continentiam ieiunando, & secreta cellæ ac solitudinis tam incessabiliter obseruauit, ut nec Paschalis festiuitas potuerit eum inducere ad manducandum cum fratribus. In qua solennitate teneri non potuit cum cunctis in ecclesia tentis propter tanti reuerentiam festi, ne videretur relaxatus à sui rigore propositi, perceptione quantulumcunque parui leguminis. Quæ præsumptione deceptus & angelum sathanæ cum summa suscipiens veneratione, tanquam angelum lucis, atque præceptis illius prompte obediens, præcipitavit seipsum in puteum, cuius profunditatem oculus nequiuert attingere, credens promissioni diaboli, asserentis eum non posse subire cere decetero vlli discrimini propter merita virtutum ac laborum suorum. Quod ut experientialiter cõprobaret, prædicto puteo se iniecit in nocte, utpote magna sua merita probaturus cum inde exiret illæsus. De quo puteo cum fuisset grandi fratrum labore extractus iam pene exanguis, die tertia moriturus, quod peius est his, ita permansit obstinatus in suo errore, quod nec experimento suæ læsionis ac mortis ei poterat persuaderi, quod caliditate daemonum esset illusus. Quamobrem vix poterat obtineri à presbitero abbate Passnuto, ut Heron pro meritis tantorum laborum, & propter tot annos in deserto exactos inter fideles sepeliret, & non inter excommunicatos ac perfidos reputatus, iudicaretur.

**A** indignus oblatione atque memoria defunctorum. Sed cõpassione & summa humilitate eorum condolebat calamitati Heronis, victus abbas Passnuto accevit precibus eorum. ¶G.

**Q**UID dicam de fratribus illis duobus, qui cum habitarent vltra desertum Thebaidos, vbi quondam beatus remansit Anthonius, euntes per solitudinem latæ, incaute moti, decreuerunt nullam penitus sumere escam, nisi quam deus per seipsum eis conferret. Cumque gens Marsitarum omnibus pene nationibus crudeliter atque immanior, (quos ad sanguinis effusionem instigat non desiderium prædæ, ut alios quosdam, sed sola cordis ferocitas.) Cum ergo gens ista vidisset fratres illos per desertum errantes ac fame deficientes, & contra suam ferocitatis naturam illis occurrisset cum panibus, vnus fratrum discretionem adiutus suscepit cum gratiarum actione & gaudio panes sibi à ferocibus istis porrectos, reputans sibi escam diuinitus exhiberi, nec fieri sine instinctu dei, ut hi, qui sanguinis effusione semper gaudebant, vitæ alimoniam largirentur eis præ fame exhaustis. Porro alius cibum illum recusans, tanquam hominibus sibi exhibitum, fame consumptus est. Et quis amborum propositum ex reprehensibili persuasionem descendit, vnus tamen per discretionem sibi subuenientem correxit, quod temere & indiscrete concepit. Alius vero in stulta persuasionem perdurans, ac discretionem profusus ignarus, intulit sibi mortem, quam deus voluit ei auferri, non attendens id factum diuino instinctu, ut immites barbari feritatis sui oblitus, offerebant eis panes pro gladijs. ¶H.

**A**mplius, quid narabo de illo, cuius nomen exprimere nolo, quoniam usque nunc super est? Qui longo tempore suscepit diabolus in claritate ac specie angeli, atque in numeris reuelationibus eius deceptus credidit eum esse iustitiæ nuntium: nam & vltra hæc præcepit dæmon ille omni nocte in cella fratris lumen absque lucerna. Tandem præcepit fratri ut filium suum secum in monasterio habitantem deo offerret, ut sacrificio tali coæquas meritis Abrahamæ patriarchæ. Qua persuasionem intantum seductus est frater ille, quod frater idem illud protinus perpetrasset, nisi puer videns eum extra consuetudinem cultellum acueret & vincula quaerere, quibus volebat puerum ad immolandum constringere, statim fugisset, utpote territus prælagio sceleris imminenti. ¶I.

**L**ongum est etiam narrare percurrere deceptionem monachi Mesopotamiani illius, qui in Mesopotamia duxit vitam in tanta abstinentia degens solus in cella, quod perpauis poterant eum sequi. Qui tandem diabolicis reuelationibus somniisque ita delusus est, ut post tantos labores atque virtutes, quibus excessit omnes ibidem morantes, induceret miserabili casu ad circumcisionem ac Iudaismum. Cum enim zabulus cupiens eum allicere ad credendum futuræ deceptioni, ex consuetudine visionum reuelasset ei multo tempore quæque verissima tanquam nuntius veritatis, postremo ostendit ei populum Christianum cum suæ religionis fideique principibus, sanctis apostolis ac martyribus tenebrosam, macilentissimam ac deformem. Contra vero Iudæos vna cum Moysse, patriarchis, prophetis summa iucunditate tripudiantem, ac splendidissima luce fulgentem, suasiisque monacho illi ut festinaret circumcisionem suscipere, si vellet particeps fieri beatitudinis ac meriti Iudæorum illorum. Horum itaque nullus tam grauitur fuisset illusus, si studuisset veram possidere discretionem. Hinc experimenta & casus multorum declarant, quod periculosum sit discretionis gratiam non habere. ¶K.

**A**d hæc germanus Satis, inquit, abunde iam patuit nouis exemplis & antiquorum doctrinis, discretionem esse quodammodo radicem & fontem cunctarum virtutum, ergo doceri qualiter possit acquiri, & quomodo possit agnosci, an sit vera & à deo collata, an falsa & diabolica extet, ita ut intuendo deprehendere valeamus, an teneat sibi impressam veri regis imaginem, secundum euangelicam illam parabolam, quæ iubet nos fieri probabiles trapezetæ, an forte non sit legitime figurata. Quatenus eam tanquam sophisticam reprobemus, sicut hesternam collatione dixisti, verbo utens vulgari, illa instructi peritia, quam docuisti debere inesse spiritali ac euangelico trapezetæ. Quid enim potest agnoscere efficacias ac merita discretionis, si nesciamus qualiter sit acquirenda ac possidenda? ¶L.

**T**unc Moyses ait: Vera discretio non nisi vera humilitate acquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio. Si quis examini seniorum ac superiorum suorum reseruet non solum vniuersa quæ agit aut agenda occurrunt, quatenus nil credens suo iudicio acquis escat per omnia informationi illorum, atque eorum instructione agnoscat quid debeat iudicare bonum vel malum. Quæ institutio non solum docebit iuniorem tramite recto incidere

incedere per veræ discretionis viam, sed insuper feruabit eum illa sum ab vniuersis infidelijs ac fraudibus hostium. Nullatenus etenim decipi potest, qui viuunt non suo iudicio, sed maiorum exemplo. Nec valebit callidus hostis ignorantia eius illudere, qui vniuersas cogitationes in corde suo nascentes nequaquam abscondit, sed eas reprobatur vel admittit maturo examine seniorum. Cogitatio quippe maligna marcescit mox cum fuerit patefacta. Et serpens terribilissimus virtute confessionis, quasi ex tenebroso & subterras neo specu protractus ad lucem, abscedit de honestatis etiam antequam proferatur iudicium discretionis de cogitatione sic patefacta. Tamdiu enim suggestiones eius noxiæ dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde. Et vt efficacius colligatis virtutem ac veritatem sententiæ huius, referam vobis factum abbatis Serapionis, quod ipse sapientissime proponebat iunioribus causa instructionis.

**D**ixit itaque abbas Serapion: Cum adhuc paruulus habitarem cum abbate Theona, consuetudo mihi facta fuit ex suggestione diaboli, vt postquam refeci hora nona cum sene, abscondi latenter paximacium vnum in sinu meo, quod ignorante sene edebam occulte de sero. Quod furtum licet continuarem, victus conuenientia voluptatis, atque incontinentia prauæ affectionis, tamen expleta concupiscentia fraudulenta, rediens ad meipsum grauius cruciabar de commissione furti illius, quam iucundatus eram super voluptate ipsius. Cumque molestissimum opus istud vice laterum indictum mihi à demonibus, tanquam ab exactoribus Pharaonis impellerer omni die explere, non sine remorsu & cordis mei dolore, nec me possem eruere ab ista sæuissima illorum tyrannide, atque confunderer seni manifestare hoc furtum occultum, contigit nutu dei, volentis me de laqueo captiuitatis huius eripere, vt fratres quidam senem visitarent causa ædificationis. Quumque refectione completa inciperet fieri spiritalis collatio, & senex interrogationibus fratrum respondens, differeret de vitio gulae, occultarumque cogitationum dominatione, exponeret quoque earum naturam & atrocissimam vim, quam habent quamdiu celantur: ego virtute sermonis eius compunctus, conscientia quoque redarguente perterritus, veluti credens hæc ideo esse prolata à sene, quod ei reuelasset secreta peccatoris mei, excitatus primo in abditos gemitus, deinde compunctione mea crescente, prorumpens in apertos singultus ac lacrymas, produxi de sinu meo conscio ac susceptore furti mei paximacium, quod consuetudine vitiosa abstuli, vt illud occulte comederem & profrens illud in medium, confessus sum cum venia postulatione prostratus in terram, quemadmodum latenter quotidie manducaui, vbertimque lacrymans eos rogavi, vt impetrarent mihi à domino DEO solutionem à durissima captiuitate & culpa. Tunc senex: Confide, inquit, o puer, confessio tua abstulit te de hac captiuitate, etiam me tacente. Hodie etenim superasti victorem tuum diabolum, profrenens eum validius tua confessione, quam eras ab eo prostratus tua taciturnitate & celatione, quem hucusque permisisti dominari in te, non confutando eundem tua vel alterius responsione, secundum illam SALOMONIS sententiam: Quia non fit gradatio ab his qui faciunt malum cito, idcirco repletum est cor filiorum hominum in ipsis vt faciant mala. Hinc iste nequissimus spiritus, post hanc tuam publicationem, te inquietare non poterit, nec serpens ille terribilissimus deinceps vsurpabit sibi latibulum in te, vt pote tua salutari confessione protractus ad lucem de tenebris. Necdum senex hæc verba compleuerat, & ecce lampas accensa de sinu meo procedens, ita repleuit cellam odore sulphureo, vt vehementia sui foetoris vix permitteret nos sedere in ea. Tunc senex exhortationem resumens locutus est: Ecce o fili, Dominus tibi visibiliter demonstrauit meorum veritatem verborum, vt proprijs oculis cernebas inflammatorum concupiscentia tua, de corde tuo expulsum confessione salubri, atque aperta hostis tui expulsionem cognosceres, quod in te locum amplius non habebit. Itaque iuxta sententiam senis, dominatio diabolicæ illius tentationis ita est extincta in me confessionis illius virtute, vt nunquam tentarit postea mihi ingerere memoria me concupiscentia mea nunc præfata, nec postmodum sensi me vnquam pulsatum desiderio furti prioris. Quem sensum legimus in ECCLESIASTE quoque, capite decimo pulcherrime his quidem verbis expressum, Si momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori. Perniciosum esse designans morsum tacentis serpentis, hoc est, si suga

**A** si suggestio seu cogitatio diabolica non fuerit per confessionem patefacta incantatori, id est, alicui spiritali viro, qui nouit protinus mederi vulneribus animarum per carmina scripturarum, & noxia serpentis venena de corde extrahere, non poterit subueniri periclitanti aut perituro. Hoc igitur modo poterimus faciliter peruenire ad veræ discretionis scientiam, vt sequentes vestigia seniorum, non præsumamus nostro iudicio aliquid noui agere, neque discernere, sed in omnibus gradiamur prout nos informat illorum doctrina, aut vita probissima. Qua institutione formatus, non solum ad perfectam discretionis rationem perueniet, verum etiam à cunctis inimici insidijs tutissimum permanebit: quoniam nullo alio vitio zambulus tam præcipue pertrahit ac perducit monachum ad mortem, quam cum persuaferit ei confidere propriae assertioni, ac suo stare iudicio, neglectis consilijs seniorum. Nempe cum omnes artes ac disciplinae ingenio humano repertæ, & solis commodis vitæ præsentis ac temporalis, deseruientes nequeant ab aliquo apprehendi sine alterius instructis doctrina, licet manu queant palpatri, oculisque videri, quam ineptum est credere hanc solam discretionem non indigere doctore, quæ occulta inuisibilisque consistit, & non nisi purissimo cernitur corde, cuius error aut ignorantia non parit transitorium ac recuperabile damnum, sed animæ perditio nem ac mortem perpetuam. Habet quippe discretio diurnum atque nocturnum consilium, non contra visibiles, sed crudeles & inuisibiles hostes. Et habet spirituale certamen non contra vnum aut duos, sed contra cateruas innumeras, Cuius casus est tanto perniciosior cunctis, quanto hostis infestior, & congressus secretior. Ideoque seniorum vestigia sunt semper cum summa cautione sectanda, & vniuersa quæ in nostris cordibus oriuntur ad eos sunt referenda, confusione sublata.

**H**OC nobis præcipue causat occasionem prauæ & periculose confusionis, quæ cogitationes nostras studemus celare: quoniam scimus, quod quidam in Syria, qui putabatur præcipuus seniorum, grauius est commotus aliquando contra fratrem, qui cogitationes suas prodidit ei simplici corde, & exprobrauit fratri eidem. Vnde fit, vt curationum remedia consequi nequeamus, dum cogitationes nostras in nobis abscondimus, easque senioribus reuelare verecundamur.

**A**D hæc Moyses dixit: Sicut iuuenes non sunt omnes æque feruentes spiritu & disciplinis ac optimis moribus instituti, ita nec senes sunt omnes æqualiter probi atque perfecti. Diuitiæ etenim senum non sunt mensurandæ canitie capitis, sed industria iuuentutis, ac meritis præteritorum laborum. Nam scriptum est: Quæ non congesti in iuuentute tua, quomodo inuenies in senectute tua? Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani sunt enim sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Ideo non sunt nobis sectanda vestigia omnium senum, quorum capita tegit canities, quosque commēdat sola longæuitas vitæ, nec horum traditiones ac monita sunt suscipienda, sed eorum quos nouimus suam vitam à iuuentute laudabiliter ac probatissime expendisse, & institutos fuisse non ad inuentionibus proprijs, sed seniorum doctrinis. Sunt quippe nonnulli, quorum etiam, quod flebilis est, maior est numerus, qui senescentes in suo tempore atque ignauia, quæ conceperunt in iuuentute authoritatem sibi acquirunt, non maturitate morum, sed numerositate annorum. De quibus proprie satis accipitur exprobratio DE I, qua loquitur per Prophetam: Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Hos inquam sola animositas prouexit iunioribus in exemplum, non probitas vitæ, nec vlla imitanda laudabilisq; districtio professionis istius. Quorum caniciem callidissimus hostis proponens indiscussa authoritate, ad iuniorum deceptionem festinat fraudulenta subtilitate subuertere ac decipere illorum exemplis etiam eos, qui ad vitam perfectionis etiam poterant incitari proprijs aliorumve hortamentis. Cuius rei ego volens vobis exempla monstrare, exponam tantum rem gestam, quæ vobis conferre potest necessariam instructionem authoris nomine tacito, ne & nos aliquid simile illi committamus, qui publicauit vitia fratris. Quum igitur iuuenis quidam non minime diligens perrexit causa sui profectus & curationis ad senem quendam nobis optime cognitum, & dixisset se inquietari spiritu fornicationis, atque carnalibus incentiuit, credens se reporturum informatione orationeque senis consolamur.

Ecci 25  
Sapient.

Osee 7

consolationem suis laboribus, & remedia vulneribus sibi infligit. Tunc senex ille in crepans fratrem amarissimis verbis, & dicens eum miserabilem esse, indignum quoque nomine monachi, ita fratrem læsit correptionibus suis, ut dimitteret eum e cella sua desperatione summa deiectum, ac lethali tristitia consternatum. Quumq; abbas Apollo probatissimus seniorum occurrisset fratri ita mœrenti, nec iam cogitari de remedio concupiscentiæ suæ, sed qualiter eam expleret conijciens, abbas præfatus ex dispositione & defectione vultus fratris illius vehementiam ac laborem tentationis, quæ tacite volubatur in corde ipsius, cepit inquirere causam tantæ turbationis. Cui cū frater respondere nihil posset præ tristitia ac pudore, sciens senex non sine causa eum velle celare causam tantæ necessitatis, quam nec vultu potuit dissimulare, quæ sicut a fratre attentius discussa tantum non posset, neq; valeret refrenare stimulos carnis, aut remedia consequi suæ tentationis. Tunc Apollo fratrem illum blanda consolatione demulcens, atq; affirmans se quoq; agitari quotidie talibus stimulis, & ideo fratrem non debere desperare, neq; mirari de impugnationis illius ardore, qui potius vincitur pietate & gratia dei, quam labore humano, rogavit fratrem ut iter illud saltem vno die differret, & ad cellam suam reuerteretur, moxq; tota festinatione perrexit ad monasterium senis præfati. Cui quum E propinqua esset, expandens manus oravit cum lachrymis dicens: Domine, qui solus et arbiter pius, medicusq; discretus virium occultarum & infirmitatis humanæ, conuerte impugnationem iuuenis illius in senem istum, ut saltem in senectute sua discat condescendere ac compati infirmitatibus laborantium, fragilitatib; iuniorum. Cumq; cum gemitu hanc precem finisset, vidit tetrum ethyopem stantem contra senis illius cellam, & ignita iacula mittentem in cellam. Quibus ille sauciatus, statim egressus est cellam, & tanquam amens ac ebrius cepit cursitare hinc inde, nec valens in cella persistere, arripuit viam, per quam & iuuenis ille abierat. Quibus visis, intellexit Apollo ignitam sagittam quam viderat esse infixam cordi senis illius, causare in eo tantam confusionem perturbationemq; animi. Accedens ergo ad eum, dixit: Quo properas, aut quæ causæ tam periculose te inquietant, oblitum grauitatis senilis, & cogunt te taliter cursitare? Cumq; ille confusus reatu conscientie suæ ac turpi cogitatione crederet ardorem suæ concupiscentiæ deprehensum, nec auderet responsum aliquam dare quærenti, eius archana sciens, dixit ad eum senex: Redi ad cellam tuam, & tandem intellige te hucusq; ad diabolo ignitorum aut spretum, nec in eorum numero computatum, contra quos ille instigatur conflagrare omni die prouocatus studijs profectibusq; eorum, qui post tot annos, quos in professione hac consumpsisti, non potuisti non dicam respicere, sed nec sufferre per vnum diem vnum diaboli iaculum in te missum, quo deus permisit te sauciari, ut saltem in senio discas alienis infirmitatibus condolere, sicq; propria experientia & tuipsum exemplo docearis condescendere fragilitatibus iuniorum, qui iuuenem illum diabolica impugnatione laborantem, non solum nulla consolatione fouisti, sed insuper perniciosam desperationem fregisti, & (quantum in te est) manibus inimici dedisti ad deuorandum lugubriter ab eodem. Qui sine dubio fratrem illum non fuisset tam vehementi conspectu aggressus, quippe qui & dedignatus est hucusq; te aggredi, nisi futuro fratris illius profectui inuidens, festinasset anticipare atq; subuertere iaculis suis ignitis illam virtutem, quam cordi eius cernebat inesse, intelligens eum te fortioerem, contra quem dignum duxit vehementia tanta conflagrare. Tuo igitur discce exemplo laborantibus compari, nec tentatos ac periclitantes ad desperationem inducere, neq; durissimis sermonibus exasperare: sed refice eos consolatione blanda ac miti. Et iuxta sapientissimi Salomonis præceptum: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & redime eos qui interficiuntur. Ne parcas, Christi quoq; exemplo, arundinem quassatam non conteras, & linum fumigans non extinguas, & gratiam illam à domino postula, qua adeptus, valeas fiducialiter veritate ac opere decantare: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Nullus etenim posset sufferre insidias inimici & æstus carnalis naturalis calore ardentem extinguere siue reprimere, nisi gratia dei nostram infirmitatem iuaret, vel protegeret & muniret. Idcirco finita ratione dispensationis huius salubris, qua dominus voluit iuuenem illum à perniciosis his æstibus liberare, teq; erudire de vehementi

Prou. 14

Isaie 50

A hementia tentationum, & compassionis affectu, communibus precibus eum rogemus, ut iubeat amoueri à te istud flagellum, quod tibi inferre dignatus est pro tua utilitate. Ipse enim vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Ipse humiliat & exaltat, occidit & viuificat, deducit ad infernum & reducit. Sicq; rore spiritus sancti restringat ignita iacula zabuli, quæ me conficio permittit tibi infligi. Deniq; quis deus tentationem illam ita celeriter abstulit, ad vnam orationem abbatis Apollinis, q̄ cito eodem orante permittit eam in experto illi seni infligi, euidenti tamen docuit experimēto, patefacta peccata non solum non esse exprobranda peccanti, sed nec dolorem eius esse paupendendum, imo potius liniendum. Propterea leuitas vnius senis aut paucorum non terreat nos, nec auertat ab obseruatione salutaris doctrinæ seniorum sanctorum, qui docuerunt omnia senibus reuelari, quamuis callidissimus hostis abutatur canicie insipientium seniorum ad iuniorum deceptionem. Hinc absq; vilo verecundie operimento, omnia debent senioribus reuelari. Ab ipsis quoq; fiducialiter sumenda sunt vitiorum remedia, & conuersationis exempla: in quibus experimur opem æqualem similemque effectum, si conemur nil penitus affectare nostro iudicio, præsumptioneq; propria.

¶ P.

B Præterea ista doctrina intantum est placita deo, ut inueniamus eam in scripturis cōtentam. Nam puerum Samuelem à deo electum, noluit deus statim per seipsum erudire disciplina sui colloqui, sed voluit eum semel & iterum recurrere ad senem Hely, atque per eius informationem disponi ad colloquium suum, quamuis Hely peccauerit, & ipse Samuel diuina vocatione dignissimus censeretur, ut probaretur humilitas Samuelis, qui ad ministeria vocabatur diuina, atq; exemplo hoc proponeretur iunioribus forma subiectionis istius.

1. Reg. 8

¶ Q.

Paulum quoq; vocans & alloquens Christus per semetipsum, cum potuisset ei per se referre viam perfectionis, confestim tamen direxit eum ad Ananiam, iubens Paulo, ut ab illo veritatis viam audiret: Surge, inquit, ingredere ciuitatem, & ibi dicitur tibi quid te oporteat facere. Mittit itaq; Paulum ad seniore, volens eum potius institui senioris illius doctrina, quam sua, ne scilicet id quod recte gestum esset in Paulo præberet alijs præsumptionis exemplum, dum vnusquisq; sibi imer peruaaderet, se quoque conformiter debere institui doctrina ac magisterio dei solius magis, quam seniorum. Quam præsumptionem idem Apostolus docet penitus detestandam, non literis tantum, sed etiam opere & exemplo, asserens se Hierosolymam ascendisse solum ob hoc, ut conferret cum antecessoribus & coapostolis suis examinatione domestica & priuata euangelium quod gentibus prædicabat, comitante gratia spiritus sancti cum potestas signorum & prodigiorum. Et contuli, inquit, cum illis euangelium, quod prædico inter gentes, ne forte inuacuum currerem, aut cucurrissem. Quis ergo tam præsumptuosus & cæcus erit, ut audeat se proprio iudicio ac discretionis committere, quum vas electionis testetur se indignuisse collatione coapostolorum suorum? Vnde manifestissime comprobatur, viam perfectionis nulli monstrari à deo, si doctrinam aut instituta contempserit seniorum, dummodo valeat erudiri ab eis, quoniam paruipendit eloquium illud, quod oportet diligentissime custodiri. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi.

Act. 9

Galar. 8

Deuter. 22

¶ R.

Tota ergo diligentia & conatu debet monachus discretionem acquirere humilitatis virtute, quæ discretio potest nos seruare illæfos ab vtracq; nimietate seu extremitate culpabili. Venus namq; sententia est: Nimietates, æqualitates sunt, id est, æque nocuæ, ad vnum enim peruenit finem nimietas ieiunij atq; voracitatis. Eodem quoq; periculo inuoluit monachum continuatio vigiliarum immoderata, quo & torpor grauissimi formni. Per excessum quippe ieiunij necesse est reuocari hominem debilitatum ad illum statum, in quo negligens per incuriam detinetur, ita quod sæpe conspeximus per immoderationem ieiuniorum deiectos, quos vidimus non posse falli per gulam, & ita infirmitatis occasione ad eandem lapsi sunt passionem gulæ, quam vicerant, Vigiliæ quoque & pernoctationes irrationabiles deiecerunt eos, quos somnus superare non potuit. Quapropter secundum Apostolum, transire oportet recto moderamine per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, & ita gradiendum est inter vtracq; nimietates moderante dis-

li cretione,



cretione, vt nec à præfixo modo abstinentiæ abducamur, nec remissione noxia corrumpamur in concupiscentiam gulæ ac ventris.

**R**ecordor etenim sic me frequenter respuisse cibum, vt refectio per biduum triduumq; dilata, nec ipsa alicuius cibi memoria tetigerit mentem meam. Sic quoque somnum ab oculis meis fuisse subtractum ex impugnatione diaboli, vt per plures dies ac noctes deum rogarem, quatenus modicum quiddam somni oculis meis infunderet, ita q; grauius periclitabar fastidio cibi ac somni, quam ante ex impugnatione somni ac gula. Itaque sicut festinandum est nobis, ne desiderio sensualis delectationis labamur in dissolutionem nociuam, & ante debitum tempus præsumamus comedere, aut comedendo excedere, ita comedendum ac dormiendum est hora legitima, quamuis molester aut horreat: vtrumq; enim bellum diabolo operante confurgit, periculosusq; suppliat abstinentiam immoderata, quam saturitas laxa. A saturitate namq; potest quis reuerti ad discretione mensuram per compunctionem salubrem: ab immoderata vero abstinentia ita redire non potest, debilitato iam corpore. Interrogatio de continentia vel refectio mensura, cap. decimum nonum. Germanus: Quis est ergo abstinentiæ modus, quem æquo moderamine retinentes, valeamus inter vtramq; extremitatem transire liberè?

**M**OYSES: De hoc scimus habitum esse frequenter tractatum inter nostros maiores, qui discitantes abstinentias diuersorum, quæcumque vitam suam duxerunt leguminibus solis vtendo, alij solis holeribus, alij solis pomis vescendo, præpositi fuerunt omnibus illis edulij refectioem solius panis, cuius æquissimum modum statuerunt in duobus paximacijs, ita q; ad refectioem vnius diei sufficerent paximacia duo, qui sunt paruuli panes, vix habentes pondus libræ vnius.

**H**Oc verbum de esu duorum paximaciorum nos gratanter accipientes, respondemus, hanc mensuram non posse pro abstinentia reputari, præsertim cum non possimus quotidie tantum panem comedere.

**R**esponderet Moyses: Si vultis experiri vim huius statuti, iugiter hanc mensuram tenete, nullum sumentes pulmentum aut aliam coctionem dominico die aut sabbato, neq; per aliquam aduentum fratrum occasionem, quoniam caro his refecta non solum poterit contentari minori panum quantitate diebus sequentibus, verum etiam refectioem sine labore differre, vt pote confortata adiectione ciborum illorum extraordinarie acceptorum. Quod nullo modo facere præualebit, qui solis duobus paximacijs semper contentus est. Recolo namq; seniores quosdam hanc parsimoniam obseruasse cum tanto labore ac difficultate, imo cum tanta vi atq; inedia hanc custodisse mensuram, vt eam sibi imponerent quasi inuite, nec sine gemitu ac mœrore, quod & vos reor sæpe perpeffos.

**T**AMEN generalis modus continentie ista est, vt vnusquisq; abstineat iuxta capacitatem virtutum suarum, seu corporis aut ætatis, de cibo accipiens non quantum exposcit desiderium saturitatis, sed quantum requirit sustentatio carnis. In vtraq; enim parte sustinebit maximum detrimentum, quicumq; inæqualitatem tenens ventrem costringit nunc ariditate ieiuniorum, nunc vero eundem distendit superfluitate ciborum. Quæ admodum enim mens ex ciborum defectu lassata perdit rationis vigorem, & prægrauata nimia lassitudine carnis, dormire compellitur: ita superfluitas voracitate oppressa, non potest deo offerre puras ac promptas orationes, sed nec castimonie puritatem valebit incessanter seruare, dum ei præteriti cibi memoria subministrat carnalis concupiscentiæ ignem; etiam illis diebus, quibus corpus suum castigat abstinentia aciore.

**N**AM quod per escarum abundantiam fuerit semel contractum, & situm in medullis, necesse est egeri & emitti ex lege nature, quæ non patitur residere in se abundantiam humoris superflui sibi contrarij ac nociui. Ideo corpus castigandum est semper parsimonia rationabili & æquali, quatenus si constituti in carne mortali, non possumus plene carere hac naturali fragilitate, saltem rarius patiamur eandem, & non nisi ter in anno ea fedemur, & hoc sine vilo pruritu in somno quieto, ne humorem illum eliciat fallax imago, quæ occultæ voluptatis est index. Quamobrem ista quam diximus, est abstinentia temperata, & qualitas temperata, vt quotidiana fames quotidianæ sequatur

**A** sequatur refectioem, quæ mensura approbatur patrum iudicio, & corpus ac animam in eodem statu conferuat, non permittens corrumpere hominem fatigatione ieiunij, nec saturitate grauari: quoniam ista mensura ita frugalis ac sobria est, vt homo non sentiat interdum post vesperam, aut vix recolat se comedisse.

**D**eniq; tam difficulter seruatur æqualis parsimonia ista, vt hi qui discretionis perfectionem non habent, mallent ieiunium continuare per biduum, & quod hodie sumerent seruare in crastinum, dummodo ad refectioem peruenientes valeant satiari. Quod, vt scitis, Beniamin vester cuius nuper pertinaciter fecit, qui protraxit ieiunium biduo, vt quatuor paximacia simul edendo, satiareretur, ne quotidie duo edendo æquali abstinentia iugiter affligeretur. Qui ex obstinatione & pertinacia suæ mentis, magis ac quiescens proprijs aduentibus, quam seniorum traditionibus, quali sine uocationem suam finiret, vtique scitis. Eremita namque relicta, deuolutus est rursus ad huius mundi philosophiam ac seculi vanitatem, & prædictam patrum doctrinam verificauit proprii casus exemplo, atque ruina sua edocet vniversos, neminem proprio iudicio confidentem, posse culmen perfectionis ascendere, nec perniciosas sabuli illusiones euadere.

**G**ERMANUS: Quomodo ergo poterimus hanc mensuram inuolabiliter custodire, quoniam interdum superuenientibus fratribus nona hora solita refectioe instante, necesse est addere aliquid propter eos vltra præfixam solitamq; mensuram, aut humanitatem negligere, quam tenemur omnibus exhibere.

**M**OYSES: Vtrumque istorum obseruare debemus vno modo parique cura. Nam custodire debemus cum omni scrupulo præfatam cibi mensuram causa sobrietatis ac puritatis, atq; similiter exhibere aduentibus fratribus humanitatem ac adorationem intuitu charitatis: quoniam satis absurdum est, vt præbens mensuram fratri, imo CHRISTO in fratre, non simul manduces cum eo, aut alienum te facias ab eius refectioe. Itaque in nullo horum reprehensibiles erimus, si tenuerimus consuetudinem istam, vt scilicet hora nona vnum paximacium manducemus, & aliud referemus ad vesperam, si forte aliquis superueniat nobis, & si quis venerit, comedamus cum illo paximacium reseruat, nil vltra solitum manducantes. Et hoc modo non contristabit nos fratris aduentus, qui debet nobis esse gratissimus. Nam sic ei impendimus opera pietatis, vt nihil de rigore continentie relaxemus. Porro, si nullus aduenerit, manducabimus soli paximacium illud, tanquam debitum nobis ex institutione canonica, quia ex illo stomachus grauari non poterit, vno paximacio hora nona comesto. Quæ grauatio plerumq; contingit his, qui æstimantes rigorem abstinentie se tenere, totam differunt refectioem ad vesperam. Perceptio namque cibi tunc facta, non sinit sensum esse subtile ac expeditum in orationibus, vespertinis atq; nocturnis. Ideo tempus reficiendi vtiliter est indultum hora nona, in qua reficiens monachus non solum erit euacuatus & expeditus in nocturnis vigilijs, imo etiam inuenietur aptissimus in vespertinis officijs, digesto iam cibo. Talibus epulis geminæ duplicisve institutionis saginauit nos Moyses sanctus, demonstrans ac docens nos non solum virtutem ac gratiam discretionis collatione præfenti, sed etiam abrenunciationis rationem, destinationem quoq; ac finem propositi nostri collatione præhabita, vt quod antea sectabamur feruore spiritus tantum ac zelo Dei, oculis quodammodo clausis aperiret nobis claris luce, facies nos sentire quantum hucusq; distabamus à cordis munditia, discretionisq; lineæ: quippe cum etiã doctrina seu ratio oim visibilium artium in hoc mudo, non possit subsistere nec acquiri absq; intuitu propriæ destinationis ac finis.

Explicit Collatio abbatis Moyfi secunda.





**V** I D I M V S in choro illo sanctorum, hoc est, in ordine Anachoritarum, qui tanquam purissima astra fulgebant in nocte ac tenebris huius mundi sanctum Passnutium, coruscantem lumine vite ac claritate magne scientie, fuit; presbyter congregationis nostrae, puta illius quae morabatur in eremo Scythi, in qua ita duravit usque ad extremam aetatem, ut nunquam e cella sua migraverit ad loca ecclesiae viciniora, quam cellam cepit adhuc iunior inhabitare, quae & quinque milibus distabat ab eius ecclesia, nec voluit ei propinquius habitare ad vitandam fatigationis molestiam die sabbati aut dominica, dum ad ecclesiam venisset nec ab ecclesia illa voluit vacuus ad cellam suam reverti, sed propriis humeris reportavit ad eam vas aquae, quae tota hebdomoda utebatur. Quumque plus quam nonagenarius esset, nunquam permisit illud sibi portari ab aliquo iunior, licet vir sanctus ab adolescentia sua in caenobijs mansit, atque in monastica disciplina cum omni fervore se tradidit, ut in eis modico tempore degens ditaretur scientia atque virtute obedientiae, imo in vniuersarum decore virtutum. Mortificans namque omnes suas voluntates disciplina obedientiae ac humilitatis, atque per disciplinam istam, extinctis omnibus vitijs, & consummatis virtutibus vniuersis quas docent monasteriorum instituta, vel antiquissimorum patrum doctrina, succensus ipse Passnutius ardore sublimioris profectus, festinauit penetrare deserti secreta, ut nullo humano consortio trahente, vniuerse deo facilius, cui inter fratres habitans cupiebat inseparabiliter inhærere. Insuper in solitudine tanto fervore superavit virtutes ipsorum etiam Anachoritarum, omniumque vitauit aspectus, penetrans vastiora & inaccessibilia solitudinis loca, & in eis multo tempore latens, instantum ut ab ipsis quoque Anachoritis deprehendi posset difficulter atque rarissime, & crederetur ab eis delectari ac perfrui quotidiano angelorum consortio, ac merito huius virtutis cognominaretur bubalus ab eisdem. Cupientes itaque institui ac doceri magisterio eius, peruenimus aduersante iam die ad cellam ipsius. Qui praemisso aliquanto silentio, cum cepisset commendare propositum nostrum, quod scilicet propriam patriam relinquentes, & pro dei amore peragratis prouincijs tantis, conaresmur tantopere tolerare paupertatem, vastitatemque eremi, & imitari rigorem conuersationis illorum, quem ipsi vix sustinerent, qui nati & educati sunt in eadem rigiditate atque inopia.

**R** Espondemus nos ad eius personam doctrinam & magisterium peruenisse, ut aliter quatenus informati possemus perfectione ac institutionibus tanti viri, quam perfectionem censeramus ei inesse innumeris documentis, non ut ipsius laudibus grauari mur, quibus & indigni essemus, aut etiam in conspectu ipsius inflammarer animi elatione, qua interdum in nostris quoque cellulis titillabamur, ideo precabamur ut verba illa nobis proponeret, quibus possemus compungi ac humiliari, non quibus possemus nobis ipsis blandiri atque extolli.

**T** V N C ait beatus Passnutius: Tres sunt ordines vocationum, tres quoque renunciaciones sunt necessariae monacho in quocumque ordine constituto. Et primo oportet causam inquirere, quare diximus tres vocationum ordines esse, ut quum agnouerimus nos diuino cultui deditos, secundum primum gradum vocationis temperemus ac disponamus congruentiam ac processum conuersationis nostrae iuxta sublimitatem gradus illius proficendo in melius. Nihil enim proderit sublimiter inchoasse, nisi habeamus processum & finem principio adaequatum. Quod si etiam agnouerimus nos esse extractos de vita mundana ultimo ordine, nihilominus curemus nos incitare ad meliorem vitam spiritali seruire tanto attentius, quanto videmus ad religionem vocati principio minus probabili. Secundo quoque omnino nos expedit scire causam trinae abrenunciacionis, quia nequaquam poterimus perfectione attingere, si vel ignorauerimus eam, vel eam scientes non studuerimus eam opere consummare

¶ D.  
Vt

**V** T igitur hi tres vocationum modi pandantur speciali distinctione, sciendum quod primus est ex deo, secundus per hominem, tertius ex quadam necessitate. Itaque ex Deo est, quotiens inspiratio cordi nostro immissa, exuscitat nos ad desiderium vitae aeternae atque salutis, etiam interdum in somno, hortaturque nos saluberrima compunctione Deum sequi, & inhærere praecipis ipsius, quemadmodum in scripturis legimus, Abraham voce dominica euocatum de terra natali & domo patris sui, & de totius congnationis suae affectibus, Deo ad eum loquentem: Exi de domo tua & de cognatione tua, & de domo patris tui. Quo etiam modo scimus beatum Antonium esse vocatum, qui a sola deitate accepit suae conuersionis occasionem. Ingressus namque ecclesiam, & audiens ibi C H R I S T V M in euangelio asserentem: Qui non odit patrem & matrem & filios & uxorem & agros, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me, suscepit cum summa compunctione cordis hoc C H R I S T I consilium, tanquam specialiter sibi dictum, confestimque cum ceteris renunciacionis secutus est Christum, nulla exhortatione aut doctrina hominum prouocatus. Secundus modus vocationis (quem per hominem fieri diximus) est, dum instigati exemplis meritisve sanctorum, desiderio salutis accendimur, per quem modum nos ipsi sumus conuersi, qui incitati monitis virtutibusque sancti Antonij, mancipauimus nos huic professioni ac studio. Quo etiam ordine legimus filios Israel de afflictione Aegypti per Moysen liberatos. Tertius modus vocationis, ex necessitate quadam descendens, est, dum dediti diuitijs aut delicijs mundi, inducuntur properare & conuerti ad dominum, incongruentibus repente tentationibus seu aduersis, quae mortem aut damna rerum aut proserptionem minantur, vel ex morte charorum compungunt & trahunt quasi inuitos ad creatorem, quem in prosperis sequi spreuerunt. Cuius vocationis modum in scripturis saepissime reperimus, sicut dum legimus filios Israel ob sua demerita suis hostibus traditos, eosque rursus conuersos dominum inuocasse, eo quod ab inimicis suis crudelissime tractarentur. Vnde ait scriptura: Misit eius dominus saluatorem Aioth, qui vtraque manu utebatur pro dextera, itemque: Clamauerunt, inquit, ad dominum, qui suscipiuit eis saluatorem, & liberauit eos Othoniel filium Chenes fratrem Caleph iunioris. De talibus quoque fertur in Psalmo: Quum occideret eos quarebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et recordati sunt quia Deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorum est. Et rursus: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

**L** icet harum trium vocationum duo primi modi melioribus imitantur principijs, inuenimus tamen quandoque perfectos viros ac feruentissimos spiritu fuisse de tertio gradu, seu modo vocationis, qui in se infimus tepidusque consistit: qui viri fuerunt similes illis, qui primo modo optimoque principio ceperunt Deo seruire, qui etiam reliqua suam vitam laudabili compleuerunt seruire. Et iterum vidimus multos primo modo vocatos, tepidos esse effectos, atque ad finem vituperabilem deuenisse. Ac proinde sicut praefatis illis non obfuit, quod conuersi non sunt arbitrio, sed quadam compulsionem, quibus & pietas Dei procurauit occasionem huiusmodi, qua ita compungerentur: sic istis primo modo conuersis ac tepidatis nil profuit, quod habuerunt sublimiora conuersionis principia, quia non studuerunt vitam suam residuam terminare congruo fine. Nec enim quicquam obfuit abbati Moysi, qui habitauit in loco eremi huius, qui Calamus appellatur, non inquam obfuit ei ad perfectae beatitudinis meritum, quod ad monasterium decurrit impulsus metu mortis, quae ei propter homicidium imminerebat, quia necessitatem conuersionis ita arripuit, quod eam per virtutem conuertit in prompti animi voluntatem. Quemadmodum etiam nihil profuit multis (quos nominatim numerare non debeo, quod seruitutem Dei aggressi sunt meliori principio) qui deinceps per cordis ignauiam duritiamque sequentem, lapsi sunt in teporem ac baratrum mortis profundum. Quod etiam videmus euidenter signatum in vocatione apostolorum. Quid enim profuit Iudae voluntarie suscepisse gradum apostolatus altissimum, eodem ordine quo vocati sunt Petrus ceterisque apostoli, qui consummans praecleara suae vocationis principia, pestifero auaritia sine prorupit usque ad C H R I S T I traditionem

erudellimus patricida? Aur quid obfuit Paulo, quod repente cæcatus, videret quasi in-  
uitus ad vjam salutis attractus, qui deinde toto cordis feruore dominum sequens, atq;  
initium necessitatis voluntaria deuotione commutans ac prosequens, concludit vitam  
tantis virtutibus gloriosam optimo fine? Totum ergo in fine consistit, in quo is qui  
optime inchoauit reperiri potest ex negligentia sua inferior, & necessitate ad monasti-  
cam professionem attractus, effici potest per D E I timorem diligentiamq; perfectus.

**N**VNC de abrenunciacionibus est dicendum, quas patrum doctrina & scripturæ  
auctoritas protestantur tres esse, quas & quemlibet nostrum oportet studiose  
implere. Prima est, qua corporaliter spernimus exteriusq; relinquimus vniuersas mune-  
di diuitias. Secunda est, qua respuimus ac vitamus pristinos mores, prauos affectos, & vi-  
tia carnis ac spiritus. Tertia, qua mentem abstrahentes à visibilibus & præ-  
sentibus vniuersis, contemplamur sola æterna, atq; inuisibilia toto appetimus corde.  
Vnde & legimus dominum Abrahamæ præcepisse, vt hæc tria simul perficiantur: Exi, in-  
quit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Primo dixit, de terra tua,  
id est, de facultatibus mundi huius opibusq; terrenis. Secundo, de cognatione tua, id est  
de conuersatione ac moribus & peccatis prioribus, quæ nobis à natiuitate nostra co-  
hærendo cognata sunt nobis, quasi affinitate consanguinitatēq; aliqua. Tertio, de do-  
mo patris tui, id est, de omni memoria seculi, quæ menti occurrat. Etenim per Dauid  
ex D E I persona cantatur de duobus patribus, quorum vnus, puta carnalis, est dese-  
rendus, alius appetendus: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere popu-  
lum tuum, & domum patris tui. Nam qui ait, Audi filia, pater est vtique, & nihilominus  
asserit illum esse patrem filia suæ, cuius domum aut populum persuadet obliuioni esse  
tradendum, quod ita impletur, dum mortificati cum Christo ab elemētis mundi huius,  
contemplamur iuxta doctrinam Apostoli non ea quæ videntur, sed quæ non videntur.  
Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Exeuntesq; cora-  
de de hac temporali ac visibili domo, oculos nostros mentemq; dirigimus in domum  
cœlestem, in qua sumus æternaliter permansuri. Quod implemus, quando in carne am-  
bulantes non secundum carnem militamus, cum Apostolo opere & virtute clamantes:  
Nostra conuersatio est in cœlis. Deniq; his tribus abrenunciacionibus coaptantur pro-  
prie tres libri Salomonis. Proverbia namq; primæ abrenunciacioni conueniunt, per quos-  
rum doctrinam amputantur concupiscentia carnis vitiaq; terrena. Secundæ abrenunciacioni  
competit Ecclesiastes, in quo vniuersa quæ aguntur sub sole, dicuntur vanitas & vana  
fictio spiritus. Tertiæ abrenunciacioni consonat Canticum canticorum, in quo mens  
visibilia cuncta transcendens coniungitur verbo dei, contemplando cœlestia.

**Q**Vapropter non multum prodest assumpsisse nos primam abrenunciacionē cum  
grandi deuotione, nisi secundam eodem studio ac feruore adimpleamus: qua ad-  
epta poterimus ad tertiam peruenire. Qua egressi de domo proprii parentis, quem me-  
minimus patrem nobis fuisse ab exordio natiuitatis nostræ, secundum veterem homi-  
nem, qñ etiamus natura filij iræ sicut & cæteri, conuertimus omnem mentis nostræ in-  
tuitum ad superna. De quo etiam patre dicitur ad Hierusalem, quæ verum Deum cons-  
temperati: Pater tuus Amorreus, & mater tua Cethea. Atq; in euangelio: Vos ex patre  
diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Quem cum dimiserimus de vi-  
sibilibus ad inuisibilia transmigrando, poterimus cum Apostolo dicere: Scimus autem,  
quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod habitationem ha-  
beamus ex Deo, domum non manufactam æternam in cœlo. Et quod commemorauit  
mus paulo ante: Nostra conuersatio in cœlis est, vnde & saluatorem expectamus do-  
minum Iesum, qui reformabit corpus humanitatis nostræ configuratum corpori claris-  
satis suæ. Et illud beati D A V I D: Quia incola ego sum in terra, & peregrinus fi-  
cut omnes patres mei, quatenus iuxta C H R I S T I doctrinam tales efficiamur,  
quales erant de quibus in euangelio loquebatur ad patrem: De mundo non sunt, sicut  
& ego non sum de mundo. Et rursus ad apostolos: Si de mundo essetis, mundus quod  
sumi erat diligeretis: sed quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea  
odit vos mundus, itaq; perfectionem huius tertiæ abrenunciacionis tunc merebimur ve-  
racis

**A**raciter obtinere, quando mens nostra nulla contagione corporis hebetata, sed peritissis  
mis eleuationibus expolita ac purificata ab omni afflictione & qualitate terrena per in-  
definitam meditationem scripturarum sanctarum spiritualisque theorias ascenderit,  
eiusque ad inuisibilia ac diuina, vt supernis incorporeisque intenta, non sentiat se citis-  
cundatam fragilitate carnis situque corporis. In huiusmodi quoque rapiatur excessus,  
vt non solum nullas recipiat voces corporali auditu, nec intuentis præter euntium imas-  
ginibus occupetur, sed neque aspiciat magnitudines adiacentes ac grandes materias o-  
culis carnis obiectas. Cuius rei virtutem ac fidem quis capere nequit, nisi per experientia-  
am didicerit ea quæ dicimus, cuius videlicet interiores oculos D E V S ita abstra-  
xerit ab vniuersis præsentibus, vt reputet ea non quasi transitura, sed quasi transacta &  
quasi in nihilum resoluta, vt fumum itanem, ambulanteque instar Enoch cum deo, &  
per morum conuersationem de humana conuersatione translatus non inueniatur in vani-  
tate seculi huius. Quod scriptura Genesios memorat corporaliter factum in Enoch,  
dicendo: Ambulauit Enoch cum deo, & non inueniebatur, quia transfudit illum deus.  
Apostolus quoque ad Hebræos vndecimo capite, ait: Fide translatus est Enoch, vt non  
videret mortem. De qua morte dominus in euangelio Iohannis vndecimo capite loquitur:  
Qui viuunt & credit in me, non morietur in æternum. Quapropter si veram per-  
fectionem desideramus attingere, festinare debemus, vt sicut corpore despicimus paren-  
tes, patriam, diuitias, voluptatesque mundi, ita etiam corde hæc omnia relinquamus,  
nec aliqua concupiscentia reuertamur ad ea, quæ propter D E V M dimisimus.  
Quemadmodum filij Israel per Moysen de Aegypto educti, corde reuersi sunt illuc, cum  
corpore non redissent. Nam relicto deo qui eos eduxerat, cum tanta virtute signorum,  
venerati sunt idola Aegypti quæ spreuerant, sicut ait scriptura, Exodi tertio capite: Re-  
uersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præce-  
dant nos. Ne item damnemur cum illis qui in eremo peragrantes post esum manna cœ-  
lestis, desiderauerunt foetidos cibos vitiorum ac foetidæ vilitatis. Et ne murmuremus  
cum eis, dicentibus, Exodi decimo sexto capite: Bene erat nobis in Aegypto, quando ses-  
debamus super ollas carniū, & comedebamus cepe & allia & cucumeres & pepones.  
Quæ figura licet in populo illo præcesserit, tamen videmus eam quotidie in nostro or-  
dine & professione impleri. Quicumque enim post mundi abrenunciacionem redit ad  
pristina facta ac studia, atque ad desideria reuocatur priora, cum ingratis illis ludæis pro-  
clamat mente ac opere, bene mihi erat in Aegypto. Et vereor ne tanta sit horum mult-  
titudo, quanta tunc fuit turba illorum sub Moysē. Cum enim sexcenta milia armatos  
rum computentur de Aegypto egressa, tamen duo duntaxat ex illis ingressi terram pro-  
missionis. Hinc festinandum est nobis, vt virtutum exempla sumamus à paucis atque  
rarissimis, quoniam iuxta figuram illam prædictam, in euangelio quoque dicuntur mul-  
ti vocati, pauci vero electi. Nil igitur proderit nobis abrenunciatio corporis, & trans-  
migratio ex huius mundi Aegypto localis, nisi obtinuerimus abrenunciacionem secun-  
dam, quæ sublimior vtiliorque consistit. Nam de abrenunciacione corporali ait  
A P O S T O L V S prima ad Corinthios decimotertio capite: Si distri-  
buero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum vt arde-  
am, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quod beatus Apostolus nunc  
quam dixisset, nisi in spiritu præuidisset futurum, quod aliqui omnibus rebus suis in  
vltimo pauperum traditis, peruenire non queunt ad euangelicam perfectionem, charitas  
tisque arduum culmen, quia videlicet dominante in eis superbia, aut impatientia, reti-  
nent in se pristina vitia inconditisque mores, nec ab illis satagunt se purgare. Siccirco  
pertingere nequeunt ad charitatem D E I quæ nunquam excidit, qui cum non ap-  
prehenderint gradum abrenunciacionis secundum, multo minus apprehendent tertium  
gradum qui altior est. Diligenter tamen aduertite, quod A P O S T O L V S  
non dixit simpliciter: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, &  
tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi pro-  
dest, &c. (Videretur enim forte dixisse de illo qui necdū euangelicum implens consiliū re-  
seruat sibi adhuc aliqd de facultatibus suis, sicut nonnulli faciūt tepidore) sed, si distribue-  
ro, inquit, omnes facultates meas in cibos pauperum. i. etiā si perfecte abrenunciaueris diuitijs istis

Ibidem.

terrenis. Denique huic abrenunciatiōi adiunxit aliud maius: Si tradidero, inquit, corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ac si alijs verbis dixisset: Si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas secundum euangelium cum consilio illud, quo dicitur: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, vt pote ita renunciāns, vt nil penitus mihi referuē, huic quoque erogationi adiunxero martyrium & corporis mei combustio nem, ita vt corpus meum tradam pro CHRISTO, & tamen impatiens sim, iracundus, inuidus aut superbus, aut ex iniurijs mihi illatis inflammem, vel queram quæ mea sunt, seu quæ mala sunt cogitem, aut non libenter ac patienter sustineam vniuersa quæ mihi possunt inferri, nihil mihi proderit exterioris hominis abrenunciatio atque cō bustio, interiore homine adhuc pristinis vitijs involuto, eo quod primæ renunciatiōis seruo, contemnens simplicem mundi huius substantiam, quæ nec bona nec mala, sed media est, non studui simili seruo abijcere noxias vitioſi cordis mei affectiones, neque curauī dominicam attingere charitatem, quæ est paciens & benigna, quæ non æmula tur nec inflatur, non irritatur, nec agit perperam, non querit quæ sua sunt, non cogitat malum, quæ omnia suffert, omnia sustinet. Postremo, quæ sectatorem suum nunquam cadere sinit supplantatione peccati.

¶ H.

OMNI ergo instantia festinare debemus, vt interior homo noster seu anima abijciat & dispergat vniuersas vitiorum suorum diuitias, quas priorē conuersatione contraxit, quæ iugiter coherentes corpori nostro ac animæ sunt propriae, & nisi abiectæ fuerint & abscessæ, adhuc viuētibz nobis in corpore, non desinent nos sequi post mortem. Quemadmodum enim charitas fons virtutum, cæteræque virtutes in hac vita adeptæ suum efficiunt amatorem pulchrum ac splendidum etiam post hanc vitam, sic vitia transmittunt mentem obfuscata, infectam, & quasi tetris coloribus plenam ad perpetuam mansionem futuram. Pulchritudo nanque & deformitas animæ generantur quālitate virtutum ac vitiorum. Ex quibus quasi quidam color contractus, reddet animam tam pulchram ac splendidam, vt à propheta mereatur audire: Concupiscet rex decorem tuum. Aut faciet eam tam foetidam ac deformem, vt ipsa propria turpitudinis foetorem consiteatur, ac dicat: Computruerunt & corruptæ sunt cyathus ces meæ à facie insipientiæ meæ. Vnde & DOMINVS ait ad eam per Ieremiam prophetam octauo capite: Quare non est obducta cyatrix filia populi mei? Ideo istæ sunt nostræ diuitiæ, quæ cum animâ iugiter manent, quas nullus regum aut hostium potest nobis conferre neque auferre. Hæ sunt propriae diuitiæ nostræ, quas nec mors valet ab anima separare, quibus renūciando possumus ad perfectionem pertingere, vel immorando æterna morte perire.

Psal. 44  
Psal. 37

¶ I.

TRIPLES autem sunt diuitiæ secundum scripturam. Nam quædam sunt malæ, quædam bonæ, quædam mediæ. Malæ sunt, de quibus psalmo tricesimo tertio aseritur: Diuites egerunt & esurierunt. Et Lucæ sexto: Væ vobis diuitibus, qui recepistis consolationem vestram, quas abiectis nō est summa perfectio. Ad quarum distinctionem illi sunt pauperes qui in euangelio Matthæi V. ca. voce Christi laudantur, dicentis: Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum celorum. Et psalmo tricesimo tertio: Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum. Itemque psalmo septuagesimo primo: Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Sunt quoque bonæ diuitiæ, quas acquisiisse magnæ virtutis est ac mercedis. Quas vir iustus possidens collaudatur, dicente Dauid: Generatio rectoꝝ benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, iustitia eius manet in seculum seculi. De quibus item Prouerbiorum decimo tertio scriptum est: Redemptio anime viri propriae diuitiæ. De quibus & in Apocalypsi tertio capite dicitur ei, qui eis carendo vituperabiliter pauper & nudus est: Incipiam te euomere de ore meo, quia dicis quod diues sum & locuples & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Suadeo ergo tibi emere à me aurum ignitum probatum vt locuples fias, & vestimentis albis iuduaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Insuper quædam sunt diuitiæ mediæ, quæ possunt esse bonæ & malæ, quæ hoies possunt eis vt bene & male proprijs

A proprii arbitrii libertate, de quibus ait Apostolus: Diuitibus huius mundi præcipe non sublimē sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo qui præstat nobis abunde omnia ad fruendum. Et benefacere, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurū, vt apprehendant veram vitam. Quas & diues ille, testante euangelio, retinens, nec indigentibus ministrans, de cuius micis faciari cupiebat pauper Lazarus, deputatus est in tollerandis gehennæ incendijs, & igni æterno.

1. Tim. 6  
Lucæ 16

HAS visibiles mundi diuitias relinquendo, non nostras, sed alienas abijcimus facultates, quamuis nostro labore sint acquisitæ, vel nobis relictae expatentium hæreditate. Nihil enim, vt dixi, est proprie nostrum, nisi quod corde possessum, vt animæ nostræ intus coherens, non potest nobis auferri ab aliquo. Porro de visibilibz illis diuitijs loquitur CHRISTVS ad eos qui retinent illas vt proprias, nec volunt ipsas indigentibus communicare. Si in alienis fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Vnde non solum quotidiana experientia, sed & Christi sententia ostendit diuitias istas esse alienas à nobis. De visibilibz vero pessimis diuitijs loquitur Petrus ad dominū: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quos certe apostolos constat nil amplius dimisisse, nisi vilissima conscissaque rethia, idcirco nisi omnia illa intelligantur de renunciatiōe hac vitiorum, quæ vere alta & magna est, nō inuenimus apostolos pretiosum aliquid reliquisse, nec dominum habuisse causam propter quam largiretur illis beatitudinem tantam, ita vt ab eodem statim audirent: In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Si igitur hi qui perfecte relinquunt terrenas visibilesque diuitias peruenire non possunt certis ex causis ad apostolicam charitatem, nec expedito seruo ascendere sublimiorem ad tertium illum renunciatiōis gradum, qui est valde paucorum, quid de seipsis habent sentire, qui nec primam ac facilem illam renunciatiōem perfecte arripiunt, sed sordidas suas pecunias infideliter sibi reseruant, & tamen nudo monachi vocabulo gloriantur. Itaque prima abrenunciatio rerum est alienarū, propter quod per se sola non potest perfectionem conferre renunciati, nisi peruenierit ad secundam, quæ vere est nostrarum abrenunciatio rerum, quam omnium expulsionem vitiorum adepti, tertie abrenunciatiōis fastigia ascendimus, per quam animo transcendimus ac mente despiciemus, non solum omnia quæ in hoc mundo geruntur, aut à diuersis particulariter possidentur, verumetiam omnium elementorum substantiam tanquam vanitati subiectam, citoque transituram, quamuis videatur magnifica contemplantis iuxta Apostolum tantummodo ea quæ non videtur, ita vt demum mereamur audire à DOMINO quod dixit ad Abraham: Veni in terram quam monstrauero tibi. Per quod euidenter ostenditur, quod nisi quis impleuerit cum omni mentis ardore tres abrenunciatiōes præfatas, non possit ad quartum hoc peruenire, quod perfecte renunciati tribuitur vice seu loco remunerationis, ac precij, hoc est, vt terram promissionis ingredi mereamur, non illam quæ spinas ac tribulos germinat possidenti, sed quæ post passionum omnium expulsionem possidet in corpore cordis puritate, quam ipse DOMINVS promittit se ostensurum: Veni, inquit, in terram quam monstrauero tibi, quod non potest virtus aut industria laborantis. Per quod manifeste probatur initium nostræ salutis esse ac dependere ex votatione & gratia DEI, dicentis: Exi de terra tua. Sic & ab ipso conferri consummationem perfectionis ac puritatis, cum dicit: Et veni in terram quam monstrauero tibi, id est, non quam tu valeas ex teipso cognoscere, aut ex tua industria reperire, sed, quam ego monstrauero tibi, non solum eam ignorantibus, sed etiam non querentibus. Ex quo manifeste colligitur, quod sicut currimus ad viam salutis prouocati inspiratione diuina, sic quoque deducti illuminatione magisterioque spiritus sancti peruenimus ad perfectionem & beatitudinem summam.

Lucæ 14

Matth. 19

Ibidem.

2. Cor. 4  
Gen. 12

Ibidem.

¶ L.

Ermanus: In quo ergo & qualiter attribuitur libero arbitrio atque industriae nostræ, quod laudabiles virtuosque sumus, si deus incipit & consummat in nobis omnia quæ ad perfectionem pertinent nostram?

¶ M.

Passiuus

**P**AFNVTVS: Hoc merito quæretis, si in disciplina ac opere essent tantummodo principium eius ac finis, nec interueniret medietas quædam. Itaque sicut deus diuersis modis operatur occasione salutis, sic nostrum est occasionibus à deo exhibitis & concessis famulari, obtemperare, seu cooperari instantius siue remissius. Nam sicut id quod dictum est: Exi de terra tua, fuit oblatio dei vocantis, ita obeditio fuit Abrahamæ executis. Et sicut executio verbi illius: Veni in terram, fuit opus obtemperantis, ita quod subditur, quam tibi monstrauero, fuit gratia dei iubentis, vel promittentis. Veruntamen certitudinaliter agnoscamus, quod quamuis omnem virtutem in decessis exequamur conatibus, nequaquam tamen poterimus diligentia aut studio nostro, perfectionem attingere, nec sufficit humana sedulitas peruenire ad tam sublimia beatitudinis præmia, nisi adipiscamur ea deo nobis cooperante, atque cor nostrum ad salutaria dirigente. Ideo omni momento cū David orare debemus: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nō moueant vestigia mea. Et rursus cum eo dicamus: Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, vt inuisibilis rector mentis humanæ ad virtutum studia retorquerere dignetur arbitrium nostrum, quod procliuus fertur ad vitia ex ignorantia boni, aut delectationibus passionum. Quod Psalmista vno versiculo apertissime canit, dicens: Impulsus, euectus sum vt caderem, in quo infirmis liberi designatur arbitrii, & dominus suscepit, per quod adiutorium dei ostendit ei esse adiunctum, quo nos sustentat ac roborat suarum auxilio manuum, cum nos conspicit vacillare, ne per liberum arbitrium, penitus corruamus. Et rursus: Si dicebam, inquit, motus est pes meus lubrica, scilicet arbitrii facultate, misericordia tua domine adiuuabit me. Per quod iterum suæ mobilitati adiunxit subsidium dei, quia fatetur esse opus misericordiae dei, non suæ industriæ, quod pes suæ fidei non est motus. Itemque: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, qui libero arbitrio sunt orti in me, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam, quæ per tuam dō domino inspirationem infusæ sunt mihi, referantēque mihi gloriam futurorum honorum quæ præparasti laborantibus pro te, non solum abstulerunt mihi omnem cordis anxietatem, verumetiam contulerunt mihi lætitiarum magnam ac multam. Et denuo: Nisi quia dominus adiuuauit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Per quod testatur habitaturus se fuisse in inferno liberi arbitrii prauitate, nisi saluatus fuisset adiutorio protectioneque domini. Nam gressus hominis diriguntur à D O M I N O, non ab arbitrio libero. Et cum ceciderit iustus est apertissime me diceret: Nullus iustorum sufficit sibi ad obtinendam iustitiam, nisi diuina clementia supposuerit fulcimenta suæ potentiae, ei per momenta singula vacillanti, ne prostratus inereat penitus cum fuerit infirmitate liberi arbitrii lapsus.

Psal. 16  
Psal. 39

Psal. 137

Psal. 93

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 136

Psal. 24

Psal. 5

Osee. 14

Psal. 14

Psal. 118

Psal. 146

Psal. 93

**N**Vnquam sancti viri dixerūt se propria industria obtinuisse directionem viæ quæ gradiebantur ad perfectionem virtutum, sed directionem hanc deprecabantur à D E O, dicentes: Dirige me in veritate tua. Et: Dirige in conspectu viam meam. Et: Notum fac mihi viam in qua ambulem. Alius autem clamat se hocprehendisse non solum fide, sed etiam experimento, & quodammodo in ipsa rerum natura, dicens: Cognoui domine, quia non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Vnde dominus ait ad Israel: Dirigam eum vt abietem virentem. Ex me fructus tuus inuentus est.

**D**esiderant quoque electi & sancti adipisci scientiam legis, non industria lectionis, sed magisterio & illuminatione D E I, orantes: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas doce me. Et: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et: Doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Itemque: Qui docet hominem scientiam.

**B**Eatus quoque D A V I D scit se possidere nisi à domino ipsum etiam intellectum, quo posset agnoscere dei mandata, quæ utique nouerat scripta esse in libro legis, quia hunc postulat à deo accipere, dicens: Seruus tuus ego sum, da mihi intellectum vt discam mandata tua. Qui utique D A V I D postquam possedit intellectum à deo sibi

**A** sibi naturaliter præstitum, habebat quoque in promptu notitiam mandatorum D E I, quæ scripta erant in lege, & tamen ita deprecatus est dominum, quatenus scientiam istam apprehederet plenius sciens sibi non posse sufficere quod per creationem accepit, nisi quotidie illuminaretur à D E O ad intelligendum spiritualiter legem, atque ad cognoscendum mandata eius apertius. Denique vas electionis hoc docet aperit Philip. 1. Et rursus: Intellige, inquit, quæ dico: Dabit enim tibi dominus intellectum. Quid posuit apertius dici, nisi vt affirmaret in nobis causari à deo & bonam voluntatem, & operis consummationem: Et iterum ait: Vobis donatum pro C H R I S T O non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro ipso patiamini. Quibus verbis declarat dominum nari nobis à deo initium conuersionis ac fidei, tolerantiamque aduersitatum. Quod D A V I D agnoscens orauit sibi hoc ipsum conferri à deo, cum ait: Confirma hoc deus quod operatus es in nobis, ostendens quod non sufficiant sibi principia salutis, sibi à deo collata, nisi perficiantur misericordie diuina, & operatione quotidiana. Non enim liberum arbitrium, sed dominus soluit compeditos. Non nostra virtus, sed dominus erigit elisos, Non lectionis industria, sed dominus illuminat cæcos. Et sicut habetur in Graeco: D O M I N V S cæcos efficit sapientes. Non nostra cautela, sed dominus custodit aduenas. Non nostra fortitudo, sed dominus eleuat seu suffulcit omnes qui corruunt. Hæc autem dicimus nō vt ocio locum demus, & studium nostrum ac laborem atque industriam inaniter occupemus, aut negligamus, sed vt agnoscamus non posse nos sine adiutorio dei meritorie operari, nec efficaces esse nostros conatus ad prægrandem culmen ac præmium puritatis, nisi fuerit nobis collatum à diutorio ac misericordia creatoris. Hinc ait scriptura: Equus paratur in die belli, à domino autem victoria tribuetur, quia non in fortitudine sua roborabitur vir, & fallax equus ad salutem, vt qui glorietur, in domino gloriatur. Oportet vos igitur cum beato David cantare: Fortitudo mea & laus mea dominus. Non liberum arbitrium, sed dominus factus est mihi in salutem. Quod & doctor gentium non ignorans, clamat se factum ministrum idoneum noui testamenti, non suo merito aut sudore, sed D E I misericordie. Non sumus, inquit, idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quod expressius dici potest, idoneitas nostra ex deo est. Nam subdit: Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Denique Apostoli intantum senserunt vniuersa ad salutem spectantia à deo sibi concessa, vt fidem quoque postularent præstari seu perfici ab eodem, dicentes: Adauge nobis fidem, præsumentes adipisci plenitudinem fidei, non à libero arbitrio, sed credentes eam sibi præstandam à domino. Insuper docet C S A L V A T O R quàm lubrica, infirma, insufficientisque consistat fides, nostræ, nisi dei auxilio roboretur, dicens ad Petrum: Simoni, ecce Satanas expetiuit vos vt crebraret sicut triticum. Ego autem rogavi, vt non deficiat fides tua. Quod alius in se metipso sentiens quodammodo fieri, videns fidem suam infidelitatis fluctibus trahi ad subuersionem permittit, naufragij exorauit: Domine, adiuua incredulitatem meam, in tantum autē senserunt euangelici & apostolici viri vniuersa bona fieri auxilio dei, quod fatebantur se non posse ipsam fidem suam seruare illasam viribus suis, aut libertate arbitrii, ideo postulabant eam sibi à deo donari ac adiuuari. Quæ si indignit auxilio dei in P E T R O ne deficeret, quis erit tam presumptuosus & cæcus, vt credat se non indigere quotidiano auxilio dei ad custodiam fidei suæ? Præsertim cum dominus in euangelio, Iohannis decimo quinto capite, hoc ipsum euidenter expresserit, dicens: Sicut palme non potest fructum facere à semetipso, nisi manserit in vite, ita & vos, nisi in me manseritis. Et rursus in eodem predicto capite, ait: Sine me nihil potestis facere. Quàm ineptum ergo atque sacrilegum sit aliquid boni ascribere industriae propriae, & non potius operi gratiæ dei, manifeste probatur, cum Christus dominus protestetur neminē posse spirituales facere fructus, sine inspiratione cooperationeque sua. Hinc Iacobus quoque apostolus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Ideo si quid bonum est, dei est: & si quid optimum, ab ipso est. Idcirco constanter dixit beatus Paulus: Quid habes quod nō accepisti? quid gloriaris

Philip. 1

Philip. 1

Prone. 21

Psal. 137

1. Corin. 3

Luca 17

Luca 22

Mar. 9

Iacob. 1

Zach. 9

1. Corin. 4

riaris



1. Cor. 4. riaris quasi non acceperis? \* **Q**UOD  
 Beatus quoque Apostolus docet, quod efficacia tolerantiae qua possumus sustinere tenta-  
 2. Cor. 10. tiones, consistat in moderatione pietatis divinae potius, quam in nostra virtute, dicitur:  
 Hebr. 13. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem deus, qui non permittit  
 vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possi-  
 tis sustinere. Denique idem Apostolus protestatur, quod deus appetet seu roborer animas nos-  
 1. Thef. 2. tras ad omne opus bonum, & operetur in nobis quae sibi sunt placita, dicens: Deus autem  
 pacis qui eduxit de morte pastorem magni ouium in sanguine testamenti aeterni Iesum  
 Christum, appetet vos in omni bono, faciens in vobis quod placeat coram se. Quod etiam  
 am Thessalonicensibus impartiri orauit, cum ait: Ipse dominus Iesus Christus & deus pater  
 noster qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam & spem bonam in gratia, exhortetur  
 corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. **Q**R.

1. Ierem. 33. **P**raeterea deus per Ieremiam testatur, quod ipse nobis infundat timorem sui, quo eum fir-  
 miter valeamus tenere. Dabo, inquit, eis cor vnum & animam vnam, ut timeant  
 me cunctis diebus, & bene sit eis, & filii eorum post eos, & feriam eis pactum sempiternum,  
 & non desinam benefacere eis, & timorem meum dabo in corda eorum, ut non recedat a me.  
 1. Eze. 11. 19. Rursus per Ezechielem deseruit: Dabo eis cor vnum, & spiritum nouum pro  
 nam in visceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor car-  
 neum, ut in praecipis meis ambulent, & iudicia mea custodiant & faciant ea, & sint mihi  
 in populum, & ego sim eis in deum. **Q**S.

1. Deut. 7. **E**x quibus manifeste docemur initium bonae voluntatis nobis conferri a deo, cum  
 per seipsum aut per alicuius hominis exhortationem, vel per aduersitatem trahit nos  
 ad viam salutis. Conformiter hinc probatur & ipsam virtutum perfectionem donari ab  
 eo. Nostrum vero hoc esse, ut intensus siue remissius exequamur exhortationem atque  
 auxilium dei, & per hoc iustissime promeremur gloriam aut tormenta, eo quod negligimus aut stu-  
 demus congrua obediuntione & deuotione occurrere dispositioni ac prouidentiae dei, nos  
 bis exhibere benignissima dignatione. Quod in Deuteronomio euidenter ita describitur:  
 Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & des-  
 1. Ierem. 16. ierit gentes multas coram te, Ethum & Gergezeum, & Amorrhueum, & Chananeum,  
 & Eueum, & Pherezeum, & Iebuseum gentes septem, multo maiores numero & robus-  
 tiores te, tradideruntque tibi eos dominus, percutes usque ad internitionem: Non inibis cum  
 eis foedus, neque sociabis cum eis coniugia. Itaque scriptura docet esse ipsius Israeliticarum plebis.  
 Quo testimonio distincte insinuat, quid ascribere debeamus arbitrio libero, quid dis-  
 pensationi & quotidiano auxilio gratiae dei, quod item dominus per gratiam suam praestet  
 nobis occasiones salutis, prosperosque profectus atque victoriam. Nostrum vero est, cau-  
 sas salutis intensus aut remissius exequi. Quod etiam videmus euidenter expressum in  
 1. Matth. 20. curatione caecorum. Quod vero Iesus transiit ante eos, gratia fuit prouidentiae dignati-  
 onisque suae. Quod autem clamabant, dicentes: Miserere nostri fili David, opus fuit fidei  
 & credulitatis eorum. Quod visum receperunt, fuit munus miserationis divinae. Quod  
 autem post vtriusque muneris perceptionem perseveret tam gratia dei, quam facultas liberi ar-  
 1. Luc. 17. bitrii, declarat exemplum decem leproforum, simul a domino curatorum. Ex quibus dis-  
 vnum per liberi arbitrii facultatem rependit gratiarum actionem, & Christus alios nos-  
 uem requirens, ac vnum illum collaudans, ostendit se retinere iugem vicissitudinem seu  
 respectum adiutorii sui etiam circa ingratos. Nam hoc ipsum donum est suae visitatio-  
 nis aut miserationis, quod gratum suscipit & commendat ingratos vero requirit ac repres-  
 hendit. **Q**T.

**C**redere tamen indubitate debemus, nil profus in hoc mundo fieri sine deo & pro-  
 uidentia eius. Nam omnia sunt voluntate aut permissione ipsius, ut bona, credan-  
 tur fieri voluntate atque auxilio dei. Mala vero permissione ipsius, dum protectio dei nos  
 deserit, & propter nequitias & duritiam cordis nostri dominari permittit nobis diabo-  
 lum

**A**lum, aut ignominiosas corporis passiones. Quod etiam euidentissime docemur verbo  
 Pauli dicentis: Propter quod tradidit illos deus in passiones ignominiae. Et iterum: Quia  
 non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos in reprobrum sensum, ut faciant  
 ea quae non conueniunt. Hinc dominus loquitur per prophetam: Et non audiuit popu-  
 lus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Propter quod dimisi eos secundum  
 desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. **Q**V.

**C**ermanus: Hoc testimonium apertissime demonstrat liberum arbitrium, cum dicitur:  
 Si populus meus audisset me, itemque: Et non audiuit populus meus vocem me-  
 am. Cum enim dicit, si audisset, ostendit in potestate eius fuisse acquiescere & non acqui-  
 escere. Quomodo ergo non est salus nostra collocanda in nostra potestate, cum deus con-  
 tulerit nobis facultatem audiendi & non audiendi? **Q**X.

**P**affnutius: Acute considerasti hoc verbum, si audisset me, sed nequaquam attendi-  
 tis quis loquatur ad audientem vel non audientem. Neque quod sequitur, pro nihil  
 lo utique inimicos eius humiliasset, & super tribulantes eum, misisset manum meam.  
 Nemo ergo conetur ita assumere ad defensionem liberi arbitrii ea quae diximus praua in-  
 terpretatione ea retorques, quae idcirco protulimus, ut probarem nihil fieri sine deo.  
 Nemo, inquam, si ea accipiat ut nitatur auferre, ab homine gratiam dei, & quotidianam

**B** prouisionem ipsius, per hoc quod dicitur: Et non audiuit populus vocem meam. Et ite-  
 rum: Si populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset. Sed attendat quod sicut  
 ut facultas liberi arbitrii demonstratur in ipsa obedientia populi, ita quotidiana prouis-  
 io dei clamantis ac monentis circa populum, declaratur per verba praetacta. Cum enim  
 dominus ait: Si populus meus audisset me, ostendit se primo locutum esse ad populum, quod a  
 domino fieri solet, non solum per legem literis scriptam, sed etiam per hortamenta quoti-  
 tidiana, quemadmodum ait per Isaiam: Tota die expandi manus meas ad populum non  
 credentem, & contradicentem mihi. Vtrumque ergo potest testimonio isto probari, si popu-  
 lus meus audisset me, &c. Nam sicut liberum arbitrium demonstratur per obedientiam  
 populi, sic dispensatio atque auxilium dei declarantur principio ac fine eiusdem vesiculi,  
 cum dominus asserit se primo locutum, & deinde asserit se humiliatum fuisse aduer-  
 sario populi sui, si populus suus ipsum audisset. Non enim volumus liberum arbitrium  
 remouere per ea quae diximus, sed probare quod adiutorium gratiae dei sit necessarium  
 ei per dies singulos ac momenta. Postremo abbas Paffnutius emisit de cella sua ante me-  
 diam noctem nos his sermionibus eruditos, & compunctos magis, quam alacres, qui no-  
 bis sua collatione dedit hoc maxime, quia cum putarem nos posse attingere culmen  
 perfectionis, per primam abrenunciationem quam toto virtutis conatu studebamus im-  
 plere, iam inciperemus cognoscere, quod necdum incepimus somnare monachorum fa-  
 stigia seu perfectionem eorum praecipiam. Nam de secunda abrenunciatione patrum er-  
 diti in nostro cenobio, nihil omnino audiuimus de abrenunciatione tertia, in qua eius  
 continetur perfectio, & quae alias duas Varijs modis transcendit.

COLLATIO QUARTA

Abbatis Danielis.

De concupiscentia carnis & spiritus.

¶ I.

**I**NTER ceteros Christianae sapientiae viros, vidimus abbatem Danielem  
 aequalem virtutibus his qui morabantur in Scythi, specialius tamen or-  
 natum humilitate. Qui merito suae puritatis ac mansuetudinis promotus  
 est ad diaconatum a beato Paffnutio eiusdem solitudinis presbytero, cum  
 iunior esset multis. Intantum namque abbas Paffnutius congratulabatur vir-  
 tutibus Danielis, ut quem sibi parum nouerat gratia ac meritis vitae, festinaret sibi aequae  
 re sacerdotij dignitate. Vnde non ferens Danielem diutius occupare in ordine ministere-  
 rij inferioris, & cupiens sibi successorem dignissimum, prouexit eum ad presby-  
 teratus honorem. Sed abbas Daniel pristinam humilitatem non deserens, nunquam ex-  
 ercuit actum ordinis sublimioris seu sacerdotalis, praesente Paffnutio, imo abbate Paffnu-  
 tum



sio spirituales hostias offerente iste exercuit diaconatus officium. Veruntamen spes successio-  
 nis atq; electio in hac parte defraudauit sanctum Paffnutium, cum tamen talis es-  
 set ac tantus, vt in multis gratia prophetiae fulgeret. Nam paulo post Daniele hunc pra-  
 misit ad dominum, quem sibi instituit successorem. ¶ B.

**B**Eatum itaque Daniele interrogauimus, cur sedes in cellulis nostris replemur  
 interdum tanta alacritate, imo ineffabili gaudio quodam, tantaq; exuberantia spi-  
 ritualium sacratissimorumq; intellectu, vt non solum non possimus verbis exprime-  
 re, imo nec sensu concipere, pura quoque ac prompta effunderetur oratio, & mens spiri-  
 talibus fructibus plena in somno etiam orans sentiret preces suas efficaces & leues per-  
 uenire ad deum. Deinde sine causa replemur repete angustia, & irrationabili quadam  
 promeremur tristitia, vt non solum sentiremus nos a spiritali intellectu arefcere. Verum  
 etiam cella horresceret, atq; oratio nostra esset instabilis, vaga, & quodammodo ebria,  
 ita vt quamuis ingemisceremus & conaremur ad pristinam dispositionem & alacritate  
 reuertí, non tamen possemus, sed quanto intentius cor reuocaretur ad dei intuitum, tan-  
 to vehementius raperetur ad euagationes & discursus nutantes ac lubricas, omnique  
 spiritali fructu redderetur destituta, ita vt nec desiderio gloriae, nec metu gehennae pos-  
 set excitari ab hoc somno laethali. Ad hoc ipse respondit ¶ C. E

**T**Riplex causa huius sterilitatis de qua queritis, assignata est a maioribus nostris. Pri-  
 mo enim contingit ex negligentia nostra. Secundo ex impugnatione diaboli. Ter-  
 tio ex dispensatione probationeq; dei. Ex negligentia etenim nostra descendit, cum proces-  
 dente tempore ex vitio nostro, habemus nos coram deo remisse, & incircumspecte, & no-  
 xii cogitationibus per ignauiam desidiarq; nutrimur, sicq; terram nostri cordis germi-  
 nare facimus spinas ac tribulos, quibus in ea nascentibus consequenter efficiuntur steriles,  
 atq; ab omni spiritali fructu & contemplatione inanes. Porro, ex impugnatione diabo-  
 li oritur, cum & bonis actibus dediti, retrahimur ab optimis intentionibus ignoranter  
 aut inuite, aduersario cor nostrum intrante sua versuta calliditate. ¶ D.

**D**ispensationis autem seu probationis dei in isto duplex est causa. Prima vt paulis  
 per relictis a Deo, & propriam infirmitatem experientes humiliterque pensantes  
 non extollamur de praesente alacritate ac puritate nobis pie collata ex visitatione diuina,  
 sicque probantes nos ita relictos non posse nos nostris gemitibus atque industria  
 recuperare priorem illum laetitiae ac munditiae statum intelligamus praeteritam ac amif-  
 sam cordis alacritatem fuisse nobis collatam, non nostro labore, sed D E I digna-  
 tione, eam quoque rursus esse petendam de pietate, illuminatione ac gratia creatoris.  
 Secunda huius probationis est causa, vt comprobetur perseverantia, constantia ac desu-  
 derium cordis nostri, & manifestetur qua cordis intentione, atq; orationum instatiam res-  
 quiramus visitationem spiritus sancti nos deserentem, & ita videtes quam difficulter res-  
 cuperetur amissa alacritas ac puritatis laetitia, studeamus recuperatas sollicitus custodire  
 attentiusq; tenere. Negligentius quippe solet custodiri, quod creditur posse faciliter re-  
 parari. ¶ E.

**P**er quae euidenter probatur, quod misericordia & oratio operentur semper in nobis  
 ea quae bona seu meritoria sunt, & quod studium laborantis nil possit per se nec indu-  
 striam animi quantumcunq; conetur posse recuperare pristinum statum, & illud Apo-  
 stoli, semper in nobis impleri: Non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Qui in-  
 terdum visitare dignatur negligentes ac resolutos sancta inspiratione praefata, & spirita-  
 lium meditationum exuberantia, inspiratq; indignos, & suscitatur pigritantes, ignorantie  
 caecitate possessos illuminat, & clementer nos arguit & castigat, infundens se cordibus  
 nostris, vt vel sic prouocemur exurgere instigati ipsius compunctione de somno nostrae  
 inertiae. Denique in visitationibus istis, implemur frequenter etiam odoribus vltra oem  
 humanae compositionis suauitatem praedulcibus, ita vt mens delectatione hac resoluta  
 rapiatur in spiritalem excessum, & obliuiscatur se commorari in carne. ¶ F.

**S**A Nctus quoque David, cognouit praetactam derelictionem seu dei recessum tam  
 vtilcm esse, quod non orauit ne in nullo penitus relinqueretur a deo. Hoc nanque  
 sciebat incongruum esse sibi aut humanae naturae ad quamlibet perfectionem peruenire,  
 si, sed

**A**ti, sed deprecatus est derelictionem illam potius temperari in se, dicens: Non me derelin-  
 quas vsquequaque. Ac si diceret alijs verbis: Scio quod soleas sanctos tuos vtiliter inter-  
 dum relinquere, quatenus probes eos. Aliter enim ab aduersario tentari non possunt, ni-  
 si a te fuerint paululum derelicti. Idcirco non rogo vt me nunquam relinquant, quia non  
 expedit mihi, ne scilicet propriam infirmitatem non recognoscens negligam dicere: Bo-  
 num mihi quod humiliasti me, vel ne caream exercitio spiritaliter praeliandi. Quod sine  
 dubio habere non potero, si indefinenter mihi cohaereat tua protectio, qua me suffultu  
 tentare zabolus non audebit, sed obijciat aut exprobrabit tibi vel mihi, quod contra tu-  
 os athletas solet calumniosa voce proferre: Num gratis Iob colit deum? Nonne tu val-  
 lasti eum, ac domum eius vniuersamq; substantiam eius per circuitum? Sed magis oro  
 ne me deserat vsquequaque, quod graece sonat vsque ad nimietatem. Quantum enim  
 mihi vtile est, quod paululum me relinquis, vt probetur constantia desiderij mei, tantum  
 nocium est mihi, si propter demerita mea me nimium deserat, quoniam nulla virtus hu-  
 mana poterit sua constantia pdurare, si tuo auxilio deseratur diutius in tentatione, imo  
 protinus succumbet fortitudini aut calliditati tentantis, nisi tu ipse qui humanarum es co-  
 gnitor virium, atque luctaminum moderator non permiseris nos tentari supra id quod  
 possumus, sed feceris ea cum tentatione prouentum & sustinere possumus. Praeterea ta-  
 le aliquid legimus mystice designatum in libro I V D I C V M de extermi-  
 natione spiritualium gentium Israelii inimicantium: Haec sunt gentes, ait scriptura, quas  
 dominus dereliquit vt erudiret in eis Israel, & haberent consuetudinem cum hoste-  
 bus praeliandi. Et rursus: Dimisitq; eos dominus, vt in ipsis experiret Israel, an audi-  
 rent mandata domini an non. Quam vtique pugnam dominus referuauit non quasi in-  
 uidens quieti plebis suae, aut male consulens eis, sed sciens eam vtilissimam ipsis, vt dum  
 filij Israel deprimerentur impugnatione gentium praefatarum, sentirent se dei auxilio iu-  
 giter indigere, sicq; perdurantes in meditatione & inuocatione ipsius, non dissolueretur  
 inertia, nec amitterent vsum bellandi exercitiumq; virtutum. Frequenter enim securitas  
 atq; prosperitas deiecerunt, quos aduersa superare non potuerunt. ¶ G.

**L**egimus quoque in Apostolo pugnam hanc esse vtiliter insitam membris nostris,  
 quemadmodum dicit: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-  
 nem. Haec enim sibi inuicem aduersantur, vt non quaecunq; vultis illa faciat. Habes &  
 hic pugnam corpori nostro inuiseratam, dispensatione seu moderatione dei id procu-  
 rante. Quicquid enim generaliter & sine exceptione cunctis inest hominibus, quid ali-  
 ud potest dici, nisi naturaliter attributum humanae substantiae post hominis primi rui-  
 nam: Et quod vniuersis innatum est, credi debet insitum esse arbitrio dei, non nocentis,  
 sed consulentis aut prouidentis. Porro causam belli inter carnem & spiritum dicit Apo-  
 stolus, vt non quaecunque volumus faciamus. Ergo si deus id quod procurauit ob hoc ne  
 faciamus omne quod volumus, impleatur, quid aliud credendum est esse quam noxium?  
 Denique pugna haec carnis ac spiritus insita nobis moderamine conditoris, est quodam  
 modo vtilis atque ad meliorem statum prouocans ac impellens. Qua sublata succedet  
 rerum pax perniciofa. ¶ H.

**G**ermanus: Quauis videatur iam nobis quidam intellectus praelucere in verbis Apo-  
 stoli, tamen quia sententiam eius non possumus adhuc lucide penetrare, cupimus  
 nobis haec euidentius declarari. Tres enim res hic insinuari videtur. Prima, est carnis ad-  
 uersus spiritum pugna. Secunda, est concupiscentia spiritus contra carnem. Tertia, est vo-  
 luntas nostra, quae tanquam media collocatur, de qua dicitur: vt non quaecunque vultis  
 illa faciat. De qua re, quamuis, vt dixi, colligamus quasdam occasiones intelligentiae ex  
 praedictis, volumus tamen aliquid lucidius nobis super hoc disputari, quoniam inde se-  
 obtulit occasio disputationis istius. ¶ I.

**D**anieli: Discernere diuisiones & lineas quaestionum, est portio intellectualis notitiae,  
 & maxima pars intelligentiae est scire, quid nescias. Propter quod dicitur: Inspicien-  
 ti interroganti sapientia reputabitur. Nam quamuis interrogans ignoret vim propo-  
 sitae quaestionis, tamen quia prudenter inquirat, hoc ipsum reputatur ei ad sapientiam, qd  
 prudenter agnoscat quid nesciat. Itaq; secundum diuisionem nostram praehabita, tres  
 res in verbis praedictis tangunt, videlicet, concupiscentia carnis aduersus spiritum, & spi-  
 ritus

Roma.

Psal. 118

Ibidem.

Iob 1

1. Cor. 10

judic. 3

Galat. 5

Ibidem.

Ibidem.

Proue. 37

ritus aduersus carnem, quarum mutua pugna habet hanc causam, vt ea que volumus facere nequeamus. Quarta igitur superest causa quam non consideratis, vt scilicet id quod volumus faciamus. Nunc igitur restat, vt prius cognoscamus vim concupiscentiarum duarum, videlicet carnis & spiritus, & ita demum valeamus discutere que sit nostra voluntas posita intra vtrasque. Deinde similiter discernamus, quod possit non esse nostre voluntatis.

Iohan. 1  
Luca 3  
Gene. 6  
Roma. 8  
1. Cori. 17

**H**OC nomen caro multipliciter in scripturis accipitur. Interdum enim significat integrum hominem, qui ex anima constat & corpore, vt ibi: Verbum caro factum est. Et: Videbit omnis caro salutare dei nostri. Interdum vero significat homines carnales & impios, vt ibi: Non permanebit spiritus meus in hominibus eo quod caro sint. Interdum autem ponitur pro peccatis, vt ibi: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Et rursus: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Nam subditur ibi: Neque corruptio incorruptelam possidebit. Quandoque vero accipitur pro cognatione & propinquitate, vt ibi: Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Et Apostolus ait: Si quomodo ad emulationem prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Quarendum ergo secundum quam harum quatuor significationum accipienda sit caro in verbis illis Apostoli. Manifestum est namque dictum illud a apostolis: Caro concupiscit aduersus spiritum, stare non posse, si caro sumatur primo modo, nec etiam si secundo modo accipatur, quia cum dicitur: Caro concupiscit aduersus spiritum, non capitur caro ita abrupte pro homine peccatore, sicut cum legitur: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quod sint caro. Neque enim de rebus substantialibus, sed actibus loquitur, quæ in vno eodemque homine colluctantur singillatim aut pariter cum quadam vicissitudine mutatione temporis.

Gala. 4

**I**dem hoc loco nomine carnis debemus accipere non carnis substantiam, sed carnis voluntatem, seu pessima desideria eius. Per spiritum quoque intelligere nos oportet non aliquam spirituales substantiam, sed bona ac spiritualia desideria animæ. Quæ sensum idem Apostolus alio loco euidenter expressit, cum ait: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus vero aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciat. Quæ vtraque desideria carnis & spiritus cum sint in vno eodemque homine, intestinum bellum inter nos geritur omni die, dum concupiscentia carnis quæ præcipit fertur ad vitia, gaudet delictis quæ ad præsentem pertinent requiem corporalem, quibus concupiscentia spiritus aduersans, ita desiderat spiritualibus studiis totaliter inhærere, vt optet etiam necessarios carnis usus excludere, sic cupiens spiritualibus iugiter occupari, vt appetat nullam curam fragilitati carnis impendere. Caro luxurijs atque libidine delectatur, spiritus vero nec ipsis naturalibus desiderijs acquiescit. Caro cupit cibo ac somno repleti, spiritus ieiunijs atque vigilijs saginatur, vt cibum ac somnum cupiat non admittere ad necessarium usum vitæ. Caro appetit abundare copijs vniuersis, spiritus non vult habere pauperem exiguum. Caro cupit lauachris nitida fieri, & quotidianis turbis adulantium consistipari, spiritus gaudet pauperie sordium ac vastitate inaccessibleis eremi. Caro fouetur honoribus ac laudibus hominum, spiritus gloriatur aduersitatibus tribulationum. Inter has ergo vtrasque concupiscentias voluntas animæ consistens in medio vituperabiliore, nec vitiorum voluptatibus oblectatur, nec virtutum doloribus acquiescit, sic quærens a passionibus abstinere carnalibus, vt tamen non velit necessarios sustinere dolores, sine quibus desideria spiritus nequeunt possideri, desiderans obtinere castimoniam corporis absque castigatione ipsius, puritatemque cordis sine vigiliarum labore, atque cum requie carnis spiritualibus abundare virtutibus, & absque vlla conuiciatione gratiam patientiæ possidere, humilitatem quoque apprehendere saluatoris sine iactura mundani honoris, sectari etiam simplicitatem religionis cum vanitate secularis ambitionis, & Christo seruire cum laude hominum ac favore, distinctionem æquitatis ac veritatis profertur absque alicuius offensione. Postremo, sic consequi bona vitia, vt non amittat præsentia. Quæ voluntas nunquam sinet, nec facit nos ad veram perfectionem attingere, sed colloca bit nos in teterrimo quodam tepore, & assimilabit nos illi cui in Apocal. dominus increpatorie loquitur: Scio opera tua, quia nec frigidus es, nec calidus. Vtinam frigidus esses, aut calidus, nunc casti quia tepidus es, incipiam te emouere ex ore meo. Tales ergo nos facit et hæc voluntas nisi bella altrinsecus insurgentia confregerint hunc tepidissimum statum.

Apoca. 3

Nem.

**A** Nempe dum obtemperantes huic nostre voluntati, voluerimus nos ad hanc remissionem paululum relaxare, confestim insurgunt aculei carnis, qui nos suis vitijs passionibusque ledentes, nequaquam permittunt nos stare in illa puritatis qualitate qua delectamur, imo ad illam nos trahunt frigidam voluptatem ac viam spinosam quam abhorremus. Rursus, si spiritus feruore succensit, & opera carnis volentes extinguere tentauerimus nos totos conferre cum quadam animi elatione ad studia virtutum immoderata sine vlla consideratione fragilitatis humanæ, interpellans imbecillitas carnis reuocat & retardat ab illa indiscreta spiritus nimietate, sicque fit repugnante sibi mutuo vtraque concupiscentia colluctatione alterna, illa animæ voluntas, quæ non vult se totam carnalibus desiderijs dare, neque virtutum laboribus infundare, temperetur quodammodo moderamine iusto, dum hæc contentio inter vtrasque concupiscentias excludit illam perniciosam rem animæ voluntatem, ponens in corpore nostro obseruantiam æquitatis, quæ iusto examine discernit, moderatur atque contemperat confinia carnis ac spiritus, non permittens mentem spirituali ardore succensam declinare a dextris, nec carnem aculeis vitiorum grauatam a sinistris. Dumque hæc pugna quotidie agitur in nobis, vtiliter venire compellimur ad quartum illud quod salubriter volumus vt cordis puritatem acquiramus, non securitate aut ocio, sed iugi sudore & cordis contritione, castitateque carnis custodiamus ac referuamus districtis ieiunijs, vigilijs, fame ac siti. Mētis quoque directionem ad D E V M capiamus lectione, vigilijs, oratione continua, solitudine nisque secreto. Patientiam insuper conseruamus pro exercitijs tribulationum, sicque nostro seruamur actori cum perpeffione blasphemiarum & fatuitate opprobriorum, veritatem atque iustitiam proferamus & exequamur etiam si opus fuerit, cum odio & inimicis mundi, & ita per talem colluctationem in nostro corpore militantem protracti a securitate illa ignaua & prouocati ad istum laborem studiumque virtutum retineamus æquitatem optime mediam & discretam.

**S**IC itaque hinc feruor spiritus, illinc gelidissimus rigor carnis contemperent castus non permittat pertrahi mentem ad effrenata peccata, nec carnis fragilitas spiritum patiat extolli aut ferri ad virtutum irrationabiles indiscretosque appetitus, ne aut ex immoderato spiritus feruore pullulent omnium fomites vitiorum, aut ex irrationabili appetitu virtutum erumpat elatio, grauiore telo confodiens, sed iusta æquilibratione colluctationis horum succedens, seruet sanam moderatamque viam inter vtraque illa docens militem C H R I S T I semper incedere regali itinere, sicque fiet dum ex tepore prædictæ ignauissimæ seu tepidissimæ voluntatis mens fuerit excessiue deuoluta ad desideria carnis mox refrenetur per synceram concupiscentiam spiritus, ipso spiritu nequaquam acquiescente vitijs carnis. Et rursus: Si spiritus noster immoderato feruore extenderit se ad impossibilia per cordis excessum, fragilitate corporis non pensata retrahatur ad iustum examen, atque transcendens tepidissimum nostre voluntatis statum incedat viam perfectionis vtilissima temperie planoque tramite cum sudore industria. Denique huic simile aliquid legimus dispensatum & factum a domino, in ædificatione turris Babel, vbi exorta linguarum confusio repente compefcuit ausus hominum sacrilegos ac nephandos. Permansisset etenim ibi prauus consensus iniquorum aduersus D E V M, imo & contra eos qui tentare cœperunt maiestatem diuinam nisi diuersitas linguarum inter se repugnans compulisset illos dispensatione diuina in meliorem proficere statum per dissonantiam vocum, & quos perniciosus consensus animarum uerat ad excidium siue interitum sui, reuocasset bona vtilisque discordia ad salutem, dum interueniente diuisione linguarum cœperunt humanam fragilitatem sentire, quam impenia inspiratione elati antea nesciebant.

Gene. 11.

**C**unctatis autem tam vtilis nobis oritur ex diuersitate pugne prædictæ, tamque salutaris dilatio ex concertatione huiusmodi, vt dum retrahimur ab executione & opere eorum quæ vitiose concipimus, resistente corporis mole, reuocemur interdum in statum meliorem penitudine subsequente aut emendatione quæ solet descendere ex operis procrastinatione seu recognitione ipsius interueniente. Denique dæmones &

Kk in spiritis

Spirituales nequitiae, qui nullo carnis obstaculo retardantur ab executione desideriorum suorum, cum sint de eminentiore angelorum ordine lapsi, deteriores extant hominibus, eo quod possibilitate eorum desideriorum adiacente non vereantur in flexibili prauitate perspicere id quod semel nequiter conceperint, quoniam sicut animus eorum est velox ad excogitandum, ita eorum substantia est peruisibilis & absoluta ad exequendum. Dumque superpetit eis prava facultas agendi quae cupiunt, nulla deliberatio salutaris interueniens emendat eorum malum conceptum. ¶ Q. O.

Spiritalis nanque substantia nulla carnis mole ligata, sicut non recipit excusationem pravae voluntatis in se exortae, ita excludit vela men suae malitiae, cum non sit extrinsecus laessita aut mota impugnatione carnis aliqua ad peccandum quemadmodum nos, sed accensa vitio suae voluntatis solius, ideoque non habet remedium. Nam sicut corruptus puer non sollicitante eam aliqua terrena materia, ita obtinere non potest indulgentiam aut poenitentiae locum. Ex quibus aperte colligitur, quod concertatio ista quae suscitatur in nobis inter carnem & spiritum non solum consistat innocua, verum etiam magnam nobis vitilitatem inducat. ¶ P.

Prodest, inquam in primis, quoniam desidiam & negligentiam nostram mox arguit, & tanquam diligentissimus praedagogus non concedit nos unquam deuiare a linea seu rectitudine distractionis ac disciplinae, imo si nostra securitas paululum excesserit congruae severitatis mensuram, confestim nos stimulat flagellis incentiuorum & increpat, competenter quoque reuocat ad paritatem. Secundo, quoniam dum de gratia dei & merito puritatis ac castitatis viderimus nos longo tempore ita immunes a genitali pollutione, ut credamus nos amplius non esse inquietandos, nec ipsa simplici carnis commotione, atque per hoc coeperimus superbere in secretis conscientiae nostrae aut inaniter gloriari, quasi carnem fragilem non gestemus. Pugna seu concupiscentia illa nos cito humiliat ac reuendit visitando nos suo fluxu, quauis simplici & occulto, suisque stimulis admonet nos homines esse. Cum enim caetera vitia etiam grauiora ac nocuiora solemus in differenter incurrere, nec tamen ex eorum perpetratione tam facile compungamur & humiliemur, tamen in isto peculiariter humiliatur conscientia nostra, quae hac illusione mordetur recordatione passionum suarum etiam neglectarum, intelligens euidenter immundam se factam naturalibus incentiuis, quae cum immundior esset spiritualibus vitijis hoc nefecit, sicque protinus recurrens ad emendationem prioris ignauiae salubriter admonetur, ne confidat super successibus praeteritae puritatis, quam se declinantem a deo per modum dice conspicit perdidisse, & sciat se non posse donum huius puritatis possidere, nisi tantum per gratiam dei, de quo per quotidiana ipsius rei experimeta docemur, ut si desideramus perpetuam cordis integritatem fortiri, studeamus humilitatis virtutem iugiter retinere. ¶ Q.

Denique spirituales substantiae seu angeli mali suo casu testantur, quod elatio ex puritate praerecta descendens perniciosissima nobis esset & cunctis sceleribus plus obesset, nec aliquid utilitatis nos esse consecuturos pro castitate quacunque, quoniam angeli cum nullam sustineant carnis titillationem, perpetue sunt deiecti a sublimi caelestis statione ob solam cordis elationem. Itaque, nisi haec titillatio carnis humiliaret nos atque reuenderet, & circa spiritualium vitiorum purgationem sollicitos redderet ac inter eos, effemus omnino absque remedio tepidi, utpote non habentes negligentiae fragilitatisque nostrae indicem in carne aut conscientia nostra sedentem, nec unquam studeremus pertingere ad perfectionis feruorem, nec teneremus distractionem frugalitatis aut continentiae. ¶ R.

Hinc plerunque videmus teporem hunc animi esse in his qui spadones sunt corpore, quoniam tanquam ab impugnatione hac liberi, non festinant in veritate quaerere aut possidere laborem abstinentiae corporalis, nec cordis contritionem, imo nec spiritualium vitiorum expurgationem. Qui status a carnali qualitate descendens efficitur animalis qui est proculdubio deterior gradus. Ipse est enim qui de frigido perges ad tepidum, detestabilior prohibetur a deo. ¶ S.

Getma

Germanus: De vitilitate colluctationis inter carnem & spiritum euidenter differuisti ut nobis videtur, ita ut eam credamus quodammodo palpabilem factam manibus nostris. Ideo cupimus edoceri, quid intersit inter virum carnalem & animale, & qualiter animalis possit deterior esse carnali. ¶ T.

Ad hoc Daniel dixit iuxta scripturae doctrinam tres status sunt animarum. Primus, carnalis; secundus, animalis; tertius, spiritualis, quos legimus ab Apostolo designari. De carnali etenim ait: Lac vobis dedi, non escam. Necdum estis poteratis, sed nec nunc quidem potestis. A dhuc enim carnales estis. Et rursus: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? De animali quoque testatur: Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi. De spirituali vero subiungit: Spiritus autem iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur. Itemque: Vos qui spirituales estis, instruite eos, qui huiusmodi sunt in spiritu lenitatis. Itaque festinandum est nobis, ut cum renunciantes desiderium esse carnales, id est a secularium conuersatione ceperimus separari, atque a manifesta illa carnis pollutione cessare, nitamur tota virtute spiritualem apprehendere statum, ne forte blandientes nobis, quia videmur secundum exteriorem hominem seculo renouasse, aut carnalium inquinamenta fornicationum deseruisse, reddamur deinceps remissiores circa caeterarum emendationem passionum, tanquam qui iam apprehenderimus ipsam perfectionem, & ita detenti inter illam corporalem renouationem & reputationem hanc vanam, nequeamus assequi gradum spiritualis profectus, exstimantibus nobis ad perfectionem abunde sufficere, quod secundum exteriorem hominem segregati videmur de conuersatione & voluptatibus huius mundi, aut quod immunes simus a corruptione aut commixtione carnali, & ita viuentes in illo tepido statu, qui censetur deterior, nouerimus nos ex ore domini euomendos, iuxta sententiam eius quae ait: Vinum calidus es aut frigidus. Nunc autem quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Nec immerito dominus asserit eos cum quadam sui pectoris conuulsione euomendos quos semel receperat in visceribus charitatis, & tepesfacti sunt noxie. Qui cum potuissent domino praebere quodammodo salutarem substantiam siue escam per incorporationem in ipsum, maluerunt auelli a visceribus eius, tanto deteriores effecti cibis illis, qui nunquam illati sunt ori dei, quanto detestabilior reputamus id quod nauis compellente proiecit. Quod enim est frigidum, cum imponitur ori nostro fit calidum, & cum salubri suauitate percipitur. Quod autem semel per nauis est abiectum, non possumus sine grandi horrore etiam a remoto aspicere, nec dignamur id labijs applicare. Tepidus ergo rectissime fertur esse deterior, quia carnalis quis, utpote gentilis aut secularis, accedit facilius ad salutarem conuersionem perfectionisque culmen, quam monachus non arripiens viam perfectionis secundum regulam disciplinam, qui semel recessit ab igne spiritualis feruoris. Secularis quippe aut gentilis, ex corporalibus suis vitijis saltem humiliatus, & carnali contagione immundum se sentiens, ad fontem verae purificationis quandoque compunctus accurrit, hinc resurgens gelidissimum statum suum, sicque spiritali ardore succensus conuolabit ad perfectionem facilius. Qui autem semel cum tepore exorsus, coeperit abuti nomine monachi, neque arripuit iter huius professionis humilitate ac feruore quo debuit, infectus semel hac miserabili lue seu culpa, atque in ea quodammodo resolutus, non poterit ulterius recta sapere per seipsum, neque alterius monitis erudiri. Dicit enim in corde suo ut asserit dominus: Quia diues sum & locuples, & nullius exeo, cui quod sequitur conuenienter aptatur: Tu es miser & miserabilis, & pauper & caecus & nudus. In hoc quoque factus deterior seculari, quod non cognoscit se esse miserum, caecum, nudum, emendationemque dignum, vel indigentem exhortatione ac institutione alterius, propter quod nullam admittit exhortationem verbi salubris, non intelligens se praegravari damnabiliorumque fieri ex ipso nomine monachi, omniumque reputatione se deprimi potius coram deo: quia dum creditur ab omnibus sanctus, & tanquam dei famulus honoratur, necesse est ut in futuro subdatur grauiori iudicio atque maiori supplicio. Postremo, quid diutius immoramur his, quae per experientiam satis cognoscimus? Nam frequenter conspeximus quosdam frigidos & carnales, id est paganos & seculares ad spiritualem peruenisse feruorem, tepidos autem & animales ad eum venisse non vidimus, quos etiam deus per Prophetam sic detestatur, ut spiritalibus doctoribusque praecipiat, ut eos non hortentur nec instruant, nec semen verbi caelestis in eos proieciant, quasi in sterilem infertilem. ¶ Kk iij famc.

famq; terram, spinis ac tribulis plenam: sed vt illis contemptis excolant potius nouam terram .i. paganis ac secularibus instanter ac feruide prædicent, iuxta illud in Hieremias Hæc dicit dominus viro Iuda & habitatori Hierusalem: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas.

**P**orro, quod dicere pudet, videmus multos ita abrenunciassè, vt probetur nihil mutasse de vitijs ac moribus pristinis, sed solum statum ac habitum secularem. Nam acquirere optant pecunias, quas nec antea habuerunt, vel certe quas ante habebant reuocare non cessant. Imo, quod extat lugubrius, eas augere desiderant hoc colore, quonia dicunt iustum esse, vt ex illa pecunia nutriant famulos suos aut fratres, vel vt congregent fratres, instituuntq; cœnobium, cuius personas præsumunt se posse dirigere tanq; abbatres. Qui si vere viam perfectionis inquirerent, hoc potius tota virtute niterentur implere, vt scilicet exuti ac liberi ab vniuersis pecunijs, affectionibus & occupationibus suis prioribus, ita collocarent seipos singulares ac nudos sub imperio senioris, vt nõ solũ nõ gererent curam aliorum, sed nec sui ipsos. Contrario autem euenit, vt dum ipsi fratribus præesse festinant, nunq; senioribus subiciantur, atq; à superbia inchoantes, dum alios regere cupiunt, ipsemet nunq; merentur discere aut agere quæ deo sunt placita. Et q; necesse iuxta saluatoris sententiam, vt effecti cæci duces cæcorum simul in foueam cadant.

**D**eniq; quis sit vnum genus huius superbiæ, duplex tamen est species eius. Vna, quæ veritatem & gravitatem semper mentiur seu simulat. Alia, quæ effrenata libertate resoluatur in risus fatuosq; cachinnos. Et prima species taciturnitati congaudet, hæc secunda designatur artari silentio, nec confunditur passim etiam inepta proferre, dum erubescit ceteris inferior siue indoctior iudicari. Alia harum specierum ex elatione ambit clericatus officium, alia despicit illud, tanq; incongruum & indignum suæ pristinae dignitati, aut vitæ ac meritis suorum natalium. Quarum superbiarum quæ consistat deterior, discutiat ac perpendat vniuscuiusq; examen. Sane vnum ac idem inobediens genus est, violare superioris mandatum, aut propter instantiam operis, vel propter desiderium otij, & equè dispendiosum siue nocium est, statuta monasterij transgredi propter somnum & propter vigiliam, ita q; tantum est præuaricari abbatris mandatis mandatum vt dormias, quantum, vt vigiles. Nec alius superbiæ fomes est, spernere fratrem propter ieunium eius, aut propter refectionem ipsius, nisi q; perniciosiora, & à remedijs longiora seu incurabiliora sunt vitia, quæ erumpunt & fiunt sub specie colorisq; virtutum, atq; imagine spiritalium rerum, q; ea quæ aperte gignuntur ex voluntate carnali & praua radice. Hæc enim tanq; aperta mala ac languida arguuntur citius, & curantur celerius, illa vero tanq; sub colore virtutum teguntur incurata, perdurant, faciuntq; deceptos periculosus ac desperatius egrotare.

**N**unc qualiter exprimat illud ridiculum, q; quosdam videmus, qui post feruorem primæ renunciationis, qua reliquerunt res familiares aut plurimas opes, aut secularem militiam, atq; ad monasterium contulerunt seipos, tanto studio esse deuinctos in his, id est, tam inordinate affici his quæ penitus abscindi non valent, sed huius professionis conuersationi sunt necessaria, vt in affectu & solitudine horum superent passiones & affectionem pristinarum omnium facultatum, quibus profecto modicum proderit maiores opes spreuisse, quoniam transfulerunt affectus earum in res paruas ac viles, cum tamen propter reformandos & extirpandos illos affectus, etiam magnæ opes sint contemendæ. Nam vitium cupiditatis, quod exerceat nequeunt circa preciosa & magna, retinent circa viliores materias, per quod demonstrantur se non abscidisse, sed commutasse passionem. Siquidem nimia cura intenti circa sportellam, sacellum, codicem, mattam, & consimilia, quamuis vilissima, detinentur eadem libidine, seu inordinata affectione & delectatione, qua ante. Quæ etiam tanta æmulatione custodiunt ac defendunt, vt non erubescant propter ea contra fratrem irasci: imo, quod turpius est, etiam litigare. In quibus adhuc laborantes ægritudine pristinae cupiditatis, nõ sunt contenti habere secundum mensuram numerumq; commune, ista quæ vltus corporis siue necessitas monachum cogit tenere. In hoc quoq; monstrantes auaritiam sui cordis, cū ea quibus indigent student copiosius possidere, q; ceteri, vel modum diligentia excedentes, custodiunt ea peculiariter atq; attentius, & ab aliorum contactu & visu ea præseruāt, quæ debent vniuersis fratribus esse communia, quasi diuersitas metallorum obnoxia sit peccato,

**A** peccato, & non ipsa passio cupiditatis, & quasi sit sine culpa irasci pro paruis ac vilibus rebus, cum hoc ipsum non liceat pro rebus magnis & preciosis, & quasi non idcirco abiecerimus preciosiores materias, vt disceremus facilius spernere viliora. Quid est enim differret, an quis passionem cupiditatis exerceat circa opes amplas & magnas, an circa res viliores, nisi quod in hoc reprehensibilior quis existat, q; cum maxima spreuerit, multum supererit. Hinc abrenunciatio ista non obtinet cordis perfectionem, quia cum habeat substantiam pauperis, non abiicit diuitis voluntatem.

**C**apitula Collationis Serapionis abbatis: Aduentus noster ad cellam abbatris Serapionis, & inquisitio de impugnatione ac generibus vitiorum, cap. 1. Narratio Serapionis de octo principalibus vitijs, cap. 2. De duobus generibus vitiorum, & quaduplici effectu eorum, cap. 3. Recapitulatio de gula, & fornicationis passione, & curatione eorum, cap. 4. Quomodo Christus solus absq; peccato tentatus sit, cap. 5. Cur diabolus Christum tentauit, cap. 6. De consummatione vanæ gloriæ atq; superbiæ abba que opere corporali, cap. 7. De auaritia, quod sit extra naturam, & qualiter differat à naturalibus vitijs, cap. 8. De acedia & tristitia, qualiter oriantur, cap. 9. De sex vitiorum concordia, & cognatione duorum ab illis differentium, cap. 10. De origine & qualitate vniuscuiusq; vitij, cap. 11. In quo sit utilis gloria varia, cap. 12. &c.

COLLATIO QUINTA  
Abbatris Serapionis.

De natura vitiorum, præcipue tamen de octo vitijs capitalibus.

**V**IT in cœtu illo antiquissimorum patrum vir nomine Serapion, virtute discretionis valde ornatus, cuius Collationem describere dignum reor. Cupientibus itaq; nobis vt aliquid loqueretur de impugnationibus vitiorum, per quod eorum causæ atq; origines clarius panderentur, ita incepsit.

**O**cto sunt principalia vitia, quæ humanum genus impugnant, quorum primum est gula, secundum luxuria, tertium auaritia, quartum ira, quintum tristitia, sextum acedia, septimum iactantia seu vana gloria, octauum superbia.

**H**orum vitiorum duo sunt genera. Aut enim naturalia sunt, vt gula, aut extra naturam, vt auaritia. Porro efficietia eorum est quadruplex. Nam quædam sine actione carnali nequeunt consummari, vt gula & fornicatio: quædam sine vlla corporis actione complentur, sicut superbia & gloria vana. Aliqua quoq; sumunt extrinsecus causas suæ productionis, vt auaritia atq; ira. Alia intestinis moribus excitantur, sicut acedia, itemq; tristitia.

**V**t autem hæc eadem manifestiora reddamus non solum disputatione, sed etiam testimonijs scripturarum. Gula & fornicatio cum naturaliter corpori nostro inhæreant, interdum tamen oriuntur instigatione, prurituq; carnis absque vilo animi incitamento: sed adhuc quod opere consummentur, materia indigent, & sic corporali actione veniunt in effectum. Propter quod ait apostolus Iacobus: Vniuscuiusq; tentatur à propria concupiscentia. Deinde cum concupiscentia fuerit concepta, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Vnde nec primus Adam per gulam decipi potuit, nisi materiam cibi habendo in promptu, abutendoq; ea. Neque sanctus Adam, videlicet CHRIS TV S, tentatur sine præsentatione materiz, quum dicitur ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Porro, q; fornicatio non perficiatur nisi per corpus, omnibus constat. Propter quod de spiritu fornicationis dicit ad sanctum Iob: Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius super umbilicū ventris eius. Hinc duo hæc vitia, quæ explentur per corpus, indigent peculiariter etiam continentia corporali vltra spiritualem animæ curam. Nam ad reprimendos eorum stimulos, non sufficit sola mentis industria, quæ solet quandoq; sufficere contra iram, tristitiam ac cæteras passiones, quas & mentis industria nouit expugnare sine vlla carnis afflictione.

Non



Non autem gulam atq; luxuriam, nisi & castigatio accesserit corporalis, quæ vigilijs, ieiunijs ac laboribus exercetur, quibus localis separatio à vitiis istorum obiectis est adiungenda. Quæ sicut ex vitio carnis ac animæ generatur, ita nequeunt superari, nisi vtriusque labore. Denique, quamuis Apostolus generaliter dicat omnia vitia esse carnalia (Nam inimicitias, rixas, hæreses, numerat inter opera carnis) nos tamen duplici diuisione distinguentes ea, quatenus curationes & naturæ eorum euidentius pateant, diligentiusq; pensentur. Dicimus namque quædam esse carnalia, quædam vero spiritalia. Illa quoq; vitia vocamus carnalia, quæ specialiter pertinent ad sensum ac fomitem carnis, quibus caro sic delectatur ac pascitur, vt etiam quietas incitet mentes, atque inuitas vicissim alliciat ad sui appetitus consensum, in quorum persona ad Ephesios ait Apostolus: Et nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Spirituales autem vitia dicimus, quæ solius animæ oriuntur instinctu, nec aliquid voluptatis conferunt carni, imo grauissimis languoribus eam afficiunt, & animam tantum nutriunt delectatione miserissima. Idcirco hæc vitia indigent simplici cordis medicina. Carnalia vero, vt diximus, non nisi duplici medicina curantur. Hinc plurimum prodest studentibus puritati, vt primitus subtrahant sibi materias carnalium passionum, seu fugiant illas, ex quibus oriri potest occasio aut recordatio mali, animæ eorum adhuc inflamæ. Corpori namq; necessario subtrahenda est species materiaq; alliciens, ne concupiscentia conetur prorumpere in effectum. Animæ quoq; vitiliter apponenda est meditatio scripturarum & peruiuil cura, solitudinisq; remotio, ne concupiscentiam cogitatione concipiat. In cæteris autem vitijs humana confortia nihil obsunt, quinimo multum profunt his, qui vere desiderant carere peccatis: quoniam ex frequenti hominum præsentia amplius arguuntur, dumq; correpta crebrius manifestantur, celeriori medicina sanantur.

**Hbræ. 4** Propterea dominus noster I E S V S, qui dicitur ab Apostolo tentatus per oia secundum similitudinem nostram, dicitur tamen tentatus absq; peccato, id est, sine contagione passionis carnalis, utpote nequaquam expertus concupiscentiæ carnalis aculeos, quibus alij punguntur etiam ignorantes atq; inuiti. Nam Christo nulla inerat similitudo seminationis aut conceptionis humanæ, cum archangelus eius conceptionem ita annuntiaret: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.

**D**e illis autem passionibus seu peccatis debuit tentari C H R I S T V S, in corruptam dei imaginem ac similitudinem possidens, de quibus & Adam tentatus est, cum adhuc erat in dei imagine, nondum corrupta aut violata, hoc est, de gula, vana gloria atq; superbia: non de illis quibus inuolutus est Adam post diuini transgressionem præcepti, imagine ac similitudine dei iam violata in eo ex vitio proprio. Gula quippe fuit, quod præsumpsit comedere de fructu ligni prohibiti. Vana gloria, cum dicitur: Aperientur oculi vestri. Superbia, cum dicitur: Eritis sicut dii, scientes bonum & malum. In his itaq; tribus legimus etiam Christum fuisse tentatum. De gula, cum dixit ei diabolus: Dic vt lapides isti panes fiant. De vana gloria, cum dicitur: Si filius dei es, mitte te deorsum. De superbia, cum ostendens ei omnia mundi regna, gloriamq; eorum asseruit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, vt dum Christus eidem tentationibus est pulsatus, quibus & homo primus, doceat nos suo exemplo, qualiter tentatorem vincere debeamus. Idcirco & ille dicitur Adam, & iste, ille, primus ad ruinam & mortem, hic primus ad resurrectionem & vitam. Per illum omne genus hominum condemnatur, per istum omne genus hominum liberatur. Ille de rudi & intacta terra plasmat, iste de M A R I A virgine procreatur. Hinc sicut necessarium fuit Christum tentationes suscipere, ita non oportet eum excedere aut peccare. Nec potuit zabalus Christum de fornicatione tentare, à quo fuerat victus in tentamine gulæ: quia nec primus Adam fuisset deus victus, nisi deceptus illecebris tentatoris acquisisset passioni, libidinis generatrici. Hinc filius dei non dicitur absolute venisse in similitudine carnis, sed in similitudine carnis peccati, quia cum esset in eo vera caro, manducans, bibens dormiens, clausuram confixionem veteriter patiens, non tamen veraciter habuit peccatum, quod caro in cæteris per

**A** per præuarcationem contraxit. Non enim expertus est stimulos concupiscentiæ carnalis ignitos, qui & nolentibus nobis oriuntur in interioribus nostris, natura causam administranter sed participando naturam humanam, accepit similitudinem quandam carnis peccati. Quomodo enim naturalia opera exerceret, atq; humanas infirmitates omnes per ferret, æstimatus est etiam subiacere huic passioni, gulæ aut concupiscentiæ, vt per has infirmitates videretur in carne sua portare conditionem & labem huius peccati iam dicti. Deniq; de illis vitijs tentauit solum Christum, in quibus vicerat hominem primum, coniciens Christum instar cæterorum alij vitijs superandum, si vinceret eum in his, in quibus vicerat prothoplastum. Itaq; diabolus in primo certamine confutatus & victus non potuit Christo inferre sedmorbū de radice principalis vitij pullulantem, puta concupiscentiam libidinofam de gula nascentem: quoniam vidit Christum nullatenus admisisse initialem causam ægritudinis huius, videlicet gulam. Eratq; superfluum, vt speraret à Christo fructum peccati carnalis, cuius semina seu radices cernebat eum nullatenus admisisse, quibus secundum Lucam, qui tentationem illam, qua dicitur: Si filius dei es, mitte te deorsum, ponit vltimam, hæc superbiæ passio possit intelligi, ita vt illa superior quam Mattheus ponit tertiam, in qua iuxta Lucam diabolus Christo ostendit omnia regna mundi in momento temporis, accipiatur impugnatio auaritiæ, ita qd Christus de gula inuictus, tentari à demone de fornicatione non potuit, idcirco diabolus ad auaritiæ transijt, Christum tentans de ea, quam zabalus sciuit omnium malorum esse radicem. In qua iterum superatus, non audebat Christum tentare de aliquo vitio ex auaritia emanante, sed transijt ad passionem extremam, puta superbiam, qua nouerat sæpe tentari perfectos qui cætera vicerunt peccata, per quam meminerat corruisse seipsum cum Lucifer esset, & alios plures secum absq; incitamento præcedentium passionum. Iuxta ordinem hunc prædictum à Luca euangelista descriptum, impugnatio & figura tentationum, quibus diabolus aggressus est primum Adam & istum, elegantissime congruit. Nam dictum est Adæ: Aperientur oculi vestri, Christo ostendit omnia regna mundi. Adæ dixit: Eritis sicut dii, Christo autem: Si filius dei es.

**N**unc differamus ordine præinducto de efficientijs cæterarum passionum, quarum narrationem interrompere compulsi nos declaratio gulæ tentationisq; Christi. Itaque vana gloria & superbia solent consummari, seu ad effectum perducuntur absq; villo opere corporali. In quo enim egent actione carnali, quæ sola voluntate laudis ac quietudinis, & humanæ gloriæ consequendæ, generant abundanter mortem animæ captiuitatem propter prohibitionem diuinam, & concupiscentiam in se malam: aut quem effectum corporalem habebat antiqua superbia prædicti Luciferi, quam sola cogitatione animoq; concepit, dicente Propheta: Qui dicebas in corde tuo, In cælum ascendam, supra astra cæli ponam solium meum, ascendam super altitudinem nubium, eroq; similis altissimo. Qui Lucifer, sicut nullum habuit incentorem aut suggestorem huius superbiæ, sic sola cogitatio fecit ei consummationem criminis tanti ac ruinæ perpetuæ, cum nulla subsequuta sint opera affectatæ illius tyrannidis. Insuper auaritia & ira, quamuis non sint vnius naturæ, (Nam auaritia extra naturam est, ira autem originale seminauis habet in nobis) nihilominus modo seculi oriuntur, quoniam sæpe sumunt extrinsecus causas suæ commotionis. Infirmiores namq; multoties conqueruntur se corruisse in vitia ista ex prouocatione aut instinctu quorundam, seq; præcipitatos affirmant ad iram aut auaritiam, aliorum exemplo aut certe iniuria.

**A**mplius, quod auaritia sit extra naturam hinc clare probatur, quia nec originale principium habet in nobis, neq; concipitur de materia, quæ pertingit aut pertinet ad participationem carnis aut animæ, vel ad substantiam vitæ. Certum est enim, nihil pertinere ad vsum aut necessitatem naturæ communis, præter escam quotidianam ac potum. Reliquæ vero materiæ, quantumlibet magno studio & amore seruentur, sunt tamen ab humana indigentia alienæ, sicut probatur vsu ipsius vitæ. Ideo auaritia tanquam innaturalis existens, non tentat monachos, nisi malefundatos ac tepidos. Porro, naturalia vitia tentare non cessant etiam probatissimos monachos, atque in solitudine commemorantes. Quod tam verissimum esse probatur, vt agnoscamus gentes quasdam esse ab auaritia penitus liberatas, quia nequaquam receperunt ægritudinem vitij huius consuetudine praua. Credimus qd mundum illum, qui ante diluuium fuit diutissime ignorasse



ignorasse rabiem auaritiæ huius, quæ in vnoquoque recte abrenunciante extinguitur sine labore, cum scilicet quis facultatibus vniuersis abiectis, ita assumpserit disciplinam cœ nobis, vt nec vnum sibi referuet denarium. Cuius rei testes inuenire possumus multa milia hominum, qui omnibus suis plene renunciantes, ita hanc passionem in momento brevissimo eradicauerunt, vt nec tenuiter pulsentur ab ea ulterius. Qui omni tempore vitæ suæ contra gulam pugnant, securi ab ea esse non possunt, nisi dimicauerint contra ipsam circumspectione cordis præcipua, atq; assidua abstinentia corporis. ¶ I.

**T**ristitia & acedia generari solent absq; prouocatione exteriori, vt diximus. Nam solitarios & eremitas ab omni humano consortio separatos frequenter & amarissime vexant: quod verissimum esse sciunt in solitudine commorantes, qui interioris hominis pugnas experti sunt. ¶ II.

**H**ÆC igitur octo vitia licet diuersimode orientur, atq; dissimiles efficientias habeant, sex tamen, videlicet, gula, fornicatio, auaritia, ira, tristitia, acedia, connexa sunt quadam cognatione, & vt ita dixerim, concatenatione, ita quod vnum generat aliud, sicut de gula oritur fornicatio, de fornicatione auaritia, de auaritia ira, de ira tristitia, de tristitia acedia. Ideo contra vitia ista pugnandum est simili modo ac ordine, ita vt primo certemus contra vitium illud, ex quo nascitur sequens. Facilius namq; arefcit noxia latitudo siue proceritas arboris, si radices eius antea nudatæ fuerint aut excisæ. Sic & riuus insectantium aquarum protinus siccabuntur, cum generator eorum fons ac venæ profluentes fuerint solerti industria obrutæ. Ideo vt vincatur acedia, ante est superanda tristitia, & prius eradicanda est ira, vt expellatur tristitia. Sic & auaritia primo est conculcanda, vt iracundia extingatur. Fornicatio quoq; est refrenanda, vt auaritia euellatur, atq; vt fornicatio euertatur, gulam oportet reprimere. Residua etiam duo, videlicet vana gloria & superbia, simili modo connexa sunt, ita vt incrementum prioris sit generatio consequentis. Nam vana gloria parit superbiam, sed à præcedentibus sex vitij penitus diuersificantur, nec simili societate eis confederantur. Et non solum non generantur ex illis, imo contrario modo & ordine suscitantur. Nam illis euulsis, ista vehementius insurgunt, & male fructificant, & mortificatione illorum pullulant & succrescunt viuacius. Vnde & diuerso modo impugnamur his vitij. Siquidem in vnumquodq; illorū sex vitiorum tunc cadimus, cum à vitij ea præcedentibus victi fuerimus: sed maius periculum imminet incidendi hæc duo peccata, cum victores vitioq; facti consistimus. Omnia itaq; vitia quemadmodum incremento præcedentium generantur, ita illorum diminutione eradicantur. Hinc & vana gloria primo est præfocanda ac euitanda, vt excludi possit superbia. Sicq; semper prioribus vitij superatis, sequentia mox cessabunt, & præcedentium extinctione passionum residuæ deficient absq; labore. Et licet octo ista vitia connexa sibi sint & permixta ratione præhabita, specialius tamen diuiduntur in quatuor coniugationes ac copulas. Nam gula & fornicatio peculiari fecderantur consortio. Auaritia quoq; & ira, deinde tristitia & acedia, postremo vana gloria & superbia, specialius sibi sociantur. ¶ III.

**V**tq; vt nunc disputemus sigillatim de speciebus cuiuslibet vitij, gulæ sunt tres species. Prima, quæ incitat monachum ad refecionem ante legitimam horam, Secunda, quæ gratulatur ventris repletioni, & quarumlibet escarum voracitate. Tertia, quæ accuratos & lautos appetit cibos. Quæ tres species non modico damno feriunt monachum, nisi studuerit se ab omnibus eis pari studio ac obseruantia emundare. Quemadmodum namq; absolutio ieiunij nequaquam est præsumenda ante horam statutam, ita ventris ingluuies atq; escarum sumptuosa & exquisita coctura sunt amputanda. Nempe ex his tribus speciebus gulæ nascuntur diuersæ ac pessimæ culpæ. De prima enim gignitur osium monasterij, deinde horror & intolerantia eiusdem habitaculi inde exercet, quæ intolerantiam discessio & fuga velocissima mox sequentur. De secunda specie suscitantur igniti luxuriæ libidinisq; aculei. Tertia vero auaritiæ valide parit, nec sinit monachum vsquam fundari in paupertate Christi perfectæ, cuius passionis vestigia nobis inesse isto deprehendimus signo, dum scilicet ab aliquo fratrum ad refecionem detenti non sumus contenti sumere cibum eo sapore, quo à fratre paratus est, sed importuna effecta nataq; libertate petimus aliquid superfundî. Quod fieri nullo modo oportet tribus ex causis. Primo, quia mens monachî debet semper versari in omni exercitacione patientiæ ac

**A**ac parcitatis. Et iuxta Apostolum, discere in quibus est sufficiens esse. Nullatenus etenim poterit refrenare desideria carnis occulta siue maiora, qui degustatione modicæ in suauitatis aut inspiditatis motus, non potuit ad momentum refrenare gutturis sui delicias. Secundo, quia interdum contingit, vt frater non habeat quod petitur superfundî seu adijci, & ita incutitur verecundia paupertati vel frugalitati ipsius, dum paupertas eius manifestatur, quam maluit soli deo cognitam esse. Tertio, quoniam sapor quem petimus adijci quandoq; displicet alijs, sicq; multis iniuriam irrogamus, dum satisfacere cupimus gulæ & concupiscentiæ nostræ, propter quod ista libertas est penitus detestanda. Præterea tres sunt species fornicationis. Prima est illicita vtriusq; sexus commixtio. Secunda fit absq; tactu scemine, pro qua Onan filius Iudæ patriarchæ percussus describitur, Gen. 38. quæ in scripturis immunditia appellatur, de qua Apostolus: Dico, inquit, inuuptis & vici- 1. Cor. 7. duis, bonum est illis, si permanserint sicut ego. Quod si non continent, nubant. Melius est enim nubere quàm vri. Tertia est, quæ mente concipitur, de qua in euangelio loquitur Christus: Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quas tres species beatus Apostolus docet pari modo eradicandas, dicēdo: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, Et iterum de duabus: Fornicatio, inquit, & immunditia nec nominent in vobis. Itemq; Math. 5. de suo. Quas tres species beatus Apostolus docet pari modo eradicandas, dicēdo: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, Et iterum de duabus: Fornicatio, inquit, & immunditia nec nominent in vobis. Itemq; Philip. 5. Ibidem

**B**Scitote, quoniam omnis fornicator & immundus, aut auarus, quod est idolorum seruus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Quæ tria à nobis pari diligentia caueantur, eadem exclusio à regno dei perterreat nos. Insuper tres sunt auaritiæ species. Prima, quæ non sinit renunciantes nudari diuitijs & facultatibus suis. Secunda, quæ persuadet, vt maiori cupiditate resumamus, quæ propter deum reliquimus, seu pauperibus dedimus. Tertia, quæ instigat ad desiderandum vel acquirendum ea, quæ nec ante habuimus. Iræ quoq; tres sunt species. Vna, quæ intus exardescit. Secunda, quæ in verba & facta prorumpit, de quibus hortatur Apostolus: Nunc autem deponite & vos oēm iram & indignationem. Tertia, quæ non solum feruet & durat per horam, vt aliæ duæ, sed per dies & tempora referuatur. Quæ omnia equaliter abhorere, vitare atq; dammare debemus. Amplius, tristitiæ duæ sunt species. Vna, quæ generatur ira cessante, vel damno illato, aut desiderio cassato seu impedito. Alia, quæ descendit ex irrationabili mentis anxietate aut desperatione. Acediæ quoq; duæ sunt species. Vna, quæ ad somnū inclinat. Alia, quæ cellam deserere ac fugere monet. Porro quis vana gloria fit multispes, & in diuersas species diuidatur, duo tamen sunt genera eius. Vnum, quo de carnalibus & manifestis inaniter gloriamur. Aliud, quo inflammmamur desiderio vanæ laudis pro spiritualibus & occultis. ¶ IIII.

**V**eruntamen vana gloria vtiliter in re vna assumitur ab incipientibus, his præfertim, qui adhuc carnalibus vicijs instigantur. Verbi gratia, si tunc dum de perfectione tentantur, mente conceperint sacerdotalis officij dignitatem aut famam, qua à multis creditur esse immaculati & sancti, & ita saltē hac consideratione, declinent concupiscentiæ stimulos, iudicando eos turpes atq; indignos suæ famæ, aut ordini tali, & retutendo maius malum malo minore. Tolerabilius quippe est quemq; pulsari gloria vana, quæ fornicationē incidere, de qua aut non aut vix reparari valeat post ruinam. Quod vnus Prophetarum eleganter expressit, dicēdo: Propter me longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te ne intereas, id est, dum laudibus vanæ gloriæ caperis, nequam ad profunda inferni decurras, & irreuocabiliter demergaris consummatione mortalium peccatorum. Nec mirum, quod tanta vis inest vanæ gloriæ passioni, vt valeat refrenare eum, qui pene cedit in fornicationis scetorem, cum sæpissime sit probatum experientis multorum, quæ eum quem suo veneno semel corruperit, tam infatigabilem reddit, vt faciat eum vix sentire biuana aut tridua ieiunia. Quod etiam scimus in hac eremo quosdam esse confessos sæpe, quod scilicet constituti in cœnobijs Syriæ, sine labore tolerauerunt ieiunium quouis seu quinq; diebus continuo. Nunc vero dicunt se tanta fame affligi à tertia hora, vt vix queant quotidiana differre ieiunia vsq; ad nonam. Super qua re abbas Macharius pulchre respondit cuidam quærēti, cur fame pulsaretur in eremo à tertia hora, qui in cœnobio non sensit esuriam, contemnendo seu differendo refecionem frequenter hebdomada integra: Quia hic nullus est testis ieiunij tui, qui te suis laudibus nutriat ac sustentet. Ibi autem saginavit te digitus hominum, & gloriæ vanæ

refectio. Deniq; huius rei figura, qua diximus vitium fornicationis excludi, superueniente vana gloria spiritus, exprimitur pulchre factis in libro Regnorum, vbi describitur qd Nabuchodonosor rex transfudit populum Israel, a Necho rege Aegypti captiuatum de finibus Aegypti ad terram suam, non vt populum Israel restitueret pristinae libertati aut terrae natali, sed vt longius apportaret eos, ad suam videlicet regionem. Quae figura rite in hac re completur. Nam quamuis tolerabilis sit deseruire vanae gloriae, q fornicationi, difficilius tamen disceditur a dominatione ac iugo vanae gloriae, & ci subiectus, quasi longiori spacio captiuus abductus, difficilius reuertetur ad terram natalem & libertatem. Et merito inceptio illa prophetica ad eum dicitur: Quare inueteratus es in terra aliena? Recte enim dicitur inueteratus in terra aliena, qui a terrenis vitijs non inuouatur seu emundatur. Postremo superbiae duae sunt species. Prima carnalis, secunda spiritualis. Et ista spiritualis perniciosior est, & specialius eos impugnat, qui in virtutibus profecerunt.

Baruch 3

**H**AEC itaq; octo vitia cum impugnant omne humanum genus, non tñ vno modo oēs inuadunt. In alio nanq; principalem locum obtinet spiritus fornicationis. In alio, supererigunt iracundiae furor. In alio, vana gloria tyrannice dominatur. In alio, superbia arcem tenet. Et cum omnes homines ab omnibus vitijs impugnentur, diuerso tamen modo ac ordine singuli impugnantur, laborant & certant.

**I**deo ita debemus arripere prelia contra haec vitia, vt vnusquisq; exploret & penset, quo vitio maxime infestetur, & contra illud potissime praesertur, totam cordis sui solitudinem figens circa illius obseruationem & expugnationem, & dirigens contra illud quotidiana spicula ieiuniorum, contra illud emittens cunctis momentis suspiria cordis ac crebra gemitum tela, impendens etiam contra illud vigiliarum labores & meditationes salubres, in desinentes quoq; orationum fletus ad dominum fundens, impugnationis suae victoriam a deo iugiter & confidenter deposcens. Impossibile nanq; est quempia promereri triumphum de qualibet passione, priusq; cognouerit non se posse obtinere victoriam sui certaminis propria industria, aut suo labore, cum tamen necesse sit eum die noctuq; omni cura sollicitum esse, vt valeat emundari. Cumq; se senserit ab illo vitio liberatum, rursus perlustrat cordis sui secretum, ac perscrutat, quae maior aut peior culpa seu passio sit in eo, & contra eam specialissime omnia spiritalia arma assumat, ac moueat, sicq; semper fortioribus vitijs victis, obtinebit facilius celeremq; victoriam de resistis malis, quia & mens processu triumphorum fiet robustior, & debiliorum pugna succedens faciet ei promptiorem praeliorum prouentum, vt fieri solet ab his, qui confluuerunt coram regibus congregati, seu pugnare contra quasi bestias intuitu praemiorum, quod spectaculum vocatur paucarpum. Hi primo arripiunt pugnam contra bestias fortiores aut ferociore, quibus deuictis facilius superant reliquas minus impetuosas & minus terribiles. Sic & fortioribus vitijs primitus expugnatis, & infirmioribus succedentibus, fortiemur perfectam victoriam abscq; discimine. Nec tamen putandum, quod quis principaliter contra vnum vitium dimicans, quasi incautus tela aliorum non prospiciens, possit facilius laedi ictu inopinato. Quod nequaquam contingit. Impossibile nanq; est, vt is qui pro cordis sui emundatione sollicitus est, & mentis suae intentionem armauerit ad expugnandū vitium vnum quodcumq; non habeat generalem quandam horrorem similem; custodiam contra vitia reliqua. Qualiter enim merebitur victoriam obtinere de illa passione, quam appetit expugnare, qui vitiorum contagio indignum se facit ope & gratia purgationis aliorum? Sed cum principalis intentio cordis nostri assumpserit sibi specialem pugnam aduersus aliquam passionem, orabit attentius pro extirpatione illius, peculiari supplicans cura ac studio, vt diligentius se obseruet, atq; per hoc celerem mereatur adipisci victoriam. Hinc etiam legislator docet nos ordinem praeliorum exercere debere, nec tamen de nostra virtute considerare: Non timebis, inquit, eos, quoniam dñs deus tuus in medio tui est. Deus magnus & terribilis consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atq; per partes. Non poteris eas delere pariter, ne forte te multiplicentur contra te bestiae terrae. Dabitq; eos dominus deus tuus in conspectu tuo, & interficiet eos donec penitus deleantur.

Deut. 7

**S**imiliter Moyses legislator hortat, ne in vitio victoria extollamur, cū ait: Ne postquam comederis & satiatus fueris domos pulchras edificaueris, & habitaueris in eis, habue-

**A** habuerisq; armenta & oves & greges, argenti & auri, cunctarumq; rerum copiam eleuetur cor tuum, & non reminiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de quo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili. Salomon quoq; in Prover. Si ceciderit, ait, inimicus tuus, noli gloriari. In supplantatione autem eius noli extolli, ne videat dominus, & non placeat ei, & auertat iram suam ab illo. i. ne deus respiciens cordis tui elationem, discedat ab impugnatione illius, & tu derelictus a deo rursus incipias illa passione vexari, quam ante per gratiam dei superasti. Non enim orasset Propheta dicens: Ne tradas domine bestiis animas confitentium tibi, nisi sciuisset quosdam propter eorum elationem iterum tradi eisdem vitijs, quae vicerant, vt humiliarentur. Hinc certi simus, tam rerum experimentis, q̄ innumeris scripturarum testimonijs eruditi, qd non valeamus viribus nostris tantos hostes deicere, nisi fulciamur dei solius auxilio. Propter quod totam nostram victoriam referre debemus ad deum. Vnde per Moysen dominus loquitur: Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eas dominus deus tuus in conspectu tuo: Propter iustitias meas introduxit me dominus terram hanc possidere, cum propter iniquitates suas istae delerentur nationes. Neq; enī propter iustitias tuas & aequitatem cordis tui tu ingredieris vt possideas terras eorum, sed quia illae egerunt impietatem, te introeunte subuersae sunt. Rogo quid apertius potuit dici contra pernitiosam opinionem praesumptionemq; nostram, qua totum quod agimus ascribere volumus libero arbitrio, aut nostrae industriae? Ne dicas (inquit) in corde tuo, cum deleuerit dñs deus tuus illas in conspectu tuo, propter iustitias meas introduxit me dominus, vt terram hanc possiderem. Nonne euidenter expressit his, qui habent oculos animae reseratos & aures ad audiendum? Cum bella carnalium vitiorum tibi successerint prospere, & videris te liberatum de ceno eorum, & de conuersatione mundana, non id ascribas tuae virtuti aut sapientiae, inflatus prouentu pugnae atq; victoriae tuae, credens te victoriam obtinuisse de spiritualibus nequitijs, aut carnalibus vitijs propter labores & studium tuum ac libertatem arbitrij, quibus nequitijs ac vitijs in nullo prorsus preualuisse potuisses, nisi auxiliū dei te roborasset ac protexisset.

Prou. 14

Psalmo 73

Deuter. 9

**H**AE sunt septem gentes, quarum terras deus se promisit daturum filiis Israel de Aegypto egressis. Et quoniam, teste Apostolo, omnia in figura contigerunt illis, debemus scripta illa accipere pro nostra exhortatione. Sic etenim legitur: Cum introdixerit te dominus deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Ethiam & Sergezum & Amorraeum, Chanaanum & Phereseum & Eueum & Iebuseum, septem gentes multo maioris numeri, q̄ tu, & robustiores te, & tradiderit eas dominus deus tuus tibi, percuties eas vsq; ad interitionem. Quod vero multo maioris numeri esse dicuntur, ista est ratio, quoniam plura sunt vitia, quam virtutes, ideo in cathologo seu enumeratione septem esse dicuntur, in expugnatione vero absque certo numero exprimuntur. Numerosior nanq; est populus passionum carnalium, quam Israel: qui numerus procedit de hoc septenario vitiorum fomite ac radice. Inde enim procedunt homicidia, haereses, contentiones, furta, falsa testimonia, blasphemiae, comestiones, ebrietates, detractiones, ludicra, turpiloquium, mendacia, periuria, stultiloquia, scurrilitas, inquietudo, rapacitas, amaritudo, clamor, indignatio, contemptus, murmuratio, tentatio, desperatio, ac alia multa, quae longum est explicare. Quae cum a nobis leuia reputentur, audiamus quid Apostolus sentiat, aut quam sententiam proferat de eisdem: Neq; murmuraueritis, inquit, sicut quidam illorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et de tentatione: Neq; tentemus, ait, Christum sicut quidam illorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Contra detractionem quoq; ait scriptura: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. De desperatione Apostolus: Qui desperates semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem omnis immunditiae. Porro qd clamor damnetur, quemadmodum indignatio atq; blasphemia, apertissime edocemur, eodem Apostolo praecipiente: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Alia quoq; quamplura istis similia vitia, ex octo illis nascuntur, quamuis sint multo plura numero, quam virtutes: victis tamen illis principalibus ceto vitijs, prorinus conquiescunt, & simul cum illis desuntur interitione perpetua. De gula quippe oriuntur comestiones & ebrietates, de fornicatione turpiloquia, scurrilitas, ludicra & stultiloquium. De auaritia, mendacia, fraus, furta, periuria, turpe lus-

1. Cor. 10

Deute. 7

1. Cor. 10

Ephe. 4

erum, falsa testimonia, violentia, rapacitas. De ira, homicidia, clamor & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo & desperatio. De acedia ociofitas, somnolentia, importunitas, inquietudo, euagatio, instabilitas mentis & corporis, verboritas, curiositas. De vana gloria, contentiones, hæreses, iactantia atq; præsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmur, detractio. Præterea quæ hæ pestes seu culpæ sint etiam fortioris naturæ, sentimus manifeste ex impugnatione earum. Fortius enim in nostris militat membris delectatio carnalium passionum aut vitiorum, quam studia virtutum, quæ non acquiruntur nisi cum maxima cordis corporisque contritione. Si autem spiritualibus oculis intuearis illas innumerabilem & inuisibilem hostium turbas, quas enumerat Apostolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Illud quoque si perpendas quod de homine iusto fertur in Psalmo: Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, clare cognosces, quod multo maiores ac validiores sint numeri, quam nos carnales & terreni, cum data sit illis spiritualis æreæque substantia. ¶ R.

Eph. 6

Psalm. 10

**G**ermanus: Quomodo ergo octo sunt vitia nos impugnantia, cum per Moysen septem vitia dinumerentur, quæ Israelitico populo aduersantur, & qualiter vitæ nobis est terras vitiorum nunc possidere? ¶ S.

**S**erapion: Omnium absoluta est sententia, quod octo sint principalia vitia, quæ monachum tentant, quæ figuratim designata sunt nominibus gentium præfatarum, quæ idcirco non ponuntur in numero tanto, quoniam Moyses, imo deus per Moysen in Deuteronomio loquebatur filiis Israel de Aegypto egressis, atq; ab vna fortissima gente Aegyptiaca liberatis. Quæ figura in nobis quoque rectissime adimpletur, quia de seculi laqueis expediti, gula caremus, & habemus iam simili ratione confictum contra septem peccata prima passione, videlicet gula, quæ iam victa est minime computata. Cuius etiã terra non datur in possessionem Israeli, sed diuinitus est præcipitur, vt egrediamur de illa, atq; perpetue deferat eam. Idcirco ieiunia ita sunt moderanda, vt non compellamur per immoderantiam, ad quam inducit defectio siue infirmitas carnis reuerti rursus ad terram Aegyptiam, id est, ad pristinam gulam & carnis concupiscentiam, quam abieciimus cum huic mundo renunciamus, quod figuratim illi perperis sunt, quod in solitudine ollas carnis capiebant, super quas in Aegypto sedebant. ¶ T.

**D**enisque, quod gens illa, puta Aegyptia, in qua nati sunt filij Israel, non iubetur penitus trucidari, sed deserri, cæteræ autem septem gentes præcipiuntur vsque ad internationem occidi, ista est ratio, quoniam quantumcunque spiritaliter inflammati ingressi fuerimus eremum solitudinemque virtutum, nequaquam tamen carere valeamus vicinitate ac magisterio & quodam quotidiano commercio gulæ. Semper etenim vivit in nobis naturalis affectus cibi ac potus tanquam ingenus, licet amputare conemur appetitus eorum superfluos, qui sicut per omnia deleri non possunt, sic cauta declinatione vitandi sunt, sicut docet Apostolus: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Dum igitur retinemus naturalem affectum huius curæ, quam iubemur non profus abscidere, sed absque inordinatis desiderijs exhibere, non extinguimus Aegyptiam nationem, sed quadam discretionem separamus ab ea, non cogitando de superfluis delicatisque epulis, sed simplici victu & amictu contenti sumus. Quod etiam figuratim ita mandatur in lege: Non abominaberis Aegyptium quia fuisti incola in terra eius. Necessarius quippe victus non denegatur corpori, sine eius periculo ac animæ vitio. Motus vero illarum septem perturbationum seu passionum tanquam omnifarie noxiarum exterminandi sunt penitus ab actibus nostræ animæ, de quibus ait Apostolus: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia auferatur à vobis cum omni malitia. Itemque: Fornicatio & omnis immunditia & auaritia nec nominetur in vobis, aut turpitudinis, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Possimus ergo abscidere radices vitiorum istorum, quæ superinductæ sunt naturæ, sed vnum gulæ non possumus penitus amputare. Nam quantumlibet profecerimus, non possumus non esse quod nascimur. Quod ita esse monstratur, tam conuersatione omnium perfectorum, quam nostra, qui sumus exigui. Qui perfecti cum absciderint reliquorum stimulos passionum, eremumque introeant, toto mentis feruore ac corporis nuditate, tamen nequeunt liberari à puissione victus quotidiani ac præparatione annui panis. ¶ V.

Roma: 13

2. Tim. 4

Daniel. 23

Eph. 4

Ibidem

Figura

**F**igura gulæ, qua necesse est monachum quis spiritualem ac summum artari, designatur proprie satis similitudine aquilæ, quæ cum fuerit ultra altitudinem nubium sublimata volatu altissimo, ita vt à nullo mortalium possit videri, rursus compellit ventris necessitate ad valles infimas ac terrena descendere, atque cadaveribus mortuis se vnicere. Quibus indicijs aperte probatur spiritum gulæ non posse vt cætera vitia totaliter refecari, sed eius aculeos & appetitus superfluos tantum retundi, virtuteque animi cohiberi. ¶ X.

**S**enex quidam disputans cum philosophis, qui eum pro Christiana simplicitate putabant superandum, vt rusticum, eleganter expressit vitij huius, videlicet gulæ, naturam sub figura atque colore huius problematis: Multis creditoribus pater meus me reliquit obnoxium, cæteris integre soluens liberatus sum ab omni molestia repetitionis eorum, vni satisfacere nequeo quotidie persoluendo. Cumque illi ignorantes vim propositionis quæstionis, postulare declarationem ipsius. Respondit: Multis naturalibus vitijs fui confictus, sed deo mihi inspirante affectum spiritualis libertatis, satisfacere & spiritualibus illis, renuncias huic mundo, ac omnem hæreditatem paternam relinquens. Sed absolutus ab omnibus illis, carere non potui stimulis gulæ, quam licet redegerim ad parvam mensuram atque vilissimam quantitatem, non tamen euita vim compulsionis eius quotidiana: sed exactio eius iugiter moneor, vt interminabilem quandam solutionem vsui eius appendam, incessabile quoque vestigal indicationibus eius exhibeam. Tunc philosophi, qui senem istum ante despexerant tanquam idiotam ac rusticum, asseruerunt eum eminenter cognoscere primam philosophiæ partem, id est, scientiam ethicam seu moralem, valde mirantes quod id naturaliter cognouit, quod ei nulla eruditio contulerat secularis, cum ipsi nequiverint hæc tam clare addiscere multo labore ac diuturna doctrina. Hæc de gula specialiter dixisse sufficiat. Nunc reuertamur ad collationem quam cœperamus exponere de generali vitiorum cognitione. ¶ Y.

**C**vm deus loqueretur ad Abraham de futuris, numeravit gentes decem, non septem tantum, quarum terra daretur posteris eius, de quo nihil quæsitis. Qui denarius numerus euidenter impletur, cum ei idololatria blasphemiamque adduntur. Quibus duobus peccatis subiecta fuit impia gentium multitudo & blasphemia Iudæorum cæterarum in spiritali Aegypto, id est, in hoc seculo nequam conuersans ante notitiam dei gratiamque baptisimi. Si autem renuncians mundo, & inde per gratiam dei egressus, victor gulæ effectus, spiritualemente intraverit eremum, id est, secreta virtutum suscipiet bella contra septem gentes, quæ per Moysen numerantur, id est, contra septem peccata principalia iam præfata, liberatus de impugnatione trium gentium, vt puta gulæ, idololatriæ, atque blasphemiam. ¶ Z.

**A**mpliusque possidere iubemur terras pernitiosarum harum gentium, intelligendum est ita, vnumquodque vitium habet in corde nostro propriam stationem seu mansionem, quam vendicans & usurpans sibi in anima nostra exterminat Israel. id est, diuinorum contemplationem, & ei aduersari non cessat: non enim possunt vitia cohabitare virtutibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Sed cum vitia fuerint superata ab Israelitico populo, hoc est, à virtutibus contra ea pugnantibus, obtinebit deinde castitas locum, quem in corde nostro spiritus concupiscentiæ occupauit, & locum furoris ac iræ patientia vendicabit, locum mortiferæ tristitiæ possidebit tristitia salutaris gaudio plena, locum quem vastabat acedia actuabit, fecundabit & excolet fortitudo, locum quem conculcauit superbia honestabit humilitas. Sicque expulsis vitijs singulis, virtutes eis contrariæ possidebunt eorum loca in anima. Quæ virtutes seu loca non immerito appellantur filij Israel, id est, animæ deum contemplantis. Qui etiam filij Israel, hoc est, virtutes seu actus virtutum cum vniuersas cordis expulerint passiones, magis credendi sunt recuperasse proprias passiones, quam inuasisse alienas. ¶ A.

**P**orro, vt docet vetus historia, filij Chem quondam in terre diuisione acceperunt has terras Chananæorum, in quas postmodum introducti sunt filij Israel, quas terras violenta iniquitate possedit ad tempus posteritas Cham. In quo probatur iudicium dei esse iustissimum, quoniam Chananæos expulit de locis alienis, quæ occupauerunt iniuste, & filijs Israel reddidit terram patrum suorum deputatam eis in diuisione terrarum. Quæ res figuratiua adimpletur in nobis verissime, quoniam deus deputauit locum & possessionem

L1 iij sionem

tionem nostræ voluntatis, virtutibus non peccatis. Quæ virtutes à propria regione seu animæ voluntate, post originale peccatum expulsæ sunt insolescentibus vitijs, quasi populis Chananæis. Cumq; virtutes has recuperauerimus per diligentiam nostrâ, auxiliâ te gratia dei, aut deo totaliter conferente, non alienū occupant locum, sed recipiunt proprium.

**O**cto vitia ista in euangelio designantur, cum dicitur: Cum immundus spūs exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē, scopis mundatam & ornata. Tunc vadit, & assumit alios spiritus septem nequiores se, & intrantes habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Ecce sicut in Deuteronomio legimus, septem gentes excepta gente Aegyptiorum, de qua egressi sunt filij Israhel ita & hic dicitur reuertit spiritus septem immundi, excepto eo qui narratur primo egressus ab homine. De hoc septenario numero ac fomite vitiorum in Prouer. dicitur: Si te rogauerit inimicus tuus voce magna, ne conserferis ei. Septem enim nequitia sunt in anima eius. i. si superatus gula spiritus, cœperit ficta humilitatione tibi blandiri, rogans vt ceptum tuum relaxes feruorem, & aliquid ei impertias quod excedit continentiā: mox dicitur: & iustæ discretionis mensuram, nō resoluaris adulatione ipsius, nec reuertaris ad pristinam remissionē, aut priores concupiscentias gula, eo qd tibi arrideat securitas quædam expugnationis illius, qua videris paulisper quietior factus à carnalibus incentiuis. Sic enim blandiendo quodammodo dicit: Reuertar in domum meam priorem. Et procedentes confestim cum eo septem spiritus vitiorum erunt acriores passione illa primitus superata, atq; mox trahent te ad deteriora genera vitiorum.

**C**ontinentiæ igitur atq; ieiunijs insistentes, festinare debemus, vt passione gula deuicta, nequaquam sinamus animam nostram à cæteris virtutibus necessarijs vacuam esse, sed omnes vires cordis nostri studiosius occupemus in eis, ne rediens concupiscentiæ spūs inueniat nos inanes, & à virtutibus ipsis vacantes, itaq; nō sufficiat sibi aditū parare sibi meti soli, sed introducat secum in animam nostrâ septem alia vitia, faciatq; nouissima nostra prioribus deteriora. Turpior namq; erit anima, grauiusq; damnabitur, quæ se renunciaffe seculo gloriatur, si octo hæc vitia dominantur eidem, q̄ fuerat olim in seculo constituta, cum nondum fuerat monasticam vitam ac monachi nomē professâ. Nam hi septem spiritus idcirco nequiores dicuntur spiritu illo, qui fuit primo egressus, quoniā desiderium gula per se non esset tam noxiū, nisi introduceret passiones alias grauiiores, puta luxuriam, auariciam, iram, tristitiam, acediam, vanam gloriam, atq; superbiam, quas certum est per se noxias esse ac peremptoras animæ. Ideo nunq̄ poterit perfectio nem ac puritatem acquirere, qui eas existimat soli corporali ieiunio obtinendas, nisi sciat se ob hoc debere abstinentiam corporalem assumere, quatenus carne ieiunijs humiliata, possit facilius alia vitia expugnare, non resistente nec insolescente carne, suæ saturitatis ingluuie.

**S**cendum tamen, quod non sit idem ordo præliorum in omnibus nobis, quia vt diximus, non omnes impugnamur eodem modo, & oportet vniquemq; arripere pugnam secundum exigentiam belli seu vitij, quo specialius infestatur, ita vt necesse sit vnum primum conflictum inire aduersus peccatum, quod tertium est in ordine octo principalium vitiorum: alium vero contra vitium quartum aut quintum, & ita de cæteris, prout hoc aut illud vitium magis regnat aut seuit in nobis, & prout modus impugnationis requirit. Deniq; oportet nos institueri atq; peragere ordinem præliorum contra peccata, secundum qd prouentus victoriæ & triumphij successus faciunt nos compendiosius peruenire ad plenitudinem perfectionis, puritatemq; cordis. Hucusq; Serapion disputans nobis de natura octo principalium vitiorum, tam lucide referauit genera passionum in corde nostro latentium, quarum causas & affinitates non poteramus ante cognoscere neq; discernere, cum tamen ab ipsis vastaremur, seu impugnaremur quotidie, vt videretur nobis conspiceremus eas, tanquam in speculo ante nos positas.

Collationis quintæ finis.

Collatio

## COLLATIO SEXTA

Abbatis Theodori.  
De nece sanctorum.

**I**n partibus Palestinæ iuxta vicum Tecue, in quo natus est Amos propheta, vastissima solitudo est vsque ad Arabiam, ac mortuum mare, vbi fluens Jordanis ingressa deficiunt & cineres Sodomorum amplissime extenduntur. In hac eremo monachi summæ sanctitatis ac vitæ commorati diutissime, interfecti sunt repente à discurrentibus Sarracenorum latrunculis. Et quamuis sciremus eorum corpora cum tanta veneratione prærepta, tam à pontificibus regionis illius, quam ab vniuersa Arabum plebe, & inter reliquias martyrum cōdita, ita vt innumerabiles populi è duobus oppidis concurrentes ad grauissimū se pararent cœritamen, atq; eorum contentio vsq; ad gladium conflictum progressa sit, dum pia deuotione inter se litigabant, qui eorum iustius possideret sanctorum illorum sepulturam atq; reliquias, alijs gloriantibus de hoc quod sancti illi eis vicinijs morabantur, alijs de hoc quod de eorum terra ac populo essent, nos tamen nō mediocriter offensus seu stupefacti ac moti, tam ex parte nostra, quam ex parte fratrum de hac re valde scandalizatorum, & inquirentes cur viri tam virtuosi tantiq; meriti apud deum, ita sint à latrunculis interempti, & cur deus sustinuit tantum facinus perpetrari circa famulos suos, ita vt viros cunctis mirabiles traderet manibus impiorum, moesti proximis ad sanctum Theodog, virum in conuersatione actuali præcipuum, qui morabatur in Cellia, qui locus situs inter Scythi & Nitriam, à monasterijs quoque Nitriæ quinque milibus distans, diuiditur ab eremo Sythi, in qua nos habitabamus solitudine ac spatio milium octoginta. Cumq; querelam fecissemus Theodoro de nece prædictorum virorum, admirantes tam tam dei pietatem, quod scilicet viros tam eximij meriti permisset taliter trucidari, vt hi qui merito suæ sanctitatis debuerant alios liberare de tali persecutione & tentatione, non eriperunt seipfos de manibus impiorum, aut cur deus cōcessisset fieri crimen tam grande in seruos suos, tam sanctos ac charos.

**A**d hæc beatus respondit Theodorus: Questio ista solet illorum corda turbare, qui apud fidei atque scientiæ possidentes, arbitrantur merita sanctorum præmiari in vita hac breui, cum tamen in præfenti non fiat hoc, sed in futuro. Cæterum nos, qui nō sumus in hac vita tātum sperantes in Christo, ne secundum Apostolum miserabiliores si x. Cor. 13. mus omnibus hominibus, quia cum non recipiamus in vita ista bona nobis desuper res promissa, etiam in futuro priuabimur eis, si tali incredulitate fallamur. Non ergo errare debemus incredulorum opinione, ne ignorata fidei veritate & veræ assertionis doctrina inueniamur titubantes ac trepidi cum confimilibus tentationibus aut tribulationibus fuerimus traditi, & ne iniustitiam atque iniuriam siue incuriam rerum humanarum deo quod dictum etiam nephastum est, ascribamus, quia deus sanctos viros & recte viuētes in tentatione non protegat, nec bonis retribuit bona, nec malis mala in hac præfenti vita, sicq; mereamur damnari cum illis, de quibus per increpationem loquitur Sophonias propheta: Dicunt in cordibus suis, non faciet dominus bene, sed neque faciet male. Vel certe in eorum numero inueniamur, qui deum querimonijs his blasphemant. Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent. Aut certe vbi est deus iudicij? Et ne addamus blasphemiam subsequenter. Vanus est qui seruit deo, aut quod emolumētum, quia custodiuius præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino: Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidem ditati sunt facientes iniquitatem & tentauerunt deum & salui facti sunt. Vt ergo possimus euadere ignorantiam istam quæ radix & causa est prauissimi huius erroris, primo scire debemus quid sit verè bonum, & quid malum, sicq; tenentes in his non falsam vulgi opinionem, sed veram scripturarum doctrinam, nequaquam decipiatur errore infidelium hominum.

**T**ria in hoc mūdo inueniunt, vt pote bonū & malū ac mediū. Ita q; scire debemus qd sit proprie bonū, & qd malū, atq; qd mediū, vt fides nra p verā scientiā roborata pduret in cūctis tērationibus ingressa. Nihil igit credēdū est principalit̄ esse bonū in reb. hūanis, nisi solā virtutē q̄ pducēs nos ad diuina, fide sincera, facit nos iugit̄ inherere sumo &

LI iij inua



inuariabili bono. Nihil quoque proprie malum est nisi peccatum, quod à bono deo nos separans diabolo copulat. Porro media sunt que pertinere possunt ac derivari ad partem vtrancque, iuxta arbitrium & affectum vrentis, sicut diuitiæ, potestas, honor, robur corporis, sanitas, pulchritudo, vita ipsa & mors, paupertas, infirmitas carnis, aduersitas, hisque similia, quæ secundum vrentis affectum & qualitatem possunt prodesse, & item obesse. Nam & diuitiæ frequenter proficiunt ad salutem, secundum Apostolum, diuitibus huius mundi præcipientem facilius tribuere, indigentibus communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt per hos vsus diuitiarum apprehendant veram vitam. Secundum euangelium quoque, diuitiæ inutilis sunt his qui faciunt sibi amicos de amico mammona. Retorquentur autem diuitiæ istæ in malum, & nocent dum reponuntur tantum ad thesaurizandum, aut ad luxuriandum, nec indigentibus dispensantur. Præterea potestas & honor, robur & sanitas corporis, quam vere sint media & ad vtrancque partem trahibilia, ex hoc clare faciliusque probatur quod multi sanctorum in veteri testamento omnibus his bene sunt vsi, atque in summa opulentiâ, ac culmine dignitatum & corporali fortitudine constituti fuerunt acceptissimi deo, & contrario qui his mali potiti sunt & ad suæ nequitie obsequium ea traxerunt, non immerito sunt puniti aut interfecti, quod liber Regum docet multoties esse factum. Denique quod vita & mors mediæ sunt, protestatur natiuitas sancti Iohannis Baptistæ, & ortus Iudæ. Nam

2. Tim. 9

Lucæ 16

Lucæ 1

Math. 26

Psalm. 115

Psalm. 117

Psalm. 119

1. Cor. 12

vita Iohannis in tantum profuit sibi, vt natiuitas eius contulerit gaudium etiam alijs, iuxta quod scriptum est: Multi in natiuitate eius gaudebunt. De vita vero Iudæ asseritur: Bonum ei erat si natus non fuisset homo ille. De morte quoque Iohannis, omniumque sanctorum cantamus: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. De morte vero Iudæ & consimilium sibi: Mors peccatorum pessima. Rursus quam utilis sæpe sit carnis infirmitas, pandit beatitudo Lazari vlcerosi. Cuius cum nulla alia merita describantur, pro hoc solo meruit finem Abraham introire beatissima morte, quoniam paupertatem infirmitatemque corporis patientissime tolerauit. Amplius egestas, persecutiones, & iniuriæ quæ mala esse censentur totius vulgi opinione, quam necessaria vtilisque consistant, hinc clare monstratur, quod sancti viri eas non solum non vitauerunt, imo etiam maxime appetierunt, & eas fortiter tolerando amici dei effecti sunt, & vitæ æternæ præmia consecuti. Vnde ait Apostolus: Propter quod complaceo mihi in infirmitatibus in cõsumelijs, in afflictionibus, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmior, tunc potens sum, quoniam virtus in infirmitate perficitur. Idcirco qui maxima mundi opulentiâ, potentiaque atque honoribus magis abundant, non sunt credendi ex hoc principale bonum obtinuisse, quod in solis consistit virtutibus, sed medium quoddam. Nam sicut sunt bona & accommodata bene vrentibus, quibus præbent occasionem boni operis ac fructum vitæ æternæ, sic male vrentibus inutilia ac nocua inveniuntur, & fiunt eis occasio culpæ ac mortis.

**H**anc itaque diuisionem triplicem fixe & immobiliter retinentes & cognoscentes quod nihil sit bonum, nisi virtus ex dei timore ac dilectione procedens, nec malum nisi peccatum & separatio mentis à deo. Discutiamus nunc diligenter an deus vnquam permiserit malum inferri sanctis suis per se aut per alium aliquem. Quod sine dubio nunquam inuenies factum, quoniam nunquam potuit aliquis inferre peccatum alteri nolenti & resistenti, sed ei duntaxat qui illud in se suscepit, cordis ignauia & voluntate corrupta. Denique cum diabolus voluisset beato Iob inferre peccatum, adhibens ad hoc vniuersas suæ nequitie machinas, expoliassetque eum non solum facultatibus cunctis, verum etiam percussisset eum vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem capitis, & intolerandis supplicijs post illum tam atrocem ac inspiratum dolorem de morte totius sobolis suæ, nequaquam potuit ei infligere maculam culpæ. Qui in omni aduersitate immobilis perseuerans, nullatenus consensit blasphemia.

1. Ioh. 5. 4

**E**rmanus: Frequenter legimus in scripturis, quod deus creauit atque intulit hominibus malum, vt est illud: Quoniam absque me non est deus. Ego dominus & non est alter formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans mala. Et iterum: Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit.

**T**HEODORVS: Scriptura interdum abusue proprie ponit malum pro aduersitate seu afflictione, non quod afflictio per naturam sit mala, sed quia dure sentit & par

**A** & patiens eam mala videtur, & his quibus inferitur vtiliter. Deus nanque hominibus loquens, necesse est vt humanis verbis atque affectibus eloquatur, sic & seclio sine salubris aduersio, que pie inferitur à medico his qui putrefacti sunt vlcere, mala videtur eis de, quemadmodum calcar equo, & delinquenti correclio. Omnes etiam disciplinae sentium aut ad præsens amare ab his qui erudiuntur, sicut ait Apostolus: Omnis disciplina in præsentia non videtur esse gaudij, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimi exercitatus per eam reddet iustitiæ. Et: Quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quis enim est filius, quem non corripit pater? Itaque mala pro afflictionibus aliquando poni solent, secundum illud: Pœnituit dominum super malitia, quâ locutus fuerat vt faceret eis & non fecit. Et iterum: Quia tu domine misericors & misericors & patiens in malitijs, i. sup tribulationibus & ætumnis quas nobis propter peccata nostra infligis. Quas alius propheta sciens vtilis esse quibusdam, sic orat non inuidens sed consulens saluti eorum: Adde illis mala domine, adde mala gloriosis terræ. Et ipse met dominus: Ecce, inquit, inducam super eos mala, id est, dolores & vastitates, vt eis salubriter castigati cogantur tandem reuerti ac festinare ad me, quem in prosperis cõtempserunt. Ideo ista non sunt principalia mala, bonum proficiunt & parit eis æternorum merita gaudiorum. Vt ergo ad quæstionem propositam recurramus, vniuersa dura atque pœnalia quæ nobis ab aduersarijs irrogantur, & mala putantur, non sunt simpliciter mala, sed media. Nec talia sunt, qualia esse putantur ab eo qui intulit ipsa animo furibundo, sed qualia patiens senserit & acceperit ea. Vñ cõ viro sancto inferitur mors, non inferitur ei malum, sed medium quoddam. Quod cum malum sit peccatori, iusto requies est & absolutio culparum suarum. Mors enim requies viro, cuius vita abscondita est. Ideo nullum sustinet iustus detrimentum ex morte, quia nil patitur noui, sed quod passus erat, necessitate naturæ, passus est ex inimici malitia, non sine augmento gloriæ suæ æternæ, sicque posuit debitum mortis humanæ, quod inuitabili lege reddendum est, cum fructu passionis vberissimo, ac magnæ remunerationis mercede.

**E**rmanus: Ergo si iustus occisus, non solum nil mali perpeffus est, sed etiam mercedem passionis consequitur, qualiter reus est qui mortem ei inferendo non nocuit, sed profuit.

**T**heodorus: Nos disputauimus de proprietate boni & mali ac medijs, non de affectu eorum qui ista committunt. Non enim impius aut iniquus ideo erit impunitus, quia malitia sua iusto nocere non potuit. Patientia etenim viri iusti proficit ad mercedem, non illi qui mortem suæ supplicium intulit, sed ei qui iniuriæ sibi illatam equanimiter tulit. Hinc inferens iuste punietur pro sua seuitia, quia nocere volebat, & sustinens nihil omnino mali perpeffus est, quia virtute patientiæ suæ pie sustinens tentationes & dolores sibi inflictos, ea quæ malo animo sibi illata sunt, fecit p̄tinere ac sibi prodesse ad meliorem statum profectum, atque æternæ vitæ felicitatem.

**N**eque enim patientia sancti Iob acquisiuit mercedem diabolo, qui suis tentationibus illustriorem fecit ipsum beatum Iob, sed ipsimet sancto Iob, qui eas viriliter pertulit. Nec ludas remunerabitur beatitudine æternali, quia proditio eius profecit ad generis humani salutem. Non enim considerandus est prouentus operis, sed agētis affectus. Idcirco immobili teneamus doctrina quod nulli possit ab alio malum culpæ inferri, nisi qui illud admiserit pupillanimitate atque ignauia proprii cordis, aduersa quoque & sinistra faciamus bono rectoque vsu pertinere ad dextram partem, vt quæcunque fuerint nobis illata, fiant nobis arma iustitiæ, iuxta doctrinam Apostoli: Duabus etenim partibus, & vt ita dixerim, manibus videmus subsistere interiorē hominem nostrum. Nec quisquā carere potest hac sinistra, id est, aduersitate qua diximus, sed in hoc cognoscitur virtus eius esse perfecta, si conuertat vtracque in dextram bene eis vtendo. Denique vt id, quod dicimus, manifestum intelligatur, habet vir sanctus dextram, i. successus spiritaliter prosperos, in qua est dum spiritu feruēs dominatur concupiscentijs vniuersis ab omni diabolica impugnatione quietus respuit aut abscondit vitia absque difficultate atque labore, cū sublimatus à terra, cõtemplatur cuncta p̄sentia ac terrena tãquam fumum inanem, vniuersamque vacuã, & despicit ea velut mox trãsitura, dū futura p̄ mētis excessum non solum ardentissime concupiscit, verum etiã clarius intuet, cū efficacius spiritalibus pascit theorijs, dū

con



conspicit cœlestia sacramenta sibi lucidius referata, dum puriores & alacriores oratio-  
 nes fundit ad dominum dum mentis ardore succensus, ita ad inuisibilia & æterna trans-  
 migrat, tota mentis alacritate vt non sentiat se esse in carne. Insuper habet vir sanctus si-  
 nistram, dum tentationum implicatur turbinibus, dum incentiuorum calore inflama-  
 tur ad desideria carnis dum igne perturbationis accenditur ad furorem & iram, dum  
 vana gloria aut elatione pulsatur, dum tristitia mortem operante opprimitur, dum ace-  
 dia impugnatione concutitur, dum omni spiritali feruore subtracto quodam torpore  
 tabescit, ita vt non solum cogitationibus rectis ac feruidis destituatur, sed psalmodia  
 quoque oratio, & cellæ remotio sibi simul horrescant, & instrumenta cuncta virtutum  
 intolerabili quodam ac tetro fastidio ei fordescant, quibus dum monacha impugna-  
 tur, sciat se parte sinistra vastari. Quicumque ergo in prosperis, seu his quæ dexteræ par-  
 tis sunt non fuerit inaniter gloriosus, nec elatione inflatus, & contra ea quæ sinistra par-  
 tis sunt viriliter dimicans, nulla desperatione corruerit, imo potius de contrarijs assu-  
 mperit quædam patientiæ arma ad exercitacionem virtutis, ista vtraque manu veter pro  
 dextra, & in vtroque euentu triumphator effectus, cōsequetur victoriæ palmam tam de  
 actu sinistro, quàm dextero, qualem legimus sanctum Iob extitisse, qui vtiq; per dexte-  
 ram coronabatur, quando septem filiorum pater existens, & opulentus ac diues ince-  
 dens, obtulit pro purificatione illorum sacrificia quotidiana, cupiens eos exhibere acce-  
 pros, & familiares deo magis quàm sibi. Et quando ianua eius patebat omni adueniens-  
 ti, dum erat pes claudorum, oculusque cæcorum, dum humeri infirmorum calefiebant  
 de velleribus ouium eius, quando erat orphanorum viduarumque pater, quando nec  
 corde gauisus est de inimici sui ruina. Præterea idem in parte sinistra triumphabat in  
 aduersitatibus sublimiori virtute, dum vno momento orbatus filijs septem non confu-  
 sciebatur acerbo luctu vt pater, sed vt verus dei famulus de impletione voluntatis sui cre-  
 atoris gaudebat, cum ex locuplete factus pauperrimus, ex diuite nudus, ex forte infirmus  
 ex glorioso ac inclyto despectus atque ignobilis incorruptam animi fortitudinem con-  
 seruabat, dum item omni substantia opibusque priuatus sedit in sterquilino, & tanquã  
 feuerissimus proprii corporis carnifex, cum testa deterit saniem profluentem. Ex omni  
 quoque parte membrorum detraxit vermium cumulos, imprimis digitos in vulnere  
 fuorum profunda. In quibus omnibus nequaquam lapsus est in aliquam blasphemiam  
 desperando, nec contra creatorem suum murmurauit in aliquo, imo nullatenus territus  
 tentationum acerbitate ac mole, scidit & abiecit ipsum suum indumentum quod ei su-  
 per fuit ex omni pristina facultate, & quod solum poterat à diaboli destructione præser-  
 uari, quoniam ipso tunc vestiebatur, hoc inquam abiecit vltra nuditatem, quam sibi in-  
 rulerat durissimus prædo diabolus. Abscidit etiam, & tentatori suo protexit comam ca-  
 pitis sui, quæ sola intacta remanserat de bonis gloriæ suæ prioris, sicque abscidens quod  
 seuiens tentator ei reliquerat tripudiauit contra eundem cœlesti voce, qua dixit Si bo-  
 na suscepimus de manu domini, mala non sustinebimus: Nudus egressus sum de vtero  
 matris meæ, nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit. Sicut dominus pla-  
 cuit, ita factum est. Sit nomen domini benedictum. Amplius ipsum Ioseph merito am-  
 bidextrum appello, qui inuentus est suo patri gratior in prosperis, religiosior fratribus,  
 acceptior deo. In aduersis quoque castus, & domino suo fidelis, mitissimus carceris vine-  
 ctus, iniuriarum immemor, beneficis inuidis, & interemptoribus fratribus quantum es-  
 rat in ipsis non solum pius, sed etiam munificus. Hi ergo & eorum consimiles recte vos  
 cantur ambidextri, quoniam vtraque manu vtebant pro dextera, & transeuntes inter  
 hæc quæ Apostolus sanctus dinumerat pariter dicunt: Per arma iustitiæ à dextris & à si-  
 nistris, per gloriam & ignobilitatem, per diffamiam & bonam famam. De qua dextera  
 & sinistra Salomon in persona sponsæ ait in Canticis: Leua eius sub capite meo, & dex-  
 tera illius amplexabitur me. Quas vtraque viles esse designat, cum leuam siue sinistra  
 dicit sub capite positam, cui subiaceere debent aduersæ partes, ac reliquæ vires tanquam  
 principali cordis, quam sententiam confirmat Apostolus, dicens: Scimus, quoniam dilis-  
 gentibus deum omnia cooperantur in bonum. Dicens enim, omnia cooperantur in bo-  
 num, comprehendit vniuersa non solum prospera, sed etiam quæ putantur aduersa, per  
 quæ se transisse describit in alio loco, dicens: Per arma iustitiæ quæ à dextris, & quæ à si-  
 nistris, id est per gloriam & ignobilitatē, per diffamiam & bonam famā, vt seductores & ve-

taces

A races, vt tristes semper gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes.  
 Omnia igitur quæ prospera reputantur, & dexteræ partis esse dicuntur, quæ designa-  
 uit Apostolus nominibus gloriæ & bonæ famæ. Illa quoque quæ æstimator ad-  
 uersa, quæ euidenter expressit per ignobilitatem atque diffamiam. Omnia, inquam hæc  
 efficiunt viro iusto ac perfecto arma iustitiæ, si ea magnanimiter tulerit, quia per hæc di-  
 micando, & eis pro armis vtendo, per quæ impugnari putatur, eisq; munitus contra eos  
 qui ngerunt ea tanquam arcu & gladio scutoq; fortissimo acquirit sibi profectum pa-  
 tientia ac virtutum, capiens gloriosissimum triumphum constantia ex hostium telis, q̄  
 sibi læthaliter inferuntur. Nec prosperis duntaxat elatus, nec aduersis deiectus, sed itine  
 replano & via regia semper incedens à veræ tranquillitatis statu nequaquam mouetur  
 quasi ad dexteram superuenientibus lætis ac prosperis, nec ingruentibus aduersis impel-  
 litur quasi ad leuam dominante tristitia. Porro de his qui per singulos casus occurren-  
 tes mutantur iuxta qualitatem & varietatem huiusmodi casuum, dicitur: Stultus mu-  
 tatur vt luna. Quemadmodum enim de sapientibus ac perfectis dicitur, diligētib; de-  
 Eccle 27  
 Roma, 8  
 um omnia cooperantur in bonum, ita de infirmis ac stultis ait scriptura: Omnia aduer-  
 sa viro insipienti, quia nec proficit prosperis, nec emendatur aduersis. Eiusdem namq; vir-  
 tutis est aduersa ac tristitia fortiter tolerare, & prospera moderari, vt certissimū sit, qd nul-  
 lum eorum possit sufferre, qui in vno deicitur. Facilius tamen potest quis deici prosperis  
 q̄ aduersis. Aduersa namq; aliquando retrahunt humiliantq; inuitos, & compunctios  
 ne saluberrima faciunt eos minus peccare, aut vitam totaliter emendare. Prospera vero  
 perniciosas ac mollibus blandimentis extollentia prosternunt securos maiori ruina felix  
 citatis suæ euentu.

¶ K.

Isti sunt ergo qui in scripturis ambidextri figuratiter nuncupantur, sicut A ioth fuisse  
 Iudicij 9  
 narratur in Iudicij libro, qui vtraq; manu vtebatur pro dextera. Quam perfectionē  
 possumus spiritaliter possidere, si prosperis moderate & ordinate vtamur, aduersa vero  
 sciamus nobis accidere, vt exerceant nos pro tempore, & erudiant ad salutem, & per-  
 eos nos faciant ad patientiam possidendam. Sponsa vero optat sibi insolubiliter coha-  
 rere ac iungi dexteram ac conseruandam & conferuandam se iugiter saluari amplexu  
 sponsi. Itaq; ambidexteri sumus, quando præsentium rerum copia seu inopia nos non mu-  
 tat, ita qd abundantia non impellit nos ad voluntatem nociuæ remissionis, nec inopia ad  
 desperationem aut quærimoniam trahit nos: sed in vtroq; euentu deo similiter regrass  
 antes, æqualem acquirimus fructum de prosperis & aduersis, qualem se fuisse restatur ve-  
 rus ille ambidexter gentium doctor: Ego, inquit, didici in quibus sum sufficiens esse.  
 Philip. 4  
 Scio humiliari, scio & abundare, vbiq; & in omnibus institutus sum, & saturari & esurie-  
 re, & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. ¶ L.

Quamuis diximus duplicē esse tentationem, videlicet per prospera & aduersa, scie-  
 dum tñ qd homines tribus ex causis tentantur. Primo, ob suam probationē. Sec-  
 cundo, ob suā emendationem. Tertio, propter delictorū suorum demerita. Propter pro-  
 bationem quemadmodū legimus Abraham, Iob, & multos sanctos protulisse tribula-  
 tiones innumeras. Vnde ad populū Israel in Deutero, dicitur. Recordaberis cuncti itine.  
 Deut. 8  
 ris per quod adduxit te dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum vt afflige-  
 ret te atq; tentaret, vt nota fieret quæ in animo tuo versabantur, vtrum custodires man-  
 Pfalm. 30  
 data eius, an non. In Psalmo quoque loquitur Deus: Probauit te apud aquam contradic-  
 tionis. Et Iobian putas me tibi locutum aliter, quam vt appareres iustus? Denique,  
 ob emendationem contingit tentatio cum dominus tradit iustos tentationibus varijs  
 pro paruis ac leuib; culpis, vt eos humiliat, quia de sua puritate aliquid elationis admi-  
 serunt, vt excoquens in eis omnem formem cogitationum. Et vt vbi bis propheta  
 Iſaie 1  
 omnem scoriā, quam videt in occultis eorum, perducatur eos ad futurum examen tan-  
 quam aurum purum, non permittens in eis aliquid residere, quod ignis iudicij post vi-  
 tam hanc scrutans in ipsis reperiat purgaturus cruciatu pœnali, secundum illud Psalmist.  
 Pfalm. 33  
 Multæ tribulationes iustorum. Et ite um scriptum est: Fili, nolinegligere disciplinam  
 domini, neq; fatigeris dum ab eo increparis. Quem enim diligit dominus, corripit, flag-  
 Heb. 12  
 gellat autem omnē filium quem recipit. Quis enim est filius quem non corripiat pater?  
 Quod

**Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes? Ergo adulteri & non filii estis. In Apocalypsi quoque loquitur dominus. Ego quos amo, arguo & castigo. Ad tales etiam ait per Ieremiam sub figura Hierusalem: Castigo te in iudicio, ut non tibi videaris innoxius. Pro qua saluari emendatione orat David: Proba me domine & tenta me, ut renes meos & cor meum. Ieremias quoque vtilitatem tentationis huius intelligens ait: Corripe me domine, verumtamen in iudicio, & non in furore. Et Isaias: Confiteor, inquit, tibi, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Insuper pro vitiorum demeritis infertur plaga tētationis, ut vbi deus minatur se plagas inflicturno populo Israel, dentes, inquiens, bestiarum immittam in eos, &c. Et alibi: Frustra percussi filios vestros, disciplinam non accepistis. Atque in psalmo: Multa flagella peccatoris. In euangelio quoque: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Inuenimus sane & quartam rationem tentationum, quoniam scripturarum autoritate cognoscimus quosdam puniri ad manifestandum gloriam dei, ac opera eius, sicut in euangelio asserit dominus: Neque hic peccauerit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in ipso. Et rursus: Infirmetas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per ipsum. Sunt & alia vltionum genera quibus percipiuntur ad præfens, qui ultra modum peccarunt, sicut legimus damnatos fuisse Dathan & Abyron. De qualibus etiam Apostolus dicit: Propter quod tradidit illos deus in passionem ignominie, & in reprobam sensum. Quod cæteris omnibus iudicandum est grauius. De talibus quippe ait Psalmista: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Non enim merentur saluari visitatione dei paterna in seculo isto, nec digni sunt temporalibus plagis consequi medicinam, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem omnis erroris & immunditie. Qui obduratione cordis & visu atque frequentia delinquendi excedunt purgationem huius breuissimi temporis, & vltionem vitæ præsentis, quibus dominus exprobrat per Amos prophetam: Subverti vos facit subvertit dominus Sodomam & Gomorham, & facti estis sicut torris raptus de incendio, & nec sic redistis ad me, dicit dominus. Et rursus per Ieremiam: Interfeci, inquit, & peridi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi. Et iterum de talibus dicitur deo: Percussisti eos & non doluerunt, & renuerunt accipere disciplinam. Indurae sunt faciem suam supra petram, uoluerunt reueri. Circa quorum curacionem videt propheta frustra esse consumptam omnem huius temporis medicinam, desperans quodammodo de eorum salute, proclamans: Defecit sufflatorium in igne, frustra confluuit sufflator. Malitie enim vestre non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit eos. Denique deus conqueritur se adhibuisse inaniter hanc salutaris ignis purgationem circa duratos sceleribus sub persona Hierusalem, infecta rubigine vitiorum profunda, dicendo. Pone eas super prunas vacuam, ut incalcescat & liquefiat res eius, & compleatur in medio eius inquinamentum eius. Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Execrabilis immunditia tua, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis. Quamobrem dominus tanquam peritissimus medicus conspiciens nullum genus remedij superesse, quod infirmitati eorum possit aptari, expensis omnibus salutaribus medicinis, superatur quodammodo magnitudine prauitatum, atque à sua clementi castigatione cessare compellitur. Propter quod ait: Jam non irascar tibi amplius, zelus meus recessit à te. Porro de illis quorum cor non durauit in frequentia vitiorum, nec indiget seuerissima illa ignis medicina, sed salutaris eruditio verbi eis sufficit ad salutem, dominus protestatur: Emendabo eos in auditu tribulationis sue. Non ignoramus esse & alias causas vltionum quæ insiguntur his qui grauissime deliquerunt, non ad expianda eorum flagitia, neque ad remouendum transgressionum demerita, sed ad emendationem aliorum viuientium, quemadmodum factum scimus in Hieroboam filio Nabath, Baasa, Ahas & Iezabel, dicente scriptura: Ecce ego demetam posteriora tua, & interficiam de Ahab mingentem ad parietem, & clausum & nouissimum in Israel. Et dabo domum tuam sicut domum Hieroboam, filij Nabath, & sicut domum Baasa, quia fecisti ut me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Canes quoque comedent Iezabel in agro Israel. Si mortuus fuerit Ahab in ciuitate, &c. Et iterum: Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Non quod hæc breuis & momentanea pœna sufficeret expurgare prophana facinora Hieroboam, qui primus**

**A** primus instituit aureos vitulos ad perpetuam plebis transgressionem, & impiam eius separationem à deo, vel ad expurganda tam innumera, tamque nepharia sacrilegia aliorum iam prædictorum, sed ut cæteris qui futura negligendo aut non credendo, bestentur tantummodo consideratione præsentium vindictarum terror incutretur exemplo præsentium vltionum, quas videbant ac metuebant, sicque cognoscerent deum altissimi habere prouidentiam actuum humanorum ac dispensationis quotidianæ per experientia talium vltionum. Et pœnas huiusmodi quas grauissime formidabant viderent clarissime deum esse omnium operum retributorum. Postremo inuenimus quosdam peruisse eandem mortis sententiam pro leuioribus culpis, ut patet de illo qui sabbato ligna collegit, & de Anania ac Saphyra, qui modicum de precio suæ seruauerunt substantiæ ex infidelitatis cuiusdam errore, non quod horum peccata fuerunt tam magna, ut prædictorum regum Israeliticæ plebis, sed quoniam præsumptores nouæ transgressionis reperi, debuerunt cæteris dare exemplum terroris ac pœnæ, sicut dederunt eis exemplum cuius pœ, ut quisque talia de cætero attentaret, sciret se in futuro iudicandum ac puniendum secundum eandem formam qua illi puniti sunt, etiam si differatur eius supplicium in præsentem, Et quoniam percurrēdo genera tentationum ac vltionum, videmur scisse dignitatem à proposita narratione, qua dicebamus virum perfectum manere in variisque tentatione semper immobilem, nunc reuertamur ad idem.

**M**ens igitur iusti non debet esse similis cæræ, aut alteri molli materia, quæ semper cedit figuræ signantium, & iuxta formam imprimētis formatur, ac formam sibi impressam tam diu tenet donec rursus formetur ab aliquo, ita ut nisi quam in sua qualitate persistens, conuertatur semper ac transeat ad figuram quæ ei imprimitur. Idcirco mens nostra debet assimilari signatorio seu sigillo adamantino, ut immobilem tenens suæ tranquillitatis dispositionem virtutisque statum, vniuersa sibi incurrentia signet atque transformet ad conuenientiam sui status, ipsa vero nullis valeat incurfibus deformari.

**G**ermanus: Potest ne mens nostra vnum statum iugiter retinere, & in eadem qualitate semper persistere?

**T**heodorius: Necessè est ut renouatus quis spiritu mentis suæ aut omni die proficiat extendens se semper ad ea quæ ante sunt, iuxta Apostolum. Aut si neglexerit, consequens est, ut redeat retro atque ad peius labatur. Idcirco mens nullatenus valet in vna ac eadem qualitate durare, velut si quis conetur nauem sua impulsione mouere contra impetum fluminis violenti, necesse est eum vel ad superiora conscendere virtute brachiorum diuidentium aquas, aut virtute brachiorum deficiente, ferri deorsum. Quapropter istud erit euidentis nostri detrimenti indicium, si intellexerimus nos nihil amplius acquisisse stabilitatis, nec dubitemus nos retrorsum abductos, quacunque die non senserimus nos ad superiora progressos, quia, ut dixi, mens hominis non potest iugiter in eodem statu persistere, nec aliquis sanctorum in hac carne consistens apicem virtutum sic possidet ut perseueret immobilis, quia necessarium est aliquid virtutibus addi, aut subtrahi, imo in omni creatura nulla potest talis esse perfectio, quæ non subiaceat mutabilitatis passioni, iuxta illud in lib. B. Iob: Quid est homo ut immaculatus sit & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Solum namque deum immutabilem confitemur, cui soli loquitur sanctus propheta: Tu autem idem ipse es. Et ipsemet loquitur per prophetam: Ego dominus & non mutator, quoniam ipse naturaliter semper bonus, semper plenus, semper perfectus, cui nil addi potest aut minui. Ideo debemus nos semper extendere ad studia & profectus virtutum sollicitudine indefessa, & virtuosus exercitijs nos iugiter occupare, ne cessante profectu sequatur defectio, quia, ut diximus, mens in vno & eodem statu manere non valet, ut scilicet nec incrementa virtutum acquirat, nec detrimenta sustineat. Nam non acquirere, est amittere, nempe qui definit à proficiendi affectu, non aberit à periculo deficienti.

**H**inc tenenda est iugis inhabitatio cellæ. Quoties namque quis fuerit enagatus de cella, toties cum eam redierit titubabit atque turbabitur, tanquam nouus habitator ipsius. Nec enim poterit sine labore ac dolore recuperare illam animi intentionem & deuotionem, quam acquisierat residendo in cella, si fuerit relaxata, atque per hoc retro ab-

ductus non de acquisito cogitabit quod superadijere potuit si cellam non fuisset egres-  
sus, sed gaudebit potius si se senserit recuperasse statum quem perdidit. Nam sicut præte-  
ritum & amissum tempus nequit recuperare, ita nec emolumenta seu profectus que pe-  
rierunt, possunt restitui. Quantumlibet etenim mens post hæc fuerit ad bonum intenta  
instantis fidei est profectus, & temporis præsentis quæstus, non reparatio lucri semel a-  
missi.

**Q**uæternas virtutes seu angelos mutabilitati subiacere, ut diximus, declarant, qui eorū  
numero corruerunt vitio voluntatis corruptæ. Vnde nec illi putandi sunt immuta-  
bilis esse naturæ, qui perseverant in beatitudine in qua extit creati. Aliud nanq; est im-  
mutabilis esse naturæ, aliud per immutabilis dei gratiam nõ mutari, cõcurrere ad hoc vir-  
tutis industria ac boni custodia. Quicquid enim per diligentiam acquiritur aut tenetur,  
potest etiam per negligentiam deperiri aut perdi. Ideo scriptum est: Ne iustifices homi-  
nem ante exitum suum, quia videlicet adhuc positus in loco, & ut sic loquar, in caumate  
collationum, quamvis vincere soleat, & cõsequatur frequentes victorie palmas, non  
tamen potest esse securus à metu & suspitione incerti prouentus. Ideo solus deus bonus  
& immutabilis dicitur, quoniam bonitatem naturaliter possidet, non studio alicuius in-  
dustriæ. Nulla igitur virtus potest immobiliter possideri ab homine, sed ut partim iugi-  
ter teneatur, necesse est eã custodiri ea semper sedulitate atq; industria qua fuerat acquisi-  
ta. Imo qd verius est, oportet eam conservari dono seu beneficio gratiæ adiuvantis. **CR.**

**P**orro qui cadit, nequaquã credendus est subitanea corruisse ruina, sed decipitur pra-  
uæ constitutionis exordio, aut per longam mētis incuriam, virtute animi paulatim  
labente, sicq; vitij sensim incrementibus miserabili ruit casu. Nam ante contritione præ-  
cedit ruina, & ante ruinam cogitatio praua. Quemadmodum domus non labitur sibi  
to, nisi paulatim corruerint munimenta tectorum ex antiquo defectu fundamentorum,  
aut ex longa desidia habitatorum parvissimis guttis paulatim intrantibus. Tectis autem  
per vetustam negligentiam patefactis & lapsis, influit ventorum imbriumq; tempestas.  
In pigritijs enim humiliabitur contiguatio & ex segnitia manuum stillabit domus. Qd  
idem Salomon alijs verbis designat menti spiritaliter euenire, dicendo: Stillicidia exciunt  
hominem in die hyemali de domo sua, eleganter comparans negligentiam siue incuriam  
am mentis tecto domatij neglecto, quoniam per negligentiam primo intrat ad animã,  
minutissima stillicidia passionum, quæ si nõ curentur, utpote parua ac leuia corrumpit  
rigna virtutum, quo facto influit imber copiosissimus vitiorum, per quem in die hyema-  
li, id est, tempore tentationis per impulsu diaboli expellitur mens de habitatione virtu-  
tum, in qua ante per diligentiam circumspectionem se retinens requieuit tanquam in do-  
mo propria possessionis. His auditis percepimus infinitam spiritalis alimonie voluptate  
tem, ita ut gaudio replemur maiore ex ista collatione, quam ante repleti eramus tristitia  
de nece sanctorum iniusta. Nõ solum edocti, de quibus dubitabamus, verũ etiam que  
nesciuimus interrogare ex tenuitate nostri ingenij, didicimus ex interrogatione huius  
abbatis.

## COLLATIO SEPTIMA

&amp; Abbatis Sereni prima.

De mobilitate animæ, &amp; spiritalibus nequitij.



**V**ipientes manifestare mentibus studiosorū, viæ summæ sanctitatis ac con-  
tinentiæ abbatem noie & re Serenũ, serenitatis speculũ, quem singulari ve-  
neratione sumus præ cæteris venerati, arbitramur non aliter posse nos ad-  
implere desiderium nostrum, nisi inseramus nostris libellis collationes ipsi-  
us, cui tam peculiari beneficio dei infusa est virtus castitatis supra oēs virtu-  
tes q; per dei gratiam resplendebant nõ solum in eius vultu, sed etiam in actu moribusq; ipsi-  
us, ut nec in sopore sentiret se inquietari stimulis carnis, imo nec naturalibus incentiuis  
Ad quam tam præcipuam carnis puritatem qualiter peruenit auxilio gratiæ dei, necesse  
sariũ reor primus explicare, quia videtur fuisse supra cõditione naturæ humanæ. **CB.**

**H**ic igitur abbas pro interna castitate cordis ac animæ obtinenda in sistens in fatigã  
biliter nocturnis diuinisq; precibus, ieiunijs atq; vigilijs, cum vidisset se obrinuisse  
se vo

**A** se vota seu desideria orationum suarū & vniuersos ardores carnalis concupiscentiæ esse  
extinctos in corde suo, accensus gustu suauissimo puritatis, zelo castitatis exarsit in ma-  
iorem puritatis affectum, & cepit feruentioribus obsecrationibus, acrioribus quoq; iei-  
unijs deprecari, ut mortificatio passionis huius, quæ interiori homini suo fuit concessa,  
solo dono gratiæ dei in tantum extenderetur atq; perueniret ad exterioris hominis pu-  
ritatem, ut nec vterius pulsaretur illo naturali ac simplici motu, qui etiam in paruulis at-  
que lactantibus excitatur. Ad quod petendum fuerat animatus experimẽto adepti mu-  
neris vt pote prædictæ castitatis interioris, quod se nouerat consecutum non merito su-  
orũ laborũ, sed gratia dei credens deum multo facilius posse radicitus mortificare ac tol-  
lere hos stimulos carnis, q̄s & industria artis humanæ solet quandoq; auferre, poculis  
vel medicamentis, aut ferri incisione, cum iam deus ei dedisset munere gratioso cordis  
puritatem quæ altior est, & q̄ impossibile est obtinere humano labore ac studio. Cumq;  
obsecratione huic cum lachrymis indefinenter insisteret, venit ad eum angelus dei in vi-  
sione nocturna, & quasi aperiens vterũ eius, auulsit quandam strumam ignitam de ipsi-  
us visceribus illamq; proijciens, & omnia intestina sua proprijs locis restituens, dixit: Ec-  
ce incentiua carnis tuæ abscessa sunt, & scias te hodie percepisse perpetuam corporis casti-  
tatem quam fideliter popocisti. Hoc breuiter dixisse sufficiat de gratia huic seni peculia-  
riter data. Cæterũ superfluum puto aliquid loqui de cæteris eius virtutibus, quas cõmu-  
niter possidebat cũ reliquis summis viris, ne specialis narratio facta de eo alijs videatur  
auferre quod de eo singulariter recitaretur. Inflammati igitur summo desiderio collatio-  
nis tanti abbatis, in quadragesima eum accessimus. Qui cum interrogasset nos tranquil-  
lissima voce de statu cogitationum nostrarum, & interioris hominis statu, aut quid ha-  
bitatio eremi tanto tempore contulisset nobis ad puritatis profectum, respondimus ei  
querimonijs istis.

**C**omputatio seu diuturnitas temporis habitatioq; deserti, ex quibus conijcis debu-  
isse nos consequi perfectionem hominis interioris, hoc solum cõsultit nobis, vt dis-  
ceremus quid esse non valeamus, non tamen fecit nos esse, quales esse optamus. Non  
enim videmus nos affectuos fixam stabilitatem desideratæ puritatis, aut robur aliquod  
firmitatis, aut lumen scientiæ, sed solum augmenta confusionis atq; pudoris. Cum enĩ  
studium omnium artium ad hoc exerceatur quotidie, vt à trepidis rudimentis ad certã  
notitiam, stabilemq; peritiam crescens incipiat nosse quæ ante ambigue nouerat, aut pe-  
nitus ignorabat, firmoq; gradu procedens, versetur in qualitate artis illius perfecte & si-  
ne vlla difficultate, contrario ego in studio puritatis huius laborans, id solum me pro-  
fecisse reperio, vt sciam quid esse non possim. Ex quo sentio aliud nihil mihi conferri, q̄  
luctũ cum tãta cordis cõtritione, vt nunq; desit materia seu ratio lachrymarũ, nec tamen  
talis esse desino, qualis esse nõ debeo. Ideoq; quid prodest didicisse quod summũ est, si co-  
gnitum nequeat obtineri? Nepe cum senserimus directione cordis nostri tendere ad pu-  
ritatem intentam, mens inde insensibiliter reuoluta, vehemẽtiori prolabitur impetu ad  
euagationes priores, sicq; quotidianis intra se cõpugnationibus occupata incessanter ab-  
ducitur captiuitatibus auersionibusq; innumeris, vt desiderata emendatio quasi despera-  
tur à nobis. Per singula nanq; momẽta lubricis discursibus euagat. Cumq; reuocatur ad  
dei timorem cõtemplationemue spiritalẽ, rursus celeris distrahitur, priusquã in illis  
firmetur, & dum quasi expergefacti senserimus cor nostrũ ab intentione proposita euag-  
gari, reducentesq; illud ad cõtemplationem vnde corruerat, voluerimus illud mundi-  
tiæ colligare ac deo vnire, tenacissima intẽtione tanq; vinculo quodã, in ipso conatu no-  
stro deficiamus, & citius q̄ anguilla elabit puritas ipsa ab anima nostra. Ob quã rem æstu-  
antes seu insudãtes talibus custoditionibus quotidianis, nec tñ cernẽtes aliqd robur sta-  
bilitatis ex ipsis nostro animo accessisse, desperatiõe fracti, ad hãc opinionẽ deducimur,  
vt credamus has euagationes inesse generi humano vitio naturæ, & non nostro. **CD.**

**S**erenus: Periculosa præsumptionis est de natura cuiuslibet rei aliquid definire, sen-  
tentiã inq; proferre necdum recte discussis, nec ratione earũ rite collecta. Est q̄q;  
incautum ex cõsideratione propriæ fragilitatis sumere cõiecturam, & proferre iudicium  
nõ ex statu & qualitate ipsius artis, aut ex experiẽtia aliorũ, velut si quis ignarus artis na-  
tandi, & sciens corpus suũ non posse sup aquas iacere sine submersione, velit ex imperi-  
tiæ suæ inexperientia iudicare neminem posse natare. Itaq; mens humana semp aggra-  
uat

uat mentem multa cogitantem. Hæc igitur ex conditione suæ naturæ nunq̄ potest oculo  
 fa consistere, & nisi salubre ai aliquid immitratur, in quo suos actus motusq̄; exerceat, &  
 in quibus iugiter occupetur, necesse est eam vndiq̄; propria mobilitate discurrere, atq̄; p  
 viam volitare, donec assuefacta exercitio longo vsuq̄; diuturno, experiat & discat q̄s  
 materies debeat præparare & infundere suæ memoriæ, circa quas agat suos indefessos  
 volatus, quibus & immorando robur acquirit, sicq̄; præualeat extrudere prauas inimici  
 suggestiones quibus distraheatur, & possit durare in statu quem cupit. Non ergo debe  
 mus hanc cordis euagationem ascribere creatori vel naturæ humanæ, cum veraciter di  
 car scripturatur Deus fecit hominem rectum, & ipsi quæsierūt cogitationes malas. Idcirco  
 à nobis dependet qualitas cogitationum, cum scriptum sit: Cogitatio bona sciētib; eā  
 appropinquat, vir autē prudens inueniet eam. Porro, quicquid inueniri potest, subiectū  
 est prudentiæ seu industriæ nostræ, & si inuentum non fuerit, imputādum est non vitio  
 ipsius naturæ, sed nostræ imprudentiæ atq̄; desidii. Cui sensui cōcordat Psalmista, qui  
 ait: Beatus vir cuius est auxilium abs te domine, ascensiones in corde suo disposuit. Vide  
 tis ergo in nostra ditione seu potestate consistere vt disponamus & cōcipiamus in cordi  
 bus nostris ascensiones. i. cogitationes per tingentes ad deum, siue descensus. i. cogitatio  
 nes ad terrena & carnalia conuenientes, quæ si in potestate nostra nō essent, Christus nō in  
 crepasset phariseos, dicendo: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Nec per prophetā  
 iussisset: Auferre malū cogitationū vestrar; ab oculis meis. Et: Vsq̄; quo morabitur in  
 te cogitationes noxiæ? Aliter quō deus in die iudicij exiget et à nobis rationē cogitatio  
 nū nostrar;, sicut & opar;, secundū q̄; per Isaiā minait: Ecce ego venio vt cōgregā opa &  
 cogitationes eor; cū oībus gētibus & linguis. Nec aliter possēmus dānari siue defendi te  
 stimonio cogitationū in metuēdo dei examine, cū tñ dicat Apłs: Et inter se inuicē cogi  
 tationibus accusantibus, aut etiā defendentibus in die qua iudicabit deus occulta homi  
 num secundum euangelium meum.

Eccles. 7

Přam. 83

Matth. 9

Isaia 1

Ierem. 4

Isaia 66

Roma. 2

Matth. 8

Exod. 18

1. Cor. 10

Ibidem.

Ephes. 4

**M**ens ergo pfecta pulcherrime figurat per euangelicū illū centurionem, cuius vir  
 tus atq̄; cōstantia, qua nō cessit nec abducebat quibuslibet cogitationibus occur  
 rētib; sed recto iudicio bonas admittit, malasq̄; facillime repulit, descripta ē tropica seu  
 figuratiua significatione, qua dixit: Nā & ego homo sum sub potestate cōstitutus, habēs  
 sub me milites, & dico huic: vade, & vadit: & alio, veni, & venit, & seruo meo: fac hoc,  
 & facit. Si ergo & nos viriliter dimicemus cōtra passiones & vitia, & subiecerimus eas di  
 tioni discretioniq̄; nostræ, ac militantes in carne nra, subiugate poterimus imperio rati  
 onis instabilē cogitationū nostrar; tumultū, ac passiones extinguere, atq̄; dhicæ crucis  
 salutari vexillo expellere à pectore nro, aduerfariar; potestati durissimas turbas. Tunc  
 promouemur tanto; meritis triumphor; ad spirituales huius cēturionis pfectiones &  
 gradū. Quē in Exodo legimus p Moysen mystice designatū, cū dicit: Cōstitue tibi ciliar  
 chos siue tribunos, & cēturiones & quinquagenarios & decanos. Sic & nos dignitate  
 subfanati habebimus potestare & virtutē hāc impetādi, qua nō quibuslibet cogitatio  
 nibus abducamur, sed his quibus spiritualiter delectamur, valeamus inharere ac immora  
 ri, ita vt prauis cogitationibus impemus, dicentes: Abite, & abeāt, bonis vero: Venite, &  
 veniant. Seruo q̄; nostro, vt; corpori, similiter iungamus ea q̄ sunt cōtinentiæ ac virtut  
 ū, & sine vlla cōtradictione deseruiat, nō iam suscitans nobis stimulos carnis salutis con  
 trarios, sed oēm famulatū spiritui exhibens. Deniq̄; qualia sint arma huius centurionis,  
 & quæ prælor; exercitia spectent ad eū, pādīt Apłs, dicens: Arma militiæ nostræ nō sunt  
 carnalia, sed potētia deo. Dixit qualia sint, vt pote, nō carnalia et infirma, sed potētia deo.  
 Deinde insinuat ad quos conflictus sint extendenda. Ad destructionem, inquam, mis  
 erationum, cogitationes & omnem altitudinem extollentem se aduersus sciētiam dei, &  
 captiuantes omnem intellectum inobedientiam CHRIS TI, & in promptu habentes  
 vlcisī omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ arma sin  
 gillatim percurrere, quamuis sit necessarium, tamen alterius temporis hoc est, sed volo  
 vobis tantummodo referare genera ac proprietates armorum, quibus debemus iugiter  
 esse accincti si volumus prælia domini præliari, & inter centuriones euangelicos milit  
 tare. Sumite, inquit, scutum fidei, in quo possitis omnia tela ignita nequissimi extima  
 quere. Ergo fides est scutum quæ in se suscipiens ardentissima libidinum iacula, mortis  
 licat ea metu futuri iudicij & credulitate celestis regni. Et: Loriceam, ait, charitati.  
 Cha

**A** Charitas nanq̄; est quæ vitalia cordis nostri circumdans ac muniens, obijciens se morti  
 feris vulneribus passionū non permittit sagittas diaboli penetrare cor nostrum. Omnia  
 etenim suffert, oīa patitur, oīa sustinet. Et galeam, inquit, spem salutis. Galea munimen est  
 capitis. Quē ergo Christus est caput nostrum, debemus istud semper munire spe futuro  
 rum, tanq̄; inexpugnabili galea in tentationibus & persecutionibus vniuersis. Principali  
 ter quoq̄; fidem Christi illæsam ac integram custodire. Truncatus em̄ quis alijs mēbris  
 potest aliquoties superesse, quis infirmus, capite autē ablato, nemo viuere poterit. Et gla  
 dium, ait, spiritus, quod est verbū dei. Penetrabilis nanq̄; est verbū dei omni gladio an  
 cipiti, & pertingens vsq̄; ad diuisionem animæ ac spiritus, cōpagum quoq̄; ac medullar;  
 & discretor cogitationū & intentionum cordis diuidens. i. & abscindēs quicquid in no  
 bis inuenerit carnale siue terrenū. Quibus armis q̄cūq̄; fuerit roboratus ac testus, erit à  
 telis & deuastatiōe hoīem semp defensus, nō districtus ad hostilē malar; cogitationū pos  
 sessionem, quasi captiuus ac subditus, sicq̄; eua dicit depredantiū vincula, nec audiet p pro  
 phetam: Quare inueteratus es in terra aliena? Sed tanq̄; triumphator & victor cōstitit in  
 illa bonar; cogitationū regione, qua ipse voluerit. Vis quoq̄; agnoscere ipsū robur ac  
 fortitudinem centurionis istius, quibus gestat arma prædicta, non carnalia, sed potentia  
 deo? Audi regem altissimum congregantē viros fortes ad spiritualē militiam, quo eos  
 hortatu signet ac probet, cū ait: Infirmus dicat, quia fortis sum ego, & qui patiens est, sit  
 pugnor. Videtis ergo nō nisi infirmos ac patientes posse bella dñi præliari. Illa vitique  
 infirmitate, qua fundatus, ille euāgelicus noster centurio Paulus cū fiducia loquebatur  
 Cum em̄ infirmor, tunc potens sum. Et itē: Virtus in infirmitate pficitur. De qua infir  
 mitate vnus prophetar; differuit. Et erit qui infirmatur in vobis, sicut domus David. Pa  
 tiens quoq̄; præliabitur bella hæc, illa patientia de qua fertur: Patientia vobis necessaria  
 est, vt voluntatem dei facientes, recipiatis remunerationem.

1. Corin. 13

Ephes. 4

Baruch. 3

Iohel. 3

1. Cor. 12

Zacharia. 12

Hebr. 10

¶ F.

**D**ocet autem nos experientia nostra, q̄; debeamus ac possimus dño coherere, si volu  
 ptates habuerimus mortificatas, & desideria mūdi abscisa, de quo & alio; au tho  
 ritate instruimur, qui deum alloquētes fiducialiter dicūt: Adhæst anima mea post te. Et  
 Adhæst testimonijs tuis domine. Et: Mihi adherere deo bonum est. Et: Qui adhæserit  
 domino vnus spiritus est. Non ergo debemus euagationibus animæ fatigati, relaxari à  
 studio recollectionis internæ. Qui enim colit terram suam, saturabitur panibus, ac in  
 tem sectatur oculum, replebitur egestate. Nec penitiosa desperatione frangamur ab in  
 tentione & conatu obseruantia huius. Nam, omni sollicito inest amplius, & qui sanus &  
 sine dolore est, in egestate erit. Et rursum cōscriptum est: Vir in doloribus laborat sibi, &  
 vim facit perditioni suæ. Sed & regnum cælor; vim patitur, & violenti diripiunt illud.  
 Nulla nanq̄; virtus sine dolore perficitur. Nec vlli possibile est ascendere ad hanc mētis

Psalm. 62

Psalm. 118

Psalm. 72

1. Cor. 6

Prover. 8

Matth. 12

**C**onstabilitatem, quā cupitis, sine ingenti cordis contritione. Homo quippe nascitur ad labo  
 rem, qui vt possit in vi; perfectū occurrere, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ne  
 cesse est eum semp esse peruigilem intēione magna, ac iugi sollicitudine desudare. Ad cu  
 ius tamē mensuræ plenitudinē nemo aliter perueniet in futuro, nisi qui eam præmeditas  
 tus atq̄; imbutus fuerit in præsentī, eamq̄; sibi libauerit adhuc in hoc seculo positus, & Chri  
 sti preciosissimum membrū effectus possederit in hac carne aram cōpaginationis illius  
 per quam valeat copulari corpori saluatoris, vnum duntaxat optans ac futiens, atque ad  
 vnum iugiter dirigens, non solum omnes suas actiones, sed etiam cogitationes, vt illud  
 quod in cælis appetit beatæ conuersationi sanctorum teneat in præsentī, per aram &  
 participationem, vt scilicet deus sit ei omnia in omnibus.

Iob. 3

1. Cor. 13

¶ G.

**E**rmanus: Instabilitas hæc mētis posset fortassis aliquoties reprimi, nisi tot aduer  
 sarij circūvallantes indefinenter impellerent eā ad ea quæ nō vult, imo & illuc quo  
 rapit eam naturæ suæ mobilitas. Et quia tam innumerabiles tamq̄; potētes atq̄; terribi  
 les inimici mentē sic agitat, crederemus impossibile esse hoīem fragile illis resistere, nisi  
 ad oppositum animaremur tuis sententijs tanquam cælestibus quibusdā oraculis. ¶ H.  
**S**erenus: Quicunq̄; interioris hoīs pugnas experti sunt, dubitare nō possunt, quin in  
 suisibiles hostes nobis semp insident, sed ita dicimus eos nostris profectibus aduerfa  
 ri, vt credamus eos esse suggestores malor;, non cōpulsores. Ceter; nullus hoīm posset  
 vitare quodcūq̄; peccatū, qd hostes illi nostris cordibus immitterēt, si illis ita adesserit vi  
 olenta facultas ad cōpellendū, sicut ad suggerendū. Quāobrem, sicut in illis est copia in  
 M m ij stigas



stigationis ad mala, ita nobis collata est libertas acquiescendi ac respuendi. Vex. si filioꝝ D  
impugnationes potentiamq; veremur, protectiones atq; auxilia dñi contemplerur, de  
quo ait scriptura: Maior est qui in vobis, q̄ qui cōtra vos est. Cuius subsidio multo  
potentius est ad militandum pro nobis, q̄ multitudo illoꝝ aduersum nos. Deus em̄ nō tm̄  
suggeſtor, sed factor & impulsor reꝝ bonarū, ita vt interdum trahat nos ad salutē etiam  
inuitos & ignorantes. Constat ergo neminē à diabolo decipi posse, nisi qui ei libere præ  
bet voluntatis suæ assensum. Quod Ecclesiastes euidenter expressit, dicēdo: Quia nō fit  
contradictio ab his qui faciunt malum cito, ideo repletū est cor filioꝝ hominum in ipsis  
vt faciāt mala. Manifestum est ergo vnumquēq; idcirco derelinquere, quoniam ingru  
entibus prauis non statim abiicit eas cōtradicens & dissentiēdo eisdem, cum scriptū  
sit: Resistite diabolo & fugiet à vobis.

Iacob. 4

**C**ermanus: Quæso quid est istud indiscretū atq; permixtū cōsortium animæ rōnæ  
illis cum illis tam prauis spiritibus, vt illi possint animæ nō solum cōiungi, sed etiā  
ita vniri, vt valeāt eam insensibiliter alloqui, & inferi inspirareq; ei quæcunq; voluerint  
possintq; instigare eam ad illa quæ ipsis placuerint, cogitationes q̄q; ac motus animæ vt  
deant, & tāta vnitas fiat inter ipsos ac animam, vt sine gratia dei vix possit discerni quid  
procedat ex incitamento illorum, & quid ex nostrā voluntatē.

**S**erenus: Non mix est sp̄m̄ spiritui posse insensibiliter copulari, & occultam vim sua  
stendi mutuo exercere ad ea quæ libent. Est enim inter eos quædam similitudo sub  
stantiæ atq; cognatio, sicut & inter hōtes. Nam & definitio, quæ de natura animæ datur  
illis etiam aliquantulum cōaptatur. Porro impossibile est eos ita aliternus inferi aut vniri  
vt alter alterius valeat esse capax per essentialē illapsus. Hoc namq; solum diuinitati  
recte ascribitur, quæ solā est incorporea ac simplex natura.

**C**ermanus: Huic tuæ dīsertiōni arbitramur esse contrariū, quod videmus in arrepta  
cōiuncti fieri, q̄ spiritibus immūdis afflati loquūtur & agunt multa q̄ nesciunt. Quōd  
ergo animæ illoꝝ vnitur modo præfato spiritibus illis q̄q; quasi organa sunt effectus in  
tantum, vt naturali suo statu & actu relicti, transeant ad illorum affectiones ac motus,  
ita vt proferant iam nō suas, sed illoꝝ voces, gestus & voluntates.

**S**erenus: Id qd fit in erguminis seu obsessis nō est præfate nostræ doctrine contrariū,  
sed tales loquūtur aut agūt quæ nesciūt, & quæ ignorāt cogitūt proferre. Certissimū  
nam quippe est qd obsessi nō sustinent vno modo infusione spiritui malignoꝝ. Quidā  
namq; sic possidentur, vt nequaq; intelligant ea quæ loquūtur aut faciunt. Aliqui verō  
rum hæc sciunt, & postea recordātur, qd nō est putandū sic fieri p̄ infusione sp̄s ma  
li, quasi intret substantiam animæ, & ei vnitas ac quodāmodo ea indutus proferat ver  
ba per os patientis, im̄ nequaq; credendū est hoc fieri posse ab eis. Manifesta quoq; ra  
tione probatur istud accidere non per animæ diminutionem, sed per corporis debilita  
tem, dum, s. immundus sp̄s sedens in mēbris aut organis, in qbus vigor aīæ cōtinetur,  
importabile & immēsum opus eis impōnit, & teretima obscuritate obruit, atq; intercep  
tit intellectū, viresq; aīæ, qd nōnunq; videmus cōtingere ex immoderātia vini aut febris  
seu frigoris alijsq; inſirmitatibus extrinsecus introductis, qd deus prohibuit diabolo fa  
cere sancto Iob, in cuius corpus acceperat potestātē diabolus, ad quē locutus est dñs: Ec  
ce trado eū in manus tuas, tm̄ aīam eius custodi. i. amētē nō facias eū, nec ita corpus eius  
debilites vt intellectū inuadas, neq; sic lædas organū rōnis p̄ quā eū tibi oportet resistere,  
vt obruas mentem ac sapientiam resistentis, præfocando ponderē tuo principalē par  
tem ac vim animæ eius.

Iob 2

**N**ec em̄ si sp̄s malus misceat huic crasso ac solido corpori, vt fieri facillime solet, id  
circo credēdus est posse vniri etiā aīæ, q̄ est ipsa sp̄s vt labat in eius essentiā, qd so  
li summæ trinitati possibile, q̄ oēm intellectuāle creaturā sic penetrat, vt eā nō solum circū  
plectat & ambiat, sed etiā ei illabat, & tanq; incorporea infundat ei q̄si corporeæ. Quam  
uis em̄ dicamus quasdā esse sp̄iales naturas, vt sunt angeli, archāgeli, virtutesq; ceteræ,  
ac aīa aer q̄q; iste subtilis, incorporeæ tm̄ nequaq; putāda sunt. Habēt q̄ppe secundū se cor  
pus q̄ subsistit, licet multo subtilius q̄ nos. Nam diuersa sunt corpora, sicut ait Ap̄stos  
lus: Et corpora cœlestia & corpora terrestria. Et rursum: Seminatur corpus animale, sur  
get corpus spirituale. Quibus ostenditur nihil esse incorporeum, nisi deum. Hinc ei dun  
taxat penetrabilis est, omnis substantia spiritualis & intellectualis creata, eo quod so  
lus

1. Cor. 15  
Ibidem,

**A**lus & totus & vbique, & in omnibus fit, ita vt in inspicat ac perlustrēt cogitationes in  
cermosq; hominum motus, & vniuersa mentis secreta, quia de ipso solo dixit Ap̄stos  
lus: Viuus est enim sermo D E I & efficax, & acutior super gladiū ancipitem,  
pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; & medullarum, &  
discretor cogitationum & intentionum cordis, & nō est vlla creatura inuisibilis in cons  
pectu eius. Omnia autem aperta sunt oculis eius, de quo ait & Dauid: Qui finxit sigilla  
tim corda eorum. Et iterum ipse enim nouit abscondita cordis. Iob quoq;: Qui solus  
nostri corda filiorum hominum.

Hebre. 4

Psal. 32

Psal. 43

**C**ermanus: Ex hac ratione ac doctrina sequi videtur, qd sp̄s immundi non possint  
cogitationes hominum intueri aut scire, quod æstimare reputamus valde absur  
dum, cum dicat scriptura: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. Et iterum:  
Cum diabolus misisset in cor Iudæ Simonis Schariotis, vt traderet dominum. Quomō  
do ergo credendi sunt nostras cogitationes non nōscere, quarum maximam partem scē  
unt oriri ex sua immisione & instigatione? Serenus: Nulli dubium est, quin dæmones  
possint cognoscere qualitates cogitationum nostrarū per sensibilia quædam signa for  
insecus, vt pote per nostras dispositiones, & per verba ac opera in quibus profecerint  
nos abundantius occupari & affici. Porro, illas quæ nōndum prodierunt deintus, vides

Ecc. 10

Iohan. 13

**B**re nōn possunt. Deprehendunt quoq; & nōscunt cogitationes hominum, quas ingerunt eis,  
& sciunt qualiter suscipiantur aut refutentur, non per naturam ipsius animæ, aut per in  
teriorē ipsius motum, quasi in medullis seu intimis eius latentem: sed ex signis & fas  
cis ac motibus hominis exterioris, vt pote cū suggererint monacho gulam, cognoscit  
eum cōsentire suggestioni gulosæ: si viderint eum curiosius erigere oculum ad fenestrā  
aut solem, aut sollicitus de hora inquirere, si tentationem fornicationis ingesserit, sentia  
unt eum æquanimitē telum libidinis suscepisse: si viderint eum corpore stimulatū, aut  
certē non suspirasse, sicut oportuit cōtra cogitationes immundas atq; lasciuam, sicq;  
intelligunt iaculum libidinis fuisse deſixum in penetralibus animæ. Conformer ite si ten  
tauerint aliquem de tristitia, ira, furore, aut simili passione, agnoscunt gestu corporali,  
atq; sensibili motione, an tentationes huiusmodi acceptentur, vt cum viderint eum quē  
tentant silenter inſermuisse, aut cum indignatione suspirasse, aut vultu mutatum per cor  
lorēm siue ruborem, sicq; subtiliter deprehendunt, cui vitio vnusquisque sit deſctus.  
Certa etenim ratione cognoscunt vnūquemq; nostrum delectari vitio illo, ad cuius  
suggestionem viderint ab eo mox præstitam esse conuenientiam seu consensum, quos  
dā motu nutuue corporis. Nec mirum, quod spiritus illi hæc taliter deprehendant,  
cum & viri prudentes ita de interioribus animæ sumant notitiam, sic quod statim hō  
minis interioris cognoscunt per figuram & vultum ac qualitatem exteriorem. Quanto  
igitur certius possunt hæc à spiritibus illis cognosci, qui cum sint spiritalis naturæ, mul  
to subtiliores & sagaciores extant hominibus.

**Q**uemadmodum enim quidam latrones & fures in domibus, quas furtim ingredi  
untur, explorant diuitias hominum, quas non vident, spargentes manu minur  
tas arenas in noctis caligine, vt opes in domo repositas tinnitu ad lapsum arenarum per  
cipiant, sicq; p̄ueniunt ad certissimam notitiam rei, aut cuiuscunq; metalli productio  
ne soni elicit, sic dæmones spargunt in cordibus nostris suggestiones iniquas tanquam  
arenarum minutias, vt explorēt cordis nostri thesaurum, cum iuxta qualitatem sug  
gestionum viderint exurgere effectum corporeum, velut quodam tinnitu de intimis  
aīæ cōclauibus præcedere, penſantes qd sit in interioribus mentis nræ reconditum.

**H**OC tamen scire debemus, quod non omnes dæmones qualibet inferunt tenta  
tiones aut passionēs, sed certi certis vitijs seruiunt & intendunt. Nam alij delectan  
tur immunditijs sordibusq; libidinum, & inde homines tentant. Alij de blasphemia, de  
ira aut furore, alij de tristitia, de vana gloria, alij de superbia tentant, & vnusquisq; cor  
natur illud vitium inferere nobis, quo ipse plus delectatur. Nec omnes ingerunt suas ma  
litas simul, sed vicissim aut successiue, prout opportunitas loci aut temporis vel perso  
næ tentandæ permiserit siue exegerit.

**C**ermanus: Ergo credēdū est qd inter dæmones sit ordinata, atq; vt ita dixerim dis  
ciplinata nequitia, vt quidā vicissitudinis ordo seruet ab eis, & rationabile ingerāt  
impugnationē, cum constet modum & rationē non posse sibi consistere nisi inter bonos



PROU. 22

& honestos, iuxta illam scripturæ sententiam: Quære sapientiam apud malos, & nõ in uenies, & inimici nostri insensati. Itemq; Non est sapientia, non est fortitudo neq; consilium apud inferos.

**S**erenus: Certa doctrina est, q̄ inter malos non sit perpetuus consensus in omnibus, nec potest perfecta concordia stare inter ipsos, etiã in vitijs illis in q̄bus cõmuniter oblectantur. Nunq̄ em̄ potest modus disciplinæ in rebus indisciplinatis seruari, vt dicitur. In aliquibus tñ necesse est iniquos & indisciplinatos temporalem inter se habere cõcordiam & consensum, in q̄bus hoc exigit operationis cõmunio, aut quædam necessitas seu lucri societas, & ita est in militia dæmonum tentatoꝝ, vt nõ solum inter se custodiãt certa tpa ac vicissitudines in tentando sed etiam quidam eorũ certa loca accedũt & quasi inhabitant ac iugiter obsident. Porro, q̄ necesse sit eos exercere impugnationes suas de certis passionibus ac peccatis, determinatis temporibus, hinc liquide comprobamus, qm̄ nullus potest simul deludj gloria vana, & exuri fornicationis concupiscentia, nec potest quis simul inflari elatione spiritualis superbia, & submitti, ac subijci immoderantiæ gula, nec potest homo risu fatuusq; cachinnis dissolui, & iracundiæ stimulis eodem tempore incitari, aut mordacis tristitiæ mœrore impleri: sed necesse est vnumquẽq; spiritũ immundum tentare mentẽ tam sigillatim siue distincte, & quodãmodo ordinate, vt cũ aut victus abscesserit, tã dat seu deserat mentem alteri spiritui acrius impugnandam ab illo: aut certe si victor extiterit, nihilominus tradat eam spiritui alteri, ab illo similiter illudendam.

**I**llud quoq; nequaq̄ ignorare debemus, q̄ sp̄s isti maligni non sunt oēs & que crudeles, nec sunt eiusdem affectionis in speciali, imo nec eiusdem fortitudinis, aut æqualis malitiæ. Hinc incipientes & infirmi à spiritibus infirmioribus impugnant, q̄bus deuietis gradatim à robustioribus tentantur spiritibus. Difficultas namq; impugnationis, auget iuxta mensurã profectus, viriũq; tentati. Nullo etiã modo posset q̄ virtuosus sustinere nequitiam tantoꝝ ac talium hostium, aut insidijs eorũ occurrere, vel sustinere crudelitatem atq; versutiam eorundẽ, nisi Christus clementissimus colluctator certaminis præsidens ponderaret hominum vires, & immoderatos dæmonum incurfus repelleret ac frenaret, faciens cum tentatione prouectum, vt sustinere possimus. Deniq; credimus dæmones non sine suo labore impugnationem hanc facere. Habent nãq; in suo conflictu formidinem & mœrorem, maxime q̄ certant contra aduersarios validiores. i. contra viros perfectos & sanctos. Alioquin data esset eis secunda & simplex deceptio siue delectio hominum, nõ conflictus aut colluctatio contra eos. Nec aliter verificaretur illud Apostoli: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, &c. Nec illud quod denuo idem testatur: Sic pugno non quasi aerem verberans. Item: Bonum agorem certavi. Et erim vbi agerem, certamen seu pugna, oportet vtramq; partem sudore, labore, & sollicitudine affici, & similiter ex sua deiectione confundi, atq; dolere, aut ex suo triumpho gaudere. At vbi vnus cum sudore resistit, alius vero cum securitate & otio deicit & affligit, & indeiciendo hostem vitur sola voluntate pro viribus, non pugna aut colluctatio est dicenda, sed irrationabilis & iniqua oppressio. Sed laborant plane & ipsi impugnantes genus humanum & defudant, vt valeant desideratam obtinere victoriam contra tentatoꝝ, & retorquetur in eos illa confusio quando vincuntur, quam nos incurrimus, quando superamur ab eis, de qua fertur: Caput circuitus eorum, labor laborũ ipsorum operiet eos. Et Conuertetur dolor eius in caput eius. Et Veniat illi laqueus quem ignorat, &c. quem laqueum parat hominibus ad fallendum. Dolent ergo & ipsi nõ minus quam nos, quando vincuntur, & sicut elidunt nos, sic eliduntur a nobis, & vici non sine confusione discunt. Præterea ille qui sanos habuit oculos cordis, videns has ruinas & pugnas, intuensq; quod dæmones de hominum casu iugiter gaudeant, & formidantia ne & de sua ruina aliquando gloriarentur, orauit: Illumina domine oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem, &c. Et rursus: Deus meus, ne supergaudeant mihi, ne dicant in cordibus suis: Euge, euge animæ, &c. Insidiatur enim in occulto, sicut leo in spelunca sua. Quum vero non potuerint nos cum omni suo conatu decipere, erubescunt de cassatione sui laboris, & impletur in eis quod scriptum est: Confundantur & erubescant qui quærunt animam meam, &c. Propheta quoq; Ieremias: Confundantur, in

Eph. 6  
1. Cor. 9  
2. Thess. 4

Psal. 139  
Psal. 7  
Psal. 14

Psal. 12  
Psal. 14  
Psal. 9

qui,

**A**quit illi: Et non confundar ego, &c. Et duplici contritione conterere eos. Nulli quippe est dubium quin duplici contritione conterantur, quando à nobis fuerint superati. Primo de hoc, quod cum homines pro sanctitate laborant, ipsi sanctitatem habentes perdidissent eandem, & causa fuerunt perditionis humanæ. Secundo de hoc, quod cum sint spirituales substantiæ à terrenis & fragilibus vincuntur. Vnde vnusquisq; sanctorum inueniens ruinas has hostium, propriũq; triumphum, cum gaudio clamat: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, &c. Contra quos orat etiam idem Prophetarum Iudica domine nocentes me, &c. Quos cum vicerimus extinctis & reformatis passionibus vniuersis, merebitur illam benedictionis vocem audire: Exaltetur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui peribunt. Insuper nisi hæc omnia atq; similia quæ in scripturis sanctis legimus & cantamus, scripta esse intelligamus contra istos inuisibiles hostes die ac nocte nobis insidiantes, consequemur ex eis non solum nullam ædificationem patientiæ ac mitatis, sed affectum duritiæ, euangelicæ perfectioni contrarium. Docebitur enim non solum non orare pro inimicis nostris, nec diligere eos, sed etiam eos iracundè placabiliter detestari, odire, maledicere, & contra eos orare. Sed impium est ac prophæticum putare, q̄ viri sancti & amici dei tali spiritu sint ista locuti, quibus ante Christi aduentum, idcirco non est lex posita, quoniam transcendentes mandata legis, maluerunt euangelicis obedire præceptis, & praueniens dispensationem temporis, intenti fuerunt apostolicæ perfectioni.

Psal. 17  
Psal. 104  
Mich. 5

**E**xemplum quoq; beati Iob manifesta ratione demonstrat, q̄ dæmones non habeant potestatem liberam lædendi aliquem hominem, quia diabolus ausus non fuit tentare beatum Iob amplius quam deus ei concessit. Confessio quoq; spirituum immundorum in euangelio recitata hoc pandit, cum dicunt: Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Multo magis ergo credendi sunt, non posse iuxta suum arbitriũ introire in hominem aliquem ad imaginem dei creatum, qui non habuerunt potestatem intrandi anima bruta ac sorda absq; Christi licentia. Imo si in dæmonibus esset libertas tentandi aut faciendi nocendi iuxta voluntatem eorum, nullus circumvallatus tantis tantum hostium turmis, posset in eremo solitarius habitare: nullus inquam non inueniantur, quos videmus in eremo hac constantissime habitare, sed nec etiam perfectiorũ. Quod etiam saluatensis sententia roborat, quam ex humilitate assumptæ humanitatis protulit dicens: Non haberes in me potestatem vllam, nisi datum fuisset tibi de super.

Math. 8

Iohan. 19

**S**atis tamen cognoscimus experientia propria & senum relatione, q̄ dæmones non habeant vim modo tantam, vt ante in principio Anacharitarũ, quando pauci monachi in eremo morabantur. Tanta quippe tunc fuit ferocitas dæmonum, vt vix pauci & admodum stabiles atq; etate prouecti, possent habitationẽ solitudinis tolerare. Nam & in ipsis monasterijs, in quibus octo aut decem monachi morabantur, atrocitas dæmonum taliter sæuebat, & accessus eorũ visibiles ac frequentes sic sentiebantur, vt monachi non auderent in noctibus omnes simul se dare ad dormiendum: sed quibusdam eorum dormientibus alij vigilabant, psalmis, orationibus & lectioibus insistentes. Cũq; & hos naturalis necessitas impelleret ad dormiendũ, alios excitabant, quibus vigilantibus & actus sanctos agentibus, illi gustabant somnum. Vnde dubitari non potest, quin securitas aut confidentia ista, quæ confertur non solum nobis, qui videmur aequaliter roborati per experientiam senectutis, sed etiam iunioribus detur nobis ex altera harum causarum: aut enim reusa, debilitata siue repressa est potestas ac nequitia dæmonum virtute crucis, quæ etiam deserta iam penetrat, & vbiq; coruscet, aut negligentia nostra fecit dæmones in tentando remissiores, ita quod dedignantur contra nos cum tanta instantia præliari, cum quanta tunc sæuebant contra probatissimos illos milites CHRISTI, sicq; visibiles suas tentationes retrahendo, dirius nos collidunt per fraudulentiam suam. Ad tantum namq; teporem videmus corruisse nonnullos, vt necesse sit nonnullos remissius admoneri, & blandius palpari, ne cellulis suis relictis reuoluantur ad inquietudines magis pernitiosas, & ne circumeundo ac euagando implicentur grauioribus vitijs, sicq; magnus fructus videtur obtineri ab eis, si se valeant in solitudine etiam quadam cum ignauia continere. Pro ingenti quoq; remedio solet eis à senioris

senioribus dicit: Sedete in cellulis vestris, & quantum placet manducate, bibite ac dormite, dummodo in eis iugiter perdutetis.

**C**onstat itaq; daemones non aliter posse ingredi corpora eorum, quos possessuri sunt, nisi prius possederint cogitationes eorum ac mentes. Quas cum nudauerint timore & memoria dei, aut meditatione spiritali ardentem inuadunt, velut exarmatos omni praesidio dei, ac munitione diuina, facilliterq; vincendos, praesumentes sibi domicilium in eis, tanq; in possessione ad ipsos spectante.

**R**avius tñ vehementiusq; vexantur à daemoneibus, q; & si corporaliter nō possideant. **P**ur ab ipsis, mente tñ replent ab ipsis, vt pote inuoluti vitij voluntatibusq; illorū, iuxta illud Petri: A quo q; superat, eius est & seruus. Imo in hoc spiritaliter isti sic possessi desperatius languent, q; cum sint daemoneū serui, nō tñ cognoscunt se impugnari & repleri ab illis, atq; dominio subijci eorundē. Ceterum nouimus etiā sanctos viros corporaliter traditos sathanā, aut infirmitatibus magnis etiam pro minimis culpis, nō sustinente diuina clementia aliquid culpæ aut maculæ esse aut inueniri in ipsis in die iudicij, propter quod in presenti excoquit plene oēm scoriam cordis eorum, iuxta Prophete eloquium: Vt illos tanq; aurum vel argentū ignitum perducatur ad felicitatē æternam, nō indigentes aliqua purgatione penali, sicut ait per Isaiam: Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Et iterum scriptum est: Aurum & argentum probat ignis, vir aut iustus probatur in fornace humiliationis. Itemq;: Sicut probatur argentum vel aurum in camino, ita dominus probat corda. Et denuo: Quem enim diligit dominus corripit, & flagellat filiū oēm quem recipit.

**D**enicq; istud euidenter monstratū est in illo Propheta ac hoīe dei, q; pro culpa vnus inobedientia, quam tñ non incurrit ex industria aut vitio propriae voluntatis, sed ex circumuentione alterius occisus est statim à leone, vt legitur 3. Regū. Vir dei est q; inobediens fuit ori dñi, & tradidit eum dñs leoni, & confregit eum iuxta verbum dñi quod locutus est. In q; facto parsimonia seu continentia leonis ostendit solutionē atq; punitio nem delicti mox facti & erroris incautimera q; iustitia eiusdem Prophetae, pro quibus dñs tradidit suū Prophetā tpaliter vexatori, qm voracissima bestia leo nil audebat gustare de caduere sibi tradito ad necandū. Insuper satis aperta probatio euidentisq; exemplum huius rei apparuit in abbate Paulo & Moyses, q; habitauit in loco solitudinis huius, noīe Calamus. Nam Paulus comoratus est in eremo prope urbem noīe Phamphisi quæ ciuitas facta est solitudo ex inundatione aquæ salissimæ, quæ de stagnis pulsa, & adiacentibus terris superfusa quotiens flauerit ventus aquilonis, sic oēm illam operit regionem, vt faciat vicos antiquos ex hac ipsa causa, omni habitatore olim desertos apparere vt insulas. Hic itaq; abbas Paulus ad tantam profecerat cordis puritatē quiete deserti atq; silentio, vt non solum abhorreret aspicer e vultum fœmineum, sed vestimenta quoq; fœminea. Cumq; mulier casualiter obuiaisset ei petenti cū abbate Arthebio eiusdem solitudinis incola ad cellam senioris cuiusdā, cum tanta fuga recurrit ad monasterium suum, indignatus ex mulieris occurso, & praetermittens officium piæ visitationis ad quod arripuit iter, cū quanta fuga nullus aufugeret à facie leonis immanissimive draconis, ita vt nec flesteretur clamore ac precibus praefati abbatis eum reuocātis, quatenus pariter irent ad visitandum senem iuxta propositum. Quod licet abbas Paulus fecit zelo castitatis ac puritatis, tñ quia praesumptum est non secundum veram discretionē, sed modum discretionis & obseruantiam disciplinae excessit, quia putauit non solum exorandam esse familiaritatem fœminarum, quæ vere est noxia, sed & figuram sexus illius. Hinc confestim correptus est tali percussione, vt totum corpus eius paraliticum fieret, nec aliquod membrum eius suum posset explere officium. Siquidem non solum manus eius ac pedes amiserunt proprios actus, sed & lingua loquelam, & aures perdidit auditum, vt nihil amplius remaneret in illo, quàm solum immobilis insensibilisq; figura. Qui deuenit ad hoc, quod diligentia virorum non potuit deseruire infirmitatibus eius, sed fœminæ tantum. Nam delatus est ad virginum sacrarum cœnobitū, & ministerio fœminarū ingerebantur ei cibis ac potus, q; nec signo poterat postulare, sicq; quasi per quatuor annos ministrauerunt ei fœminæ ad oēs necessitates naturæ explendas vsq; ad terminum vitæ suæ. Qui cum tanta esset oppressus debilitate membrorum, vt nullum

**A** nullum membrum retineret in eo motum sensibilem ac viuacē, nihilominus tanta grauius virtutum profuxit ex eo, vt cum infirmi vngerentur oleo quod tetigerat corpus vel potius cadauer ipsius, confestim ab omni sanarent languore, ita vt ex hac infirmitate Paulus innotesceret etiā in fidelibus euidenter, q; infirmitas tanta esset Paulo abbati collata ex dispensatione atq; amore dei, q; item gratia sanitarum tam grandis praestaretur in testamento puritatis ipsius, & pro manifestatione meritorum eiusdem.

**S**ecundus quoq; videlicet abbas Moyses, cū esset vir singularis & incōparabilis, tam duro confestim traditus est daemonei propter vnū increpatoriū vbum, qd paulo durius protulit, disputans contra abbatē Machariū, quadam opinione praeruentis, vt humanas egestiones proprio ore ingereret siue egereret. Porro q; pie deus intulerit ei hoc purgationis flagellū, ne scilicet in tanto viro momentanea macula delicti maneret, monstrauit velocitate curationis Moysi, & authore remedij, puta Machario. Mox quippe vt Macharius orauit pro Moyses, ipis nequā ab eo recessit citius verbo.

**E**x quo manifeste perpenditur, q; abominandi & despiciendi non sunt, qui traduntur varijs tentationibus & immundis spiritibus, quia oportet nos immobiliter credere duo hæc. Primum, q; nullus tentetur ab eis sine permissu dei. Secundū, q; oīa quæ inferuntur nobis à deo, siue aduersa siue tristitia sint ad tempus, siue læta ac prospera videantur, irrogentur nobis ab ipso pro vtilitatibus nostris, tanq; à pijsimo patre ac clementissimo medico. Idcirco credendum est illos tanq; pedagogis & exercitatoribus traditos humiliari, vt recedentes ex hoc mundo, transferantur purgatores ad aliam vitam vel leniori poena tunc puniantur, qui secundum Apostolum traditi sunt sathanæ in praesenti in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die iudicij.

**G**ermanus: Et quid est q; videmus tales in nostris prouincijs, non solum ab hominibus despici & horreri, sed etiam à dominica communione perpetue separari, iuxta euangelicam illam sententiam: Nolite sanctum dare canibus, neque mittite margaritas vestras ante porcos, quum iuxta verba tua de illis credendum sit, quod humiliatio tentationis huiusmodi tribuatur eis pro purgatione aut vtilitate ipsorum.

**S**i habuerimus sententiam, imo fidem quam tetigi, vt credamus per Deum omnia fieri, & vniuersa pro vtilitate animarum dispensari, non solum illos nequaquam despiciemus, imo & pro ipsis orabimus incessanter, tanquam pro nostris commembris, compatiemurq; ei viribus totis ac pleno affectu. Quum enim patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, scientes nos consummari non posse sine illis, vt prope nostris commembris. Quema admodum legimus, q; antiqui sancti nō potuerunt consequi beatitudinem sine nobis, dicente Apostolo: Et hi omnes testimonio fidei comprobati, non acceperunt repromissiones, deo pro nobis melius aliquid providente, ne sine nobis consummarerentur. Porro, nunquam recolimus eis fuisse interdictam à senioribus nostris sacram communionem, imo si possibile dixerunt, q; communio esset illis quotidie impendenda. Nec enim credendum est sacrosanciam communionem peruenire aut pertinere ad daemoneis escam, sed potius ad purgationem ac tutelam carnis ac animæ. Idcirco non recte aptastis euangelicam illam sententiam: Nolite sanctum dare canibus, ad vestrum propositum comprobandum. Sancta autem communio percepta ab homine, fugat spiritum malum qui in suis residet membris, tanquam quoddam exurens incendium. Nempe hoc modo vidimus nuper curatum abbatem Andronicum, aliosq; complures. Nam inimicus insulabat magis ac magis obfesso, quanto viderit eum à celestis medicina remotum. Tanto durius frequentiusq; tentabit eundem, quanto senserit eum longius abdicatū à spiritali remedio.

**V**erum illi iudicādi sunt vere miseri ac miserabiles valde, q; cū maculant semetipsos vniuersis criminibus & peccatis, nō solum nullū signū diabolice repletiois seu obfessionis visibiliter in eis ostendit, sed nec aliqua cōdigna tēratio, nec vllū correptionis flagellū infligit eorum opibus. Non em merent expeditā ac celerem huius tps medicinā. Quorum duritia atq; impœnitens cor excedēs poenā vitæ praesentis thesaurizat sibi metipso iram & indignationem in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, in quo vermis eorum non morietur, nec ignis eorum extinguetur. Vnde Psalmista quasi anxius propter afflictiones sanctorum, quos vidit subiacere varijs tentationibus & rumnis, peccatores vero econtra cursum huius seculi pertransire nō solum absq; vllō humiliationis & castigatiois flagello,

flagello, imo etiam gaudere affluentia diuitiarum, ac maxima omnium temporalium prosperitate succensus intolerabili zelo ac cordis feruore contra istos iniquos exclamare **D**  
**Psalms 72** Mei autē pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelauī in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentū in plaga eorum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ut puta in futuro cum dæmonibus puniendi, qui in præfenti non meruerunt cum hominibus flagellari in sorte disciplinæ filiorum. Ieremias quoque de hac impiorum prosperitate cum domino disputās, fateatur se de iustitia dei nullatenus dubitare dicendo: Iustus quidem es domine deus, si disputem tecum. Causas tamen tantæ inæqualitatis inquirens, subiungit: Veruntamen iusta loquar ad te, Quare via impiorū prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur & inique agunt? Plantasti eos, & miserunt radicem, proficiunt & faciunt fructus. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus. Quorum ruinam cum dominus per Prophetam deseret, & solcite mitteret medicos & doctores ad curationem ipsorū, & quodammodo inuitaret eos ad similem plantā, ac diceret subitō: Cecidit Babylon, contrita est, uuluate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur. Desperantes de ea angeli, quibus commissa est cura humanæ salutis, vel certe Propheta ex persona apostolorum, spiritualiumve virorum videntium duritiam mentis atque impunitatem eorum, responderunt: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Relinquamus eam & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit usque ad cælum iudicium eius, & eleuatum est usque ad nubes. De desperato igitur horum languore loquitur ex persona dei ad Hierusalem Isaias: A planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas. Uulnus & liuor & plaga tumens. Non est circumligata nec curata medicamine, nec fota oleo. **Gg.**  
**C**ertissime quoque probatur tot studia seu conatus esse in dæmonibus, quot in hominibus. Manifestum est namque quosdam dæmonum, quos & vulgus appellat sanos, ita esse ioculatores ac seductores, ut iugiter residentes circa loca quæque ac vias nequaquam delectentur tormentis prætereuntium, quos decipere quierint, sed studeant eos fatigare magis quæ lædere aut nocere, solo risu & illusionem illorum contenti. Quidam vero eorum pernoscant solum in innocuis incubationibus hominum. Alii vero ita sunt dediti truculentæ & furori, ut non contententur atroci dilacerationi vexare corpora obsessorum, sed etiam irruunt super delonge transeuntes, & festinant eos afficere seuissima cæde. Quales in euangelio describuntur illi fuisse, propter quorum metum nullus audebat transire per viam illam. Quidam eorum insatiabili crudelitate gaudent bellis & sanguinis effusione. Alios vidimus ita infecisse corda obsessorum inani quodam tumore, quos vulgus nuncupat baccuteos, ut erigerent semetipsos ultra corporis proceritatem, atque extollerent se in quosdam fastus ac gestus. Interdum vero velut accliuēs submitterent se ad quendam tranquillitatis affabilitatisque statum, exhibendo se communes ac blandos, & æstimantes se velut illustres, & circumstantibus cunctis spectabiles, nunc quidem monstrarent se adorare corporis inclinatione seu inflexione potestates sublimiores, nunc vero crederent se adorari ab alijs, sicque efficerent omnes motus quibus vera officia exercetur humiliter aut superbe. Alios repperimus non solum studere mendacijs, sed etiam blasphemias inspirare hominibus. Cuius rei testes nos sumus, qui audiuimus dæmonem apertissime confidentem, se ædidisse impietatem heretici dogmatis per Arrium atque Eunomium. Vnde etiam in quarto Regum libro legimus, manifeste vnum ex eis loquentē: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Hinc Apostolus arguens eos qui decipiuntur ab illis: Attendentes, inquit, spiritibus seductoribus & doctrinis dæmoniorum in hypocrisis loquentium mendacium. Euangelium in super protestatur esse & alia genera dæmonum multorum atque furdorū. Propheta item commemorat, quod dæmones quidam sunt inceptorēs libidinis, dicens: Spiritus fornicationis decipit eos, & fornicati sunt à deo suo. Conformiter docet scripturarum auctoritas, quod quidam sunt dæmones nocturni, quidam diurni, quidam meridiani, de quorum diuersitate prolixum est singulatim percurrere, & omnia scripturarum volumina perscrutari, ac dicere, qui per Prophetam vocentur Onocentauri, qui pilosi, qui zerene, qui lamia, qui viula, qui strutiones, qui erich, quis item in Psalmo dicitur iaspis, quod basiliscus, quis leo, quis draco, quisve in euangelio vocatus sit scorpio, quis nominetur à Christo princeps mundi,

**A** mundi, qui ab Apostolo appellentur rectores tenebrarum harum, quæ spiritualia nequitie sint vocati. Quæ nomina illis imposita sunt non casu neque fortuito, sed vocabulis harum ferarum apud nos magis aut minus noxiarum distinctim significatae sunt ferocitates rabiesque illorum, qui exprimuntur vocabulis ferarum huiusmodi ex similitudine venenatae nequitie aut principatus, quem inter eas confert excellentia quædam maiestatis, ut scilicet alius dæmon dicatur leo ob vehementiam furoris & rabiem ferocitatis alius basiliscus propter mortiferum virus, quod antequam sentiat occidit: alius onocentaurus siue erichus aut strutio dicitur sit propter teporem suæ malitie. **¶ H.**

**E**rmanus: Non ambigimus ad spiritus istos malignos pertinere ordines illos, quos enumerat Apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & principatus, &c. Volumus tamen scire vnde orta sit tanta differentia inter eos, vel qualiter tanti gradus nequitiarum extiterint, an sint creati ad hoc, ut fortirentur istos malitie ordines, & istis nequitijis quodammodo militarent. **¶ I.**

**S**erenus: Quamuis propositiones & inquisitiones vestrae furentur & auferant oculis nostris totum tempus nocturnæ quietis, ita ut non sentiamus viciniam appropinquantis auroræ, & insatiabiliter prouocemur prosequi verba collationis istius usque ad ortum solis, tamen quia solutio propositæ quæstionis cum ceperit indagari, ducet nos in quoddam amplissimum ac profundissimum pelagus quæstionum, quod breuitas huius horæ non finit nos transire. Hinc reor vtilius, ut referemus eam indagationi noctis sequentis, ut & mihi vberius conferatur fructus spiritualis lætitiæ de vestro colloquio ampliore sub huius quæstionis occasione, & liberius penetrare possumus propositæ quæstionum difficultates, præbente spiritu sancto prosperos status. Quamobrem modicum somni gustemus, & vicina iam luce discutiamus & repellamus torporem nostris oculis obrepentem, deinceps pariter ad ecclesiam procedamus, quia solennitas diei dominicæ hoc nos facere admonet, sicque post synaxim reuerſi duplicato gaudio conferamus ea quæ dominus ad communem instructionem donauerit pro desiderio vestro.

## COLLATIO OCTAVA & abbatis Sereni II.

### De potestatibus seu principatibus.

**P**OST consummationem diuini officij dimissa congregatione ecclesiæ reuerſi ad cellam senis, lautissime ab eodem sumus reſecti. Fecit enim paruum liquamen sue pulmentum, cui infudit aliquid olei præ solito, quod nobis apposuit loco muricæ, quæ addita olei gutta solebat quotidianæ reſectioni apponi. Porro idcirco vnusquisque eorum guttam illam manducaturus apponit, non ut ex ea suauitatem aut saporem percipiat, cum tanta sit paruitas eius, ut non solum non pertransire, sed nec linire valeat guttur, sed ut vsu guttæ istius retundant cordis iactantiam elationisque stimulos, qui solent latenter ac blande oriri ex abstinentia districtiore. Nempe quo abstinentia reſectius exercetur, & nullo hominum teste perficitur, tanto subtilius tentare non desinit abstinentem. Deinde apposuit salem frixum & teruas oliuas. Quibus adiecit canistrum habens cicer frixum, quod ipsi vocant tragalia. Ex quibus quilibet sumpſit quinque grana, duo mixtaria & caricam vnam. Culpabile enim est in eremo illa excedere numerum istum. Qua reſectione completa cum ceperissent reſectere promissam propositæ quæstionis solutionem, senex respondit: Proponite interrogationem, cuius indagationem distulimus in hanc horam. **¶ B.**

**E**rmanus: Quæsumus vnde processit tanta diuersitas aduersariorum potestatum, seu dæmonum contra hominem? Quam enumerans sanctus Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra nequitiam in cælestibus. Et iterum: Neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, &c. Vnde ergo surrexit diuersitas tantæ malitiæ inimica ac **Nn inuidēs**

fruidens nobis? An credendum est potestates istas ad hoc esse à deo creatas, vt contra D  
hominem militarent his gradibus atq; ordinibus prauitatis? ¶C.

SERENVS: Diuina scriptura tam euidenter ac lucide locuta est aliqua de his, in  
quibus nos voluit erudire, etiam illis qui acumine careant ingenij, vt non solum  
non velentur seu obscurantur vlla difficultate sensus secretioris, imo nec indigent alijs  
quo adiutorio expositionis, quum præferant & ostendant intellectus suos sine senten-  
tijs in superficie vocis ac literæ. Quædam vero sunt mysterijs ita operata, & obscuritas  
tibus inuoluta, vt in eorum discussione ac intellectu seruetur nobis immensus exercitij  
campus & solitudinis labor, manifestumq; est Deum hoc ita ordinasse diuicis ex cau-  
sis. Primo, ne diuina sacramenta, non habentia aliquod velamen spiritualis intelligen-  
tia, panderentur æquali notitia cunctis hominibus, id est, tam fidelibus quam prophæ-  
tis, & per hoc nulla prudentiæ ac virtutis distantia esset inter studiosos atq; inertes seu  
desides. Secundo, vt inter domesticos fidei argueretur tardorum negligentiumq; igno-  
rantia, & studiosorum alacritas & industria commendarentur. Idcirco scriptura diuina  
satis proprie comparatur agro pingui ac fragili. Quicum multa gignat quæ apta sunt  
esui hominum sine ignis decoctione, quædam etiam gignit quæ vsui humano inepta  
existunt aut noxia, nisi prius per ignem mollita & lenificata, deposuerint omnem suæ  
crudelitatis asperitatem. Aliqua quoq; vtroq; modo ita sunt apta vsui hominum, vt in-  
cocta non displiciant nec offendant seu noceant cruditate, & tamen si igne coquantur,  
salubriora redduntur. Multa etiam generantur in campo tam ad escam brutorum,  
seu iumentorum ac volucrum, nullatenus apta edulio hominum, quæ & in sua asperitas  
te manentia vitalem suauitatem & escam conferunt brutis absq; ignis coctura. Quam  
distinctionem conspicimus satis euidenter contineri in hoc vberissimo scripturarum spi-  
ritualium paradyso, in quo aliqua ita resplendent significatione literæ plana ac luculen-  
ta, vt sublimiore expositione nõ indigentia nutrant audientes abunde simplici sono li-  
teræ, vt est illud: Audi Israel, Dñs deus tuus vnus est. Et: Diliges dñm deum tuum ex tot  
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Quædã vero interiorum homi-  
nem nequaquam reficiunt, sed potius eadem erroris inducent, & læsio magis q̃ edificatio ex  
eorũ lectione sequitur, nisi allegorice exponant, & examinatiõe spiritualis ignis emollis-  
antur, sicut est illud: Sint lumini vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.  
Et: Qui non habet gladium, vendat tunicam suam & emat. Et: Qui nõ accipit crucem  
suam & sequitur me, non est me dignus. Quod qdam diuicissimi monachi habentes  
zealum dei, sed nõ secundum scientiã, fecerunt sibi ligneas cruces, easq; suis humeris iugis-  
ter circumferentes, intulerunt videntibus non ædificationẽ, sed risum. Quædã autẽ secun-  
dum vtrancq; intelligentiã, i. tam literalem q̃ allegoricã accipiunt tam necessarie atq; vti-  
liter, vt vtraq; expositio mentem vitaliter alat, quemadmodũ illud: Si quis te percusse-  
rit in dexterã maxillam, præbe ei & alteram. Et: Cum persecuti vos fuerint in vnam ciui-  
tatem, fugite in aliam. Et: Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa quæ habes, & da paupe-  
ribus, & habebis thesaurum in celo. & veni sequere me. Insuper scriptura profert scõnũ  
iumentis, quorum pabulis repleti sunt omnes campi scripturæ, videlicet puram ac sim-  
plicem narrationem historice veritatis, qua simpliciores & minus capaces perfectæ ac  
integre rationis robustiores redduntur ad opus tantum atq; laborem vitæ actiue secun-  
dum conditionem status proprii ac mensuræ, de quibus iumentis ait scriptura: Homi-  
nes & iumenta saluabis domine. ¶D.

DE his igitur quæ in scripturis aperte & sine difficultate dicuntur possumus constanter  
aliquid affirmare, & certam pferre sententiam. Ea vero quæ spūs sanctus scripturis  
inseruit & difficultate quadam velauit, reseruans ea meditationi exercitiationiq; nostræ,  
volens ea colligi & agnosci opinatiue, & quibusdam indicijs debent sic pedetentim &  
caute tractari, vt assertio eorum aut conformatio relinquatur arbitrio suscipientis aut  
dubitantis. Interdum quippe cum de vna materia diuersa fertur opinio, pōt vtracq; ratio-  
nabilis iudicari, & sine detrimento fidei suscipi fixe aut medie, hoc est, vt eis nec plene cre-  
datur, nec absolute contradicatur, & priori opinioni sequens derogare non debet, cum  
nulla eorum inueniatur fidei esse contraria. Quale est illud, quod Helias venerit in  
I O H A N N E, & aduentum domini sit iterum præcessurus, & de abominatione  
desolationis, quod steterit in loco sancto per illud simulacrum louis, quod legimus  
positũ

Deut. 6  
Ibidem

Luc 12  
Luc 22

Matth. 5  
Matth. 10  
Matth. 23

A positum in templum Hierusalem, & rursum stare debeat in ecclesia per Antichristi aduen-  
tum, illaq; omnia quæ in euangelio post ista verba sequuntur, quæ & impleta sunt ante  
Hierosolymorum captiuitatem, & implenda creduntur in fine mundi. In quibus neutra  
opinio aliam est impugnans, nec prior intellectus sequentem euacuat. ¶E.

Hinc quæstio à vobis proposita, licet non videatur inter homines ventilata frequen-  
ter aut satis, nec apud plurimos pateat aut certitudinem habeat, atq; ob hæc alijs  
quibus forsitan videbuntur ambigua quæ dicemus, idcirco temperare debemus nostri  
sententiam, quoniam nihil præiudicant fidei Trinitatis, vt habeantur inter ea, quæ me-  
dic seu opinabilius sunt tenenda, quanquam non tali opinione, qualis accipi solet ex  
coniecturis & suspicionibus solis, sed manifestis scripturarum testimonijs omnia pro-  
babuntur. ¶F.

ABSIT ergo vt fateamur Deum creasse aliquid substantialiter malum, cum scriptũ  
sit: Omnia quæ fecit Deus erant valde bona. Si enim dæmones à Deo creati sunt  
mali, aut facti ad hoc vt teneant atq; exerceant istos malitiæ gradus, & deceptionibus  
ac ruinis hominum vacent, diffamabimus Deum contra præfatã scripturam, tanq̃ crea-  
torem ac inuentorem malorum, vt pote q̃ pessimas voluntates ac naturas condiderit,  
& instituerit eas ad hoc, vt in nequitia iugiter perseveret, nec vnq̃ possint transire in bo-  
næ voluntatis affectum. Accepimus itaq; de fonte scripturarum sanctarũ traditioneq; pa-  
trum, hanc rationem diuersitatis præfatæ malorum spiritualium. ¶G.

NEMO fidelium dubitat, deum ante conditionem huius visibilis creature fecisse  
spirituales ac cœlestes virtutes, quæ ex hoc ipso q̃ sciuerit se creatas beneficio dei  
ad beatitudinem tantam, debuerunt ei gratias referre perpetuas, eiusq; laudibus inhæ-  
rere. Nec enim æstimare debemus, q̃ deus omnipotens opus creationis primitus inchoa-  
uit ab institutione huius mundi sensibilis, quasi in illis anterioribus infinitisq; seculis  
fuerit ociosus ab omni prouidentia aut dispensatione diuina, & quasi non habes in quos  
effunderet suæ bonitatis beneficia, credatur fuisse solitarius, atq; ab omni munificentia  
alienus, quod sentire de illa æterna, immensa & incomprehensibili maiestate satis humi-  
le incongruumq; consistit, cum & ipse dominus de potestatibus illis testetur: Quando  
facta sunt sydera mundi, laudauerunt me voce magna angeli mei. Qui ergo creatiõni  
syderum interfuerunt, manifeste comprobantur creati fuisse ante principium istud, in  
quo factum dicitur cœlum & terra. Quippe qui referuntur creatorem laudasse voce ma-  
gna cum admiratione pro creatione omnium harum visibilium creaturarum, quas vi-  
debant ex nihilo processisse. Itaq; ante istud principium temporale à Moysè recitatum,  
quod designat mundi huius ætatem secundum historicum, imo Iudaicum sensum, fals-  
uo videlicet nostro sensu, quo dicimus C H R I S T V M esse omnium rerũ prin-  
cipium, in quo pater vniversa creauit, quemadmodum scriptum est: Omnia per ipsum  
facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ante istud temporale principium in Genesi scri-  
ptum, non est dubitandum, Deum creasse omnes illas virtutes ac potestates cœlestes,  
quas Apostolus per ordinem numerans, ita describit: Quia in C H R I S T O crea-  
ta sunt omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris visibilia & inuisibilia, siue angeli, siue  
archangeli, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per  
ipsum & in ipso creata sunt. ¶H.

DE numero autem horum spirituum aliquos principes corruisse, lamentatio Eze-  
chielis ac Isaiæ apertissime docet, in quorum verbis agnoscamus lamentari prin-  
cipem Tyri siue Luciferum, qui mane oriebat, de quo Deus ait Ezechielis: Fili hominis,  
leua plañctum super principem Tyri, & dices ad eum: Tu signaculum similitudinis ple-  
nus sapientia, & perfectus decore, in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis, &c. Isaias  
quoq; de alio: Quomodo, inquit, cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Cor  
ruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dixisti in corde tuo: In cœlum ascendam, su-  
pra astra cœli exaltabo solum meum, &c. Et tamen scriptura commemorat aliquos  
corruisse ex apice illo beatissimæ stationis, affirmans draconem protraxisse secum simul  
tertiam partem stellarum. Iudas quoq; apostolus clarius dicit: Angelos vero, qui non  
seruauerunt suum principatum, sed deliquerunt suum domicilium in iudicium magni  
Dei vinculis æternis sub caligine seruauit. Denique illud quod nobis dicitur: Vos au-

Gene. 1

Iohan. 1

Colo. 1

Ezech. 8

Isaiæ 14



gem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis, quid aliud signat, nisi multos principes corruisse? Ex quibus accipitur ratio diuersitatis spirituum malignorum, utpote vt dicantur nunc etiam retinere differentias ordinum, quas habere dicuntur instar angelicorum spirituum beatorum ex gradu anterioris ordinis, in quo vnusquisq; eorum fuit creatus, vel quia de celestibus lapsi, vendicant sibi hos gradus diuersos ac ordinum nomina in parte contraria, iuxta nequitia suae demerita, in qua creuerunt in peius: vendicant inquam ad similitudinem angelicorum spirituum, qui perseuerauerunt.

**E**rmanus: Nos haecenus credebamus, quod inuidia, qua diabolus liuida calliditate decepit Adam & Euam, fuisset causa atq; principium ruinae, seu transgressionis diabolicae, qua de angelica statione proiectus est.

**S**erenus: Lectio Genesis manifestat istud non fuisse initium ruinae & praeruaricationis nis diaboli, quae lectio diabolum vocat serpentem ante illorum deceptionem, dicens: Serpens autem erat callidior cunctis bestijs terrae, quas fecit dominus deus. Intellegitis ergo, quod ante primi hominis deceptionem corruerat de angelica societate, ita vt non solum mereretur diffamari appellatione serpentis, imo etiam caeteris bestijs praerferretur in fraudulentia huius nequitiae. Non enim scriptura vocasset angelum bonum, hoc nomen in illa beatitudine diceretur: Serpens autem erat callidior, &c. Siquidem nomen serpentis non solum non conueniret Gabrieli aut Michaeli, sed nec bono alicui homini. Apertissime itaq; nomen serpentis, & praerlatio eius in calliditate super bestias, designant transgressoris nequitiam, non angelicam dignitatem. Denique praecedens eius ruina exitit causa inuidiae, qua instigatus est decipere hominem, eo quod cerneret hominem de limo terrae paulo ante formatum, vocandum esse ad gloriam illam, de qua se nouerat corruisse, cum vnus de principibus esset. Hinc secunda ruina per inuidiam est secuta lapsum eius priorem, quo cecidit per superbiam, & propter quem meruit serpens vocari. Superbia vero inuenit eum adhuc aliquid rectum seu naturale bonum habentem, ita vt cum homine possit habere consortium cuiusdam colloquij atque consilij. Sed extunc deus vtiliter eum deiecit in ima, vt iam non intueretur sublime aliquid, sicut ante, nec excelsus incederet, sed terrae cohaerens reperet super ventrem, & humiliatus pasceretur escis vitiorum terrenis, sicq; dominus deus occultum publicae uitae inimicum, ponens inimicitias vtilis, ac salubrem discordiam inter ipsum & homines, vt dum cauetur tanquam publicus hostis, nequeat homini ultra nocere amicitijs fraudulentis.

**E**x quibus docemur vitare mala consilia. Nam licet author deceptionis diabolus congrua poena & condemnatione percussus est, non tamen ille quem decepit euasit supplicium, quamuis punitus sit poena leuiori aliquantum quam deceptor. Quod plenissime cernimus hic expressum. Adam namq; qui seductus est, imo vt & vtar verbis Apostoli ad Timotheum scribentis, qui non est seductus, sed seductae coniugi acquieuit, per hoc ad consensum culpabilem transiens, condemnatus est tantum sudore vultus atque labore, qui illi adiudicatus est non per suam, sed per terrae maledictionem ac sterilitatem. Mulier vero, quae viro praeruaricationem suasit, punita est multiplicatione gemitus & meroris atq; laborum, simul addicta iugo subiectionis perpetuo. Serpens autem mali huius principalis suggestor maledictioni multatur perenni. Quamobrem summa sollicitudine & circumspectione cauendum est a prauis consilijs. Nam sicut puniunt decipientem, ita faciunt deceptum subiacere culpae ac poenae.

**A**ER iste, qui inter caelum terramq; diffunditur, tanta densitate seu multitudine repletus est daemonum in eo volantium, non quiete & ocioso, quod diuina prouidentia fati subtiliter eos subtraxit aspectibus hominum. Aut enim homines consterentur intolerabili quadam formidine, atq; deficerent terrore concursus eorum, horroremq; vultuum, in quos se transformant ac vertunt iuxta voluntatem suam cum eis placuerit, nec possent illos oculis intueri carnalibus. Aut certe ipsi homines fierent quotidie nequiores, utpote exemplis illorum assiduus viciati, & imitatione. Per hoc quoque fietet nocua familiaritas, & perniciofa coniunctio inter homines & spiritus immundos

**A** mundos, quia flagitia quae inter homines nunc committuntur celantur septis parietibus, intervallo locorum, & verecundia quadam, quae si homines iugiter clare conspicerent, incitarentur ad maiorem furoris insaniam nullo temporis puncto interueniente, quo cererent spiritus illos a sceleribus suis cessantes. Quippe quos nulla lascitudo carnalis, seu occupatio rei familiaris, aut sollicitudo quotidiani victus compellit a ceptis cessare malitijs, quemadmodum nos.

**C**ertissimum est, quod contra seinuicem affectent ac faciant impugnationes, quas & hominibus inferunt. Nam indefesso certamine exercere non desinunt discordias & conflictus pro aliquibus sibi deputatis, propter quandam familiaritatem nequitiae seruitutem. Quod etiam in visione Danielis legimus apertissime figuratum, Gabriele dicente: Noli timere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intellegendum, vt te affligeres in conspectu domini Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Et ecce Michael vnus de primis principibus venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem vt docerem te, quae ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Et minime dubitandum est, quin princeps ille regni Persarum fuerit aduersaria potestas fauens Persarum genti, & inimica populo Dei. Quae potestas contraria libenter se obtulit ad impediendam vtilitatem, quam sequi vis debet per solutionem quaestionis, pro qua Daniel dominum exorauit, quam solutionem Gabriel fuit daturus: sed restitit spiritus ille immundus, ne consolatio Gabrielis cito perueniret ad Danielem. Qui item obiecit, ne consolatio illa populum confortaret, cui Gabriel archangelus praerat. Qui Gabriel dixit se nec tunc adhuc potuisse venire ad Danielem propter resistentiam illius vehementiam, nisi Michael princeps magnus in adiutorium sibi venisset, occurrens & repugnans principi regni Persarum, & opponens se illi, Gabrielemq; defendens ab impugnatione illius, & faciens Gabrielem peruenire ad Danielis instructionem infra vicissimum & vnum diem. Deniq; post pauca Gabriel ait ad Danielem: Nunquid scis cur venerim ad te? Et nunc reuertar ad principem Persarum. Quum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens. Veruntamen annuncio tibi quod expressum est in scriptura veritatis. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Et iterum in tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui. In quibus verbis insinuat, quod princeps Graecorum fuerit alter ab illis, qui fauens genti sibi subiectae, videbatur aduersari tam populo Iudaeorum, quam nationi Persarum. Vnde liquido constat, quod contrarie potestates contra seinuicem exerceant discordias, & conflictus ac similitates, quas earum instigatione gentes inter se gerunt, & de victoria gentium suarum latentur, de earum quoq; diminutione crucientur, atq; ob hoc non valeant inter se esse concordēs, dum vnusquisq; eorum iniqua semper aemulatione contendit pro his, quibus praest, contra praesidem gentis alterius.

**V**nde euidenti ratione colligere possumus, quod praer rationes & opiniones superius positas, spiritus illi immundi dicantur principatus aut potestates, quia diuersis gentibus dominantur ac praesunt, vel quia principatus suos exercent in inferiores spiritus ac daemones, de quibus sunt legiones, vt ex propria ipsorum confessione in euangelio legitur. Non enim dominationes dici valent, nisi habeant subditos, in quos exercent dominationis propriae iussionem, nec potestates aut principatus queunt vocari, nisi sint aliqui super quos sibi vendicent praesidentiam quandam. Quod in euangelio quoq; apud Matthaeum clarissime reperimus, vbi blasphemae Pharisei dicunt de Christo: In Beelzebub principe daemoniorum hic eicit daemones. Nam & quosdam legimus appellari rectores tenebrarum, & alium nuncupari principem huius mundi. Quos gradus Apostolus asserit euacuandos in futuro, quum omnia fuerint CHRISTO subiecta: Quum tradiderit, inquit, regnum Deo & patri, quum euacuauerit omnem principatum & potestatem, dominationem. Quod utiq; non aliter fiat, nisi eorum ditioni seu praesidentiae subtrahantur hi, super quos in seculo isto administrant, siue exercent vim suae dominium.

Nn ij Nulli



**N**Vlli quoq; est dubium, q; eadem ordinū nomina non sine ratione imposita sunt **D** bonis spiritibus, & q; sunt nomina officiorum vel meritum vel dignitatum. Nam angeli dicti sunt ab officio nunciandi, Archangeli vero eo q; angelis præfunt, vt docet proprietates nominis huius, Dinationes quoq; eo q; aliquibus dominantur, & Principatus ideo, q; habent subiectos quorum sunt principes, & Sedes seu Throni dicuntur, quia sic Deo cohærent, tamq; familiares & domestici eius sunt, vt diuina maiestas familiariter requiescat in eis quasi in sede quadam, & quodammodo firmius reclinetur in ipsis.

**P**ORRO quod spiritus immundi regantur à potestatibus nequioribus, & eis subiecti sint, perspicua vifiones & multa sanctorum experimenta testantur vltra testimonia scripturarum, quæ **C H R I S T V S** in euangelio phariseis calumniantis bus est locutus: Si ego, inquit, in Beelzebub principe dæmoniorum eicio dæmones. Vnus enim ex fratribus nostris in solitudine ista iter faciens ad vesperascente die, speluncam reperiens, mansit in ea, volens ibidem vespertinum officium soluere. Cumq; psalmos ex more cantando mediam noctem iam excessisset, & matutinis finitis sedisset vt lassum corpus quiete pausaret, cepit repente videre innumerabiles dæmonum turbas vndiq; confluentes. Quæ cum infinita constipatione atq; longissimo ordine procedentes, alia principem suum præbant, alia sequebantur. Qui statura procerior & vultu terribilior cunctis tandem aduenit. Cumq; solio posito sedisset in tribunali sublimissimo, cepit diligenter discutere opera singulorum, & eos qui dicebant se nondum potuisse decipere tentatos à se, iussit à conspectu suo expelli cum detestatione & nota tanquam inertes ac desidiosos, exprobrans eis cū fremitu & furore, quantū tempus & laborem inaniter expendissent. Illos vero qui dixerunt se præualuisse tentatis à se, maxime colaudauit cum exultatione & fauore astantium, & emittebat tanquam gloriosissimos ac fortissimos bellatores coram omnibus, ad vniuersorum exemplum. Inter quos, dum quidam nequissimus lætior aduenisset, vt pote triumphum præclarissimum relaturus, & exprimens nomen monachi optime nobis noti, asseruit se præualuisse aduersus eum, in ipsa nocte inducendo eum ad fornicandum, tandem post quindecim annos, quibus eū assidue impugnavit, affirmavitq; se non solum præcipitasse monachum illum, vt cum quadam sacra puella committeret stuprum, sed item vt eam acciperet coniugem. De qua re cum omnes fuissent immaniter gloriati, princeps tenebrarum summis cum extulit laudibus, à quo & spiritus ille nequissimus abijt, magnis præconijs coronatus. Præterea adueiente aurora, & disparente omni illa dæmonum turba, dubitans frater an vera esset dæmonis illius assertio, magisq; arbitrans, quod dæmon solita sua fallacia voluisset sibi illudere, & innocenti fratri tantum crimen mendose imponere, Euangelicæ memor sententiæ, quod diabolus in veritate nō stetit, nec veritas sit eo, & q; dum mendacium loquitur, de proprio loquitur, quoniam mendax est & pater eius, perrexit Pelusium, vbi nouerat habitare illum, quem diabolus dixit esse deuictum, cui & frater iste erat notissimus. Quem cum requisisset, inuenit q; eadem nocte, qua dixerat dæmon, supplicatus fuisset. Nam pristino monasterio derelicto, miserabiliter corruit cum præta pta puella.

**T**Estatur autem scriptura, quod vnicuiq; homini deputati sint angeli duo, vnus bonus, alius malus. Nam de bonis ait saluator: Ne contemnatis vnum de pusillis istis. Dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei. Vnde in Psalmo habetur: Immitte angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiat eos. In Actibus quoq; apostolorum de Petro fertur, quia angelus eius est. De vtriusq; quoque liber pastoris plenissime docet. Si autem consideremus & dæmonem, qui beatum Iob impugnavit, aperte docemur quod fuerat ille, qui semper insidiatus erat beato Iob, & tamen nunquam poterat eum ad peccandum impellere. Idcirco poposcit à Deo potestatem in **I O B**, velut qui vinceretur non virtute ipsius Iob, sed defensione Dei, sanctum Iob lugiter protegentis. De Iuda etiam dicitur: Et diabolus stetit à dextris eius.

**M**Ultam sane cognitionem accepimus de differentia dæmonum per duos illos philosophos, qui frequenter fuerunt experti per magicas artes inertiam & item fortitudinem seuuissimamq; nequitiam dæmonum. Hi nāq; philosophi beatū Anthonium despicientes

**A** despicientes tanquam imperitum illiteratumq; virum, & cupientes eum saltem de cella sua expellere, præstigijs magicis ac dæmonum dolis, si cum plus lædere non valerent, miserunt ad eum nequissimos spiritus, ad hoc faciendum liuore permoti eo q; maxime horum minimum turbæ ad sanctum Anthonium tanquam ad dei famulum conuenirent quodis die. Cumq; Anthonius nunc crucis signaculum imprimeret fronti suo ac pectori, nunc deum suppliciter exoraret, durissimi dæmones nequaquā audebāt appropinquare eidē, sed sine effectu redierunt ad magos. Qui protinus dixerunt ad sanctum Anthonium spiritus malitiosiores. Quibus cum abbas Anthonius modo præta pta resisteret, & illi inas niter laborarent, atq; ad magos victi redirent, miserunt magi tertio spiritus potentiores ac nequiores. Quibus nihil proficientibus contra sanctum Anthonium, didicerunt magi illi ex propria magica arte prauitate & insidiatione, & euidentissime cognouerāt magnam inesse virtutem Christianæ professioni, qua ita refrenatæ sunt virtutes illæ contrariæ, tam feroces atq; potentes, vt non solum lædere nō valerent Anthonium, sed nec ad punctum potuerunt eum de cella sua eicere, cum tamen magi putarent quod dæmones illi vltimo missi potuissent abducere quadam caligine solem & lunam si ad eos fuissent directi.

**C**VMq; ex præta pta admiratione philosophi illi venissent cōfestim ad sanctum Anthonium, retulerunt ei qualiter fecissent eum tentari acerrime & causas ac insidias sui occulti rancoris aduersus eum, & petierunt mox fieri Christiani. Cumq; Anthonius inquisisset & audisset ab eis diem rei gestæ, fatebatur se tunc fuisse amarissimis cogitationum stimulis impugnatum. Quo experimento beatus Anthonius approbavit ac detestaminavit sententiam, quam in præcedenti collatione deprompsimus, puta, quod dæmones non queant inuadere corpus alicuius aut mētem, nec habent facultatem irruendi in animam hominis cuiuscunq; nisi prius destituerint eam omnibus cogitationibus sanctis, & nudam vacuumq; reddiderint à spiritali contemplatione. Veruntamē agnoscendum quod spiritus immundi duobus modis obediunt homini. Aut enim diuina gratia ac virtute subditur sanctitati fidelium, aut delinuit sacrificijs impiorum seu quibusdam carnalibus rebus tanquam familiaribus adulantur eisdem, sicq; decepti Pharisei arbitrabantur dominum saluatorem hac arte imperasse dæmonibus, dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorum, &c. iuxta illam videlicet consuetudinem qua nouerant cæteros magos siue maleficos tanquam domesticos potestatem habere in dæmones principi dæmoniorum subiectos per inuocationem ipsius aut per ritum sacrificiorum quo eum delectari cognoscunt.

**C**ERMANUS: Quoniam allegatio libri Genesis deo sic ordinante in medium est prolata, quæ nos oportune admonuit, vt nūc apte sciscitemur quod semper discere cupiebamus, quid scilicet sentiendum sit de illis apostatis angelis, qui se miscuisse dicuntur cum filiabus hominum, vtrum hoc possit secundum literam conuenire spiritali naturæ. Similiter desideramus audire quod ex euangelio de diabolo allegasti, quia mendax est, & pater eius, quis nam intelligendus sit pater eius.

**S**ERENUS: Duas quæstiones non mediocres proposuistis, ad quas pro viribus respondebo. Et primo ad primam: Nequaquam credendum est spirituales naturas posse cū feminis coire carnaliter. Et si hoc aliquando ad literam fieri potuisset, quare etiam modo non sæpe contingeret? Et cerneamus aliquos de conceptu dæmonum ex mulieribus nasci absque semine & coitu viri, præsertim cum constet dæmones admodum delectari forde libidinum, quas proculdubio mallent exercere per seipsos, quam per homines si id esset possibile, cum Ecclesiastes pronunciet: Quid est quod fuit ipsū quod est. Et quid est quod factum est? Ipsū quod fiet. Et non est aliquid nouum sub sole, & cætera. Sed quæstio vestra sic soluitur: Occiso **A B E L** iusto, natus est Seth loco illius qui successit non solum personæ fratris extincti, sed etiam iustitiæ & pietati eiusdem, ne cæterum omne hominum genus haberet exordium à fratricida ac impio Cain. Porro, posteritas **S E T H** sequens patris sui iustitiam permansit semper diuisa à societate & coniunctione posteritatis ex Cain sacrilegio descendens, quemadmodum genealogiæ descriptio pandit euidenter, dicendo: Adam genuit Seth, Seth genuit Enos, Enos genuit Chaynan, Chaynan genuit Malalibel, Malalibel genuit Iareth.

N n iij Iareth

Iareth genuit Enoch, Enoch genuit Mathusalem, Mathusalem genuit Lamech, Lamech, D  
 genuit Noe. Genealogia vero Cain sic diuisa describitur: Cain genuit Enoch, Enoch ge  
 nuit Irath, Irath genuit Maniahel, Maniahel genuit Mathusael, Mathusael genuit La  
 mech, Lamech genuit Iobel & Iobal. Posteritas itaq; nata ex Seth sibi mutuo sociata ac  
 matrimonialiter iuncta, permansit longa ætate in patrum suorum ac artium sanctitate,  
 nequaquam infecta sacrilegio aut malitia nequissimi prolis seu sobolis Cain, quæ impi  
 etatis germen retinebat in sibi traditione & imitatione antiqua. Vnde quam diu  
 durauit inter posteritates Seth & Cain ista discretio, posteritas Seth propter suam san  
 ctitatem optimamq; radicem vocata est angeli dei, siue, vt alia translatio habet, filij dei.  
 Posterius autem Cain, filij hominum nuncupantur, propter suam impietatem ac partum  
 suorum, & propter opera sua terrena. Cui itaq; esset inter illos tã diu ista utilis ac sancta di  
 uisio, videntes post hæc filij Seth, qui erant filij dei, filias hominum eorum videlicet qui  
 erant nati de Cain, inflammati ipsi filij dei, desiderio pulchritudinis filiarum illarum, ac  
 ceperunt eas vxores, quæ infundentes maritis suis patrum suorum nequitas proteritas  
 auertunt eos ab illa quasi ingenita simplicitate ac sanctitate paterna. Ad quod satis con  
 grue pertinet illud: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines mo  
 riemini, &c. Qui & exciderunt ab illa vera naturalis philosophiæ scientia sibi à suis ma  
 ioribus tradita, quam primus homo qui post vniuersarum naturarum institutionem mox  
 conditus est, potuit euidenter attingere, & posteris suis certa ratione conferre atque re  
 linquere. Quippe qui viderat infantiam seu inceptionem mundi adhuc teneram, rudem  
 & quodammodo palpantem. In quo etiam fuit non solum tanta sapientiæ plenitudo,  
 sed etiam gratia prophetiæ ex diuina inspiratione transfusa, vt reces adhuc inhabitator  
 mundi imponeret vniuersis animalibus nomina. Nec solum discerneret & distincte cog  
 nosceret omnia genera bestiarum atq; serpentium, & virus ac furones eorum, sed vt vir  
 tes quoq; herbarum ac arborum, naturasq; lapidum & vicissitudines temporum nondum  
 expertorũ diuideret, ita quod potuit efficaciter dicere: Dominus dedit mihi eorum quæ  
 sunt, scientiam veram, vt sciam dispositiones orbis terrarum & virtutes elementorum.  
 Initium & consumationem ac medietatem temporum, vicissitudines immutationum,  
 & cætera. Hanc ergo scientiam omnium naturarum suscipiens posteritas Seth traditi  
 one paterna per generationum successionem, quam diu mansi diuisa à sacrilega Cain  
 progenie, ita exercuit & conuertit scientiam tantam ad dei cultum & vitæ communis vi  
 litate, sicut eam sancte acceperat. Porro cū impietati Cain fuisset admixta instin  
 ctu daemonum deriuauit ac vertit ea quæ pie didicerat ad res noxias ac prophanas, &  
 ex scientia illa audacter instituit curiosas maleficiorum artes præstigia ac magicas su  
 perstitutiones, docens posteros suos vt sacro veri D E I cultu relicto, venenerentur  
 ac colerent elementa siue aëreos dæmones. Præterea breuiter perstringendum ex  
 istimo qualiter iam præfata curiosarum rerum notitia non perijt in diluuiio. Licet hoc  
 non postulet vestræ quæstionis solutio, quia narratio ista præbet nobis occasionem  
 id perstringendi. Itaque quantum antiquæ dicunt historiæ C H A M filius Noe in  
 butus superstitionibus istis, & sacrilegis prophanisque artibus, sciens se non posse se  
 cum in arcam portare aliquem librum talium artium memorialem, quia cū iusto patre  
 ac sanctis fratribus fuit intraturus in archam, sculpsit huiusmodi artes in diuersis metal  
 lis durissimisq; lapidibus, quæ corrupti nõ poterant inundatione aquarum, pacto q; dilu  
 uio illa oia requisitum eadẽ curiositate qua ea absconderat, & ita transmisit ad posteros  
 seminarium perennis nequitie. Hoc itaq; modo veraciter factum est, q; vulgi opinio cre  
 dit factum ab angelis, putans videlicet q; angeli mali tradiderint hominibus artes præ  
 dictas. Deniq; de illis filijs Seth admixtis filiabus hominum, procreati sunt filij nequio  
 res, qui fuerunt robustissimi venatores, violentissimi ac truculentissimi viri, qui & gi  
 gantes vocati sunt propter corporum suorum enormem staturam, aut propter crude  
 litatis & malitiæ suæ excessum. Hi primo ceperunt finitimos suos depopulari, & exer  
 cere rapinas, magis viuentes ex prædis, quam contenti sudore & opere manuali, quor  
 um scelera excreuerunt intantum, quod mundus expiari & purgari non potuit, nisi di  
 luuiio. Quomq; filij Seth ex instigatione suæ libidinis transgressi fuissent illud manda  
 tum, quod fuit diutissime ab ipso exordio mundi instinctu naturali seruatum, oport  
 uit postmodum illud renouari per legem scriptam, in qua continetur: Filiam tuam nõ  
 dabis

A dabis filio eius vxorem, nec de filiabus eorum accipies filio tuo, quia seducunt corda ve  
 stra, vt recedatis à deo vestro, ac sequamini deos earum & seruiatis eis. **CY.**  
**E**rmanus: Merito potuisset illis ascribi crimen transgressionis ex præsumptione  
 Gillius coniugij si data eis fuisset lex ista, aut præceptum hoc prohibens. Sed cū non  
 dum fuisset iniuncta aut iussa separari talium personarum à coniugio contrahendo, qua  
 liter permixtio illa potuit imputari ad culpam? Lex nanq; solet damnare futura peccata  
 non præterita ante eius institutionem admissa. **CZ.**  
**S**erenus: Deus hominem creans, inseruit ei naturaliter omnem legis scientiam. Quæ  
 si fuisset custodita ab homine, iuxta propositum dei, vt ceperat custodiri, non vtiq;  
 necessarium fuisset aliam legem mandari, quam deus postmodum literis promulgauit.  
 Fuisset quippe superfluum extrinsecus offerri remedium, quod vigiasset adhuc intrinsecus  
 institutum, sed quia lex illa naturalis fuit proflus corrupta ex libertate & vsu peccandi  
 data ac posita est Mosaiscæ legis seuera distinctio tanquã executrix & vindex, atq; vt ver  
 bis scripturæ vtar, tanquam adiutrix legis naturalis quatenus homines saltem metu pec  
 næ præsentis non penitus extingueret bonum, & rectũ iudicium scientiæ naturalis secun  
 dum sententiam prophetæ, dicentis: Legem dedit in adiutorium, quæ etiam iuxta Apo  
 stolum velut pædagogus data est paruulis erudiens eos, & seruans ne quadam obliuio  
 ne discederent à disciplina ac lege in qua erant naturaliter instituti. Nempe q; tora sciẽ  
 tia legis infusa fuit ab initio ipsis hominibus. Hinc aperte probatur, quoniam sancti an  
 te legis dationem & ante diluuium seruauerunt legis mãdata absq; scripto, seu literæ le  
 ctione. Qualiter etenim lege nondum posita potuit Abel scire quod deo offerre sacrifici  
 um debuit de primitiis ouium suarum adipibusq; earum, nisi per instam sibi legem na  
 turaliter fuisset edoctus. Quomodo Noe discreuisset quod animal esset mundi, & quod  
 immundum, legali mandato nondum hoc distinguente, nisi naturali fuisset instructus  
 scientia? A quo Enoch didicit ambulare cum deo nullam legis illuminationem confe  
 cutus ab aliquo: Vbi Cham & Japhet legerunt, turpitudinem patris tui non reuelabis, ita  
 vt incedentes retrorsum absconderent patris vereda. Vnde Abraham monitus abstinu  
 it à spolijs hostium quæ sibi offerrebantur, vt cõsequeretur retributionem sui laboris, des  
 cimasq; persoluit Melchisedech, quæ in lege Moysi præcipiuntur offerri: Ex cuius infor  
 matione Abraham & Loh suppliciter impenderant viatoribus ac peregrinis opera pi  
 etatis & pedum ablutionem, nondum mandato euangelico coruscante. Vnde Iob con  
 securus est tantam fidei deuotionem, tantam castimonie puritatem, tantam humilitatis,  
 mansuetudinis, misericordie, pietatis scientiam ac virtutem, quantam nõ videmus mo  
 do obseruari ab his, qui euangelium sciunt? Quem sanctorum legimus non obseruasse  
 vllum legis mandatum ante legem? Quid illorum non custodiuit istud autẽ Israel? Do  
 minus deus tuus deus vnus est. Quis illorum non impleuit illud: Non facies tibi sculpti  
 le, neq; vllam similitudinem eorũ, quæ in cælo sunt, siue quæ in terra, vel eorum quæ in  
 aquis sunt sub terra? Quis eorum non obseruauit: Honora patrem tuum & matrem tuam,  
 & cætera quæ in decalogo subsequuntur? Non occides, nõ adulterabis, &c. & alia quoq;  
 his multo maiora, per quæ præuenerunt mandata non legis duntaxat, sed euangelij  
 etiam. **AA.**  
**S**ic igitur intelligimus, q; deus ab initio oia creauit perfecta, q; necesse nõ fuit aliquid  
 addi ordinationi eius principali tanq; improuide, si vniuersa mansissent in statu ac  
 dispositione illa, qua fuerunt ab eo creata. Hinc probamus q; deus iuste puniuerit eos,  
 qui peccauerunt ante legem, imo & ante diluuium, quoniam naturalem legem transgre  
 diendo inexcusabiles extiterunt. Nec in illorum blasphemiam calumniamq; incidimus,  
 qui veritatem hanc ignorantes derogant deo veteris testamenti, & detrahentes fidei no  
 stræ subsannando, respõdent: Cur placuit deo vestro, vt post tot annorum milia legem  
 promulgaret per Moysen, & tor secula sine lege reliquit? Quod si postea aliquid melius  
 adinuenit, ergo in principio mundi minus sapiens fuit, deterioraque sapuit, atque post  
 hæc quasi p experimẽta edoctus cepit rectiora prouidere, & principalis suas ordinan  
 tias emendare. Quod infinitæ sapientiæ dei conuenire non potest, nec sine ingenti blas  
 phemia ab hæreticis ista dicuntur, cum Ecclesiastes testatur: Cognoui quã oia quæ fecit  
 deus ab initio, ipsa erunt in æternũ. Sup illa nõ est quod addat, & ab illis nõ est qd aufe  
 rat. Hinc teste Apostolo iustis nõ est lex posita, sed iniustus, et nõ subditis, impijs & pecca  
 toribus

Gene.

Psalm. 81

Sapen. 7

Gala. 3

Gene. 4

Gene. 7

Gene. 8

Leuiti. 18

Gene. 9

toribus, sceleratis & contaminatis. Iusti namque habentes sanam ac integram disciplinam D naturalis ac insite legis, non indigent lege hac scripta foris adhibita, & naturali lege in adiutorium data. Ex quibus apertissima ratione colligitur quod lex scripta non debuit ab initio dari. Hoc quippe superflue fieret, si ante adhuc naturali lege nec penitus sui integre violata. Nec euangelica perfectio potuit condonari ante legis custodiam. Non enim aut dire volebant, qui te percussit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram, qui contenti non erant suas vindicare iniurias talione æquali, sed pro leuissima alapa rependebant calcées mortiferas, telorumque vulnera, & pro vno deente excusso, requirebant percussentium vitam. Insuper illis dici non poterat: Diligite inimicos vestros, in quibus magnus fructus atque utilitas reputabatur, ut amicos suos diligerent, ab inimicis vero discederent, & à solo eorum desinerent odio, nec festinarent illos opprimere ac necare. ¶ B b.

**L**ud autem quod vos de diabolo mouet, quia mendax est & pater eius, quasi tam diabolus qui pater eius mendaces à Christo dicantur, quod absurdum est suspicari, quia, ut diximus, paulo ante spiritus non generat spiritum, sicut nec anima potest animam procreare, quamuis non dubitemus conceptam carnem ex humano coalescere semine, cum Apostolus inter carnem animamque distinguens, & quid à quo procedat insinuans, dicat: Deinde patres carnis nostræ habuimus eruditores & reuerentiamur eos, non multo magis subijciemur patri spirituum, & viuemus? Quid hac diuisione clarius poterit affirmari? Nam homines dixit esse patres nostræ carnis, & solum deum asseruit patrem animarum constantem, quamquam & in ipsa formatione carnis nostræ solum ministerium, id est, ministerialis & instrumentalis casualitas sit ascribenda hominibus. Principalis autem conditio seu efficientia deo omnium creatori, quemadmodum Dauid testatur: Manus tuæ fecerunt me, &c. Et sanctus Iob loquitur deo: Nonne sicut lac multasti me, & sicut caseum me coagulasti? Ossibus & neruis, &c. Dominus quoque ait ad Ieremiam: Priusquam te formarem in utero, noui te. Ecclesiastes vero satis euidenter ac proprie pandens naturam carnis & animæ perscrutatione ortus principisque eorum ex quo processerunt, & consideratione finis ad quem tendunt, & de separatione eorum abinuicem disputans, dixit: Priusquam conuertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur ad dominum qui edidit illum. Quid apertius dicere potuit, quam ut carnem pronunciet conuersuram in terram, quam carnem nomine pulueris designauit, quia de semine hominis sumit exordium, & eius ministerio feminatur? Spiritum vero asseruit rediturum ad deum suum actorem, qui spiritus non generatur per utriusque sexus commixtionem, sed à deo peculiariter datur. Quod etiam euidenter exprimitur per illam dei insufflationem qua animauit primum Adam. Ex quibus autoritatibus constat nullum posse vocari patrem spirituum, nisi solum deum, qui spiritus facit ex nihilo quando uult. Homines uero nominari patres carnis nostræ tantummodo, hinc diabolus in quantum spiritus & angelus, bonus creatus est, Ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo, factus est mendax, & in ueritate non stetit, sed de proprio nequitie suæ thesauro mendacium proferens, non solum mendax, sed etiam ipsius mendacii factus est pater, quo homini deitatem promittens, dicens: Eritis sicut dii, in ueritate non stetit, sed ab initio factus est homicida, ipsum Adam ad statum mortalitatis perducens, & iustum Abel sua instigatione per manum Cain occidens. Sed iam subsequens aurora concludit disputationem collationemque nostram duarum fere noctium spatio continuatam, & de profundissimo questionum pelago rusticitatem nostram attraxit ad tutissimum silentii portum. In quo profundo quanto status spiritus sancti nos introduxit interior, tanto plus semper aperiebatur diffusior quædam immensus acie oculorum præcedens ac iuxta Salomonis sententiam, longius fiet à nobis magis quam erat. Et est alta profunditas, quæ inueniet eam. Quæ obrem dominum deprecemur ut timor eius & charitas quæ cadere nescit, preueniret immobilis in nobis, quæ nos in omnibus faciat sapientes, & à diaboli telis protegat & cõseruet semper illos. Impossibile namque est, aliquem esse istis custodiis incurere laqueos mortis. Postremo inter perfectos & imperfectos ista distantia seu differentia est, quia in uiris perfectis charitas fixa, atque, ut ita dixerim, maturior, stabilis perseverans, facit eos firmos ac facilius in sanctitate durare. In imperfectis uero charitas uelut debilius collata ac facilius refrigerens permittit eos cito ac sæpius uitiorum laqueis implicari. Quibus auditis ita accendit nos sermo collationis istius, ut recedentes à cella senis cum maiore

A iore mentis ardore ad nostram cellam reuenteremur, quam ad ipsius ueneramus.

COLLATIO NONA ET

Abbatis Isaac prima,  
De oratione.



**Q**uod in secundo institutionum libro promissum est de perpetua & incessabili iugitate orationis, deo fauente complebunt collationes senis, quem nunc in medium proferimus, abbatis uidelicet Isaac, quibus descriptis ex præcepto beatissimæ memoriæ Castoris episcopi, & ex desiderio uestro d' beatissime præfulgenti, & sancte frater Elladi satisfecisse mihi credo, granditate huius uoluminis excusata, in primis quod in quantitatem excreuit maiorem, quam proposueramus, conantibus nobis narranda perstringere non solum sermone succincto, sed etiam plurima præterire silentio. Itaque disputatione copiosa præmissa de uarijs institutis, quam breuitatis studio refecimus, tandem beatus Isaac dixit.

**F**inis atque perfectio omnium monachorum tendit ad iugem ac indestimabilem orationis perseverantiam, & quantum humanæ fragilitati cõceditur ad immobilem mentis tranquillitatem, & ad perpetuam inuitur puritatem, ob quam indefesse assumimus & iugiter exercemus omnem laborem corporis, cõtritionemque spiritus, & esse inter hæc reciproca quædam inseparabilisque coniunctio. Nam sicut ad orationis perfectionem tendit structura uerisarum uirtutum, sic nisi exercitia uirtutum colligata fuerint & compacta perfectiorem & culminem orationis, nequaquam poterunt firma aut stabilia perdurare. Denique sicut perpetua ac iugis ista orationis tranquillitas non potest acquiri aut connumerari sine uicinis uirtutibus, ita nec ipsæ uirtutes possunt compleri absque assidue orationis, quam præstunt seu producant. Idcirco non possumus de orationis affectu recte tractare nec subitanea disputatione intrare ad principalem ipsius finem, qui cunctarum uirtutum conatu exercitiisque perficitur, nisi prius per ordinem dinumerata fuerint ac discussa omnia quæ uitanda sunt aut acceptanda intuitu si uobis orationis perfectæ, iuxta euangelicæ doctrinæ parabolæ diligenter fuerint cõputata ac præparata ea quæ pertinent ad structuram spirituales ac sublimissimæ turris uirtutum, quæ tamen non proderunt præparata, neque permittent culmina perfectionis excelsa sibi nuicè supponi, nisi primo uitalia pronus eiciatur, & rudimenta ac uincula passionum succisa fuerint & effossa, firmissima quæque fundamenta simplicitatis & humilitatis super imposta fuerint uix ac solidæ terræ petroris nostri, quibus fundamentis ac machinis spiritualis hæc turris uirtutum ualeat immobiliter stabiliri, atque ad summam cœloque fastigia firmitate sua leuari. Eum namque qui talibus innititur fundamentis ruina non vincet, imo nec impulsio ipsa vexabit, quam uis copiosissimæ pluuie passionum descendant, quam uis uolenti torrentes persecutionum instar arietis iruant, & sæua aduersariorum incumbat tempestas.

**U**t ergo fundat oratio eo feruore ac puritate qua debet, ista sunt penitus obseruanda. Primo abscondenda est generaliter sollicitudo regni carnalium. Deum excludenda est nec admittenda memoria alicuius causæ aut negocii temporalis. Detractionesque, uaniloquia, multiloquia, scurrilitates sunt ostentatæ amputanda. Similiter passionibus, iræ atque tristitiæ sunt omnino abijciendæ & noxiis fomeres carnalis concupiscentiæ & auaritiæ & rãdicitus euclandus, & ita his & cõsimilibus uitijs extrusis penitusque abscisis, quæ & exterius possunt patere, præmissa etiam emundatione cæterorum malorum, quæ puritate innocentie ac simplicitatis perficitur iacienda sunt primo inconcussa fundamenta profundæ humilitatis quæ ualeant sustentare turrim cœlos intraturâ. Deinde supponenda est spiritualis uirtutum extructio & cohibendus est animus ab omni discursu, euagationeque lubrica, ut ita paulatim incipiat sublimari ad cõtemplationem dei ac spirituale cõspectum. Quicquid enim animæ nostræ ante orationis horam conceperit, necesse est nobis per recordationem occurrere in ipsa oratione. Quæ obrem quales uolumus inueniri orantes, tales debemus nos præparare ante tempus orationis. Ex præcedente etenim statu mens in oratione format, & dum ad orationem procuramus, imago præteritorum actuum seu uerborum aut sensuum præiudicis ante oculos mentis, faciet nos secundum præcedentem qualitatem aut irasci aut retractare causas concupiscentiæ sue elapsas, aut quod etiam dicere pudet pulsari fatuo risu alicuius uerbi scurrilis, aut titillatione hominis opis, aut iuxta priores discursus mente uagari ac uolitare. Quod ergo uolumus nobis

nobis in oratiōe occurrere, festinemus ante orationem de abditis pectoris nostri excludere, quatenus sic valeamus illud Apostoli adimplere: Sine intermissione orate. Et rursum: In omni, inquit loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Aliter nanq; perficere non valebimus illud mandatum, nisi mens nostra purificata ab omni vitiorum cōagine ac dedita virtutibus tanquam naturalibus bonis pascatur iugi contemplatione omnipotentis.

**E**tenim proprietates animæ nō inepte comparatur subtilissimæ pennæ ac plumæ, quæ si vitata aut infecta non fuerit corruptione humoris extrinsecè aduenientis, naturaliter fertur ad altiora, mobilitate suæ substantiæ ex adiutorio tenuissimi venti. Si autem grauetur aspersione vel infusione alicuius humoris, non iam propria mobilitate fertur in sublimia aeris, imo & deprimitur ad ima terræ pondere humoris adiuncti. Ita mens nostra nisi fuerit aggrauata accedētib; curis vitijsq; mundanis, aut corrupta humore prauæ libidinis leuissimo spiritalis meditationis afflatu sublimabitur ad supra, de serenq; vilia ac terrena ad inuisibilia atq; celestia transferretur quasi subleuata naturali domo suæ munditiæ. Hinc satis proprie admonemur Christi præcepto: Videte ne quando grauetur corda vestra crapula & ebrietate, & curis secularibus. Hinc si volumus orationes nostras penetrare, non solum cœlos, verum etiam ea quæ supra cœlos sunt, conemur mentem nostram à cunctis terrenis vitijs expurgare, à fecibus passionum mundare, & ad subtilitatem perducere naturalem, vt ita oratio eius ascendat ad deum non prægrauiata aliquo pondere vitiorum.

**A**duertendum tamen ex quibus causis dixit saluator mētem nostram grauari. Nō enim posuit adulteria, fornicatiōes, homicidia, blasphemias aut rapinas, quæ nullus ignorat damnabilia esse atq; mortalia, sed crapulam & ebrietatem, secularesq; curas quæ nullus hominum mundanorum cauet aut damnabilia iudicat, in tantum vt etiam quod pudet exprimere, quidā qui se monachos nuncupant, implicentur vitijs illis tanquam innoxijs, & item vitilibus. Quæ tria secundum literam facta, quamuis aggrauent animam, & à deo separent eam, ac deprimant ad terrena, facilliter tamen vitantur, præsertim à nobis, qui tam longa remotione disungimur ab omni conuersatione huius seculi, nec vllam penitus occasionem habemus immiscendi nos curis humanis, aut crapulis vel ebrietatibus. Veruntamen est alia quoq; crapula & ebrietas spiritalis, quæ difficilius curatur, sollicitudoq; secularis quæ frequenter inuoluunt nos etiam in solitudine constitutos, post abrenuntiationem omnium facultatum nostrarum perfectam, & abstinentiam vini ac epularum cūctarum, de quibus ait propheta: Expergiscimini qui ebrj estis, & nō à vino. Et alius: Obstupefcite, inquit, & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini & non à vino, mouemini & non ab ebrietate. Cuius ebrietatis vinum consequenter necesse est esse, iuxta prophetam, fel seu furorem draconum. Et de qua radice procedat hoc vinum, aduertite: Ex vinea, inquit, Sodomorum vinum eorum, sarmentum eorum de Gomorra. Vis item agnoscere fructum vitis istius, & germen huius sarmentis Vua, ait, eorum, vua fellis, botrus amaritudinis ipsius. Quibus omnibus erit cor nostrum prægrauiatum, crapula ebrietatis magis nocua, absq; ebrietate vini & affluentia omnium epularum, nisi fuerimus à cunctis vitijs expiati, atq; ab omni vitiorum crapula sobrij. Quod enim seculares curæ interdum cadere possint in nos, qui nullis mundi huius actibus admiscemur, manifesta ratione monstratur secundum regulam seniorum, qui definerunt ad secularem sollicitudinem pertinere quicquid excedit quotidiani victus necessitatem, & inuitabilem carnis vsum. Verbi gratia, si voluerimus duos solidos acquirere, maiori labore ac opere cum possimus vno solido necessaria obtinere. Vel, si procuremus nobis fieri tunicas tres aut quatuor, cum duæ sufficiant ad vsum diei ac noctis. Cumq; sufficit at cella vna aut duæ ad inhabitandum, construamus quatuor cellas aut quinq;, & has magis ornatas, & capaciores, q̄ necessitas exigit, delectati amplitudine ipsa, & ambitione mundana, præferentes ac imitantes passionem libidinis in quibus valeamus, quod manifestissima experientia docuerunt non fieri sine dæmonum instinctu.

Iohel. 1.  
Isaia. 29.

Deut. 32.

**C**um enim quidam probatissimus seniorum transfret iuxta cellam fratris hac passione & animi ægritudine laborantis, vt pote qui desudabat quotidiano proposito cum inquietudine cordis ad ædificandum ac reparandum superflua, vidit fratrem illum confingere saxum durissimum cum malleo graui. Vidit quoq; æthiopem fratri astantē, & simul

**A** & simul cum eo iunctis manibus percutientem, qui etiam ignitis facibus instigauit fratrem ad operis istius instantiam, quo viso senex diutissime substitit admirans pessimi dæmonis improbam instigationem, & tãtam fratris illius illusionem. Cumq; frater nimia lassitudine fractus veller quiescere, & operi finem imponere, instigante dæmonio animatus resumpsit denovo malleum, & cœptum opus continuare non desit, ita vt diabolicis incitamentis accensus, non sentiret tanti laboris importunitatem. Tandem senex lucidificatione dæmonis tam dira commotus, diuertit ad fratris cellam, salutauitq; cum, dicens: Quid est frater quod agis? Et frater: Laboramus, inquit, cōtra durissimum saxum istud & vix potuimus illud cōterere. Cui senex: Bene dixisti, laboramus, & vix potuimus. Nō enim solus istud egisti, sed fuit alius tecum, quem non vidisti, qui fuit tibi in opere isto violentissimus quidam impulsor potius, quàm adiutor. Hinc abstinentia seu cessatio ab illis negocijs qui exercere non possumus etiam si velimus & despectio reij illarum, quarum appetio faceret nos prima fronte reprehensibiles tam apud spiritales viros, q̄ apud seculares homines, non satis ostendit vitium secularis ambitionis nostris mentibus nō inesse, sed dum etiam rigida mentis distractione respuimus illa quæ nostræ suppetunt potestati, & cum quadam honestate videntur posse haberi. Et, reuera, non minus aggrauat mentem ea quæ parua videntur ac minima, & quæ cernimus indifferēter admitti ab his qui nostræ sunt professionis, quando superflue admittuntur, quàm illa maiora, quæ iuxta sece seu affectione deposita, respirare pure ad deum, in quo semper fixa esse debet tota intentio, cū tamen modica separatio à summo & incōparabili bono reputada sit monacho tanquam mors præfens pernitiosissimq; interitus. Porro, cum mens fundata suerit in tranquillitate præfata, atq; à nexibus omnium passionum carnalium absoluta, & illi vni ac summo bono adhæserit tenacissima intēione, implebit apostolicum illud: Sine intermissione orate. Et: In omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Nempe sensu mentis absorpto in hac puritate, & eodem reformato de situ terreno ad similitudinem spiritalem, atq; angelicam quicquid in se receperit, egerit, siue tractauerit, erit oratio quædam purissima.

**G**ermanus: Vtinam tam facilliter possemus semina bonarum cogitationum iugiter possidere, quàm facilliter ea frequenter concipimus. Cum enim cogitationes bonæ fuerint in corde nostro conceptæ per memoriã scripturarum, aut per recordationem spiritalium actuum, aut certe per intuitum cœlestium sacramentorum, quasi imperceptibiliter fugiūt, elabunt & protinus euanescent. Cumq; mens nostra repperit alias quasi bet spiritalium sensuum occasiones, rursus alijs apprehensionibus irruentibus, spirituales meditationes quæ apprehensæ fuerunt lubrica volubilitate diffugiunt, ita vt animus noster nullam sui constantiam retinens, nec potestate propria possidens stabilitatem cogitationum sanctarum, videatur eas fortuito, & non ex proposito seu industria concepitæ etiam tunc cum eas aliquantulum retinet. Quomodo em̄ origo ascribetur nostro arbitrio, quarum perseuerantia nostræ non subiaceret potestati? Sed ne forte sub huius quæstionis indagatiōe euagantes lōgus ab ordine inchoatæ narrationis, retardemus diutius propositam quæstionem de statu orationis, ideo quæstionem hanc suo tempore reseruantes instatissime quæsumus informari de qualitate orationis, potissime, quia Apostolus monet, vt nunquam cessemus ab ea, dicens: Sine intermissione orate. Idcirco primo optamus doceri de qualitate ipsius, hoc est, qualis oratio debet semp deo offerri. Deinde qualiter valeamus hanc eandē possidere, exercere seu fundere sine intermissione. Nam & experientia quotidiana & sanctitatis tuæ doctrina ostendunt orationem effundi ac perficere posse non parua attentione, quia iam docuisti finem vitæ monasticæ ac culmen totius perfectionis consistere in consummata seu perfecta oratione.

**I**saac: Arbitror vniuersas orationum species comprehendi nō posse absq; ingentibus cordis cōtione & animi puritate, atq; illuminatione spiritus sancti, quia tot sunt quot status & qualitates generari queūt in anima vna, imo in omnibus animabus. Ideo quāuis sciamus q̄ propter hebitudinem cordis nostri non valeamus vniuersas species orationum cognoscere, tamen tentabimus eas assignare quantum mediocritas experientie nostræ potuerit eas perpendere. Nā & ipsa mens momentis singulis reformatur secundum mensuram puritatis qua proficit, & iuxta qualitatem status in quæ ex superuenientibus



inclinatur, vel per suam renouatur industriam. Idcirco certissimum est quod nemo possit D  
semper uniformes orationes effundere. Aliter namque quis orat, cum alacer est, aliter qua  
do grauatur pondere desperationis siue meroris. Aliter dum spiritalibus viget excessi  
bus, aliter cum tentationum & impugnationum mole deprimitur. Aliter cum deposcit  
veniam peccatorum, aliter cum postulat infusionem gratiae aut virtutum, aut aliquid  
viti extirpationem. Aliter quando compungitur timore gehennae ac futuri iudicii, ali  
ter quando accenditur spe desiderioque futurorum bonorum. Aliter, cum versatur in ne  
cessitatibus atque periculis. Aliter, cum in securitate & tranquillitate deambulat, aliter, dum  
coelestium sacramentorum reuelationibus illustratur. Aliter, quando sterilitate virtutum  
& sensuum ariditate constringitur.

**H**is itaque de orationum qualitate digestis, licet non quantum exposcit magnitudi  
do materiae, sed quantum admittit breuitas temporis, aut capere potest paruitas no  
stri ingenij cordisque habitudo, difficultas maior nunc imminet nobis, vt sigillatim ex  
ponamus, species orationis quas Apostolus insinuauit quatuor esse, dicens. De precor  
primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, quae non  
inaniter ab Apostolo taliter distinguuntur. Primo quoque quaerendum est quid designet  
tur per obseruationem, quid per orationem, quid per postulationem, quid item per gra  
tiarum actionem. Deinde quaerendum vt vni quatuor species istae sint pariter assumen  
dae ab eo, qui orat, ita vt omnes in vna quaque supplicatione simul iungantur, an potius ex  
ferendae sint successiue ac sigillatim, ita vt oporteat facere nunc obsecrationes, nunc pos  
tulationes, an certe alius debeat deo offerre obsecrationes, alius postulationes, alius gra  
tiarum actiones secundum mensuram profectus, quo vnaqueque mens proficit iuxta suae  
intentionis industriam.

**P**ropterea primo considerandae sunt proprietates nominum horum, & discutiendū  
est, quid intersit inter orationem & obsecrationem ac postulationem. Deinde scru  
tandum an species istae orationum sint pariter offerendae ac sigillatim. Tertio, an ordo  
specierum istarū ab Apostolo dispositus innuat aliquid speciale ac instruat auditorem  
an distinctio ista sit simpliciter accipienda aestimando quod Apostolus sine speciali ratio  
ne expressit species orationis ordine tali, quod mihi absurdum videtur. Non enim putan  
dum est spiritum sanctum aliquid per Apostolum protulisse passim aut sine idonea  
ratione. Ideo singula retractemus ordine eodem quo cepimus, si dederit dominus.

**D**eprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes. Obsecratio est imploratio seu  
petitio pro peccatis dimittendis, qua vnusquisque compunctus veniam deprecatur  
pro peccatis suis praeteritis siue praesentibus.

**O**rationes sunt quibus deo aliquid offerimus aut fouemus, quod Graece dicitur *εὐχὴ*,  
id est, votum, iuxta illud in psalmo: Vota mea domino reddam. Quod secundum  
proprietaem verbi sic exprimi potest. Orationes meas domino reddam. Illud quoque Ec  
clesiastes: Si voveris votum domino, ne moram feceris reddere illud. Quod iuxta grae  
cum sic sonat: Si voveris orationem domino, ne moram feceris reddere illa. Quod ita ab vno  
quoque nostrum implebitur. Oramus cum huic mundo renunciates promittimus deo quod  
ei seruiemus tota mentis intentione, mortificati cunctis actibus seculi & conuersationi  
mundanae. Oramus, dum contempto seculari honore, & spretis terrenis diuitijs pollice  
mur quod adhaerebimus deo, cum omni cordis contritione ac spiritu paupertate. Oramus  
quando promittimus purissimam corporis castitatem aut immobilem patientiam obser  
uare. Vel, dum vouemus de corde nostro funditus extirpare radices irae aut tristitiae mor  
tem operantis. Quae dum non implemus resoluti pigritia, atque ad vitia redeuntis anti  
qua, erimus rei orationum nostrarum siue votorum, & audiemus. Melius est non voue  
re, quam voveri & non reddere. Quod Graece sic dici potest: Melius est non orare, quam ora  
re & non reddere.

**T**ertio loco ponuntur postulationes quae sunt petitiones quas solemus pro alijs fun  
dere, dum constituti sumus in spirituli seruore, orando pro charis nostris, aut pro pa  
ce mundi totius, & vt verbis vtat Apostoli, dum supplicamus pro omnibus hominibus  
pro regibus, & omnibus in sublimitate locatis.

**Q**uarto loco gratiarum actiones ponuntur, quas mens per excessus ineffabiles red  
dit deo, dum praeterita eius beneficia recordatur aut praesentia contempletur aut intuetur,  
quem

quae etiam & quanta praeparauerit deus in futuro his qui diligunt eum. Ex qua confides  
ratione fundi solent interdum preces huberiores, quando purissimis oculis speculamur  
praemia sanctis in futuro reposita, atque ex hoc spiritus noster instigatur gratias deo res  
ferre cum gaudio infinito.

**E**x his quatuor speciebus orationis, solent generari diuersae occasionis supplicatio  
num. Nouimus enim saepissime preces feruentissimas & ignitas prodire de specie ob  
secrationis, quae nascitur ex peccatorum compunctione. Similiter de statu orationis que  
profuit ex fiducia oblationum & consumatione votorum, iuxta conscientiae puritatem, at  
que de postulatione quae ex charitatis procedit seruore. Itemque de gratiarum actione quae  
generatur ex consideratione beneficiorum & magnitudinis ac pietatis diuinae, ita vt cons  
ter omnes praefatas orationis species necessarias vtilisque consistere cunctis hominibus,  
sic quod in eodem viro variatus affectus emittit, nunc quidem puras ac feruentissimas sup  
plicationes obsecrationum, nunc orationum, nunc postulationum. Veruntamen prima spe  
cies orationis peculiaris pertinere videtur ad incipientes, qui adhuc remordent memo  
ria atque aculeis vitiorum suorum. Secunda ad proficientes, qui ex appetitu & profectu virtu  
tum in quadam mentis sublimitate consistunt. Tertia ad perfectos, quae operibus ad imple  
tes perfectionem votorum suorum charitatis seruore ac studio prouocantur interuenire pro

alijs ex consideratione fragilitatis eorum. Quarta, ad eos qui purissima mente retractant sin  
gulares munificencias miserationesque dei, quas iam ante contulit aut in praesentia largitur, vel  
praeparat & conferet in futuro, & rapitur feruentissimo corde ad illam orationem ignitam, quae  
nec comprehendi nec exprimi potest ore humano, omni personali conscientiae spina de corde ex  
pulsio. Interdum tamen mens in illum verus puritatis affectum profectum, cum in eo coeperit ra  
dicari, solet haec omnia simul concipere, & cuncta peruolutas instar incomprehensibilis acra  
pacissimae flammae fundit ad deum ineffabiles vigoris purissimi preces. Quas ipse spiri  
tus gemitibus inenarrabilibus interpellans ignoratibus nobis ad deum mittit, tanta co  
ncipiens in illius horae momento ineffabiliterque in supplicatione perfundens vt mens non  
valeat ea alio tempore non dicam ore proferte, imo nec recordari. Hinc est quod in quocum  
que statu quis positus effundit aliquando puras intentasque preces. Qui enim adhuc cons  
titutus est sub potentia terroris ac metu examinis, ex consideratione futuri iudicii, exitus  
de illo primo ac humillimo ordine ita vicissim ad horam compungitur, vt non minore spiri  
tus alacritate reseratur de obsecrationis pinguedine, quam ille qui per cordis puritatem con  
templans atque percurrens liberalitatem ac beneficia dei ineffabili iucunditate resolu  
tur. Nam iuxta Christientiam, incipit plus amare, quia cognoscit sibi plus esse dimissum.

**M**agis tamen debemus per profectum vitae & consummationem virtutum expe  
tere illas supplicationum species, quae funduntur ex futurorum contemplatione bo  
norum, aut ex charitatis ardore, vel certe, vt loquar humiliter, & iuxta incipientium gra  
dum siue mensuram, quae domino offeruntur pro adeptione virtutum, aut extinctione  
quorumlibet vitiorum. Aliter quippe nequaquam peruenire poterimus ad sublimiores  
supplicationum species iam praefatas, nisi per ordinationem & postulationem istarum mens  
nostra paulatim atque gradatim ascendat.

**C**hristus in euangelio dignatus est nobis initiare quatuor species istas orationum,  
implens in hoc quod de ipso est scriptum: Quae cepit Iesus facere & docere. Obse  
crauit namque eum dixit Pater, si possibile est, transita me talis iste. Vel illud quod eanta  
tur in psalmo ex eius persona: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Ora  
uit eum ait Pater, ego te clarificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt  
facerem. Et rursus: Ego pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate  
Postulauit quod dicitur Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum,  
vt videant gloriam meam quam dedisti mihi. Et rursus: Pater, ignosce illis, quia nesciunt  
quid faciunt. Denique gratias egit, dicens: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia  
abscondisti haec &c. Et iterum: Pater gratias tibi ago, quia audisti me, &c. Quamuis au  
tem saluator suus exemplo docuerit iuxta modum nunc allegatum has quatuor oratio  
num species posse offerri singillatim diuersisque temporibus, nihilominus suo informauit ex  
emplo omnes species istas posse pariter comprehendi in supplicatione perfecta, quod pas  
set per orationem quam copiosissime legitur effudisse in sermone post cenam, vt in eu  
angelio sancti Iohannis scribitur, quod quia prolixum esset ex textu illa per singula des  
cripta



monstrare, diligens inquisitor poterit edoceri ex serie textus, quod verum sit istud. **Q**d & Apostolus in epistola ad Philippenses euidenter expressit, ubi ponit has quatuor species ordine aliquo permurato, ostendens quod quinque simul sint offerendae sub ordine & forma vnius supplicationis perfectae, cum ait: In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud deum, per quod voluit nos specialiter erudire, quod in oratione debeat gratiarum actio cum postulatione misceri. **¶ S.**

Philip. 4.

**H**As itaque supplicationum species sequitur adhuc sublimior atque praeclearior fit: **H**tus, qui formatur dei solius contemplatione & charitatis ardore, per quem mens resoluta & ignita dilectione omnipotentis, familiarissime loquitur deo, velut proprio patri pietate peculiari. Quem statim nos debere diligenter exquirere forma orationis dominicę instruit, dicens: Pater noster, per quod voce propria confitemur vniuersorum deum ac dominum esse patrem nostrum, & quod de conditione seruii simus assumpti in adeptione filiorum. Sic adijcimus, qui es in caelis, ut abhorrentes habitatione vite praesentis qua dignus in hac terra, tanquam peregrinationem nos longissime separantem a patre ac domino nostro, properemus desiderio maximo ad regionem caelestem, in qua patrem nostrum habitare fatemur, nec aliquid committamus quod faciat nos indignos nobilitate tantae adoptionis, & priuet nos tanquam degeneres hereditate eius paterna, imo & iram & seueritatem suae iustitiae faciat nos velut ingratos incurrere. In quem filiorum gradum ordinemque promoti statim ardebimus pietate, quae in bonis est filijs, ut iam eorum extendamus affectum non pro utilitatibus nostris, sed pro gloria patris nostri caelestis, dicendo atque orando: Sanctificetur nomen tuum, per quod testamur quod desiderium nostrum ac gaudium sit gloria patris nostri caelestis, imitantes in hoc Christum, qui dixit: Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit. Qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in eo non est. Praeterea Paulus, hoc repletus affectu, optauit fieri anathema a Christo, ut eius familia multiplicaretur, atque ad gloriam patris caelestis accresceret salus totius Israeliticae plebis. Securus enim concupiuit interire pro Christo, quoniam nouit neminem posse spiritualiter mori pro vita. Hinc denuo dixit: Gaudemus, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Et quid mirum, si vas electionis optauit fieri anathema a Christo pro gloria dei pro fratribus suorum salutem, pro privilegio gentis, cum & Michaeas propheta vellet mendacem se fieri, & ab inspiratione propheticae gratiae alienari, dummodo plebs Iudaica euaderet plagas & captiuitates quas ei praedixerat: Vtinam, inquit, essem vir non habens spiritum, & mendacium potius loquerer, ut Moysi praetermittamus affectum, quod non reuocet cum fratribus suis interire, dicendo: Obsecro domine, peccauit populus iste peccatum magnum, aut dimitte eis hanc noxam, aut, si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Porro, quod dictum est, sanctificetur nomen tuum, potest etiam congruenter sic accipi: Nostra perfectio seu sancta conuersatio est sanctificatio dei. Itaque sanctificetur nomen tuum, id est, o pater tales nos fac, ut mereamur intelligere sanctificationem tuam quanta sit, & capere eam, ut sanctus appareas in nostra conuersatione spirituali. Quod tunc efficaciter implet in nobis, quando homines vident opera nostra bona, & glorificant patrem vestrum qui in caelis est. **¶ T.**

Iohan. 7  
Roma. 9

2. Corin. 13

Michae. 4

Exod. 32

Math. 6

Math. 23

**S**ecunda petitione mens cupit purissima, aduenire regnum patris sui caelestis, quod aboli imperio, per extinctionem scelerum vitiorum, deus ceperit dominari in nobis per bonam virtutum fragrantiam, regnaueritque in mente nostra castitas fornicatione expulsa, tranquillitas, furore demicto, humilitas, elatione calcata. Vel certe, ut adueniat regnum illud, quod generaliter est promissum omnibus dei filijs ac perfectis tempore praedesignato, in quo eis dicitur a Christo: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quod mens expectans intentis aspectibus ac fixis desiderijs, aita adueniat regnum tuum. Confidit namque testimonio conscientiae suae, quod fors erit regni illius cum apparuerit. Nemo quippe criminis auctorem audebit hanc dicere, vel optare, quia nec aliquis cupit videre tribunal iudicis, qui scit actibus suis retribuendam esse, non palmam, sed poenam a iudice. **¶ V.**

Math. 6

**T**ERTIA filiorum supplicatio est: Fiat voluntas tua sicut in caelo, & in terra. Non potest iam esse maior oratio, quam ut terrestres mereantur aequari caelestibus. Nam quid est diceret: Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra, quam ut homines

**A** homines sint similes angelis: Quatenus sicut voluntas dei ab angelis adimpletur in caelo, ita & hi qui in terra versantur faciant non propriam, sed dei voluntatem in omnibus. Hoc nemo dicere potest ex sententia & affectu, nisi qui credit deum pro nostris utilitatibus omnia tam aduersa quam prospera disponere, & quod deus magis sollicitus prouidusque consistat pro commodis ac salute suorum, quam ipsemet pro seipso. Potest quoque ita intelligi: Voluntas dei est hominum salus, dicente Apostolo: Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, de qua voluntate ait deus per Isaiam: Omnis voluntas mea fiet. Dicendo itaque: Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Hoc petimus ut sicut hi qui in caelo sunt, beatificantur visione diuina, sic omnes in terra peregrinantes tua agnitione saluentur o pater. **¶ X.**

1. Thef. 3  
Iacobi 4

**D**einde oramus: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et pro supersubstantialem Lucas ponit quotidianum. Vnde Matthaeus dicendo supersubstantialem, significat nobilitatem substantiae huius panis, qua sublimitas magnificentiae & sanctificationis eius, excedit omnem creatam substantiam. Porro Lucas dicendo, quotidianum, expressit vsum & utilitatem panis istius. Cum enim ait, quotidianum, ostendit quod nullo die valeamus spiritalem vitam habere aut agere sine ipso. Cum dicit, hodie, ostendit eum sumendum quotidie, nec sufficere sumptionem eius hesternam, nisi tribuatur nobis etiam hodie. Admonet quoque nos quotidiana indigentia huius panis, quod omni tempore debeamus orationem istam effundere, cum nullus sit dies, quo non indigemus esu, & perceptione istius panis, interiorum nostrorum hominem roborantis. Licet, quod dicitur hodie, possit referri ad totum tempus vitae praesentis, ut sit sensus: O pater, praesta nobis hunc panem quam diu commoratur in seculo isto. Nouimus namque quod praestabis in futuro his qui hoc promeruerunt a te. Sed rogamus ut eum nobis largiaris hodie quoniam nisi quis meruerit eum in vita hac, non poterit esse particeps eius in vita aeterna. **¶ Y.**

Math. 6  
Lucas 11

**E**T dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O ineffabilis clementia dei, qui non solum contulit nobis formam orationis, sed etiam tradidit nobis disciplinam morum sibi acceptam, atque per occasionem & necessitatem formae proposita quae praecipit semper orari a nobis, simul euellit radices irae, itemque tristitiae imo & rogantibus tribuit modum ac reserat viam, quibus mereatur sibi exhiberi a deo pium ac clementis iudicium. Et potestatem quodammodo tribuit nobis, quia possumus iudicis nostri sententiam temperare ac trahere ad nostrorum veniam delictorum, quasi astantes eum exemplo nostrae remissionis, cum dicimus ei, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos, &c. Idcirco securus postulat sibi ignosci a deo, spe orationis istius, quicunque remissor est circa proprios debitores duntaxat, non circa debitores domini sui. Solemus quippe, quod peius est, exhibere nos placidos ac clementissimos, circa ea quae fiunt ad dei iniuriam, quamuis sint peccata praegranda, sed circa debita nostrorum offensionum quamuis paruissimatum, inuenimur exactores inexonerabiles & immites. Qui itaque non remittit ex corde fratri in se peccanti, impetrabit hac deprecatione, non veniam, sed condemnationem. Et propria voce deposcit se grauius iudicari a deo, loquens ad eum, remitte mihi, sicut & ego remis. Qui cum iuxta suam petitionem fuerit exauditus, quid alius subsequetur, nisi ut exemplo suo puniatur implacabili ira, & irremissa sententia? Hinc si clementer volumus iudicari, oportet nos esse clementes in eos qui peccant in nos. Tantum namque remittitur nobis, quantum remiserimus eis qui nobis quacunque malignitate nocuerint. Quod formidantes nonnulli dum oratio ista in ecclesia ab vniuersa plebe profertur, hanc particulam tacite praetermittunt, ne videantur seipso obligare magis quam excusare, non aduertentes quod frustra moluntur praeterdere cauillationes & cautiones has iudici vniuersorum, qui voluit ista oratione suis indicare supplicibus, qualiter iudicabit. Dum enim deus non vult circa suos debitores immitis & inexorabilis inueniri, designauit formam sui iudicij, quatenus sicut optamus iudicari ab ipso, sic iudicemus fratres nostros, quando peccauerint in nos. Quia iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. **¶ Z.**

Iacob. 2

**D**einde sequitur: Et ne nos inducas in tentationem. De quo non minima oritur quaestio: Si enim oramus ne permittamur tentari, unde erit in nobis virtus constantiae **o o iij exercet**

exercenda atque prubanda: Iuxta illud quod scriptum est: Omnis vir qui non est tentatus, non est probatus. Et iterum: Beatus vir qui suffert tentationem. Idcirco quod dicimus: Et ne nos inducas, &c. non sonat hoc, non nos permittas tentari aliquando, sed ne permittas nos à tentatione superari. Tentatus enim est Iob, sed non est inductus in tentationem. Non enim dedit insipientiam deo, nec impio ore blasphemus consensit voluntati tentantis, ad quam trahebatur ab illo. Tentatus est Abraham, tentatus est Ioseph, sed neuter eorum in tentationem inductus est, quoniam nullus eorum consensum præbuit tentatori. Denique sequitur: Sed libera nos à malo, id est, ne permittas à diabolo nos tentari supra illud quod possumus, sed da cum tentatione prouentum, ut sustinere possimus.

**V**idetur ergo quæ sit forma orationis sit nobis: proposita à iudice ipso quæ per eam est exorandus. In qua nulla continetur mentio aut memoria diuitiarum aut dignitatum, nulla petitio potestatis aut fortitudinis, nulla postulatio curationis corporis. Nam conditor sempiternus non vult à se implorari aliquid temporale, caducum, aut vile. Hinc iniuriam maximam inferit magnificentiæ & munificentiæ dei, quicumque maluerit postulari transitoria & caduca, prætermittit bonis spiritualibus ac æternis, & talis vilitate suæ orationis incurrit offensam iudicis summi magis quam propiciationem ipsius.

**H**æc ergo oratio dominica quamuis videatur omnem perfectionis plenitudinem continere, vtpote quæ à Christo inchoata est & statuta, ipsa tamē prouehit domesticos & continuatores suos ad illum sublimiorem orationis statum superius memoratum, eosque gradu eminentiori perducit ad orationem illam igneam paucissimis cognitam & expertam, imo, ut magis proprie loquar, ineffabilem precem, quæ transcendens omnem sensum humanum, nullo distinguitur aut formatur vocis sono aut linguæ officio, nec vlla pronuntiatione verborum, quoniam mens illustrata infusione lucis celestis, non designat suum conceptum humanis aut angustiis eloquijs, sed effundit eum sensibus cõglobatis, ineffabiliterque eructat ad deum tanquam de copiosissimo quodam fonte, tanta depromens in illo brevissimo temporis puncto, quanta mens ad se reuerfa non potest faciliter loqui neque percurrere. Quem statum & modum orationis Christus similiter designauit forma supplicationum quas solus fudit in monte, & tempore passionis cum factus in agonia sanguineas guttas fudit inimitabilis attentionis exemplo.

**Q**uæ autem quantuncumque magna experientia præditus possit sufficienter exponere diuersitates, causas, atque origines compunctionum, quibus mens inflammata incitatur ad orationes feruentissimas ac sinceras: Quarum pauca exempli gratia proponemus quantum ad præsens reminisci poterimus per illuminationem spiritus sancti. Interdum nanque versiculus cuiuscumque psalmi præbuit nobis pallidibus occasionem ignitæ orationis. Quandoque canora modulatio vocis fraternæ prouocauit stupentium animos ad supplicationem intemam. Nouimus quoque distinctionem & grauitatem psallentium contulisse non modicum ad feruorem deuotionis astantium. Insuper exhortatio viri perfecti, & spiritalis collatio frequenter erexit affectum iacentium. Scimus etiam quæ sæpe non minus fuimus moti ad plenam compunctionem ex morte alicuius dilecti. Recordatio quoque teporis & negligentiae nostræ induxit nobis aliquando salutare mentis feruorem, atque hoc modo certum est innumerabiles esse occasiones, quibus tepor & negligentia cordis nostri possit per dei gratiam excitari.

**E**t autem difficultas non parua indagare qualiter & quibus modis compunctiones hæc procedant de interioribus animæ. Frequenter enim fluctus seu exuberantia superberrimæ compunctionis emergit propter ineffabile gaudium alacritatemque mentis, ita ut etiam prorumpat in quosdam clamores præ immensitate intolerabilis gaudij & cordis iucunditas, exultationisque magnitudo penetret cellam fratris vicini. Interdum autem infra secretum profundæ taciturnitatis absconditur tanto silentio, ut stupor repentina illuminationis excludat omnem penitus sonum vocis, & mens intus cõtineat omnes sensus attonitos, vel admittat & desideria sua effundat inenarrabilibus gemitibus coram deo. Vicissim vero repletur mens tanta compunctionis abundantia & dolore, ut non queat nos erigere, aliter quam lachrymarum effusione.

**G**ermanus: Vltimum istum compunctionis affectum, etiam paruitas nostra ex parte. aliqua nouit, frequenter enim ex recordatione delictorum meorum me lachrymante, ita

**A** vegetatus sum subito hoc ineffabili, ut præfatus es gaudio, visitante me domino, ut lætitiæ magnitudo diceret mihi, non debere me desperare veniam peccatorum meorum. Quo statu reor nihil sublimius esse in vita ista, si recuperatio eius subiaceret nostro arbitrio. Interdum namque cupiens totis viribus me excitare compunctionibus lachrymarum, & statuens ante oculos meos vniuersa peccata mea reuocare, non valco illam flexuum vbertatem, & ita oculi mei instar durissimi saxi durantur, ut nulla lachrymæ gutta possit distillare ex eis. Ideo quantum in lachrymarum effusione exulto, tantum doleo quod eas recuperare nequeo, quando & quantum valero.

**I**SAAC: Non omnis effusio lachrymarum procedit ex vno affectu, aut eadem virtute. Aliter enim emanat fletus, qui ex peccatorum recordatione & contritione diffunditur, de quo dicitur: Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes, &c. Et iterum: Deduc quasi torrem lachrymas, per diem & noctem, &c. Aliter profuit fletus qui oritur de contemplatione æternorum bonorum, ac desiderio felicitatis futuræ, pro qua erumpunt fontes lachrymarum vberiores. Ex intolerantia iucunditatis & immensitate alacritatis, dum sitit anima nostra ad deum fontem viuum, dicens. Quando veniam, & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die & nocte, clamanti quotidie cum eiulatu & lamentatione: Heu mihi, quod incolatus meus prolongatus est. Et

**M**ultum incola fuit anima mea. Aliter effluunt lachrymæ, quæ absque conscientia culpæ nascuntur ex metu gehennæ, & consideratione metuendissimi iudicij diuinæ iustitiæ, cuius terrore per cussus Prophetæ dominum exorauit: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo, &c. Est insuper genus aliud lachrymarum, quæ funduntur non pro propria culpa, sed proximorum, quo Samuel iussit Saulem, & Christus ciuitatem Hierusalem, Ieremias quoque synagogam, dicens: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei? Vel certe, quales sunt lachrymæ illæ, de quibus in Psalmo cantatur: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Quas certum est non illo affectu effundi, qui in sexto Psalmo emergit seu aperitur ex persona penitentis, cum dicitur: Lauabo per singulas noctes lectum, &c. Sed ex anxietate vitæ præsentis, & præ angustijs & erumnis, quibus iusti in hoc mundo præmuntur, quod euidenter ostendit non solum textus, sed etiam titulus Psalmi illius, qui titulus ex persona pauperis illius describitur, de quo in euangelio legitur: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum celorum, Etenim titulus illius Psalmi est: Oratio pauperis cum anxietate fuerit, & coram deo effuderit precem suam. Ab istis itaque lachrymis multum distant lachrymæ, quæ obdurato corde exprimentur oculis ficcis. Quas licet credamus esse non penitus infructuosas, quia earum effusio attendatur bono proposito, præsertim ab his, qui necdum pertingere potuerunt ad perfectam & spiritalem scientiam, aut nondum qui uerunt pure mundari à labe præteritorum siue præsentium vitiorum.

**V**eruntamen effusio lachrymarum non debet sic extorqueri ab his qui transierunt in affectum virtutum, neque magnopere affectandi sunt fletus hominis exterioris. Qui & si fuerint utcumque producti, nunquam pertingere poterunt ad illam lachrymarum spontaneam vbertatem. Nam animum supplicantis distrahentes conatibus seu extorsionibus suis, deiciunt ac demergunt eum in ima, atque ab illa celesti sublimitate deponent, in qua mens orantis attonita inauertibiliter est figenda, compellentisque animum languere, & occupari circa guttulas lachrymarum steriles ac coactas, relaxata precum suarum intentione & affectione.

**A**tque ut veræ & perfectæ orationis percipiatis affectum, proferam vobis sententiam beati Anthonij, & non meam, quem nouimus quandoque sic permansisse in oratione, ut ipso frequenter orante in mentis excessu, audierimus eum sæpe clamantem in mentis feruore cum sol cœpisset oriri: Quid me impedis sol, qui modo oris ad hoc, ut abstrahas me à claritate huius luminis veri? Qui S. Anthonius protulit de qualitate orationis sententiã istam celestem potius, quam humanã. Non est perfecta oratio, in qua morachus intelligit se, vel hoc ipsum quod orat, seu proprium actum. Et singuli quique audeamus aliquid orationis adijcere huic admirandæ sententiæ secundum tenuitatis nostræ mensuram

Denique nunc ponemus signa, quantum experti sumus, per quæ intelligatur, quod oratio exaudiatur à domino.

**¶** I. Nulla hæsitatio interpellauerit siue pulsauerit nos orantes, nec quadam desperatione deiecerit petitionis nostræ fiduciã, si in ipsa orationis effusione senserimus nos obtinuisse quod postulamus, nõ dubitemus, quin preces nostræ efficaciter ad deũ peruenierint. Tantum enim quis merebitur exaudiri & obtinere, quantum crediderit inspicere à deo, vel deum posse prestare. Intractabilis namque est sententia Christi dicentis: **¶** Quicumque orantes petitis, credite quia accipietis, & venient vobis.

**¶** II. Ex manus: Credimus istam exauditionis fiduciam emanare de conscientie puritate, sed qualiter nos possumus eam habere, quorum corda pungit adhuc peccati spina, qui non habemus propria merita nobis patrocinantia, quibus fiducialiter presumas mus orationes nostras esse exaudiendas

**¶** III. SAAC: Evangelica atque prophetica contestantur eloquia, quod diuersæ sint causæ exauditionum, iuxta animarum diuersum ac varium statum. Habes enim signum exauditionis ex confessione duorum aut trium fratrum, auctoritati C H R I S T I, qui ait: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet eis à patre meo. Habes aliam exauditionis fiduciam in plenitudine fidei, quæ grano sinapis assimilatur, sicut ait saluator: Si habueritis fidei sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Habes & aliam exauditionis fiduciam ex assiduitate orationum, quam sermo diuinus vocat importunitatē propter indefessam petitionum perseverantiam, iuxta illud: Amen, amen dico vobis, quia si non propter amicitiam, saltem propter eius improbitatem surget, & dabit ei quantum opus habet. Habes & aliam ex largitione elemosynarum: Abscondite, inquit, elemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te ad dominum in tempore tribulationis. Habes aliam in emendatione vitæ & operibus misericordie, quemadmodum scriptum est: Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes. Et post pauca quibus infertuosum ieiunium increpat, subiungitur: Tunc inuocabis, & dominus exaudiet clamabim, & dicet: Ecce assum. Denique magnitudo tribulationum facit aliquando exaudiri, secundum illud: Ad dominum cum tribulaberis clamaui, & exaudiuit me. Et iterum: Ne afflixeris aduenam, quia si clamauerit ad me exaudiam eum, quia misericors sum. Vi detis ergo quam multis modis obtineatur gratia seu fiducia exauditionis, vt nemo desperatione conscientie suæ frangatur à spe impetrandi salubria & æterna. Vt enim ex consideratione miseriarum nostrarum concedam nos esse destitutos cunctis virtutibus & actibus virtuosis iam memoratis, nec habere nos illam laudabilem duorum consensionem, nec fidem tantam quæ grano sinapis comparatur, nec opera pietatis, quæ describit propheta, tamen habere valeamus importunitatem orationis, quæ suppetit omnivolenti, per quam dominus repromittit se daturum quicquid fuerit postulatum. Hinc absque hæsitatione infidelitatis insistentium est precibus, nec est dubitandum ab aliquo, quin assiduitate earum obtinere poterimus quicquid salubriter deprecati fuerimus. Dominus namque volens prestare cœlestia & æterna, hortatur nos vt coartemus eum quodammodo nostra importunitate, qui importunos non solum non despiciat, nec refutat, sed etiam inuitat & laudat, ac pie promittit daturum se eis, quicquid perseveranter orauerint: Petite, inquit, & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Et iterum: Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis, & nihil impossibile erit vobis. Propterea si vniuersæ exauditionum causæ præfatæ nobis deficient, animæ importunitatis instantia, quæ absque vlla difficultate meriti ac laboris, sita est in potestate eius iuscumque volentis, merito autem supplicans quisque exaudiendum se dubitet, cum de sua exauditione dubitauerit. Porro quod in fatigabiliter sit orandum, docemur & illo beati Danielis exemplo, qui exauditus à prima die qua cepit orare, consequitur suæ petitionis effectum post vicessimum primum diem. Vnde & nos non debemus cessare ab orationum nostrarum continuatione, quamuis senserimus nos tardius exaudiri. Nam forsitan gratia exauditionis differtur vtiliter dispensatione diuina, vel angelus portaturus ad nos beneficium D E I, egressus à facie omnipotentis resistente diabolo retardatur, quem certum est nõ posse ad nos deferre munus optatum, si inuenierit nos cessare à per-

secu-

**A** secutione petitionis inceptæ. Quod & præfate Prophete accidere proculdubio potuisset, nisi virtute præcipua continuasset seu protelasset suam orationem vsque ad vicissimum primum diem. Nulla igitur desperatione frangamur à confidentia fidei huius, dum nequaquam sentinus obtinuisse nos postulata, nec ambigamus de promissione Christi dicentis: Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis. Denique pensare debemus sententiam sancti Iohannis euangelistæ, qua dubitatio huius inquisitionis soluitur euidenter. Nam ait: Hæc est fiducia quam habemus à domino, quia quicquid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Itaque iussit nos habere plenam & indubitatam exauditionis fiduciam, in his tantum, quæ consonant seu concordant voluntati diuinæ, non commodis nostris, temporalibusue solatijs. Quod etiam in oratione dominica admiscere iubemur, dicendo: Fiat voluntas tua. Tu, inquam, nõ nostra. Præterea, si aduertimus illud apostoli Pauli: Quid oremus sicut oportet nescimus. Cognoscimus quod interdum rogamus ea, quæ nostræ contrariantur saluti, quæ nobis vtilissime denegantur ab eo, qui utilitates nostras rectius atque veracius intuetur, quam ipsimet. Quod certum est contigisse & Paulo apostolo, quum orauit auferri à se angelum Sathanæ, qui fuerat ei vtiliter applicatus à domino, vt eum colaphizaret, quem admodum ad Corinthios ait: Propter quod ter dominum rogavi, vt discederet à me.

**B** Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Quod & C H R I S T V S insinuauit, orans ex persona humanitatis assumptæ, vt daret nobis formam orandi suo exemplo, cum dixit: Pater, si possibile est, transseat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, quum utique voluntas eius non discreparet à patre. Venerat namque saluare quod perierat, & dare animam suam redemptionem multis. De qua ipse fatetur: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ex cuius persona ait & David in Psalmo tricesimo tertio, de vniuersitate voluntatis suæ, quam iugiter possidebat cum patre: Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Nam & de patre sic legitur: Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. De filio quoque: Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Cui concordat quod fertur de patre: Qui proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic & de filio legitur: Oblatus est, quia voluit. Sicque probatur, quod patris & filij sit vna voluntas, ita vt etiam vna atque indisona operatio patris ac filij designetur fuisse in ipsius filij resurrectione, quam sicut Apostolus patris ascribit, dicendo: Deum & patrem, qui suscitauit eum à mortuis, sic filius eam ascribit sibi semetipso: Soluite, inquit, templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Propterea nos edocti præfatis C H R I S T I exemplis, debemus cunctas nostras obsecrationes simili modo concludere, adiungendo eis semper hanc vocem: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Postremo satis constat, quod ille ternarius orationis qui fieri solet in congregationibus fratrum ad concludendam synaxim, obseruari non possit ab eo, qui intento animo non orat.

**¶** Ante omnia obseruandum est euangelicum illud præceptum, vt intrantes in cubiculum nostrum, clauso ostio oremus patrem nostrum, quod ita implebimus. Nam intra cubiculum supplicamus, dum abstrahentes cor nostrum ab omni cogitationum strepitu sollicitudinumque tumultu offerimus Deo preces nostras familiariter & secreta. Rursus ostio clauso oramus, dum labijs clausis cum omni silentio supplicamus D E O, qui scrutator est cordis, non vocum. In abscondito oramus, quando orationes nostras orationi soli D E O, corde duntaxat ac mente intentam, ita vt demones non possint agnoscere speciem nostræ petitionis. Hinc cum summo silentio est orandum, non solum ne nostris susurrans seu clamoribus auertamus fratres astantes ab attentione orationum suarum, & ne obstrepamus orantium sensibus: sed item vt intentio nostræ orationis lateat inimicos nostræ salutis, qui summe insidiantur orantibus nobis. Sic quippe implebimus illud propheticum quoque præceptum: Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.

**¶** Ob hoc quoque orandum est frequenter ac breuiter, ne aduersarius possit inserere aliquid nobis orationi immorantibus. Istud namque est sacrificium verum, quia sacrificium

eum deo spiritus contribulatus. Hec est salutaris oblatio, ista sunt pura libamina, istud est sacrificium laudis atq; iustitiae, istae sunt veterae pinguedines, hostiae, ista sunt holocausto mata medullata, quae a contritis & humilitatis cordibus offeruntur. Quae dum exhibemus attentione ac disciplina qua diximus, possumus efficaci virtute cantare: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Elevatione manuum mearum sacrificium vestro spiritum. Quod & aduentus huius horae ac noctis admonet oportune nos congrua deuotione persolvere. De quo quamuis multa iam videantur prolata, secundum nostrae tenuitatis capacitatem, & ista collatio sit diu protrahenda, tamen iuxta dignitatem, subtilitatem ac difficultatem, imo & utilitatem materiae modicum credimus dictum. Postremo his sanctis sermonibus stupefacti potius, quam repleti vespertina synaxi peracta, ac cepimus modicum somni, sicq; ad nostra discessimus, reuersuri primo diluculo, supplicaturi pro pleniori horum tractatu, gloriantes tam de praehabitorum adeptione, quam de futurorum securitate. Senseramus enim excellentiam orationis esse nobis tantummodo praemonstratam ex disputationibus praeductis. Sed non vidimus nos integre percipisse ex illis ordinem ac virtutem, quibus acquirenda est atq; tenenda perpetuitas seu incessabilitas orationis.

## COLLATIO DECIMA,

&amp; abbatis Isaac secunda.

De orationis iugitate.

¶ A.

**I**NTER cetera ista Anacharitarum instituta sublimia filo qualicumq; quae imperito descripta, domino concedente, ordo narrationis compellit nos aliquid inferere, quod videatur apponere quandam quasi corpore pulchro, quamuis non dubitem, quin ex hoc ipso conferretur simplicioribus institutio magna de omnipotentis dei imagine, quae in Genesi legitur, praesertim cum causa seu inquisitio tantae doctrinae verset, ut quae ignorantia inesse non possit sine ingenti blasphemiam, atq; catholicae fidei detrimento.

**M**Os iste in regione Aegypti seruatur ex institutione antiqua, ut peracto epiphaniae die, quem sacerdotes illius prouintiae dicunt esse diem baptismi Christi, vel natiuitatis eius secundum carnem, vnde & de vtraque re illa vna tantum faciunt solennitatem, non duas, sicut fit in occidentibus partibus. Tunc itaq; mittunt epistolae Alexandrini episcopi per vniuersas Aegypti ecclesias, in quibus insinuat in initium quadragesimae & dies paschae, non solum per singulas ciuitates, sed per omnia quoque cenobia, atq; secundum hunc morem solennes epistolae Theophili Alexandrini pontificis missae sunt paucis euolutis diebus a tempore, quo abbas Isaac fecit nobis praecedentem collationem. Deniq; in praefatis epistolis idem antistes longo sermone disputauit contra rudem haesim Antropomorphitarum, & eam euidenter destruxit, quod vniuersi pene monachi in Aegypto morantes cum tanta amaritudine acceperunt ex simplicitatis suae errore, ut pars maxima seniorum iudicaret eundem pontificem ab vniuersis fratribus detestandum, tanquam grauissima haeresi deprauatum, utpote qui contra diceret veritati scripturae, negando omnipotentem deum, humanae figurae lineamentis formatum, cum scriptura Genesios aperissime protestetur hominem ad dei similitudinem esse creatum. Insuper epistola praefati episcopi ita est refutata a monachis in Sithi degentibus, qui perfectione ac scientia praeminebant cunctis Aegyptiis monachis, ut praeter abbatem Pafnutium congregationis nostrae presbyterum, nullus ceterorum presbyterorum in eadem eremo praesidentium, alijs tribus ecclesijs permitteret eam in suis conuentibus legi aut recitari.

**P**ORRO inter eos, qui decepti fuerunt haeresi illa, fuit Serapion, vir antiquissimae distributionis, atq; per omnia consummatus in vita actiua. Cuius error & imperitia tantum praesudicauit cunctis vere catholicis, quantum ipse praecessit quasi vniuersos monachos merito vitae ad senectutem. Qui quum non posset perducere ad firmitatem fidei rectae multis exhortationibus abbatis Pafnutij, eo quod per suasio Pafnutij videretur ei noua, nec a praedecessoribus vnquam inuenta aut tradita, accidit ut quidam Diaconus, vir

**A** vit summæ scientiae, nomine sonus adueniret de Capadociae partibus, desiderio visitandi fratres in Sithi manentes. Quem beatus Pafnutius lætanter suscipiens produxit in medium pro confirmatione fidei contentae in epistolis Theophili praefulsi, interrogauitq; eum coram fratribus vniuersis, qualiter cunctae ecclesiae catholicae Orientis intelligerent quod deus ait in Genesi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quumq; Diaconus diceret, quod vniuersi praefati Orientalium ecclesiarum intellexerent verba illa non iuxta superficiem literae, sed spiritualiter tantum, probauit hoc ipsum diaconus idem copioso sermone ac multis testimonijs scripturarum, eo quod nihil circumscribibile humana figuratione cadere possit in illam immensam, incomprehensibilem ac inuisibilem maiestatem, cum & natura DEI incorporea, incompressa & simplex existat, quae sicut oculis nequit videri, ita nec mente estimari aut comprehendi. Quumq; Serapion tandem tractus esset ad fidem rectam multis atq; fortissimis rationibus doctissimi viri illius, infinita lætitia repleuit abbatem Pafnutium & nos oēs, eo quod dominus non permiserit vrum, tanta æquitate virtutibusq; perfectum, ex sola imperitia ac rusticana simplicitate errantem vsq; ad finem deuiare a fidei veritate. Surgentibus ergo nobis, ut propter hoc pariter offerremus deo gratiarum actionem & orationem, sic senex in sua oratione confusus est mente, eo quod sentiret auferri a corde suo corporalem illam deitatis imaginem, quam consueuerat sibi in oratione proponere, ut repente prorumperet in amarissimos fletus plurimosq; singultos. In terram quoque prostratus cum eiulatu clamaret fortissimè: Heu me miserum, tulerunt a me deum meum, & modo non habeo quem teneam, nec scio quem adorem. De qua re valde permoti, reuersi sumus ad abbatem Isaac, residere adhuc in cordibus nostris virtute collationis praehabita, quem protinus intuentes ita affati sumus.

¶ D.

**L**EXPRESE incitaret desiderium nostrum ad recurrendum ad beatitudinem tuam cunctis postpositis, tamen hanc affectionem auxit tam grauis error abbatis Serapionis concepitur calliditate demonum nequissimorum, ut arbitramur. Non enim parua desperatione deiecit, videntes eum non solum perdidisse vitio huius erroris tantos labores, quos per quadraginta annos laudabiliter exegit in eremo ista, sed etiam incurrisse discrimen mortis perpetuae. Hinc primo desideramus agnoscere, vnde vel quare tantus error acciderit ei. Deinde quaesumus edoceri qualiter peruenire possumus ad illam orationis qualitatem, de qua pridem disputasti, non tantummodo copiose, sed item magnifice, ad hoc enim admirabilis illa collatio profecit in nobis, ut incuteret nobis mentis stuporem, non ut ostenderet qualiter valeamus eam apprehendere siue perficere.

¶ E.

**I**SAAC: Non est mirandum simplicissimum hominem nunquam instructum de deitatis substantia ac natura, potuisse detineri ac decipi vsq; nunc vitio rusticitatis & consuetudine antiqui erroris, atq; (ut verius dicam) in errore pristino perdurare, qui illatus est ei non recenti illusionem demonum, ut putatis, sed ignorantia pristinae gentilitatis, dum iuxta consuetudinem, qua colebant daemones humana effigie figuratos, conuersi quoque estimant incomprehensibilem veri dei maiestatem sub circumscripta imagine adorandam, credentes se nihil habere aut retinere, nisi habuerint atq; aspexerint talem imaginem, quam iugiter orent, & mente circumferant, & praeculis teneant semper asfixam. De quorum errore illud conuenienter accipitur: Mutaerunt gloriam dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Ieremias quoque: Populus, inquit, meus mutauit gloriam suam in idolum. Qui error quamuis impressus sit cordibus aliquorum ex praefata origine, nihilominus tamen ex quadam rusticitate & imperitia contra factus est ab alijs quibusdam, qui nunquam polluti sunt superstitione gentili, sub colore testimonij huius: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cuius occasione etiam ortum sumpsit interpretatione detestabili haeresis Antropomorphitarum, quae immensam ac simplicem deitatis substantiam pertinaci affirmat perueritate, esse compositam figuram & lineamentis humanis; quae haeresim detestatur tanquam gentilem blasphemiam quicumque fuerit catholice informatum, sicq; perueniet ad purissimam illam orationis proprietatem, quae in sua supplicatione non solum non miscet vlla figurationis alieuius lineamenta, quod dictum est etiam nephias, sed nec admittit memoriam alieuius dicti aut facti, nec formam alieuius characteris.

¶ F.

Vnaqueq;



**V**Naquæq; etenim mens in oratione sua erigitur aut formatur secundum puritatis **D** suæ meritum ac mensuram, tantum discedens ab intuitu terrenarum ac materia-  
 lium rerum, quantum puritas sua cum prouenerit ac fecerit lesum uideri ab ea intentis  
 aspectibus humilem adhuc & carneum, aut glorificatum in suæ maiestatis gloria ueni-  
 entem. Non enim poterunt intueri lesum in suo regno uenientem, qui adhuc detenti  
 sunt infirmitate Iudaica, nec cum Apostolo dicere queunt: *Etsi cognouimus secundum  
 carnem Christum, tamen iam nunc non nouimus; sed illi diuitias deitatem purissimis  
 oculis speculantur, qui de uilibus ac terrenis cogitationibus atq; operibus ascendunt  
 cum Christo in excelsum solitudinis montem, qui mons à tumultu omnium terrenarum  
 cogitationum ac perturbationum liber existens, à permixtione quoq; cunctorum uitio-  
 rum quietus, sublimatus etiam fide purissima, ac uirtutum eminentia reuelat gloriam  
 uultus dei & claritatis suæ imaginem his, qui merentur eum mundo intuitu contem-  
 plari. Præterea uidetur lesus ab ijs, qui in ciuitatibus, uiculis & castellis morantur, hoc  
 est, qui constituti sunt in uita actiua, non tamen in tanta claritate, in quanta apparuit  
 illis qui cum ipso ascenderunt in montem, utpote Petro, Iacobo & Iohanni. Sic nanq;  
 apparuit in solitudine Moysi, & locutus est Heliaz. Quod Christus uolens confirmare,  
 ac perfecta puritatis exempla nobis relinquere, secessit in montem solus orare, cum ta-  
 men ipse fons inuolabilis sanctitatis nõ indigeret extrinsecus adiutorio solitudinis, ad **E**  
 obtinendam fastigia perfectionis. Non enim poterat uillis turbarum sordibus maculari  
 ipsa munditiæ plenitudo, nec contaminari humano consortio, qui sanctificat & emun-  
 dat uniuersa polluta, instruens nos exemplo secessus illius, ut si uoluerimus deum ora-  
 re puro & integro cordis affectu, recedamus similiter ab omni inquietudine & confusio-  
 ne turbarum, quatenus commorantes in corpore isto, ualeamus nos saltem ex aliqua  
 parte aptare & conformare felicitati, quæ sanctis promittitur in futuro, sitq; deus nos  
 bis omnia in omnibus.*

1. Cor. 13

Iohan. 17

Ibidem

**T**unc enim in nobis perfecte complebitur oratio saluatoris, qua pro suis orauit dis-  
 cipulis, loquens ad patrem, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ipsi in nobis.  
 Et iterum: *Ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum  
 sint, quando & perfecta illa dilectio, qua Christus prior dilexit nos, transferit in cordis  
 nostri affectum, prætaçta Christi oratione completa, quam credimus nullo modo posse  
 cessari, quod fiet cum omnis amor, omne desiderium ac studium, omnis conatus & ois  
 cogitatio nostra, omne quod uidemus & loquimur, deus erit, & unitas quæ nunc est pa-  
 tri cum filio, & filio cum patre, transfusa fuerit in sensum nostrum ac mentem, hoc est,  
 ut quemadmodum deus diligit nos pura & indissolubili charitate, ita & nos ei iungamur  
 dilectione inseparabili atq; perpetua ei sic copulati, ut dei sit quicquid speramus, intell-  
 gimus, operamur aut loquimur, iam iamq; peruenientes ad illum, quem dominus optat  
 in nobis impleri orando: *Ut omnes sint unum sicut & nos unum sumus. Ego in eis, &  
 tu in me, ut sint & ipsi consummati in unum. Et iterum: Pater, quos dedisti mihi, uolo  
 ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Hic est finis solitarij. Hæc esse debet omnis intentio  
 eius, ut mereatur in hoc corpore possidere imaginem felicitatis futuræ, incipiatiq; in hoc  
 uasculo prægustare terram celestis conuersationis ac gloriæ. Hic inquam est finis perfe-  
 ctionis totius, ut mens extenuata ab omni affectione carnali, eo usq; sublimetur quoti-  
 die ad spiritalia & superna, ut tota sua conuersatio, omnis uolitio & appetitio fiat una  
 iugis incessabilisq; oratio.**

Ibidem

**E**rmanus: Amplior magnitudo stuporis crescit nobis ex his supra admirationem  
 præhabitæ collationis, propter quam recurrimus istuc. Quantum enim inflamma-  
 mur desiderio perfectæ beatitudinis ex incitamento huius doctrinæ, tantum maiore de-  
 speratione deiçimur, ignorantes qualiter expetere aut obtinere possimus disciplinam  
 ac statum tantæ sublimitatis. Propterea quæsumus ut patienter permittas explicari à  
 nobis ea, quæ in cella sedentes cœperamus reuoluere meditatione diutina, quia necesse  
 est ea proferre, licet prosecutione forsan loquaci, quamuis sciamus beatitudinem tuam  
 non solere offendi uillis ineptijs infirmorum, quæ ob hoc sunt proferendæ in medium,  
 ut corrigantur quæ in eis absurda sunt. Itaq; opinamur necessarium esse, ut perfectio cus-  
 iuslibet artis seu disciplinæ à quibusdam mollibus incipiat rudimentis, & primo facilio-  
 ribus imbuamur tenerioribusq; initijs, ut quodam irrationabili lacte nutrita paulatim  
 succre-

**A** succreseat, sicq; gradatim ac sensim ascendit ab imis ad summa. Cumq; ingressa sic fue-  
 rit, planiora principia & quodammodo ianuas arreptæ professionis, perueniet ordinate  
 & absq; labore ad interiora & excelsa perfectionis fastigia. Qualiter enim quispiã puer-  
 rorum poterit pronuntiare simplices copulas syllabarum, nisi prius didicerit literarum  
 figuras? Aut quomodo assequetur aut discet legendi peritiam, qui necdum idoneus est  
 coniugare angustas seu breues nominum descriptiones? Qualiter etiam obtinebit retho-  
 ricam facundiam, philosophicam uel scientiam, qui nondum grammaticam est edoctus?  
 Quapropter non dubito esse quædam fundamenta huius sublimissimæ artis, qua in-  
 struimur deo iugiter inhæreret quibus fundamentis primo firmissime collocatis, super-  
 imponatur & eleuentur fastigia perfectionis excelsa. Cuius perfectionis principia suspi-  
 camur tenuiter hæc esse, ut primo sciamus qua meditatione deus teneatur aut cogitur.  
 Deinde, qualiter ualeamus immobiliter custodire hanc eandem materiam, quod etiam  
 non ambigimus esse culmen totius perfectionis. Ideo cupimus nobis demonstrari quan-  
 dam memoriæ huius materiam, qua deus mente concipiatur, & in ea iugiter teneatur, ut  
 materiam illam præ oculis retinentes, habeamus in promptu quod respiciendo, ilico re-  
 uertamur ad illam materiam, quotiens senserimus nos ab eadem dilapsos, ualeamusq;  
 illam resumere absq; ulla circuitus mora, & inquisitionis difficultate. Contigit quippe,  
 ut dum à spiritalibus theorijs conuertimur ad nos ipsos quodam lethali sopore, & deins-  
 quasi expergefacti quærimus materiam quæ interrupta est, per quã resuscitare possumus  
 spiritalem memoriam, retardati mora inquisitionis, rursus labamur à nostro conatu pri-  
 usquam reperiamus materiam illam, sicq; concepta cordis intentio euanescat anteq; pa-  
 riatu aliquis spiritalis intuitus. Quæ confusio accidit nobis idcirco, quoniam non tes-  
 nemus aliquid spiritale ante oculos nostros stabiliter positum, tanq; formulam quandã  
 quam possit noster animus reuocari post multos anfractus uariosq; discursus, atq;  
 post longa naufragia illud tanq; portum quietis intrare sicq; sit, ut mens iugiter impedi-  
 ta difficultate & ignorantia ista, iactetur per diuersa tanq; errabunda semper ac ebria, ita  
 ut nec diu, nec firmiter teneat etiam illud spiritale quod sibi occurrerit casu potius, q; in-  
 dustria, dum recipiens ipsa semper aliud ex alio non sentiat eorum discessum ac finem,  
 sicut non sensit eorum principia & ingressum.

**I**Saac: Inquisitio uestra tam minuta atq; subtilis, signum est proximæ puritatis. Nec  
 enim aliquis poterit de his interrogare, ne dicam inspicere siue discernere, nisi quem  
 diligens & efficax mentis industria ac peruegil sollicitudo prouenerit ad perscrutandam  
 profunditatem quæstionum istarum, ac iugis intentio uitæ emendationis fecerit pex ex-  
 rientiam actualem attentare limina puritatis istius, & pulsare ianuas eius. Quoniam  
 itaq; uideo vos non iam astare præ foribus orationis ueræ ac puræ, de qua disputamus,  
 sed manibus experientiæ quodammodo palpare penetralia & interiora ipsius, iamq; cõ-  
 tingere quasi quædam membra eiusdem, credo me non laboraturum in hoc, ut intro-  
 ducaam oberrantes intra aulam huius orationis in abdita eius, nec ullo difficultatis obs-  
 taculo vos retardabo ab introspectu eorum, quæ demonstranda sunt modo. Proximus  
 quippe est notitiæ ueritatis, qui prudenter agnoscit, quid & qualiter debeat quærere.  
 Nec longe est à scientia, qui cepit intelligere quod ignorat. Idcirco non vereor notam  
 proditiõnis ac leuitatis incurrere, si manifestauero ea, quæ in præcedenti collatione, lo-  
 quens de orationis perfectione, subtraxi sermocinationi illi, quorum uirtutem arbitror  
 fuisse referendam uobis in hoc exercitio ac studio collocatis etiã sine ministerio nostri  
 sermonis per gratiam creatoris.

**Q**Vapropter iuxta institutionem, quam prudētissime comparastis eruditione paruu-  
 lorum, qui aliter percipere nequeunt primam literarum informationem, nec ualēt  
 agnoscere neq; describere earum lineas aut figuras, nisi assuescant assidua inspectione  
 & quotidiana imitatione exprimere seu exarare literarum characteres siue effigies. Primo  
 diligenter impressis quibusdam figuris seu formulis ceræ, sic, inquam, danda est uobis  
 formula huius spiritalis doctrinæ, ad quam iugiter defigentes tenacissime uestrum in-  
 tuitum, discatis eandem incessanter reuoluere, aut usu ac meditatione ipsius ualeatis in-  
 tuitus sublimiores ascendere. Hæc igitur proponitur uobis formula disciplinæ & oratio-  
 nis, quam quæritis, quam formulam quilibet monachus tendens ad iugem dei memò-  
 riam, ascendat ac apprehendat incessabili cordis reuolutione, expulsa euagationis oim-



Psalmo 97

uarietate, quia nec aliter poterit aliquo modo eam tenere, nisi fuerit absolutus ab omnibus corporalibus curis, quae forma sicut nobis est tradita à paucis antiquissimorum patrum residuis, ita à nobis non raseratur nisi rarissimis ac vere scientibus. Hæc itaq; formula pieratis fit inseparabiliter nobis propofita, ad possidendam incessantē perpetuāq; dei memoriam: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Hic namq; versiculus non immerito excerptus est & assumptus de toto corpore scripturarum. Recipit namq; omnes affectus, qui possunt humanæ naturæ inferri, & proprie fatis ac competenter aptatur, & applicatur ad omnē statum ac vniuersos incurfus. Continet quippe inuocationem dei contra pericula, continet humilitatem piæ confessionis, vigilantiam spiritalis sollicitudinis perpetuāq; timoris, considerationem propriæ fragilitatis, confidentiā exauditionis, atq; præsentis ac semper astantis diuini subsidij. Nemo pe qui iugiter inuocat suum protectorem, certus est eum semper esse præsentem. Continet quoq; charitatis ardorem, insidiarum considerationem, & inimicorum timorem. Quibus videns se vallatum, die ac nocte fatetur se liberari non posse absq; sui defensoris auxilio. Versiculus iste est inexpugnabilis murus, impenetrabilisq; lorica, ac munitissimus clypeus vniuersis infestatione dæmonum laborantibus. Versiculus iste constitutos in anxietate & acedia animi, aut depresso tristitia, vel cogitationibus quibuscunq; non permittit desperare salutis remedia: sed ostendit, qd ille qui inuocatur, nostra certamina iugiter intuetur, nec suis desit supplicibus. Versiculus iste hortatur nos in spiritalibus successibus ac gaudijs constitutos nequaquam debere extolli, neq; inflari de prospero statu, quem testatur sine dei protectione retineri non posse, dum eum implorat, vt sibi auxilietur non solum semper, sed item velociter. Iste, inquam, versiculus necessarius ac vtilis inuenitur vnicuiq; nostrum in quacunq; dispositione locato. Nam qui desiderat se semper & omnibus adiuuari, manifestat qd non solum indigeat adiutorio dei in aduersis ac tristibus, sed etiam pari modo in prosperis & iucundis, vt sicut faciat eum erui ex aduersis, sic faciat eum conseruari in prosperis, sciens fragilitatem humanam in neutro posse subsistere sine diuina subuentione. Passione gulæ perstringor, cibos opto, quos desertum non habet, atq; in squalida solitudine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum, eorumq; desiderio sentio me inuitissimum trahi. Mox itaq; dicere debeo: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum, &c. Instigator præuenire horam refectionis præfixam, & cum grandi cordis dolore iustam ac solitam parcitatem obseruo, mox cum gemitu debeo clamare: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum, &c. Lassitudo stomachi prohibet me indigentem districtioribus ieiunijs prosper impugnationem carnis, seu ventris ariditas atq; confirmatio me deterret, quatenus tribuam desiderio meo quod cupit, vel certe, vt ardore carnis concupiscentiæ credantur quiescere absq; districtioris ieiunij temperamento, orare mox debeo: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum, &c. Accedens ad refectionem hora legitima suggerente, abhorreo cibum corporeum, & à necessario retrahor esu, mox cum eiulatu dicere debeo: Deus in adiutorium meum intende, &c. Volentem me insistere lectioni propter cordis stabilizationem impedit capitis dolor, & somnus faciem meam allidit ad librum tertia hora, relictus quoq; impellor horam quietis præuenire aut transgredi, ac interrumpere synaxim canonicam, seu regularem conuentum, ac modum psalmorum instigat me grauissima inclinatio somni, clamare mox debeo: Deus in adiutorium meum intende. Sublato somno ab oculis meis, video me multis noctibus fatigatum diabolicis somnijs, & cerno omnem resolutionem nocturnæ quietis exclusam à palpebris meis, orare cum suspirijs debeo: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me, &c. Titillatio carnis pungit me adhuc positum in colluentionibus vitiorum, & blanda delectatione conatur me dormientem trahere ad consensum, sed ne ignis libidinis exæstuans vras flosculos castitatis suauē olentes, seu dulciter redolentes, orare mox habeat: Deus, &c. Extincta in me sentio inuentia libidinis & genitalē feruorē experior tepuisse in membris meis, mox orare debeo, vt infusa hæc virtus & gratia tanta perseveret diutius siue perpetue in me, dicēdo: Deus in adiutorium, &c. Inquietor stimulis iræ, impatientiæ, auaritiæ, atq; impellor interrumpere seu violare mansuetudinē mihi propofitam & amicam, orare protinus debeo, ne perturbatione furoris aut iræ absducatur, ac incidam amaritudinem fellis, dicens: Deus in adiutorium meum intende, &c.

Moti

**A** Motibus acediae vanæ gloriae, superbiæ tentor, & de negligentia teporeve aliorum aliquid blanditur subtiliter menti meæ, mox cum omni cordis contritione debeo exorare, ne hæc perniciofa suggestio inimici præualeat mihi, dicendo: Deus in adiutorium. Acquisiui gratiam humilitatis ac simplicitatis iugi spiritus contritione, extincta elatione, mox debeo totis viribus deprecari, ne rursus veniat mihi pes superbiæ, & ne manus peccatoris me moueat, ne grauius vulnerer ex elatione victoriæ meæ, dicendo: Deus in adiutorium, &c. Aestuo & laboro innumeris ac diuersis euagationibus animæ, instabilis eateg; cordis, nec valeo coercere cogitationum dispersiones, nec valeo orationes meas effundere absq; phantasmatis inanum figurarum & retractatione sermonum actuumq; meorum, tanta quoq; sterilitatis ariditate sentio me constrictum, vt nullas spiritalium sensuum conceptiones habere me sentiam, necessario habeo exorare, vt merear liberari de squalore hoc animi, de quo me expedire non queo multis gemitibus, ideo dicere debeo: Deus in adiutorium, &c. Senso me consecutum rursus animæ directionē cogitationum stabilitatem, cordis alacritatem, visitationem spiritus sancti, exuberantiā spiritualium sensuum sumpsit, reuelationem sanctissimorum intellectuum, mihi antea penitus incognitorū ex repentina dei illuminatione percepi, indigeo solite deprecari, vt merear in his diutius conseruari, dicendo: Deus in adiutorium. Exagitator circumualla tus nocturnis tentationibus dæmonū, & inquietor phantasmatis immundorum spirituum, spes salutis ac vitæ subtrahit mihi præ trepidationis horrore, sed ad salutarem huius versiculi portum confugere debeo, & totis viribus exorare: Deus in, &c. Rursus, cū fuero reparatus consolatione diuina, & animatus aduentu ipsius sensero me circumseptū, quasi innumeris milibus angelorum, ita vt repente expetere audeam congressus seu impugnationes eorum, quos antea formidauī grauius morte, & quorum tactum, imo viciniam cum tremore mentis & corporis sentiebam, audeamq; provocare eorum confictus: mox igitur toto posse habeo postulare, vt vigor huius constantiæ immoretur in me diutius gratationibus dæmonū, & inquietor phantasmatis immundorum spirituum, spes salutis ac vitæ subtrahit mihi præ trepidationis horrore, sed ad salutarem huius versiculi portum confugere debeo, & totis viribus exorare: Deus in, &c. Rursus, cū fuero reparatus consolatione diuina, & animatus aduentu ipsius sensero me circumseptū, quasi innumeris milibus angelorum, ita vt repente expetere audeam congressus seu impugnationes eorum, quos antea formidauī grauius morte, & quorum tactum, imo viciniam cum tremore mentis & corporis sentiebam, audeamq; provocare eorum confictus: mox igitur toto posse habeo postulare, vt vigor huius constantiæ immoretur in me diutius gratationibus dæmonū, & inquietor phantasmatis immundorum spirituum, spes salutis ac vitæ subtrahit mihi præ trepidationis horrore, sed ad salutarem huius versiculi portum confugere debeo, & totis viribus exorare: Deus in, &c. Itaq; oratio huius versiculi incessabiliter est fundēda in aduersis, vt eruamur, in prosperis vt seruemur, ne extollamur. Meditatio igitur huius versiculi in tuo pectore iugiter reuoluatur, versiculum istum decantare nō sinas in omni opere, ministerio atq; itinere, dormiens & māducans, & in omnibus necessitatibus meditare eundem. Hęc meditatio cordis seu formula salutaris tibi effecta, custodiet te non solum ab omni dæmonum incursionē illæsum, sed à cunctis quoq; vitijs terrenæ contagionis te purgans perducet te ad theorias & contemplationes inuisibiles & cœlestes, imo prouehet te ad illum orationis ardorē ineffabilem per paucis expertum. In huius versiculi meditatione obdormias, donec ineffabili exercitatione eius formatus assuescas eum decantare etiā per soporem, & prius tibi expergefatto occurrat, aliasq; cogitationes præueniat & excludat. Cumq; de lectulo surgis eum decantando genua flectas, & ad omnem actum tuum te ducat. Hic versus te omni tempore prosequatur, & iuxta præcepta legis meditaberis eum sedens in domo, & ambulans in itinere, & dormiens atq; confurgens, scribesq; eum in limine & in ianuis oris tui. Hic collocabis in parietibus domus tuæ, atq; in penetralibus pectoris tui, vt sit tibi ad orationem procumbenti decantatio ista accliuis, fiatq; tibi erecta ac iugis oratio inde surgenti, ac incedenti ad omnes vsus & actus necessarios vitæ.

**L** Conuulsa ista mens teneat incessanter, donec formata vsu ac iugi meditatione ipsius abijciat ac refuset diuitias amplasq; substantias cogitationum cunctarum, sicutq; cōstricta paupertate istius versiculi, facilitate prona perueniet ad euangelicam illam beatitudinem, quæ inter cæteras beatitudines tenet primatum, quā dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & ita per huiusmodi paupertatē, egregius pauper existens implebit propheticum illud eloquium: Pauper & inops laudabit nomen tuum. Et reuera, quæ potest esse maior sanctiorve paupertas, q̄ illius, qui cognoscens se nihil præsidij viriumq; habere, petit quotidianum auxilium de largitate alterius, qui intelligens essentiam suam ac vitam omni momento sustentari ac conseruari ope diuina, profiteretur se non immerito esse verum dei mendicū, clamans suppliciter ad ipsum quotidie: Ego autem mendicus sum & pauper, deus adiuua me. Sic quoq; ascendēs deo illuminante multiformem sapientiam eius, incipiet deinceps saginari sublimioribus creaturioribusq; mysterijs, iuxta illud Psalmistæ: Montes excelsi ceruis petra refugium he-

Manth. 9

Psalmo 73

Psalmo 119

Psalmo 103

Pp n rinae

rinacijs. Quod satis proprie coaptatur sensui iam prædicto, eo quod quisque perseverans in simplicitate ac innocentia nulli est noxius aut molestus, sed sua simplicitate contentus, desiderat se tutari ab insidiantium deprædatione, ut instar herinacii protegatur velamine petrae, id est, memoria passionis dominicæ. Munitus quoque incessabili meditatione huius versiculi declinet insidias aduersarii infestatis. De quibus spiritualibus herinacijs in Proverbijs legitur: Et herinacii gens inualida, qui fecerunt in petris domus suas. Et reuera quid inualidius Christiano, quid infirmus monacho, cui non solum iniuriarum ultro prohibetur, imo nec leuis ac tacita cordis commotio ei permittitur. Quisquis autem ex hoc statu proficiens non solum possederit innocentiam simplicitatem, sed discretionis virtute munitus factus est exterminator venenatorum serpentium, seu infipientium ac scandalizantium vitiorum, habens sathanam sub pedibus suis contritum, alacritateque mentis peruenit ad proprietates rationalis cerui, pascetur in apostolicis atque prophetis montibus, id est, in excellentissimis subtilissimisque eorum doctrinis ac sacramentis. Quorum iugi alimonia vegetatus, & recipiens in se vniuersos psalmorum effectus, incipiet eos taliter decantare, quasi non sint à propheta compositi, sed tanquam à seipso sint ædificati, & proferet eos compunctione profunda tanquam propriam orationem, vel quasi ad suam personam directi sint, & quasi eorum sententia fuerit completa non solummodo per prophetam aut in propheta, sed in se quoque geratur ac impleat quotidie. Tunc quippe diuinæ scripturæ nobis clarius innotescunt, & earum venæ ac medullæ panduntur, quando experientia nostra non tantum percipit, sed etiam præuenit earum notitiam, & verborum sententiæ referantur nobis non per expositionem, sed per propria documenta. Cum namque recipimus & habemus eundem cordis affectum, quo psalmus quisque est æditus ac conscriptus, præcedimus intellectum eius magis quam sequimur, quasi authores psalmi essemus, hoc est, ut amantes virtutem verborum potius, quam notitiam, recordemur ex superueniente psalmorum meditatione quid in nobis sit gestum, aut quotidianis incursum fiat, sicut, psallendo reminiscamur quid nobis intulerit negligentia nostra, aut quid diligentia nostra profecerit, quid prouidentia diuina contulerit, quid suggestio hostis abstulerit, quid obliuio lubrica ac subtilis subtraxerit, quid fragilitas humana induxerit, aut qualiter improvida ignorantia sefellerit nos. Omnes namque affectus istos inuenimus in psalmis expressos, ut efficacius cognoscamus quæ nobis contigerint, intuentes ea in psalmis tanquam in purissimis speculis, sicut, eruditi affectibus proprijs tanquam magistris, palpemus ea non quasi audita, sed tanquam exercitata, parturiamusque ea ex interno cordis affectu, non velut memoriæ commendata, sed tanquam insita nobis ac rerum naturis, ut pene æremus sensum eorum non textu lectionis, sed experientia præcedente. Sic quoque mens nostra perueniet ad illam orationis integritatem, ad quam ordo collationis, quam deus dare dignatus est, ascendit in superiori tractatu, quæ oratio non solum occupatur nulla imagine, imo nec vlla vocis aut verborum prosecutione distinguitur aut profertur, sed ignita mentis intentio effundit per ineffabilem cordis excessum cum inexplicabili alacritate interna, quam orationem mens extra omnes sensus visibilesque materias facta, fundit ad dominum gemitibus suspirijsque inenarrabilibus.

**M.** Ermanus: Putamus nobis satis lucide & aperte expressam non solum spiritualem doctrinam, quam petabamus, sed ipsam quoque perfectionem. Quid enim potest esse perfectius siue sublimius, quam tam compendiosa meditatione complecti seu apprehendere iugem dei memoriam, atque vnius versiculi reuolutione à cunctis visibilibus eleuari, ac breui sermone concludere cunctos orationum affectus? Idcirco precamur nobis declarari adhuc vnum quod restat, qualiter scilicet possumus stabiliter retinere præfatum versiculum, quem nobis pro formula tradidisti, ut sicut per gratiam dei iam liberati sumus à secularium cogitationum ineptijs, ita spirituales cogitationes immobiliter retineamus.

**N.** VM enim mens nostra conceperit versum alicuius psalmi, mox versu illo insensibiliter de memoria lapsa, stupens nesciensque deuoluitur ad scripturam & exitum psalmi alterius, quam cum ceperit recogitare, nondum ea integre contemplata, incidit memoria alterius testimonijs ex scripturis, quæ primam excludit. Et rursus de ista transfertur ad aliam, meditatione alia subintrante, sicut, animus semper rotatus ac tractus de psalmo ad psalmum, de euangelio ad epistolas Pauli, & inde ad prophetarum eloquia,

**A** eloquia, atque de illis ad spirituales historias instabilis & vagus iactatur per totum corpus scripturæ nihil valens abijcere aut tenere iuxta arbitrium suum, nec potens quicquam finire pleno iudicio atque examine, factus tatummodo palpator ac degustator, non generatior aut possessor spiritualium sensuum. Sic quoque mens vaga & mobilis distrahitur per diuersa etiam in synaxi, ita ut nullum officium competenter persoluat. Verbi gratia, dum orat, recollit psalmum aut aliquam lectionem, dum psallit, aliud meditatatur, quam quod continet psalmus. Cum legit, reuoluit aut cogitat aliquid faciendum, aut reminiscitur factum, & ita hoc modo nihil recipitur aut dimittitur disciplinate ac opportune: sed agi ac moueri videtur velut fortuitis incursum, non habens potestatem retinendi ea quibus delectatur, vel immorandi eisdem. Necessarium ergo est nobis, præ omnibus scire, quales valeamus spiritualia ista officia competenter explere, versiculumque prædictum immobiliter custodire, ut origo & finis spiritualium sensuum propria volubilitate non fluctuent, sed in nostra ditione seu potestate consistant.

**O.** Saac: Quamuis ad ista sufficienter responderimus vobis in prima collatione (ut reor) ubi de statu orationis contulimus, tamen quoniam postulatis hæc eadem vobis nunc iterari, breuiter insinuabo aliquid de confirmatione cordis. Tria sunt quæ mentem vagam faciunt stabilem, quæ aliter nequeunt apprehendi, nisi vniuersæ sollicitudines vitæ præsentis fuerint abdicatæ per infatigabilem executionem operum ditorum vsibus sacris cœnobij, non avaritiæ, ut ita possumus apostolicum illud præceptum implere: Si ne intermissione orate. Parum enim orat, qui illo tempore tantum orare consuevit, dum genua flectuntur. Nunquam vero orat, quicumque etiam genibus flexis distrahitur qualicumque cordis vagatione. Ideo quales volumus inueniri in oratione, tales nos esse oportet tempore præcedente, quia necesse est mentem in tempore orationis formari ex statu & actu præhabito, ita quod orantem oportet ad cœlestia sublimari, vel ad terrena demergi per cogitationes, quibus ante orationem mens fuerit immorata. Hucusque abbas Isaac fecit nobis attonitis secundam collationem de qualitate orationis, cuius doctrinam valde mirantes, quam tradidit nobis seruandam de meditatione præfati versiculi, & eandem doctrinam cupientes tenacissime exercere, utpote quam compendiosam ac facilem credebamus, experti sumus eam satis difficilior em esse ad obseruandam, quam studium illud, quo antea solebamus varia meditatione passim discurrere per totum corpus scripturæ, absque vinculo perseverantiæ alicuius in vno. Constat itaque neminem excludi à perfectione propter imperitiam literarum, nec rusticitatem obesse ad compensandam ac obtinendam cordis ac animæ puritatem, quæ compendiosissime adiacet cunctis, si sanam & integram mentis intentionem seruent ad deum iugi meditatione versiculi huius.

**C** Finis Primi libri decem collationum Patrum, in Scythica eremo commorantium.

**D. DIONYSII CARTHV. SIANI IN TRANSLATIONEM SVAM**  
libri secundi Collationum patrum  
Prologus.



**T**RAHITVR SAPIENTIA DE OCCVL-  
tis, Iob 28. Sicut ait scriptura: Omnis sapiētia à domino  
deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Nam  
& fons sapiētiæ, verbum dei in excelsis: quod utiq; ver-  
bum deus est, vt habetur Iohan. 1. Porro deus omni se-  
creto extat secretior, cui loquitur beatissimus Iſaias: Ve-  
re tu es deus absconditus, deus Israel. Omni ignito igni-  
tor, quantum ad quid est. Siquidem deum nemo vidit  
vnquam. Et ipse solus lucē habitat inaccessibilē. Omni  
incomprehensibili incomprehensibilior. Ecce enim deus  
magnus vincens scientiam nostram. Digne cum inue-  
nire non possumus, & inuestigari non potest. Ideo time-  
re non possumus, & inuestigari non potest. Ideo time-

bunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, quia sibi videntur esse sapientes. De  
quo Proverbiorum tricesimo Salomon ait: Quod nomen eius, & quod nomē filij eius,  
si noster: Ieremias quoq; propheta: Magnus, inquit, consilio, & incomprehensibilis cogi-  
tatu. Deus itaq; est primum & summū illud occultū, de q̄ trahitur, obtinetur, haurit, in-  
funditur sapientia. Deus nāq; dat sapientia, & ex ore illius scientia & prudentia. Ideo lae-  
cobus monet apost. Si quis indiget sapientia, postulet à deo, & dabit ei. Et Psalmista: Ae-  
cedite ad eū, & illuminamini. Insuper sunt alia multa occulta creata, de quibus suo mō tra-  
hitur sapientia. Trahitur namq; ex angelicorū spirituum illuminationibus & inspirationi-  
bus, ex profundis considerationibus, ex naturis & proprietatibus rerū, ex dispositione &  
ordine vniuersi, de cordibus eruditōrū, de locis obscuris ac difficilibus voluminibus scri-  
pturarum, atq; multiplici expositione eorū, de libris q̄q; ecclesiasticorū doctōrū, in quibus  
sententiæ sublimitas & styli difficultas sunt duo occulta, quæ plerūq; legentē & audien-  
tē à fructu & intellectu lectionis impediunt. Interdum vero non est difficultas aut  
profunditas magna in sensu librorum quorundam, quibus styli eorum difficultatibus  
inuoluatur, & legenti ac audienti laborē pariat ad intelligendū. Inter huiusmodi autē  
libros reputantur ac eminent volumina illusterrimi patris præcipuūq; doctōris om̄i  
ligiosorum, Iohānis Cassiani. Idcirco vt de occultis illis trahatur facilius & item delecta-  
bilis sapientia salutaris, intendo hunc secundum librum Collationum patrum ab ipso  
obscurē stylo conscriptum, ad stylium transferre facillimum, instigatus & quasi compul-  
sus ad hoc motiuis, tactis in prologis aliorum duorum voluminum præfati Cassiani ab-  
batis, quæ simili modo ad planissimum transposui stylium, quantum in libris illis fieri  
potuit, in quibus ob varias determinationes interpositas & permixtas, manet interdum  
aliquantula forsitan difficultas styli aut sensus, seu vtriusq;.

**C**VM multi sancti qui erudiuntur vestro exemplo o sancti fratres, Honorate & Eu-  
cheri vix queant imitari vestram perfectionem, qua in hoc mundo præfulgetis ad-  
mirabili claritate, velut quædam luminaria magna, attamen tanta virtute inflammami-  
ni ex consideratione virorum illorum sublimium, à quibus accepimus prima Anacha-  
riticæ vitæ statuta, vt vnus vestrum præfidens fratrum cenobio, optet congregationem  
suam, quæ docetur quotidiano vestræ sanctæ conuersationis intuitu, regulari atq; in-  
stitui præceptis patrum illorum. Porro, alter vestrum voluerit visitare Aegyptum, vt  
ædificaretur corporali eorundem patrum aspectu, quatenus desinitens provinciam  
istam torpentem, rigore frigoris Gallicani, transuolaret instar ca. cissimi turturis ad ter-  
ras illas, quas sol iustitiæ respicit proxime, maturis virtutum fructibus abundātes. Hinc  
charitas extorsit à me, vt consulens feruori vnus ac labori alterius, nō vitarem tam aper-  
tum scribendi periculum, dummodo auctoritas addatur primo vestrum apud filios qui-  
bus præest, & secundo vestrum auferatur tam periculosa nauigationis necessitas. Insu-  
per, quoniam instituta patrum, quæ conscripsimus libellis duodecim ad beatę memorię  
Casto-

IN LIB. II. COL. PATRVM. COL. XI. Fol. LXXXVIII

**A** Castorem episcopum, & decem collationes patrum in eremo Scythij degētium, quas de  
scripsimus, præcipientibus sanctis episcopis Elladio, atq; Leontio nō potuerunt satisfac-  
cere feruore fidei vestræ. Idcirco vt nunc agnoscat ratio nostri itineris, decreui vobis  
esse consecrandas ac deputandas septem collationes trium patrum primorum, quos vi-  
dimus in alia eremo commorantes, pari stilo descriptas, per quas suppleantur ea quæ de  
perfectione omiſsa sunt aut obscurius introducta in præfatis nostris opusculis. Deniq;  
si ista nequiverint satiare sitim studij vestri, aliæ septem collationes mittēdæ sanctis fra-  
tribus habitantibus in Scæcadibus insulis, adimplebunt, vt arbitror, desiderium vestri  
ardoris.

**COLLATIO VNDECIMA,**

& Abbatis Cheremonis prima.

De perfectione, siue de perfectis.



**V**ando etiam in cenobio Syriæ, & cepissemus maiore perfectionis gra-  
tiam desiderare, succedentibus aliquantulum incrementis post prima fidei ius-  
dimēta, proposuimus statim Aegyptum accedere ac remotissimam eremū  
Thebaide penetrare, & visitare ibidem plurimos sanctos patres, quorū per-  
fectionem & gloriam diffuderat fama in omni terra, quos volebamus inui-  
sere, si non studio imitandi, saltem desiderio cognoscendi. Ita q; nauigatione peracta, p-  
uenimus ad urbem Aegypti Thennenseis nomine, cuius habitatores vndiq; includun-  
tur mari aut stagno salis, ita vt dediti ac intēti nauigationibus tantum, eo q; terra eis des-  
sit, opes substantiamq; procurant nauali commercio, q; si terra nō suppetit ædificiis con-  
struendis cum ædificare voluerint, nisi apporetur nauigijs de longinquo.

**A**duenientes autem ad urbem præfatam, inuenimus ibi, deo fauente, beatissimū at-  
que præcipuū virū Arthebium præfulem, qui ab ordine Anachoritæ assumptus  
& raptus fuit ad episcopatum, oppidi iam prædicti, & cum tanta districtione custodiuit  
propositum ac statuta anachoriticæ vitæ omni tempore sui episcopatus, q; nihil laxauit  
de pristina suæ humilitatis obseruantia & rigore, nec de honore pōrificij ei a diectō blā-  
ditus est sibi, nec extulit se. Nec enim reputauit se assumptum ad tantum officium quasi  
idoneum, sed conquirebatur se à disciplina & obseruatione anachoriticæ institutionis  
expulsum, eo q; triginta septē annis in solitudine conuersatus nondū obtinisset pfectiō-  
nem ac puritatem tantæ professionis. Cum ergo sanctus vir iste nos humanissime sulces-  
pisset in ciuitate prænominata ad quam venerat causa episcopi eligēdi, & agnouisset de-  
siderium nostrum, quo cupiebamus inquirere sanctos patres etiam in remotioribus Ae-  
gypti partibus, dixit: Venite, interimq; videte senes commorantes non longe à monaste-  
rio nostro, quorū antiquitas ita apparet in incuruatis eorum corporibus, quorū & sancti-  
tatis sic resplendet in vultu eorum, vt solus eorum aspectus possit magnam conferre vtili-  
tatem atq; doctrinam cunctis eos videntibus, à quibus potestis addiscere exemplo pot-  
ius sanctæ vitæ q̄ verbis, perfectionem, quam me doleo perdidisse, nec valeo perditā vo-  
bis iam tradere. Deniq; credo insufficientiam & inopiam nostram hoc conatu aliqua-  
ter subleuandam, si prouidero vobis vbi commodius reperiatis euangelicam margaritā  
tam quam quæritis, qua carere me fateor.

**C**V M itaque accepissemus peram & baculum, vt ibi moris est monachis vniuer-  
sis viam arripientibus, beatus Arthebius perduxit nos ad ciuitatem suam Panes-  
phesim. Cuius terram ac plurimam regionis contiguæ partem quondam opulentissi-  
mam, ex qua, vt fertur, subministra bantur omnia regia sercula, quæ & repente terræ  
motu fuit excussa, operuit mare, limites suos egressum occupauitq; salis paludibus ter-  
ras illas olim tam haberes, oibus pene vicis collapsis, vt putē inhabitatores illius puic-  
tæ ad literā dictū esse de regione illa, qd ait Psalmista: Posuit flumina in deserto, & exis-  
tus aquarū in sitim. Terram fructiferam in saluginē, à malitia inhabitatium in ea. In his  
igitur locis inundatio fecit multa oppida in eminentioribus tumulis sita, insulas esse, quæ  
Pp iij præ-

præbent solitudinem desideratam, sanctis viris hunc mundum fugientibus, in quibus morabantur tres antiquissimi anchoritæ, videlicet Cheremon, Nestoros, & Ioseph. ¶ **D.**  
**B**eatus ergo Arthebius primo perduxit nos ad Cheremonem, quia propinquus habitavit, alijsq; duobus senior fuit. Nempè cum alacer spiritu, esset magis quam ceterum annorum, dorsum eius sic fuerat incurvatum præ senio, & assiduitate orationum, ut quasi in primæviam redactus infantiam progredere, tenens terram submissis protensisq; manibus. Cuius admirabilem vultum & incensum pariter intuentes, qui in tanta ætate non reliquit præteritam & assuetam distractionem, rogavimus eum, ut verbum instructionis & exhortationis faceret nobis, protestâtes nos venisse ad eum propter hanc causam. Qui graviter ingemiscens respondit: Quid doctrinæ possum vobis conferre, cui infirmitas corporis ita abstulit spem loquendi, sicut relaxavit rigorem pristinum conversationis? Qualiter enim audebo docere, quod ego ipse non facio? Aut quomodo in his alii informabo, quæ scio me aut minus, aut tepidius exercere? Propter quam causam non permisi mihi cohabitare aliquem iuniorem vsq; in hanc ætatem, ne alterius distractio laxaretur meo exemplo. Nunquam enim autoritas instruents efficacis erit, nisi doctrinam suam affixerit a nimo audientis effectu proprii operis. ¶ **E.**

**A**d hæc compuncti confusionem non mediocri respondimus: Quamvis nobis sufficere possit ad omnem instructionem difficultas loci istius, aut solitaria vita in sereno tanto, quam robusta iuventus vix tolerat, quæ utiq; instruunt & compungunt nos valde, rogamus tamen, ut taciturnitate paulisper relicta, instruas nos dignanter ea, per quæ valeamus perfectionem quam videmus in te, complecti admiratione magis q̄ imitatione. Nam & si tepor noster tibi forsitan reuelatus hoc impetrare non promeretur, desinet hoc obtinere saltem labor tanti itineris, quoniam desiderio vestre informationis & amore nostri profectus, perperavimus huc à loco ac rudimentis cœnobij nostri in Bethlehè. ¶ **F.**

**T**unc beatus Cheremon dixit: Tria sunt quæ faciunt à vitijs abstinere. Primum est, metus gehennæ, aut pœnarum vitæ præsentis, quas inferunt leges. Secundum est, spes seu desiderium regni cœlestis. Tertium est, affectus ipsius boni, seu amor virtutum. Nam timor dei legitur execrari contagium culpæ, quemadmodum scriptum est: Timor dei odit malitiam. Præterea spes excludit omnium vitiorum incursum. Non enim delinquant omnes qui sperant in eo. Amor quoq; non metu vitiorum ruinam, charitas nunquam cadit. Et iterum: Charitas operit multitudinem peccatorum. Hinc beatus Apostolus comprehendit totam nostram salutem in consummatione harum trium virtutum, dicendo: Nunc autem manent fides, spes, charitas tria hæc. Fides nanque est quæ facit vitare cōtagia peccatorum metu futuri iudicij, ac suppliciorum. Spes vero est, quæ mentem nostram de præsentibus avocans contemnit uniuersas corporis voluptates expectatione cœlestium præmiorum. Charitas est quæ mentis ardore succendit nos ad Christi amorem ac spiritualem fructum virtutum, & facit nos toto odio detestari quicquid illis contrarium est. Quæ tria quamvis videantur ad vnum tendere finem, quia inducunt nos ad abstinendum à rebus illicitis, distant tamen abinuicem magnis gradibus dignitatis. Nam duo priora, videlicet declinare mala ex metu pœnarum, & facere bona intuitu præmiorum ad illos homines proprie pertinent, qui nondum conceperunt affectum virtutum. Tertium autem est specialiter dei, & eorum qui reformauerunt in se imaginem & similitudinem eius. Deus etenim operatur ea quæ bona sunt, solo boni tatis affectu, non metu aut aliqua remunerationis gratia provocante, quemadmodum Salomon ait: Omnia propter seipsum operatus est dominus. Intuitu quippe propriæ bonitatis largitur dignis & indignis copiam omnem bonorum, quia nec fatigari potest in iustis, nec passibiliter commoveri hominum culpis, sed permanet semper in se bonitas propria sua perfecta, immutabilisq; natura. ¶ **G.**

**Q**uigitur tendit ad perfectionem, transcendat de primo illo gradu timoris quæ proprie est feruillis, de quo dicitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. Transcendat, inquam, proficiem ad altiorem tramitem spei, qui comparatur mercenario, & non seruo, quia mercedem retributionis expectat, & quasi securus de peccatorum abolitione ac pœnali timore, & conscius sibi de bonis operibus, licet præstetur præmium operum deo placentium, nondum tamen peruenit ad finale illum affectum, qui de liberalitate indulgentiæ paternæ confidens, non dubitat esse

**A** esse sua omnia, quæ sunt patris. Ad quem gradum aspirare non audeat prodigium ille qui perdidit nomen filij cum substantia patris. Propter quod dixit: Non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Reuersus equidem ad seipsum post filiquas illas porcorum, quarum satietas ei non prestabatur, id est, post fordes & efecias vitiorum, compunctus salutari timore, cepit iam abhorre immunditiam illam poteros rum, & diræ mortis formidabat supplicia, quasi factus iam seruus. Cogitans quoq; de mercede mercenarij ex desiderio dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundat panibus, ego autem hic fame pereor: Reuertar ergo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum & coram te. Iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. ¶ **H.**

**A**d vocem autem tam humilis pœnitentiæ pater proficiens in occursum illius motus pietate, promisit ei maiora quam perdidit, nec contentus dare minora, reddidit ei dignitatem pristinam filiorum, transcurrens celeriter gradum settorum ac mercenariorum. Festinare ergo debemus ut ascendamus per indissolubilem gratiam pietatis ad gradum filiorum, qui credunt sua esse omnia quæ sunt patris, sicq; mereamur recipere imaginem ac similitudinem patris cœlestis, atq; ad imitationem veri & vniuersi filij dicere valeamus: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quod de nobis affirmat Apostolus

**B** dicens: Omnia vestra sunt, siue Cephas, siue Paulus, siue Apollo, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt. Ad quam similitudinem præcepta etiam Christi nos excitant: Estote, inquit, perfecti, sicut & pater vester perfectus est. In seruis namq; & mercenarijs affectus bonitatis solet aliquando interrumpi, dum vigor animi relaxatus tepore aut delectatione deponit ad tempus metum gehennæ aut desiderium æternorum. Estq; in illis gradus cuiusdam perfectus nos instrues, ut dum vitia declinare incipimus metu pœnarum aut spe præmiorum transire possimus ad gradum & apicem charitatis, quia, ut ait scriptura: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, quia prior dilexit nos. Non enim aliter ascendere ad veram perfectionem poterimus, nisi deum diligamus, nullo intuitu alio, nisi obtentu sui amoris, seu propter propriam bonitatem & amabilitatem ipsius, quemadmodum ipse dilexit nos nullius alterius rei gratia, nisi nostræ salutis causa. Quamobrem studere debemus, ut perfecto mentis ardore scandamus de timore isto ad spem, de spe ad charitatem ac virtutum amorem, & transigantes ac transformati in ipsius boni affectum, immobiliter teneamus, quod bonum est quantum extat possibile naturæ humanæ. ¶ **I.**

**M**ultum etenim differt inter eum, qui extinguit in se vitiorum incendia metu gehennæ, aut spe retributionis æternæ, & inter eum qui malitiam immunditiamq; abhorret affectu charitatis diuinæ, puritatemq; possidet solum amore ac desiderio charitatis, & efficit bona non eâ aspiciens remunerationem futuræ promissionis, sed delectatus conscientia tantum boni præsentis, non cōsideratione futuræ pœnarum, sed delectatione virtutis. Talis enim non potest abuti occasione facultatis peccandi, neq; per occultas cogitationes delectationis violari, etiam si nullus hominum assit, dum medullitus retinens affectum ipsius virtutis, non solum non recipit, verumetiam hortore maximo detestatur quicquid virtuti contrariatur. Aliud namq; est quempiam delectatū præsentis boni vitium odire contraria vitiorum ac carnis, aliud illicitas concupiscentias refrenare intuitu remunerationis futuræ. Aliud quoq; est præsens detrimentum metuere, aliud futuræ supplicij formidare. Postremo multo perfectius est propter ipsum bonum, nolle à bono discedere, quam propter metum mali non præbere consensum malis. In illo quippe voluntarium bonum est, in isto autem quasi coactum, & tanquam violenter exortum à nolente, metu supplicij, cupiditate præmij. Qui enim à blandimentis abstinet vitio, ex metu, rursus redibit ad malum quod diligit sublato timore, & non obtinebit stabile bonum virtutis. Nec requiescet ab impugnatione tentationum, quia non possidebit firmam ac incessantem castimoniam pacis. Nam ubi fuerit inquietudo bellorum, necesse est interuenire discrimina vulnere. Necesse est enim quilibet positus in cōflictu interdū tangi gladio inimici, quis bellator sit ac fortiter dimicet, atq; morti fera vulnera frequenter infligat aduersarijs suis. Porro, si impugnatione vitio, deuicta præstet pacis securitate, & in affectu virtutis trāsuiuit, iugiter retinebit statū boni illius honesti, cuius ipse iam totus est,

quoniam

Prouer. 8  
Psal. 33  
1. Cor. 13  
1. Petri 4  
1. Cor. 13

Lucæ 17

Lucæ 3

Ibidem.

1. Cor. 3

Math. 5

1. Ioha. 4

Ibidem.



quoniam credit nihil esse damnosius damno charitatis internæ, nec iudicat aliquid charitatis aut pretiosius esse præsentis puritate quam habet. Idcirco grauissima pena est sibi pernitiosa virtutum transgressio, ac virulenta peccati contagio. Hinc reuerentia humanæ præsentis nihil honestatis adijciet ei, nec solitudo quicquam inde diminuet, sed vbiq; secum portans conscientiam suam arbitram seu iudicem, non solum actionum, fed etiam cogitationum suarum, contendet præcipue illi placere quem scit se nec subterfugere posse, nec fallere.

**Q**uem statum perfectionis, si quis præsumens de adiutorio dei, non de labore studij sui meruerit possidere, transire incipiet de conditione seruili in qua timor est, & de mercenaria spei cupiditate in qua expetitur non tam bonitas largientis, quam præmium retributionis in filiorum adoptionum, in qua non timor neq; cupiditas, sed charitas nunquam excidens iugiter perseverat. De quo timore & charitate dominus quosdam increpans, pandit, quid cui conueniat, dicens: Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Et si pater ego sum, vbi est honor meus? Necessè enim est seruum timere, quia si sciens voluntatē dñi sui, nō fecerit digna, plagis multis vapulabit. Quicunq; itaque per hanc charitatem ad dei imaginem similitudinemq; peruenit, delectabitur bono propter voluptatem & dignitatem ipsius boni, & deiformem quodammodo possidens affectum patientiæ ac lenitatis non irascetur deinceps vllis peccatiū vitijs, sed potius condolens infirmitati eorum, implorabit veniā ipsi. Reminiscens quoque seipsum tā diu impugnatū stimulis similitū passionū, donec saluetur miseratiōe diuina, nec eripsum se esse proprio studio ab impugnatione carnali, sed protectione dei saluatum intelligit non iracundiam, sed misericordiam esse errantibus impendendam, atque cum omni cordis tranquillitate deo decantat: Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Et: Nisi quia dominus adiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.

1. Cor. 13  
Malac. 1  
Lucæ 12

Psal. 117  
Psal. 93

Lucæ 4

Math. 3

1. Ioh. 4

1. Iohan. 3

1. Iohan. 3

In hac quoque mentis humilitate persistens, poterit adimplere illud euangelicæ perfectiōnis mandatum: Diligite inimicos vestros, benefacite, &c. Ac per hoc peruenire merebitur ad præmium quod subiungitur, per quod non solum portabimus imaginem & similitudinem dei in nobis, sed etiam filij dei erimus, atque vocabimur. Vnde ait saluator: Ut sitis filij patris vestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quem affectum beatus Iohannes apostolus sciens se affectum: Fiduciam, inquit, in die iudicij habeamus, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. In quo enim infirma fragilliq; natura humana esse potest, sicut ille videlicet deus est, nisi ad imitationem dei semper extendendo placidam sui cordis charitatem in bonos & malos iustos & iniustos, operandoq; bonum propter amorem boni, & ita ptingat ad verā illam filioꝝ dei adoptionem, de qua ait idem Iohannes apostolus: Omnis qui natus est ex deo, non peccat, quia semen dei in eo est, & non potest peccare, quia ex deo natus est. Et iterum: Scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Quod non est intelligendum de omni genere peccatorum, sed de capitalibus tantum criminibus. A quibus qui non voluerit se extrahere & purgare, prohibet idem apostolus orari pro eo, dicens: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita non peccanti ad mortem. Sed est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Cæterum de illis peccatis quæ non sunt ad mortem, à quibus immunes esse non queunt qui Christo fideliter seruiunt, quantumcunque magna circumspectione seipfos custodiant; dicitur: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Impossibile enim est quenquam sanctorum in seculo isto non incurere ista minus peccata, quæ admittuntur per sermonem, cogitationem, obliuionem, ignorantiam, necessitatem, voluntatem aut subreptionem, quæ quamuis aliena sint à peccato ad mortem, carere tamen non possunt reprehensione & culpa.

Lucæ 11

**D**um ergo quis fuerit adeptus præfatam bonitatis affectum imitationemq; dei, tunc indutus viscera longanimitatis diuinæ, orabit cum Christo pro persecutoribus proprijs, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Cæterum euidentis signum animæ nondum purgatæ, necdum eliquatæ fecibus vitiorum, est in alienis criminibus non misericorditer condolere, sed rigidam iudicantis censuram tenere. Qualiter enim poterit obtinere cordis perfectionem, qui non habet id quod Apostolus insinuauit posse im-

**A**plere legem. Alter, inquiens, alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: Nec habet illam charitatis virtutem quæ non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, quæ omnia suffert, omnia sustinet, &c. Iustus autem miseretur animabus peccatorum, viscera autem impiorum crudelia. Idcirco certissimum est monachū vitijs subiacere eisdem, quæ inclementi & inhumana seueritate condemnat in alio. Rex enim rigidus ruit in maculam, & qui obturat aures suas ne audiat infirmum, ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat eum.

**E**rmanus: Potenter atque magnifice differuisti de charitate dei perfecta. Verum tamen illud nos mouet, quod dum charitatem tam eminenter laudasti. Dixisti timorem dei & spem retributionis æternæ esse imperfectam, cum propheta videat multo aliter sensisse de eis: Timete (inquiens) dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Et rursus fatetur se exercitatum in observandis iustificationibus dei intuitu retributionis, dicendo: Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Apostolus quoq; ait: Fide Moyses grandis factus est, negauit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quam temporalis peccati habere incunditatem maiores diuitias æstimans thesauris Aegyptiorum imperium Christi. Aspicebat enim in remunerationem. Qualiter ergo timor & spes imperfecta constitunt, cum beatus David gloriatur se fecisse iustificationem dei propter retributionem, & præmia futura Moyses aspiciens dicatur spreuisse adoptionem regni diuinitatis, ac prætulisse afflictionem durissimam, thesauris Aegyptiorum?

**H**eremon: Scriptura diuina excitat & hortatur nostri arbitrij libertatē ad gradus perfectionum diuersos, iuxta mensuram, dispositionem, & statum cuiuslibet mentis. Nec enim vniformis corona aut forma perfectionis poterat vniuersis proponi, sicut nec omnium vna est virtus, vna voluntas, aut idem seruos, ideo sermo diuinus instituit diuersos ordines variatq; mensuras perfectionum. Quod verum esse euidenter ostendit diuersitas octo beatitudinum in euangelio positarum. Licet enim beati dicantur quorum est regnum caelorum, & beati qui possidebunt terram, & beati qui consolabuntur, & ite qui saturabuntur, multum tamē credimus interesse inter habitationem regni caelorum, & possessionem terræ quæcunque sit illa. Inter perceptionem quoq; consolationis & inter plenitudinem saturitatemq; iustitiæ. Multum etiam distat inter eos qui misericordiam consequuntur, & inter illos qui perfruuntur visione gloriosissima dei. Alia enim est gloria seu claritas solis, alia lunæ, aliaq; stellarum, stella enim à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Cum ergo scriptura diuina iuxta hunc modum laudet timentes deum, dicendo: Beati omnes qui timent dominum, atq; per hoc eis promittat beatitudinē plenam, nihilominus iterum dicit: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Præterea cum gloriosum sit deo seruire, & scriptum est: Sic seruite domino in timore, & seruus, magnum tibi est vocari seruum meum. Itemq; Beatus est seruus quem cū venerit dñs suus inuenerit ita facientem, tamen ad apostolos dicitur: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Et denuo: Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis. Videtis ergo diuersos esse gradus perfectionum, & qd incitemur à deo de excelsis ad excelsiora, ita vt is qui beatus & perfectus in dei timore extiterit, ambulans sicut scriptum est, de virtute in virtutem, & de perfectione vna in aliam, vt pote alacri mente ascendens de timore ad spem, inuitetur iterum ad statum beatiorum, videlicet charitatem. Et qui fuerit seruus fidelis & prudens, ascendat ad amicitiam fidelitatem, adoptionemq; filiorum. Itaq; iuxta hunc modum intelligenda est nostra sententia, non vt affirmemus considerationem poenæ perpetuæ, aut remunerationis æternæ sanctis promissæ esse nullius momenti, sed quoniam cum sint vtilis & introducant sectatores suos ad felicitatis exordia, charitas in qua sunt plenior, fiducia gaudiumq; perpetuum, assumit eos de seruilis timore & mercenaria spe, ad dilectionē diuinā, & trāfert eos ad filioꝝ adoptionem, ac de perfectis quodammodo facit perfectiores. Multæ quippe sunt mansiones apud patrem meū, ait saluator. Et quis oēs stellæ videantur in caelo, magna tamen distātia est inter claritatē solis & lunæ atq; luciferi, stellarq; aliarū. Idcirco B. A. plus pferet charitatē nō solū timori & spei, sed cūctis q; charismatib; q; mirifica sunt & magna

ostent



ostendit viam ipsius supra modum omnibus altiore. Cum enim quasi completo spiri-  
 talium charismatum numero describeret membra seu opera charitatis, ita prae-misit: Ad  
 huc supra modum excellentiorem viam vobis demonstrabo. Si linguis hominum & angelorum  
 loquor, & si habuero omnem prophetiam, & nouerim omnia mysteria & omnem scientiam,  
 & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero in cibos pauperum  
 omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non  
 habuero, nihil mihi prodest. Videris ergo nihil inueniri pretiosius, perfectius, sublimius,  
 & ut ita dixerim, nihil perennius charitate. Nam siue prophetiae cuacuabunt, siue linguae  
 cessabunt, siue scientia destruetur, charitas autem nunquam excidet, sine qua solum eua-  
 cuantur non solum praeclarissima & excellentissima illa charismatum genera, sed etiam  
 martyrij gloria.

**Q**uicunque itaque fuerit in huiusmodi perfectione fundatus, necesse est ut gradu ex-  
 cellentiore ascendat ad sublimiorem illam charitatis timorem quem generat ma-  
 gnitudo amoris, non tremor poenarum nec praemiorum cupido, quo timore filius indulgentis-  
 simum patrem, frater fratrem, amicus amicum, seu coniunx coniugem reueretur affe-  
 ctu sollicito dum formidat non verbera aut conuitia, sed & tenuem amoris eius offensam,  
 attonita quoque pietate semper distenditur aut occupatur in omnibus non solum actibus,  
 sed etiam verbis, ne feruor dilectionis quantumlibet modice tepescat circa dilectum. **E**  
 ius timoris magnificentiam Isaias eleganter expressit, dicendo: Diuitiae salutis sapientia  
 & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Non potuit euidentius exprimere dignita-  
 tem ac meritum huius timoris, quam ut diceret: Diuitias nostrae salutis quae consistunt in  
 vera sapientia dei atque sapientia non posse conseruari, nisi & timore hoc filiali, ad quem  
 inuitantur prophetarum eloquijs, non peccatores, sed sancti dicente Psalmographo: Ti-  
 mere dominum omnes sancti, quoniam nihil deest timentibus eum. Qui enim metuunt  
 dominum hoc timore, certum est perfectioni eorum nihil deesse. Nam de illo timore poe-  
 nali Iohannes apostolus euidenter testatur: Qui timet, non est perfectus in charitate, quo-  
 niam timor poenam habet. Magna ergo distantia est inter timorem hunc cui nihil de-  
 est quae sapientiae & scientiae est thesaurus, & illum imperfectum qui initiu sapientiae nus-  
 cupatur, qui & poenam in se habens, excluditur a cordibus perfectorum superueniente ple-  
 nitudine charitatis. Timor enim non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit  
 timorem. Et reuera, si principium sapientiae in timore consistit, quae erit eius perfectio,  
 nisi in charitate Christi, quae continens in se metum perfectae dilectionis, nuncupatur non  
 iam principium, sed thesaurus sapientiae atque scientiae. Propterea duplex est gradus timo-  
 ris. Vnus incipientium, puta eorum qui adhuc sunt sub iugo & timore seruili, de quo di-  
 citur: Seruus timet dominum suum. In euangelio quoque: Iam non dicam vos seruos, quia  
 seruus nescit quid faciat dominus eius. Et rursus: Seruus non manet in domo in aeter-  
 num. Instruit enim nos scriptura, ut ab illo poenali timore transeamus ad libertatem cha-  
 ritatis plenissimam, & ad amicorum ac filiorum dei fiduciam. Insuper sanctus Aposto-  
 lus qui dudum transcendit seruilem timorem virtute charitatis diuinam, inferiora con-  
 temnens, fatetur se ditatum a domino bonis maioribus, dicens: Non enim dedit nobis  
 dominus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Vnde hortatur eos qui  
 flagrabant perfecta patris coelestis dilectione, quos & diuina adoptio, iam ex seruis fece-  
 rat filios: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum ad-  
 optionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Denique cum propheta describeret septi-  
 formem illam spiritus sancti gratiam, quam certum est descendisse in hominem Christum  
 secundum incarnationis mysterium & dixisset: Requiescet super eum spiritus domini, spi-  
 ritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis,  
 nouissime intulit de metu isto, quasi praecipuum quoddam: Et replebit eum spiritus timo-  
 ris domini. Tanta namque est magnitudo uertutis huius timoris, ut quem semel sua vir-  
 tute possederit, occupet mentem eius totam, non partem. Nec immerito. Nam timor iste  
 cohaerens charitati quae non excidit, non solum replet, sed & perpetua iugitate possidet eum  
 quem coeperit non immoratus ullis delectationibus letitiae temporalis aut voluptatum,  
 quae memorato interdum euenit timori qui mittit foras. Hic ergo est timor perfectionis qui  
 Christus narratur fuisse repletus, qui venit non solum redimere genus humanum, sed  
 etiam plebem formam perfectionis exempla virtutum, seruile quippe timorem tormen-  
 torum

**A**torum habere non potuit verus filius dei, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus  
 in ore ipsius.

**Q**uoniam sermo digestus est de perfectione charitatis, volumus etiam aliis  
 qua sciscitari libere de sine castitatis. Scimus enim praecellens illud charitatis fa-  
 stigium, per quam ascenditur ad imaginem & similitudinem dei, sicut hucusque expressum  
 est, non posse subsistere sine castitatis perfectione, sed volumus edoceri, utrum tam in-  
 definitem atque perpetuam castitatem obtinere possimus, ut titillatio libidinis nunquam  
 infestet seu pulset cordis nostri integritatem, & utrum in carne degentes, valeamus ita  
 alienari ab hac passione carnali, ut nunquam vramur actibus incontinentium.

**C**heremon: Summae beatitudinis est ac meriti singularis dicere aut docere istum affe-  
 ctum per quem domino adheremus, ut, iuxta Psalmistam, meditatio eius confus-  
 met omnes vitae nostrae dies ac noctes, perpetua quoque ruminatione huius cibi coelestis  
 sustentet mentem nostram insatiabiliter esurientem ac sitientem iustitiam, sed iuxta be-  
 nignissimam saluatoris nostri sententiam providendum est, etiam iumento corporis no-  
 stri ne deficiat in hac via. Spiritus enim promptus est, caro autem infirma, quae & nunc  
 refocillanda est perceptione modici cibi, quatenus post refectionem ipsius addatur me-  
 tis intentio ad indagandum diligentius ea quae desideratis.

## COLLATIO DVODECIMA

& Abbatis Cheremonis secunda.

De castitate.

**V**ix senex sensisset nos expectare debitum promissae collationis, refectione  
 ne transacta quae onerosa fuit potius quam iucunda, nobis desiderantibus cibum  
 instructionis, dixit: Grata nobis est non solum attonita mentis vestrae inten-  
 tio ad discendum, sed etiam disciplina seu ordo propositae quaestionis. Ras-  
 tionabilis namque ordo interrogationis a vobis seruatus est. Necesse est enim  
 ut immensa illa praemia perpetuae castitatis sequantur plenitudinem tam excelsae dilecti-  
 onis seu charitatis, per quae oritur gaudium in tanta paritate & conformitate palmarum.  
 Tanta enim societate iunguntur charitas ista & castitas, ut vna sine altera esse non  
 possit aut possideri. Hoc ergo quaestio vestra inquit, utrum concupiscentiae ignis cuius  
 ardore sentit haec caro insitum sibi possit plene extinguere. De qua quid beatus Apostolus sen-  
 serit, primo diligenter scrutemur: Mortificate, inquit, membra vestra quae sunt super ter-  
 ram. Itaque antequam caetera inuestigemus, videamus quae sint membra quae mortificari  
 praecipit. Non enim Apostolus nos compellit iussione crudeli ad abscissionem manuum,  
 pedum, genitaliumve membrorum, sed cupit quantocius destruit zelo sanctitatis perfe-  
 ctum corpus peccati quod constat ex membris, de quo alibi loquitur, ut destruat corpus  
 peccati. Quae autem sit eius destructio exponit subdendo, ut ultra non seruiamus pecca-  
 to. A quo etiam postulat liberari cum fletu, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit  
 de corpore mortis huius?

**H**oc corpus peccati ex multis vitiorum membris constructum est, atque ad eius per-  
 tinet partem quicquid peccatur verbo, opere aut cogitatione, cuius membra relictissima  
 me dicunt esse super terram. Nam quae vitium eorum obsequio non possunt veraciter dicere, nostra  
 conuersatio in caelis est. Huius ergo corporis membra describens Apostolus in hoc loco  
 Mortificate, ait, membra vestra quae sunt super terram. Fornicationem, immunditiam, libidi-  
 nem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quae est idolorum seruitus. Primo itaque loco po-  
 suit fornicationem, quae carnali commixtione perficitur. Secundum membrum vocauit immun-  
 ditiam, quae interdum obrepit & accidit dormientibus aut vigilantibus absque contactu  
 foemineo, per incuriam mentis incircumspectae, idcirco notatur & prohibetur in lege quae  
 immundos quosque non solum priuauit participatione seu esu carniarum sacrarum, imo etiam  
 am iussit eos auelli a congregatione castorum, ne contactu suo polluerent sancta, dicens:  
 Anima quae comederit de carnibus sacrificij salutaris, quod est dei, in qua est immundis-  
 tia, peribit coram domino. Et quicquid tetigerit immundus, immundum erit. In Deute-  
 ronomio quoque legitur: Si fuerit inter vos homo qui pollutus sit somnio, egredietur ex

tra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum D  
regredietur in castra. Deinde tertium membrum peccati ponit libidinem, quæ in interio  
ribus animæ coalescens & crescens, potest alicui accidere absq; corporis passione. Libi  
do, quippe dicta est ab eo quod libeat. Post hæc à maioribus vitijs ad minora descendens  
peccata, posuit quartum membrum, videlicet concupiscentiam malam, quæ referri pos  
set non solum ad prædictam impudicitiam passionem, verumetiam ad omnes noxias cu  
piditates, estq; ægritudo tantummodo voluntatis corruptæ, de qua in euangelio asserit  
Christus. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in cor  
de suo. Etenim multo maius est etiam tunc refrenare desiderium lubricæ mentis, cum ei  
offertur occasio illecebrosi aspectus. Ex quibus manifestissime comprobatur solam ca  
stimoniam continentiam corporalis nõ posse sufficere ad puritatis perfectionem, nisi ad  
datur ei integritas mentis. Post quæ omnia ponit vltimum præfati corporis membrum  
vtpote avaritiam, ostendens animum non solum esse reprimendum ab appetitu rerum  
alienarum, sed propria quoq; magnanimiter esse spernenda. Hoc namq; legitur in Acti  
bus apostolorum fecisse multitudo credentium, iuxta illud: Multitudinis credentium  
erat cor vnum & anima vna. Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse di  
cebat, sed erant illis omnia communia. Quorquor enim possessores agrorum, & Deni  
que ne ista perfectio videret pertinere ad paucos, testatus est Apostolus, avaritiã esse ser  
uitutem simulachrorum. Et merito. Quicumq; enim non communicat seu succurrit neces  
sitatibus egenorum, & præcepta Christi postponit pecuniæ suæ, quam infideli tenacitas  
te conferuat, idololatriæ crimen incurrit, vt pote præferens charitati diuinæ amorem ma  
teriz mundialis. ¶ C.

Sergo vidimus multos abieciße opes suas pro Christo, ita vt nõ solum absciderint  
de cordibus suis possessiones pecuniarum, sed item desiderium earundem vsque in  
finem, consequens est, vt etiam credamus ardorem fornicationis posse extingui. Non es  
nim coniunxit Apostolus rem impossibilem cum re possibili, sed sciens vtrum esse possi  
bile, docuit ambo mortificanda esse æqualiter. Imo beatus Apostolus confidebat in  
ratum fornicationem & avaritiam extirpari posse de cordibus nostris, vt asserit eas de  
bere non solum mortificari, verumetiam nec nominari. Fornicatio, inquinari, & omnis  
immunditia aut avaritia, nec nominetur in vobis. Aut turpitudine, aut stultiloquium, aut  
scurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Insuper docet ea esse æqualiter pernitiosa ac exclus  
dentia nos à regno dei, dicendo: Illud autem scitote, quoniam omnis fornicator & immu  
dus aut avarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi &  
dei. Item: Nolite errare, neq; fornicari, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles,  
neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; maledici, neque  
rapaces regnum dei possidebunt. Postremo dubitari non debet quin contagia fornicati  
onis & immunditiz valeant aboleri de membris nostris, quia Apostolus mandauit ea nõ  
aliter abscidenda quam avaritiam, stultiloquiũ, scurrilitatem, ebrietatem, ac furta, quæ  
faciliter amputantur. ¶ D.

Pro certo tamen sciamus quod quamuis subierimus omnem abstinentiæ restrictio  
nem, famem, sitim, vigiliã, assiduõsq; labores & incessabile studium lectionis, attas  
men merito horum laborum acquirere nequeamus perpetuam castimoniam puritatem,  
nisi in exercitijs istis iugiter desudantes, doceamur per experientiam, incorruptionem cas  
sitatis præfati largitate gratiæ dei. Hinc vnusquisq; agnoscat debere se infatigabiliter  
perdurare in exercitijs istis solummodo propter hoc vt per illorum afflictionem conse  
cutus misericordiam dei mereatur diuino munere liberari de impugnatione carnis atq;  
que dominio præpotentiũ vitiorum, non vt confidat se per illa adepturum inuiolatam  
hanc corporis castitatem quam cupit. Tãto igitur desiderio & amore accendatur pro  
acquirenda hac castitate, quanto ardore optat desiderium suum impleri quicumque cus  
pidissimus appetitor pecuniarum, aut summe ambitiosus, vel qui intollerabili feruet ara  
dore mulieris formosæ, sicque fiet vt dum insatiabili cupiditate succendimur pro inte  
gritate perpetua. Despiciatur desiderabilis cibus, horreat potus, somnus quoque nas  
zuræ debitus respuatur, vel certe capiatur mente atronita & suspecta, tanquam deceptor  
& fraus

A Sicut inobstantissimus amulus puritatis castitati contrarius, sicque vnusquisque effectus  
marius exanimator integritatis suæ, quotidie gaudeat de puritate sibi collata & castita  
te se eam adeptum, non studio suo aut vigilantia, sed protectione diuina. Intellegat  
quoque eam tam diu suo corpori adhasuram, quam diu D E V S sua miseratio  
ne conseruet & conseruauerit eam. Qui enim hanc fidem stabiliter obtinet, nequas  
quam superbus de sua virtute confidit, nec dissoluitur securitate blandissima, sed cunctis  
longis indicijs, seu carentijs fecedi humoris, sciens se protinus maculandum effusione im  
purissimæ colluionis, si protectio diuina paululum quid ab ipso recesserit. Propter  
quod indefessis orationibus insistendum est pro omni per seuerantia castitatis, cum omni  
contritione humilitatq; cordis. ¶ E.

Vltis capere euident argumentum huius rei quam dicimus, per quod approbetis  
quæ dicta sunt & doceamini pugnam hanc corporis, quæ videtur nobis esse inimi  
ca ac noxia, insitam esse vtiliter membris nostris? Considerate quæso spadones, quæ  
causa reddat eos præcipue tam desides ac remissos in virtutibus appetendis. Nonne quo  
niam credunt se non habere castitatis corrumpendæ periculum? Quod tamen nemo pu  
ter me ita proposuisse, vt velim asserere nullum eorum posse inueniri qui ferueat abres  
nunciatione perfecta, sed quia naturam suam quodammodo vincant, si forte aliqui eos  
rum summa cordis restrictione tendant ad præfati perfectionem, cuius ardor ac des  
siderium facit eum quem semel accenderit, non solum patienter, sed item libenter susti  
nere famem, sitim, vigiliã, nuditatem, & labores corporis vniuersos. Vir enim in dolo  
ribus laborat sibi, & vim facit perditioni suæ. Et iterum: Animæ esurienti etiam amara  
dulcia esse videntur. Aliter namque desiderium & amor rerum præsentium non pote  
runt refrenari siue expelli, nisi pro istis affectibus noxijs, q̄s cupimus amputari, intro mite  
tantur aliæ afflictiones salubres. Viuacitas etenim mentis nullatenus valet consistere  
absq; afflictione desiderij seu timoris vel mœroris aut gaudij alicuius, quæ nisi refren  
entur & regulentur in bonum, necesse est ea declinare in partem contrariam ac noci  
uam. Ideo si desideramus concupiscentias carnales extrudere, plantemus protinus in  
earum locis voluptates spirituales, vt animus noster eis semper coniunctus habeat bo  
na quibus iugiter immoretur respuatque illecebras præsentium ac temporalium gaudi  
orum. Cumque mens nostra quotidianis exercitijs erudita profecerit in hunc statum,  
statim concipiet experientia instruite affectum illius versiculi, quem omnes modula  
tione solita pfallimus, sed non nisi pauci atque experti virtutem eius percipiunt. Proius  
debam D O M I N V M in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mi  
hi ne commoretur. Solus quippe consequitur vim & intellectum carminis huius, qui  
perueriens ad puritatem hanc animæ & corporis, de qua loquimur intelligit se cunctis  
momentis conseruari à domino, ne rursus deuoluatur & cadat ab ea, & dexteris, id est,  
operationes suas virtuosas cognoscit indefinenter muniti à deo. Dominus enim sanc  
ctis suis semper assistit à dextris, non à sinistris, quia vir sanctus nihil habet sinistrum.  
A peccatoribus vero & impijs non videtur, quia non habent dexteris illas, quibus des  
us consuevit astare, nec possunt dicere cum propheta: Oculi mei semper ad D O  
M I N V M, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Quod nullus potest ve  
re fateri, nisi qui vniuersa quæ in hoc mundo sunt iudicans noxia siue superflua aut sum  
mis virtutibus inferiora, defixerit omnem intuitum, curam, ac studium suum circa cor  
dis sui cultum atque custodiam, castitatisque puritatem, sicque mens istis exercitijs des  
purata & spiritalibus profectibus expoliata perueniet ad completam animæ ac corpo  
ris sanctitatem. ¶ F.

Quantum etenim quis profecerit in lenitate & patientia, tantum crescit in puritas  
te, & quo longius repulerit iracundiæ passionem, tanto tenacius castimoniam ob  
tinebit. Non enim ardore corporis euitabit, nisi qui ante represserit animi motus.  
Quod aperte declarat beatitudo ore C H R I S T I laudata, qua dicitur: Be  
ati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Non ergo aliter possidebimus terram nõ  
stram. Hoc est, non aliter rebellis terra corporis, non aliter subdetur imperio animæ nõ  
stræ, nisi mens nostra fuerit prius roborata patientiæ lenitate, nec poterit quis reprimere  
& relin

re libidinis bella aduersus animam suam surgentia, nisi prius instruat ac roboretur mansuetudinis armatura. Mansueti enim possidebunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Porro qualiter obtinere ac possidere possumus hanc terram, Psal- mista docet, dicendo: Expecta dominum & custodi viam eius, & expectabit te vt capias terram. Constat ergo neminem posse ascendere ad istius terrae possessionem fir- miter obtinendam, nisi illos duntaxat, qui per inuiolabilem patientiae lenitatem seruant vias domini duras ac eius praecepta, atque per hoc exaltati fuerint domino extrahente eos de ceno seu fecibus carnalium passionum. Mansueti ergo possidebunt terram, nec solum possidebunt eam, sed etiam delectabuntur in multitudine pacis, qua nemo stabili- ter perfruetur, in cuius carne adhuc bella concupiscentiae suscitantur. Necessse est enim eum infestari durissimis daemonum praesidijs, & fauciatum ignitis luxuriae stimulis a pos- sessione suae terrae repelli, donec **D O M I N V S** auferat bella vsque ad fines terrae ipsius, arcumque conterat & confringat, arma & scuta comburet igne, illo videlicet quem dominus venit mittere super terram, sicque confringat arcus & arma, quibus spirituales nequitiae dimicantes aduersus eum diebus ac noctibus, confringebant cor eius iaculis passionum ignitis. Et ita cum dominus bella conterens liberauerit eum ab omnibus incientiuorum ardoribus ad illum puritatis statum perueniet, vt confusione deposita qua horrebat seipsum, id est, carnem suam, dum impugnaretur ab ea, incipiat delectari in ipsa tanquam in tabernaculo quodam purissimo. Non enim accedet ad eum malum, & flagellum non appropinquat tabernaculo eius, & ita per patientiam perueniet ad illud propheticum, vt merito mansuetudinis non solum haereditet terram suam, verum etiam delectetur in multitudine pacis. Porro vbi adhuc superest sollicitudo certaminis, non potest multitudo consistere pacis. Per quod ostenditur quod patientia sit efficacissima animae medicina, iuxta illud **S A L O M O N I S**: Mansuetus vir cordis est medicus, vt non solum extirpet passiones irae, tristitiae, aediae, superbiae, vanitatis gloriae, imo & libidinis, ac omnium fomitem vitiorum. In longanimitate quoque, vt ait Salomon, prosperitas regni est. Qui enim semper mitis est ac tranquillus, quam perturbatione irae succenditur, neque anxietate, aediae ac mœroris consumitur, nec gloria vana distenditur, neque superbiae tumore suffolitur. Pax enim multa diligenti- bus legem dei, & non est illis scandalum. Propter quod merito ait scriptura: Mes- sior est patiens viro forti, & qui continet iram capiet urbem. Multis ergo tentationibus oportet tentari, quibusque mereamur hanc pacem firmam ac incessantem & frequenter cum fletu & gemitu debemus repetere istos versiculos: Miser factus sum & incuruatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae, & cætera. Tunc enim compe- tenter & vere plangemus, quando post longam nostri corporis puritatem sperantes, nos iam omnimode euasisse carnalia contagia, sentimus rursus insurgere contra nos stimulos carnis oblectationesque cordis, vel certe per illusionem somniorum impuri- tatis pristinae colluuiouis aspergit nos. Cum enim quis ceperit diuturna cordis ac cor- poris puritate gaudere, necesse est, vt dum putat se non posse deuolui ab huiusmodi puritate in seipso gloriatur & dicat: **D O M I N E**, non in mea, sed in tua volun- tate praestitisti decori meo virtutem. Ego dixi in abundantia mea, non mouebo in aeternum. Sed cum sibi ipsi relictus a deo, vtiliter sentierit perturbari illum puritatis sta- tum in quo sibi met confidebat seque viderit vacillare ab illo spiritali successu, recurrat protinus ad integritatis actorem, & propriam infirmitatem agnoscens, confiteatur & di- cat: Domine, non in mea, sed in tua voluntate praestitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Illud quoque beati **I O B**: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimae manus meae, tamen sordibus in- tingens me, & abominabuntur me vestimenta mea. Quod tamen suo non potest de- cere creatori, qui proprio vitio sordibus se intingit. Vnde necesse est eum istis inaequa- litatibus saepius erudiri, donec ad perfectum puritatis veniat statum, & per gratiam **D E I** confirmatus in puritate quam appetit efficaciter dicere mereatur: Expectans expectaui **D O M I N V M**, & intendit mihi. Et audiuit preces meas, & cætera.

12.

C.  
Multi

**A** **M**em puritatem, quos quamuis intellectus noster non sufficiat perspicere aut pro- ferre, tamen quoniam ordo narrationis id exigit tentabimus secundum mediocritatem experientiae nostrae gradus illos vt cunque exponere, referuantes perfectiora perfectis, nec praeducantes his qui feruentiori studio possidentes castimoniam puriorem, tanto perspicaciori vigore praecellunt, quanto maioris industriae sunt. Denique praecelsa cas- titatis fastigia distinguam sex gradibus, magna a se inuicem sublimitate distantibus, ita tamen quod praetermittam media quaedam, quae multa sunt. Quorum sublimitas ita subterfugit sensus humanos, vt nec mens hoc possit inspicere, nec lingua proferre, quibus sensim adulescit seu paulatim crescit quotidianis profectibus perfectio castita- tis. Nam animae robur atque maturitas castitatis, acquiruntur instar corporum terre- norum, quae quotidie insensibiliter crescunt, & dum nesciunt, ad perfectam quantitatem pertingunt. Primus itaque castimoniae gradus est, ne monachus vigilans vincatur im- pugnatione carnali. Secundus, ne mens libidinosis cogitationibus immoretur. Tertius, ne vel modice ad concupiscentiam moueatur aspectu femineo. Quartus, ne vigilans patiatur simplicem carnis morum. Quintus, ne subtilissimus voluptuosae actionis cõsen- sus mentem perfringat, dum ratio tractatus aut necessitas lectionis inducit memoriã generationis humanae, sed cõtemplatur hoc tranquillo ac puro cordis intuitu tanquam opus quoddam simplex ac ministeriũ naturale humano generi necessario cõtributum, nihilque amplius de recordatione eius concipiat, quam si mente pertractet opus lates- rum, aut officium quodcunque mechanicum. Sextus gradus est, ne dormiens illudatur illecebrosis phantasmatibus mulierum. Licet enim credamus illusionem hanc non esse peccato obnoxiam, signum tamen est concupiscentiae medullitus intus latentis. Quam illusionem constat diuersis modis accidere. Nam dormiens vnusquisque tenta- tur secundum vsum seu actum, quem vigilans consuevit exercere aut cogitare. Aliter quippe tentantur, qui carnalem copulam norunt. Aliter, qui commixtionis femineae sunt expertes. Qui sicut inquietari solent simplicioribus ac purioribus somnijs, ita pur- gari possunt diligentiae faciliore & minori labore. Porro copulam illam experti illu- dantur phantasmatibus sordidioribus & magis expressis, donec mens etiã somno pres- sa vertatur paulatim in odium rei, quam antea voluntariam sensit secundum mensuram castitatis ad quam quilibet tendit, & illud concedatur, a **D O M I N O** quod pro- mittitur per prophetam fortibus viris pro summo laborum suorum fructu atque fris- pendio. Vnde dominus protestatur: Arcum & gladium & bellum conteram de terra ve- stra, & dormire vos faciam fiducialiter, sicque perueniet quis ad puritatem illam beati Sereni abbatis, & paucorum virorum sublimium, quam idcirco sequestravi a praefatis sex gradibus castitatis, quoniam non nisi a paucissimis potest possideri, imo nec credi. Et quoniam id quod beato **S E R E N O** collatum est speciali muneris largis- tate, proponi non potest ad formam generalis praeccepti, vt scilicet mens nostra eo vs- que formetur & perficiatur castimoniae puritate, vt ipso etiam naturali motu carnis es- mortuo, nullatenus patiatur obsecnum illum humorem. Silere sane non debet opinio- nem quorundam, quam tradunt de hac carnis pollutione. Nam dicunt eam accidere dormientibus, non ob hoc quod deceptio somniorum eam producat, sed potius, quia abundantia humoris illius aliquas fingat illecebras in animo egrotantis. Denique dicunt quod tempore illo quo non inquietat illa concretio seu humorum repletio, ita quiescat illusio sicut fluxus humorum.

¶ H.

**S**ED nemo poterit hoc suscipere vel probare, aut certo examine definire, vtrum ista sint possibilis an impossibilis, nisi per experientiam longam cordisque puritatem peruenierit verbo **D O M I N I** dirigente ad confinia carnis & spiritus, de quo verbo Apostolus: Viuus est, inquit, sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gla- dio accipit, & pertingens vsque ad diuisionem animae & spiritus, compagum quoque & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis. Sicque inter illorum terminos quodammodo collocatus velut inspector & arbiter iusta pöderatione discernet quid necessario & inuitabiliter attributum sit conditioni humanae, quidve inclu- sum sit consuetudine vitiosa ac iuuentutis incuria. De natura quoque & effectu eorum

¶ Q. ij. non

non seducetur falsis opinionibus vulgi, nec acquiescet definitionibus inexpertorum præ iudicantibus veritati, sed modum puritatis perpendens certa experientia suæ libra, examinatione iusta nequaquam decipietur errore illorum, qui vitio negligentia suæ fordati frequentioribus pollutionibus, quam natura requirit, de naturali conditione causantur. Cumque constet eos potius vim inferre naturæ, & extorquere ab ea colluionem quam ipsa non ingerit, referunt intemperantiam suam ad carnis necessitatem, imo ad eius creatorem, transferentes proprias culpas ad naturæ diffamiam. De quibus in Proverbij elegantè asseritur. Inipientia viri corrumpit vias suas. Deum autem causatur in corde suo. Postremo si quis huic nostræ assertioni fidem noluerit adhibere, quæso vt nõ disciplet nobiscum opinione præiudicata, antequam suscipiat instituta disciplina seu vitæ istius, quæ cum seruauerit mensibus paucis moderatione à patribus sanctis præfixa, poterit vero comprobare iudicio ea quæ diximus. Frustra vero contendet de fine cuiuslibet artis ac disciplina, nisi prius fuerit summo studio ac virtute sectatus omnia quæ ad consummationem spectant illius, velut si, verbi gratia, asseram liquorem leuissimi olei posse produci ex tritico sicut ex seminibus lini ac rasi, similitudinem quoque mellis ex tritico, si quis prorsus ignarus horum existat, nonne dicet hæc esse contra naturam? deridebitque me tanquam apertissimi actorem mendacij, nisi adducam testes quos plures qui testentur se ista vidisse, gustasse, fecisse. Ordinem quoque exponam, quo res illæ transmutentur in oleum ac mel. Quod si ille persistat in obstinatione opinionis suæ stultissima, negans ex illis seminibus posse produci aliquid dulce aut pingue, nonne magis reprehendenda est irrationabilis & procax contentio eius, quam veritas mei sermonis, quæ roboratur grauitate fidelium multorumque testium & euentibus documentis, imo quod amplius est, experientijs certis? Idcirco quicquam peruenit ad illum humorem velut superfluum quendam liquorem mente iam penitus liberata à titillatione huiusmodi passionis, cognoscet certissime modum & conditionem naturæ; sicque cum exasperatus inuenit carnem suam post tempora longa pollutam se ignorante nec sentiente, tunc de naturali necessitate causetur. Ad illum statim indubitur perueniens vt talis sit in nocte, qualis in die, talis in lecto, qualis in oratione, talis solus, qualis in turbis. Postremo, vt segregatus seu solus se nunquam aspiciat talem, qualis videri ab hominibus erubescit, nec tale aliquid deprehendat in eo inuitabilis oculus dei quod cupiat esse celatum aspectibus hominum. Et ita cum ceperit iugiter indulgenter accipias si fuerit esse celatum aspectibus hominum. Et ita cum ceperit iugiter indulgenter accipias si fuerit esse celatum aspectibus hominum. Et ita cum ceperit iugiter indulgenter accipias si fuerit esse celatum aspectibus hominum.

**¶** **ermanus:** Experti aliquantulum sumus perpetuam corporis puritatem posse à vigiliantibus per dei gratiam possideri, & fatemur stimulum carnis posse non accidere vigilantibus iudicio ac rigore distinctionis resistente corporis motibus, sed volumus edoceri etiam dormientes valeamus inquietudine hac carere, quod credimus impossibile esse duabus ex causis, quas licet nequeamus absque verecundia explicare, tamen quia necessitas spiritalis medicinae exigit eas effari, quæsumus, vt indulgenter accipias si fuerit aliquid inuerecundius denudatum. Primum igitur est, quia vigore mentis per somnum laxato ac impedito, videtur præseruari & vitari non posse obreptio stimulationis illius. Secundum est, quoniam dum vrina repleuerit vesicam assiduo confluxu interioris humoris dormientibus nobis, mox excitat membra marcetia, quod etiam ex eadem causa contingit paruulis atque spadonibus.

**¶** **HEREMON:** Apparet vos nondum cognouisse veræ castitatis virtutem eo quod castimetis eam solum retineri à vigilantibus auxilio distinctionis Ideoque putatis à dormientibus non posse seruari integritatem, quasi resolutio rationis vigore. Porro castitas

**A** stitas subsistit, non (vt arbitramini) auxilio distinctionis, sed amore sui, & delectatione propriae puritatis. Non enim castitas, sed continentia dicitur, vbi puritati resistit alia qua occasio aut incitatio voluptatis. Videtis igitur cessationem distinctionis non obesse etiam quando dormiunt his, qui medullitus receperunt castitatis affectum. Quicquid enim cum labore reprimatur, præstat temporales indutias dimicandi, non tamen tribuit indefinentem securitatem quietem post laborem. Porro quicquid fuerit victum perfecta virtute, & absque omni inquietudine ordinatum, confert victori incessabilem firmitatem. Quamobrem, quamdiu sentimus nos motu carnis pulsari, sciamus nos nondum peruenisse ad castitatis fastigia, sed constitutos esse adhuc sub continentia nondum firmata, & prælijs fatigari, in quibus oportet semper dubios esse euentus. Insuper, quod præstatam carnis stimulationem voluistis inuitabilem demonstrare isto iudicio, quia eunuchi nequeunt ea carere, sciendum est eunuchis deesse non ætus carnales, nec affectum libidinis, sed solam generationis virtutem. Vnde manifestum est, eunuchos non debere resoluere ab humilitate contritioneque cordis, nec à distinctione ieiunij, si ad hanc castitatem cupiant pertingere, ad quam nitimur nos, quæ obtineri possit ab eis minore studio ac labore.

**B** **HINC** castitatis perfectio distinguitur à laboriosis continentia rudimentis. Hæc est veræ castitatis completio, quæ omnino impugnans, sed toto horrore detestans carnalium concupiscentiarum motus, retinet iugem ac immobilem puritatem, nec potest aliud esse quam sanctitas. Hoc autem fiet, dum caro desinens contra spiritum concupiscere, consenserit virtuti ac desiderijs spiritus, ceperintque caro & spiritus sibimutem pace firmissima confederari, ac iuxta Psalmistam, habitauerint tanquam fratres in vnum, possidentes gratiam illam à CHRISTO promissam, de qua ait: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint fiet illis à patre meo. Quicunque ergo transcenderit gradum intellectualis illius (Iacobi primo) supplantatoris, ab illa continentia colluctatione & vitiorum supplantatione, arefacto senioris neruo, ascendet ad nomen ac meritum Israelis, directione perpetua cordis. Quem etiam ordinem beatus propheta DAVID vaticinatione spiritus sancti distinguit in Psalmis, dicens: Notus in Iudæa DEVS, id est, in anima, quæ adhuc renetur sub confessione peccatorum suorum. Iudæa enim confessio interpretatur. In Israel autem, id est, in eo qui videt Deum, vel (vt quidam interpretatur) in eo, qui rectissimus DEI est, non solum notus est, sed etiam magnum nomen eius. Deinde ad sublimiora nos prouocans, & volens ostendere locum, quo Dominus delectatur, adiunxit: Et factus est in pace locus eius, id est, non in conflictu certaminis, colluctationeque vitiorum, sed in castimonie pace, atque perpetua cordis tranquillitate. Qui ergo meruerit obtinere hunc pacis locum cum extinctione carnalium passionum, proficiens quoque ex gradu isto, & consequenter effectus spiritalis Syon, id est, specula Dei, erit etiam habitatio Dei. Non enim in conflictu continentia, sed in iugi virtutum arce, seu specula DOMINVS commoratur. Vbi iam non retundit nec comprimit, sed in perpetuum confringit potentis arcum. Ex quo arcu quondam dirigebantur aduersum nos cuncta ignita libidinum iacula. Videtis ergo, quoniam sicut locus Domini non est in colluctatione continentia, sed in castitatis pace, ita etiam habitatio eius fit in specula & contemplatione virtutum. Vnde non immerito portæ Syon præferuntur cunctis tabernaculis Iacob. (Diligit enim Dominus portas Syon, super omnia tabernacula Iacob) Præterea, quod arguitis motum carnis inuisibilem esse, per hoc, quod dum vrina vesicam assidua stillatione impleuerit, quæta moueat membra, quamuis motio ista nihil præiudicet veris sectatoribus puritatis ad obtinendum eandem, si sola necessitas ingerendum & per soporem excitet motum istum, sciendum est tamen, quod si membra fuerint ita mota, nihilominus ad quietem propriam reducantur castitatis imperio, vt fœdentur non solum sine vllo pruritu, sed etiam absque omni recollectione libidinis. Idcirco, vt cum lege mentis congruat lex corporalis, ita reprimenda est nimietas etiam in aquæ potatione, vt illa collectio quotidiani humoris pigrius influens mēbris arefactis, reddat illum corporis motum, quem putatis inuitabilem, non solum rarissimum, sed etiam len-



gem ac tepidum, atq; (vt ita dixerim) ignem concupiscentiæ faciat frigidum, & absq; ardore alicuius adustionis rotantem suscitet flammam, instar admirabilis visionis Moisaicæ, vt rubus carnis nostræ noxio igne circumdata non vratur, sicut nec corpora triū puerorum illorum, à quibus excussa est flamma fornacis Chaldaicæ spiritu dei rorante, ita vt odor ignis non afflaret nec læderet eorum capillos aut simbras, vt incipiamus quodammodo in hoc corpore possidere, quod sanctis promittitur per Prophetam dicentem: *Quum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te.*

¶ M.

**M**AGNA sunt atque mirifica, nec vlli hominum penitus nota, nisi qui ea experti sunt, quæ dominus ineffabili liberalitate largitur fidelibus suis, adhuc in corruptibili vasculo isto degentibus. Quæ Propheta mentis puritate contemplans, exclamavit tam ex sua persona, quam illorum qui perueniunt in hunc affectum & statum: *Mirabilia opera tua deus, & anima mea cognoscat nimis.* Alioqui nihil noui aut magni videtur Propheta dixisse, si protulit illa alio cordis affectu, vel de alijs dei operibus. Nullus enim est homo, qui non agnoscat ex magnitudine creaturarum mirabilia esse opera Dei. Cæterum opera illa, quæ quotidiana operatione dispensat, & exhibet vñbus nostris, & spiritali munificentia affluenter nobis infundit, nullus cognoscit, nisi qui recipit ea, qui in secreto conscientie suæ ita est arbiter singularis beneficiorum altissimi, vt ea non solum nequeat vlllo effari sermone, imo nec potest comprehendere ea cogitatione aut sensu, quum descendens ab igneo illo seruore fuerit deuolutus ad istos materiales ac terrenos intuitus. Quis enim non miretur in se opera dei, dum insatiabilem ventris ingluuiem, sumptuositatem, voracitatem gulæ, permittens flammam luxuriæ, viderit in se sic esse repressam, vt vix raro aut inuitus percipiat ipsum exiguum atque viliissimum cibum? Quis non obstupescat opera dei, quum senserit ignem libidinis, quem antea naturalem inextinguibilem; credebat, ita refriguisse in se, vt nec simplici corporis motu se sentiat incitari? Quomodo virtutem Dei non contremiscat quicumque, quum viderit homines quondam duros ac truculentos, qui blandissimis subditorum obsequijs prouocabantur ad summæ iræ furorem, deuenisse ad tantam mititatem ac patientiam, vt non solum non prouocentur vllis iniurijs, sed etiam quum illatæ fuerint, ingenti magnanimitate latentur? Denique, quis non miretur opera Dei, & toto affectu exclamet, quia ego cognoui quod magnus est dominus, quum perspexerit se aut alium quemque ex rapacissimo factum liberalem, ex prodigo moderatum, ex superbo humilem, ex delicato & tenero squalidum & hirsutum, atque presentium rerum egestate & angustia voluntarie persequentem? Ista profecto sunt mira opera creatoris, quæ anima prophetae Dauidis & consimilium eius cognoscit stupescita intuitu contemplationis mirifica. Ista sunt prodigia, quæ posuit super terram. Quæ idem Propheta considerans, ad eorum admirationem aduocat cunctos populos, dicens: *Venite, & videte opera D. E. I.*, quæ posuit prodigia super terram, Auferens bella vsque ad fines terræ. At cum conteret, & cætera. Quod enim potest maius esse prodigium, quam in momento breuissimo ex rapacissimis Publicanis apostolos C. H. R. I. S. T. I. fieri. Ex truculentis persecutoribus patientissimos Euangelij prædicatores constitui, ita vt proprii sanguinis effusione promulgarent fidem, quam ante persequerantur. Ista sunt opera, quæ filius in euangelio apud Iohannem protestatur se cum patre operari quotidie, dicens: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* De istis operibus Dei beatus D. A. V. I. D. in spiritu canens, dixit: *Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* De quibus ait & Amos propheta: *Qui facit omnia, & conuertit ea, & vmbra mortis transmutat in matutinam.* Hæc quippe est mutatio dextræ excessi. De hac operatione salubri orat sanctus Propheta: *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* Vt præmittam illas secretas atque absconditas D. E. I. dispensationes & operationes, quas in sanctis peculiariter est exercens, quas mens omnium sanctorum singulis intuetur momentis, vtpote in fisionem illam cælestem spiritualis lætitiæ, qua delectus sustollitur animus a lacritate gaudij insperati. Illos quoque ignotos cordis excessus, & tam ineffabilia, quam inaudita gaudiorum solatia, quibus interdum ignauissimum stupore torpentes, suscitamur quasi de somno grauissimo ad feruentissimam orationem

nam

**A** nem. Hoc, inquam, est gaudium, quod (iuxta Apostolum) oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, eius videlicet hominis, qui terrenis vitijs hebetatus, adhuc homo est atque humanis inhæret affectibus, nihilq; intuetur de præfatis dei muneribus. Denique idem Apostolus subiecit tam de se, quam de sibi similibus, qui iam humanam conuersationem transcendunt, dicens: *Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctum.*

¶ N.

**Q**VANTO ergo mens nostra ad sublimiorem profecerit puritatem, tanto subtilius intuetur deus. Et potius capiet intra se incrementa admirationis illius, quam loquendi inueniat facultatem, aut narrationis sermonem. Quæ admodum enim inexpertus non valet mente percipere vim lætitiæ puritatis internæ, ita expertus non valet explicare eam sermone, tanquam si quis velit sermonibus enarrare dulcedinem mellis ei, qui nunquam gustauit aliquid dulce. Ille aure non capiet suauitatem saporis, quam ore nunquam percipit; nec iste poterit indicare dulcedinem, quam cognouit gustus delectatione, sed affectus tantum propria agnitione suauitatis, necesse est vt tacitus in se admiretur experti saporis iucunditatem. Itaque quicumque meruerit peruenire in hunc modum statum prædictum, tacita mente percurrens ac intuens omnia ista, quæ dominus peculiari gratia operatur in suis electis. Horumq; omnium ætonita consideratione accensus, cum intimo cordis affectu clamabit illud Psalmistæ: *Mirabilia opera tua Deus, & anima mea nouit nimis.* Istud est ergo mirabile opus D. E. I., hominem in carne degentem respuisse carnales affectus, atque in tanta rerum & incurasionum varietate tenere vniformem animi statum, immobilemq; manere in omnium accidentium permutatione. Quæ virtute senex quidam firmatus, cum apud Alexandriam vallatus infidelium turbis impugnaretur, non solum maledictis, sed grauissimis quoque impellentium eum iniurijs, dicereturq; ei à subsannantibus: *Quid miraculi fecit Christus vester, quem colitis?* Dixit: *Non mouebor neq; offendar iniurijs his neq; maioribus, si mihi intuleritis eas.*

¶ O.

**G**ERMANUS: Quoniam admiratio castitatis huius non humanæ & terrenæ, sed plane cælestis atq; angelicæ, ita vt stupore subito nos confudit, vt magis incuteret desperationis terrorem, quam ad sui appetitionem prouocaret animos nostros, quæ sumus vt doctrina plenissimæ disputationis nos instruas de continentie qualitate, & temporis modo, quo acquiri aut perfici valeat, quatenus credamus eam posse consummari, atq; ad expectandam eam deinceps animemur spacio temporis constituti. Positi namq; in carne iudicaremus eam quodammodo impossibile esse, nisi certa ratione nobis pandatur ordo quidam ac via quibus ad illam valeat perueniri.

¶ P.

**C**HEREMON: Temerarium satis est, certam mensuram temporis definire circa consumptionem castitatis perfectæ, de qua loquimur, præsertim in tanta diuersitate voluntatum ac virium humanarum, quæ mensura non potest faciliter determinari in materialibus artibus istis ac visibilibus disciplinis. Nempe secundum animi intentionem atq; ingenij qualitatem, necesse est artes & disciplinas has apprehendi ab vnoquoque tardius siue celerius. Veruntamen constantissime possumus definire rationem continentie, & temporis modum, infra quem agnoscatur possibilitas eius. Quicumque ergo à fabulationibus ociosis abstractus, & mortificatus ab omni ira ac cura mundanæ fuerit duorum paximaciorum esu contentus quotidie, nec aquam potans ad fatietatem, nec dormierit vltra tres horas, vel vt alij statuunt quatuor, nec crediderit se adeptum castitatem illam merito horum laborum, sed miseratione ac gratia Dei, sine qua fide inanis est omnis labor humanus, infra sex menses cognoscat, perfectionem castitatis istius sibi nequaquam impossibilem esse. Euidens tamen signum est puritatis, iam proxime incipere eam non sperare de proprii laboris industria. Si enim quis vere contempserit vim illius vericulis: Nisi DOMINVS ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam, consequens est vt de meritis suæ puritatis non extollatur, sciens se eam obtinuisse non propria diligentia, sed pietate ac ope diuina. Non contra alios moueatur rigore immiti, intelligens qd nihil sit virtus humana, nisi eam adiuuerit virtus diuina.

¶ Q.

Proinde



**P**ROinde vniciq; nostrum totis viribus dimicanti contra fornicationis spiritum, **D** singularis extat victoria, non sperare remedium de merito sui conatus. Quæ fides quamuis omnibus videatur plana ac facilis, tamen tam difficulter ab insipientibus possidetur, vt ipsa perfectio castitatis. Nam cum eis arripserit particula aliqua puritatis, mox in secretis conscientie suæ sibi blanditur elatione quadam subtiliter incidente, & credentes se eam consecutos studio diligentie suæ, necesse est, vt priuati paulisper diuino auxilio, tam diu opprimantur passionibus illis, quas virtus diuina extinxerat, quousq; experientia docente, cognoscant se obtinere non posse gratiam puritatis proprijs viribus atq; industrijs. Et vt breuiter concludamus disputationem nostram de fine plenissimæ castitatis longa elucidatione confectam, colligendam in vnum omnia, quæ copiose ac sparsum digesta sunt. Hæc est consummatio castitatis, vt nulla libidinis delictatio perstringat aut occupet monachum vigilantem, nec fallat dormientem somniorum illusio: sed dum dormienti motio carnis obrepserit, per incuriam tantum mentis sopitæ ita quietæ stimulatō illa absq; omni carnis pruritu, quemadmodum suscitata est sine vlla voluptatis titillatione. Hæc de fine castitatis expressimus quātum potuimus experientia magistrante, non verbis, quæ licet arbitrer impossibilia forsitan iudicanda à pigris ac negligentibus, certus sum tamen ea à spiritualibus studiosisq; viris agnoscenda esse & approbanda. Tantum etenim distat inter hominem & hominem, quantum ab inuicem separantur illa, ad quæ tendit intentio cordis eorum, hoc est, cælum ab inferno, seu **C H R I S T V S** à Belial, iuxta sententiam saluatoris dicentis: Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus. Et rursum: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. ¶ Hucusq; abbas Cheremon de castitatis perfectione non differuit, admirabilemque doctrinam spiritualissimæ puritatis tali sermone conclusit, suadens nobis anxij atq; stupentibus, vt quia iam fluxerat maior pars noctis, non fraudaremus corpus nostrum naturali sopore, ne mens corporis sui torpore grauata, amitteret sanctæ intentionis vigorem.

## COLLATIO DECIMATERTIA

&amp; Abbatis Cheremonis tertia.

De protectione dei.



**V**M post modicum somnum rediremus ad matutinam synaxim, reperis **F** semusq; senem, abbas Germanus mouebatur scrupulo magno: quoniam in collatione præhabita, quæ infuderat nobis desiderium maximum castitatis incognitæ, beatus senex videbatur cassasse meritum humanæ industriæ, asserens hominem non posse esse compotem boni, seu idoneum ad bene agendum, quousq; totis viribus enitatur ad opera virtuosa, nisi illud sibi donetur largitate gratiæ dei, non proprio studio. Quam quæstionem dum inter nos cum admiratione reuoluemus, egressus cellam suam beatus Cheremon, cum sensisset nos inuicem muscitare, officio orationum & psalmorum præ solito breuiter persoluto, interrogauit quid nos moueret. ¶ **B.**

**C**heremon: Quantum quasi excludimur à fide possibilitatis propter sublimitatem **C** virtutis seu castitatis excellentissimæ, quæ collatione nocturna nobis est patefacta, tantum nobis videtur absurdum, si stipendium seu fructus laborum, vt pote castitatis perfectio, quæ acquiritur proprii laboris instantia, non ascribatur specialiter industriæ laborantis. Ineptum est enim, si verbi gratia videremus agricolam in defessum laborem impendere circa culturam terræ, nõ ascribamus fructum terræ illius labori agricolæ. ¶ **C.**

**C**heremon: Hoc ipso exemplo quod proposuistis euidentius comprobatur industriam laborantis nihil posse perficere sine adiutorio dei. Nec enim agricola cū expenderit oēs suos conatus circa terræ culturam poterit fructum segetum vbertatēq; frugum mox deputare suæ industriæ, quam frequenter expertus est esse cassatam, nisi eam subie-

quatur

**A** quatur opportunitas pluuiarum acrisq; serena tranquillitas, ita vt plerunque videmus **A** fructus maturos de manu quodammodo tenentium esse præreptos, & assiduum illum laborem laborantibus nil penitus profuisse: quoniam labor ille nõ diuino subsidio con-

**B** summatus atq; directus est. Quemadmodum ergo diuina pietas non confert segetum vbertatem pigris agricolis, sic peruigil sollicitudo non proderit laborantibus, nisi fuerit prosperata subuentione diuina. In quo tamen humana superbia nequaquam contentat se adæquare aut admiscere gratiæ dei, neq; per hoc conetur sese asserere participem in muneribus dei, vt laborem suum æstimet esse actorem diuinæ largitatis seu gratiæ, abundantiamq; spirituum fructuum gloriatur correspondere meritis suæ industriæ: imo consideret & vera examinatione perpendat, quod proprijs viribus non potuit exercere conatus & actus quos fecit pro perfectione & opulentia spiritali, nisi misericordia atq; protectio dei eum corroborasset ad illa agenda, imo inefficax fuisset voluntas eius & virtus, nisi diuina clementia præstitisset ei copiam peragendi, quæ aliquando impeditur nimia siccitate aut humiditate. Deniq; cum à deo fuerint condonata virtus & sanitas omniumq; actio bona & agendi prosperitas, orandum est, ne homini hæc habenti fiat cælum æneum, & terra ferrea, & ne residuum locustæ comedat brucus, & ne residuum brucis non solum indiget auxilio dei in istis, sed vt etiam auertat improuisos casus aduersos, per quos non solum ager fecundus & plenus priuaretur omni fructu sperato, sed abundantia quoq; fructuum collectorum, & in area seu horreo reconditorum destruere tur. Vnde manifeste probatur, quod deus sit principium non solum actionum, sed & cogitationum bonarum, qui nobis inspirat bonæ voluntatis initia, & virtutem opportunamq; tribuit exequendi ea quæ recte optamus. Omne enim datum bonum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, qui & incipit ea quæ bona sunt, & exequitur ac consummat ea in nobis, dicente Apostolo: Qui dat semen seminari, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & crescere faciet fructum iustitiæ vestræ. Nostrum vero est, vt humiliter subsequamur gratiam Dei, nos quotidie attrahentem, aut certe resistentes eidem dura ceruice incircuncisq; auribus mereamur per Ieremiam audire: Nunquid qui cadet nõ resurget, aut qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est iste populus, auersione contentiosa indurauerunt ceruices suas, & noluerunt reuerti?

**C**heremon: Huic doctrinæ, quæ non potest abrupte improbari à nobis, hoc videtur **C** consistere, quoniam ipsa vt apparet tendit ad destructionem liberi arbitrij. Cum enim multi gentilium, qui vtique non merentur gratiam diuini auxilij, fulserint non solum virtutibus abstinentiæ & patientiæ, imo quod mirabilius est, etiam castitatis: quousq; virtutes illæ credendæ sunt illis esse collatæ munere dei captiuato arbitrio liberæ voluntatis, cū sectatores mundanæ sapientiæ non solum ignorant gratiam dei, sed etiã verum deum, possedisse dicantur summam castimonie puritatem, proprii laboris industria quantum cognouimus ex studio lectionis, aut aliorum traditione.

**C**heremon: Gratum mihi est quod inflammamini tam summo agnoscendæ veritatis amore quod inepta proponitis, quousq; obiectione virtus catholicæ fidei appareat probatior, imo & exploratior, vt sic loquar. Quis enim sapiens vt eretur propitionibus sibijnuicem ita contrarijs, vt cœlestem castimonie puritatem, quam heri asseruistis, non posse cuiq; conferri mortalium etiã per gratiam dei, nunc credatis fuisse possessam à philosophis propria eorum virtute. Sed quia hoc ipsum proponitis studio veritatis inuestigandæ, quid de his sentiamus aduertite. Primo, nequaquam credendum est philosophos talem habuisse castitatem, qualis à nobis exigitur, quibus iniungitur, vt non solum fornicatio sed nec immunditia nominetur in nobis. Habuerunt itaque philosophi quandam porciunculam castitatis, id est, continentiam carnis, vt coercerent libidinem solummodo à coitu. Hanc autem internam mentis & corporis puritatem indefinentem non poterunt assequi opere, imo nec cogitatione. Deniq; ille eorum famosissimus Socrates non erubuit hoc fateri, vt recitant ipsi. Quum enim quidam phisonomie magister inspiciebat illum, dixisset: Oculi corruptores puerorum. Et discipuli Socratis irruentes in visum illum, vellent vlcisci conuicium suo magistro illatum, repressit indignationem eorum dicēdo: Quiescite o sodales, sum etenim, sed contineo. Apertissime ergo monstrat,

non

non solum nostra affirmatione, sed illorum quoque assertionem solum expletionem impudicitiae seu turpitudinem commixtionis refrenatam esse ab eis violento quodam conatu, non tamen exclusam fuisse de corde ipsorum concupiscentiam & oblectationem commixtionis. Interea cum quanto horrore commemoranda est doctrina Diogenis? Quod enim Philosophus ille non erubuit dicere tanquam memorabile aliquid, non potest a nobis sine verecundia dici neque audiri. Dixit autem cuidam pro adulterij crimine puniendo, ut fertur: Quod gratis venditur, morte non emas. Constat ergo philosophos non novisse virtutem vere castitatis, quae a nobis expetitur, ideoque certissimum est spirituales nostrae circuncisionem non posse possideri nisi munere dei, & eam inesse tantummodo illis, qui tota mentis suae contritione deseruiunt deo.

**H**INC quamuis possit ostendi, quod homines indigeant semper gratia dei in multis, primo in omnibus, nec humanam fragilitatem posse perficere aliquid pertinentem ad salutem, per se solum, hoc est, sine adiutorio dei, in nullo tamen hoc evidenter monstratur, quam in acquisitione atque custodia castitatis. Ut enim differatur tantisper disputatio de difficultate ipsius, disputemus interim breuiter de instrumentis seu medijs eius. Quis quae so quis spiritu feruens praeualeat suis viribus sustinere, nulla hominum laude suffultus, squalorem solitudinis, & quotidianam siccitatis panis non dico penuriam siue esuriam, sed ipsam saturitatem? Quis incessabilem aquae defectum & sitim sine consolatione diuina valeat tolerare, & oculis suis subtrahere illum suauem matutinum soporem, & somno horarum quatuor quotidie contentari? Quis sine gratia dei explere sufficiat indefinenter lectionis instantiam, & irremissam operis sedulitatem, nullum capiens commodum seculi aut lucri praesentis? Quae omnia sicut desiderari a nobis iugiter nequeunt absque inspiratione diuina, ita nec perfici queunt sine auxilio dei. Denique omnia ista faciemus vobis manifestiora non solum probata experientiae arte, sed certis signis & arguementis. Nonne in multis quae optamus vtiliter adimplere, quis plenus desiderij feruor & voluntas perfecta assit, tamen interueniens quaecumque fragilitas impedit ab effectu vota concepta, nec effectus propositum nostrum consequitur, nisi virtus perficendi tribuatur a domino, ita ut cum sit innumera hominum multitudo, qua cupit virtutum studijs fideliter inherere, rarissimi tamen sint, qui haec perficere tolerareque valeant: ut praetermittam quod nec tunc facultas agendi vniuersa quae volumus nostrae subiacet potestati, dum infirmitas nulla nos impedit. Non enim tenemus solitudinis silentium, districtiorem ieiuniorum, instantiam lectionis pro nostro arbitrio etiam tempore illo quo possumus, sed occurrentibus causis quibusdam retrahimur saepe inuitissimi a salutaribus institutis, ita ut necesse sit nobis deprecari a domino copiam loci ac temporis, in quibus haec exercere possimus. Et certum est non sufficere nobis hoc ipsum quod possumus, nisi a deo praestetur nobis opportunitas peragendi quae nobis impossibilia extant. De quibus ait Apostolus: Voluimus venire ad vos semel & iterum, sed impediuit nos sathanas, ita ut sentiamus nos quandoque vtiliter reuocari a spiritualibus exercitijs istis, quatenus dum nolentibus nobis interruptitur feruor siue intentio nostri cursus, infirmitatisque carnis aliquid relaxamus, ad salutarem perseverantiam diuturniorem reseruemus quasi inuiti. De qua dispensatione dei aliquid simile dicit Apostolus: Propter quod ter dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Et iterum: Quid enim oremus sicut oportet nescimus.

**P**ropositum namque dei quo condidit hominem, non ut periret, sed ut viveret in perpetuum, manet immobile. Cuius benignitas cum in nobis qualemcumque voluntatis bonae scintillam excusserit de duro silice cordis nostri, fouet & excitat, ac sua miseratione confirmat eam, volens omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, quia non est voluntas patris caelestis ut pereat de pusillis istis. Et iterum ait scriptura: Non vult deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Verax namque est deus nec mentitur, cum obtestatione affirmans: Viuo ego, quia nolo mortem impij, sed ut conuertatur a via sua mala, & viuat. Qui enim non habet voluntatem ut vnus pereat ex pusillis, non sine ingenti sacrilegio putaret saluos fieri velle quosdam, & non generaliter omnes. Ergo quicumque perierit, contra illius perierit voluntatem, cum ipse clamet quotidie contra vnumquemque eorum: Conuertimini a vis vestris peccatis, Et: Quare moriemini domus Israel? Itemque: Quoties volui congregare filios tuos quemad-

1. Theof. 2  
2. Cor. 12  
Roma. 8  
1. Tim. 2  
2. Reg. 14  
Ezech. 18  
Idem 33  
Lucas 13

**A** quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit. Et iterum: Quare auersus est populus iste in Ierusalem a uersione contentiosa. Indurauerunt ceruicem suam & noluerunt reuerri. Praesto est ergo quotidie gratia Christi, qui dum vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis, cunctos vocat absque exceptione, dicendo: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Si autem vocat quosdam, non vniuersaliter omnes, sequitur quod nec omnes sint onerati peccato originali aut actuali. Nec vera sit autoritas illa: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, nec mors credatur in omnes homines pertransisse. Insuper qui pereunt, intantum pereunt contra dei voluntatem, ut deus dicatur mortem non fecisse scriptura dicens: Deus mortem non fecit, nec gaudet in perditione viuorum. Hinc est quod oratio nostra interdum exauditur tardius, vel nequaquam, dum plerumque postulamus inutilia tanquam salubria. Et rursum dignanter nobis infert inuitis tanquam piissimum medicus, ea quae putamus esse contraria, atque vicissim ab effectu retardat ac reuocat proposita nostra mortifera & pernitiosos conatus, & properantes ad mortem reuocat ad salutem, ac de inferni faucibus extrahit ignorantes.

**Q**uam curam ac prouidentiam dei circa nos sermo diuinus exprimit eleganter per Osee prophetam sub figura & persona meretricis Ierusalem recedentis a cultu dei ad idololatriam alacritate damnabili. Siquidem ea dicente: Vadam post amatores meos, qui dant mihi panes & aquas, lanam meam & linum meum, oleum meum & possum meum. Respondet diuina dignatio consulens eius saluti, non voluntati: Ecce ego sepiam viam eius spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & dicit Reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc. Rursum deseribit contumacias nostras & contemptus, quibus rebelli spiritu dedignamur eum nos inuitantem ad reditum salutarem, dices per comparationem huiusmodi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sed quomodo si mulier contemnat amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, ait dominus. Itaque satis congrue comparauit amorem & benignitatem per seuerantiam suam viro, quem femina deserit, quam ipsam Ierusalem comparauit adulterae descendenti a proprio amatore. Etenim pietas atque dilectio, quam deus semper impendit circa genus humanum, aptiori comparatione non potuit exprimi, quam exemplo viri ardentissimo amore feminam diligentis, qui tanto vehementiori ardore zeli ad eam accenditur, quanto plus senserit se ab ea negligi & contemni, eo quod deus nullis iniurijs ita vincatur, ut a cura nostrae salutis recedat, aut quasi superatus iniquitatibus nostris reuocet a suo principali proposito. Inseparabiliter igitur adest nobis diuina protectio, & tanta est pietas saluatoris circa propriam creaturam, ut non solum conetur, sed & praecedat eam iugiter prouidentia sua. Quod expertus Propheta deo apertissime confitetur: Deus meus, misericordia eius praeuenit me.

**N**EC solum benigne inspirat desideria sancta, sed & occasiones praestat salutis, & opportunitatem bonis effectibus, errantibusque demonstrat directionem viae salubris. Vnde sit, ut inueniatur a non quarentibus se, & palam appareat inter illos, qui eum non interrogabant, totaque die expandat manus suas ad populum non credentem, & contradicentem sibi, resistentes quoque & longe positos vocet, inuitos allicit ad salutem, peccare volentibus subtrahit copiam voluntatis explendae, & benigne resistat properantibus ad mala, ut iam non sit volentis neque currentis, sed miserentis dei, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate, & hoc non ex nobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Quid est enim quod ait saluator: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Et nemo venit ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit illum? Quid item est quod oramus: Dirige in conspectu tuo viam, & perice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur vestigia mea? Quid tandem est quod deus promittit: Dabo eis cor nouum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, ut in praecipis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & operemini? Et quid est quod Propheta a domino hoc ipsum postulat, dicens: Cor mundum crea in me deus. Et denuo: Lauabis me, inquit, & super niuem dealbabor: Item quid est quod fertur de deo: Qui docet hominem scientiam. Et dñs illuminat caecos. Vel quod orantes dicimus cum Propheta: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nisi quod in his oibus declarat gratia dei, qua homo spiritus indigeat adiuuari a deo.

Ecci 8  
Marth. 11  
Roma. 3  
Sapient. 1  
Osee 2  
Ierem. 3  
Psalmo 138  
Roma. 9  
Roma. 2  
Philip. 2  
Iohan. 14  
Psalmo 5  
Psalmo 116  
Ezech. 36  
Psalmo 70  
Psal. 93  
Psal. 146  
Psalmo 12

Phillip. 4 **I**nfirmiorem quippe liberi arbitrii Apostolus manifestat dicens: Dominus custodiat D  
corda vestra & intelligentias vestras. Eandem David orando docet, cum inquit: In-  
clina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam. Salomon quoque: Inclinet corda  
nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & cere-  
monias eius. Infirmiorem eiusdem fatetur illa oratio nostra: Pone domine custodiam  
ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Item Propheta: Dominus, inquit, soluit  
compeditos, dominus illuminat cæcos, Et rursus: Dirupisti vincula mea, &c. Item Chris-  
tus apud Iohannem: Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxe-  
rit eum. Et beatissimus Iohannes Baptista asserit: Non potest homo à se accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Vnde & Propheta in spiritu clamans: Nisi, ait, domi-  
nus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et Apostolus: Deus est, inquit,  
qui operatur in vobis velle & perficere, pro bona voluntate. ¶ L.

Roma. 2 **P**ORRO, si arbitrio nostro ascribimus consummationem virtutum executionemque  
mandatorum, quomodo oramus: Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.  
¶ Psalmo 39 **E**t: Opera manuum nostrarum dirige super nos: Scimus Balaam fuisse conductum ad ma-  
Iudicandum filijs Israel, sed videmus sibi id cupienti non esse permittum. Custoditus est  
Abimelech, ne Rebecca tangendo peccaret in dominum. Ioseph fratrum liuore est  
venditus, vt fieret descensus filiorum in Aegyptum, & illis de nece Ioseph tractantibus  
provideretur fami futuræ, quod Ioseph à fratribus agnitus reserat, dicens: Nolite pauere,  
nec durum vobis videatur quod vendidistis me in his regionibus. Pro salute enim vestra  
misit me deus ante vos, Et rursus: Præmisit enim me deus, vt referuamini super terram,  
& escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus  
sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum totius domus eius, & principem  
in omni terra Aegypti. Cumque post obitum patris sui auferret suspicionem timoris for-  
midantibus fratribus suis: Nolite, inquit, timere, nunquid dei resistere possumus volun-  
tati? Vos cogitastis aduersum me malum, & deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me,  
sicut in præsentiarum cernitis, & saluaret populos multos. Quod etiam factum econo-  
micum seu dispensatorium David canit in Psalmo: Vocauit, inquit, famem super ter-  
ram, & omne firmamentum panis contriuit. Misit ante eos virum, in seruum venundatus  
est Ioseph. Sic igitur virtutem efficaciamque gratiæ dei statuamus, ne excessisse regulam  
ecclesiasticam fidei videamur. Ecclesiastica regula est prædicantem Apostolorum: Nemo potest  
dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Ecclesiastica regula est: Gratia dei sum id quod sum  
& gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi. Non autem ego, sed  
gratia dei mecum. Et misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem. Ecclesiastica regula  
est: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtus dei, & non ex no-  
bis. Ecclesiastica regula est: In nullo terræ amini ab aduersarijs, quæ est illis causa perdi-  
tionis, vobis autem salutis, & hoc à deo. Vobis datum est per Christum, non solum vt  
in eum credatis, sed etiam vt patiamini pro eo. Ecclesiastica regula est: Cum tremore &  
timore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est, qui operatur in nobis & velle  
& operari pro bona voluntate. Ecclesiastica regula est: Non quia idonei sumus cogitare  
aliquid ex nobis quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Hanc regulam fir-  
mat deus dicens: Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. Et: Omne  
quod dat mihi pater venit ad me. Et: Sine me nihil potestis facere. Et: Non vos me elegi-  
stis, sed ego elegi vos. Et: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quos nouit nisi filius, &  
cui voluerit reuelare. Et: Sicut pater viuificat mortuos, ita & filius quos vult viuificat. Et:  
Beatus es Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus,  
qui in cælis est. Hac regula nulli hominum aufertur voluntas, quia virtus gratiæ non  
hoc in voluntatibus operatur, ita vt non sint, sed vt ex malis bonæ, & ex infidelibus sint  
fideles, & qui ex semetipsis erant tenebræ, lux efficiantur in domino, quod mortuum  
erat viuificatur, quod iacebat erigatur, quod perierat inueniatur. Hoc in omnibus prorsus  
hominibus, qui eruantur de potestate tenebrarum, & transferuntur in regnum dilec-  
tionis filij Dei, sine cuiusquam exceptione personæ agere credimus gratiam saluatoris.  
Quia sicut hic idem probabiliter definiuit, dicimus atque defendimus, non solum actum,  
verumetiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui nobis & initium bonæ  
voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum que recte cupimus, tribuit pagendi.  
¶ Omne

A **O**mne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à  
patre luminis. Qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis. Cui  
enim deus nos tepuisse cõspexerit, ingerit cordibus nostris orationes salutiferas, quibus  
bona voluntas reformatur in nobis. ¶ M.

R **E**ctum quidem & omni vitio carente creatum esse hominem primum, in quo omni  
hominum concreta natura est, dubitare fas non est, eumque tale accepisse liberum  
arbitrium, vt si auxiliante sibi dominum non desereret, possent in nobis que naturaliter  
acceperat perseverare, quia vellent, & merito perseverantiam in eandem beatitudinem perue-  
niret, vt nec vellent decidere in deteriora, nec posset. Sed ipso libero arbitrio, quo quam-  
diu voluit bonus mansit, à proposita sibi lege discessit, nec denunciati sibi mortis suppli-  
cium formidauit, deserens deum, & sequens diabolum, rebellis domino seruatori, & inimis-  
co obediens peremptori. Fuit ergo Adam, & in illo fuimus omnes. Perijt Adam, & ex illo  
lo perierunt omnes. Quod ita non falso dixit beatus Ambrosius, sicut non falso ipsa ve-  
ritas ait: Venit filius hominis querere & saluare quod perierat. Naturæ enim humanæ  
illa præuaricationis vniuersalis ruina, nec substantia præcepta est, nec voluntas, sed lus  
men decusque virtutum, quibus fraude inuidenti exuta est. Perditis autem per quæ ad  
æternam atque inamissibilem corporis animæque incorruptionem poterat peruenire, quid  
ei remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam? Quæ tota est damnabilis & pæ-  
nitentiæ. Propter quod natos in Adam renasci oportet in Christo, ne in illa quis inueniatur  
generatione, quæ perijt. Nam si posterius Adam in illis virtutibus naturaliter agerent, in  
quibus Adam fuit ante peccatum, non essent natura filij iuxta, non essent tenebræ, nec sub  
potestate tenebrarum, saluatoris gratia non indigerent, quia non frustra boni essent,  
nec iustitiæ præmio fraudarentur, habentes ea bona, quorum amissione primi patres de  
paradiso exulare meruerunt. Nunc autem cum sine sacramento regenerationis æter-  
nam mortem nemo posset euadere, nonne ex istius remedij singularitate peritissime pat-  
ret, in quam profundum malum totius generis humani natura demersa sit illius præua-  
ricatione, in quo omnes peccauerunt, & quicquid ille perdidit perdidit? Perdidit au-  
tem primus fidem, perdidit continentiam, perdidit charitatem, spoliatus est sapientia &  
intellectu, caruit consilio & fortitudine. Et impie altiora sectando, à veritatis scientia &  
obedientiæ pietate deiectus est, nec ipso saltem timore sibi reliquo, vt ab interdicitis vel  
metu caueret pænæ, qui abstinebat amore iustitiæ, liberum ergo arbitrium, id est, rei sibi  
placitæ spontaneus appetitus, vbi vsum honorum quæ acceperat fastidiuit, & vile-  
scitibus sibi salucis suæ prædidit, insanam cupiditatem ad experientiam præuaricatio-  
nis intendit, bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis in temperan-  
tiæ suæ ebrietate madefecit. Inde, priusquam edendo carnem filij hominis, & bibendo  
sanguinem eius, lethalem digerat cruditatem, labitur memoria, errat iudicio, nutat in-  
cessu, neque vilo modo idoneus est ad illud bonum eligendum & concupiscendum, quo  
se sponte priuauit. Quia non, sicut potuit deo non impellente corruiere, ita potest deo non  
erigente confurgete. Ne etenim credamus nos non indigere diuino auxilio ad exercen-  
dum opus salutis? Apostolus ait: Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro  
bona voluntate. Ideoque & Timotheum admonuit: Noli negligere gratiam dei, quæ est  
in te. Itemque: Ob quam causam admono te, vt resuscites gratiam dei, quæ est in te. Hinc  
quoque Corinthiis scribens hortatur, ne per opera infuctuosa facerent se indignos gra-  
tiæ dei, dicens: Adiuuantes obsecramus, ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Quam quia  
inuacuum Simon receperat, non profuit ei perceptio gratiæ salutaris. Non enim curauit  
obedire præcepto sacratissimi Petri dicentis: Pœnitentiæ age ab hac nequitia tua, & con-  
uertere ad deum, si forte remittat tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & ob-  
ligatione iniquitatis video te esse. Præuenit ergo hominis voluntatem misericordia do-  
mini, iuxta quod scriptum est: Deus meus, misericordia eius præuenit me. Insuper aduo-  
cat nos dominus, & inuitat, quem admodum ait: Tota die expandi manus meas ad po-  
pulum non credentem & contradicentem mihi. Expectat nos deus, sicut loquitur per  
Prophetam: Propterea expectat deus, vt misereatur vestri. Confortat nos secundum quod  
ait: Er ego erudiui eos, & confortauit brachia, & in me excogitauerunt malitiam. Cla-  
mat dominus Iesus: Si quis sitis, veniat ad me & bibat. Quærit nos dominus, dicens: Quæsiui,  
& non erat vir vocauit, & non erat qui responderet. ¶ N.

**E**T ita gratia Dei semper cooperatur arbitrio nostro in bonum, atq; in omnibus sic adiuvat & protegit illud, vt semper gratuita perseverat, dum inestimabili largitate tribuit parvis conatibus gloriam tantæ immortalitatis, tantæq; dona perennis felicitatis. Nonne q; David breuissimo temporis puncto obtinuit tantorum indulgentiam criminum, donū erat dei miserentis? Deniq; quid dicamus de hac tam breui David confessione, tamq; incomparabili diuinæ miserationis ac retributionis immensitate: cum certum sit, quid Apostolus ad futuræ beatitudinis magnitudinem intuentis pronunciauerit de innumerabilibus atq; grauissimis persecutionibus suis: Momentaneum, inquit, & leue hoc tribulationis nostræ, supra modum & ultra comparationem & æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde & alibi constanter fatetur: Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quamlibet ergo enixa & conata fuerit humana fragilitas, comparari futuræ retributioni non poterit, nec suis laboribus ita diminuet gratiam creatoris, vt non perseveret semper gratuita. Idcirco præfatus gentium doctor, quis testetur se gradum apostolatus sortitum gratia dei, dicens: Gratia dei sum id quod sum, tamen affirmat se respondiisse & cooperatum esse gratiæ diuinæ, subdendo: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non autem ego, sed gratia dei mecum. Cum enim ait: Non autem ego, sed gratia dei mecum, ostendit virtutem protectionis diuinæ. Et cum ait, mecum, testatur gratiam dei cooperatam esse sibi non ocioso neq; securo, sed laborati ac desudanti. Itaq; dñs volens motu humanæ affectionis exprimere suę pietatis dispensationem & amorem, quæ nobis tribuere indefessa pietate dignat, nec in creaturis inueniens charitatem cui cum dignius compararet, comparauit eum tenerimis matris visceribus, & vtitur hoc exemplo, qm̄ charius eo inueniri in creaturis non valet: Nunq; potest mulier obliuisci infantem suum, vt non miseretur filio veri sui? Veruntamen non contentus hac comparatione transcendit eam confestim, subdendo: Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

1. Corin. 9

Roma. 8

1. Corin. 1

Isaï 40

Ezech. 21

Isaï 7

Isaï 1

**P**er quod evidenti ratione colligitur, summā nostræ salutis deputandā esse cœlesti gratiæ, non meritis actionū nostrarū, deo per Prophetā loquente: Recordabimini viarū vestrarū, & oīm scelearū vestrorū, & displicebitis vobis ipsīs in malitijs vris, & scietis quia ego dñs cum benefecero vobis propter nomen meum, non scdm̄ vias vestras malas, neq; scdm̄ scelera vra pessima, domus israel. Hinc asseritur ab vniuersis catholicis patribus, q; perfectionem cordis didicerunt, non inani disputatione, sed digna cōuersatione, hoc diuini muneris esse primū, vt accedat vnusquisq; ad desiderandū omne qd bonum est, sed ita vt plenum sit liberæ voluntatis arbitriū in partem vtrūq;. Secundū vero opus diuinæ græ asserunt, vt effici valeant exercitia p̄fata virtutū, ita vt possibilitas arbitrii nō tollat. Tertio ad gratiā pertinere testantur, vt virtutes acquirat p̄seueranter seruent, sed ita, vt libertas captiuitatē non sentiat. Sic etem̄ deus vniuersos, credēdus est oīa in oībus operari, vt inciter, protegat & confirmet, nō vt auferat libertatē, quam semel donauit. Porro, si qd humana argumentatione & ratione versutū collectum videatur his derogare, vitandum est potius, q̄ ad destructionem fidei proponendū aut ponendū. Non em̄ meremur fidē ex intellectu, sed intellectu ex fide, quemadmodū scripta est: Nisi credideritis nō intelligetis, q̄a vt arbitror plene cōprehendi nō potest ratione humana, qualiter deus oīa operet in nobis, & nihilominus totū ascribat libero arbitrio, cum dñs loquit: Si vuleritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Hoc cibo nos confirmatos beatus Cheremon fecit non sentire laborem tanti itineris.

COLLATIO DECIMA QVARTA

& est abbatis Nesterotis I.

De scientia spiritali.

¶ A.



**R**edo sponsonis nostræ requirit, vt subsequatur collatio & doctrina abbatis Nesterotis, præclari in omnibus viri, summa scientia decorati. Qui cum sensisset nos commendasse memorię aliqua scripturarum sanctarum, & desiderare intelligentiam earundem, incepit nos ita affari: Multa scientiarum

**A**tiarum sunt genera in hoc mundo. Tanta namq; varietas est earum, quanta & artium & disciplinarum. Sed cum omnes omnino sint inutiles, aut solum profint commodis vitæ præsentis, nulla tamen est quæ non habeat proprium ordinem ac rationē suæ doctrinæ, per quos possit ab expentibus obtineri. Si igitur illæ artes ad sui manifestationem diriguntur certis ac proprijs lineis seu regulis, quanto magis disciplina atq; professio nostræ religionis, quæ tendit ad contemplanda archana inuisibilium sacramentorum, nec quærit retributionem quæstus præsentis, sed æternalium præmiorum subsistit ordine certo ac ratione. Cuius religionis, sciētia duplex est. Prima est practica seu actualis in emendatione & purgatione vitiorum consistēs. Alia theoretica, quæ consistit in contemplatione diuinorum, & cogitatione sensuum sacratissimorum.

**Q**uicunq; ergo ad theoreticā voluerit peruenire, necesse est, vt primo acquirat omnī studio ac virtute actualem scientiam. Actualis namq; seu practica possideri potest absq; theoretica. Theoretica vero nequaquam apprehendi potest absq; actuali scientia. Gradus quippe sic ordinati sunt atq; distincti, vt humana humilitas possit ad altiora ascendere. Qui gradus si inuicem sibi succedant modo præfacto, potest homo ad sublimia peruenire, ad quæ transuolare non valet primo gradu sublato. Frustra igitur tendit ad dei conspectum, qui vitiorum maculas nō deuitat. Spiritus enim dei effugiet peccatum, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

**H**æc autem actualis scientia sita in duobus est. Nam primus modus seu gradus eius est, vt natura omnium vitiorum & ratio curationis eorum sciatur. Secundus est, vt ita discernatur ordo virtutum, & mens nostra ita formetur perfectione earum, vt illis famuletur non iam quasi coacta, aut violento imperio subdita, sed delectetur & pascatur eis, tanquam naturalī bono, & conuenientissimo cibo, arduamq; viam salutis cum delectatione perambulet. Qualiter enim valebit attingere rationem habitumq; virtutum, in quo consistit gradus secundus scientiæ actualis, aut sacramenta spiritaliū atq; cœlestium rerum in gradu sublimiori theoreticæ, qui naturam vitiorum suorum nequirit cognoscere, nec ea conatus est extirpare? Consequens namq; est, vt dicatur non posse ad altiora procedere, qui planiora & faciliora mala non vicerit, multoq; minus apprehendet & sciet ea quæ extrinsecus sunt, qui intelligere non potuit ea, quæ sibi insunt. Veruntamen agnoscamus, quod duplici labori insudandum sit nobis, tam in vitijs expellendis, quam in virtutibus acquirēdis. Nec hoc capimus ex propria cōiectura, sed illius sententia, qui solus cognoscit vires & rationem opificij sui, qui ait per prophetam Ieremiam: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, vt euellas & destruas & disperdas & dissipas & ædifices & plantes. In expulsiōne quippe rerum noxiarum insinuauit quatuor necessaria esse, id est, euellere, destruere, disperdere, dissipare. In perficiendis vero virtutibus, & in acquirēdis his quæ ad iustitiam pertinent, duo tantum necessaria esse signauit, id est, ædificare & plantare. Vnde liquido patet, quod difficilius sit inolis tas corporis & animæ passiones euellere & eradicare, quam spirituales virtutes extruere ac plantare.

**H**æc igitur practica, quæ in duobus modis consistit vt dictum est, diuiditur circa multas professiones & studia. Quibam enim principalitatem suæ intentionis constituunt circa deserti secreta & animi puritatem, vt olim Helias & Heliseus, & nostris temporibus beatus Anthonius, & alij sectatores eiusdem propositi, qui per solitudinis silentium & quietem, deum familiarissime quæsierunt. Quidam apposuerunt omnem solitudinem studij sui circa fratrum directionem, & curam cœnobiorum per uigilem, vt nuper beatus Iohannes, qui in vicina ciuitate præfuit grandī cœnobio, & alij quidam ei similes, quos scimus apostolicis coruscasse miraculis. Quosdam delectat pium obsequium hospitalitatis & susceptionis aut xenodochij, per quod Abraham patriarcha & Loth deo olim placuerunt, & nuper beatus Machaus, vir singularis mansuetudinis ac patientiæ, qui apud Alexandriam ita præfuit hospitalitati aut xenodochio, vt credendus sit nullo eorum esse inferior, qui solitariam vitam egerunt. Porro quidā eligentes ægrotantibus seruire, alij pro miseris & oppressis interuenire, aut doctrinæ instantes, aut elemosynam pauperibus largientes viguerunt, & computati sunt pro suo affectu & pietate, inter magnos & summos viros.

Re iij. Quapro



**Q**uapropter hoc vnicuique utile atque conueniens est, ut secundum oppositum, quod dilegit, seu gratiam vocationis quam accepit, summo studio ac diligentia festinet peruenire ad operis arrepti & status assumpti perfectionem, & aliorum virtutes admirans ac laudans, nequaquam discedat à sua professione, quam semel elegit, sciens vnum esse corpus ecclesie multaque membra, & habere ecclesiam donationis secundum gratiam quae data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in administrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate: nec enim vlla naturalia membra possunt sibi vendicare ministeria aliorum membrorum, quia nec oculi videntur officio manuum, nec nares exercent officium aurium. Idcirco non omnes apostoli, non omnes prophetae, non omnes doctores, non omnes habent gratiam curationum, non omnes loquuntur linguis, non omnes interpretantur.

**S**olent quippe qui nondum fundati sunt in professione arrepta, quum audierint quosdam in diuersis studijs & statibus atque virtutibus commendari, ita eorum exemplis & laude accendi, vptonus cupiant sequi vocationem ac disciplinam eorum. In quo humana fragilitas impendit cassos conatus, quum impossibile sit vnum eundemque hominem simul fulcisci vniuersis donis & actibus iam praefatis. Quos si quis voluerit pariter affectare, necesse est ad hoc deuenire, ut dum omnes sequitur, nullum integre consequatur, atque ex hac mutatione capiat detrimentum potius, quam profectum. Multis etenim vijs ad deum tenditur. Ideo vnusquisque irruocabiliter compleat illam cursum sui intentionem, quam semel arripuit, non ut non sit in qualibet professione perfectus.

**A**bsque illo etenim detrimento quod iam diximus incidere monachum, qui mentis mobilitate cupit ad opera diuersarum vocationum transire, etiam hinc periculum mortis incurritur, quod aliqua à quibusdam recte assumpta ac gesta, incaute & non recte attemptantur ac praesumuntur ab alijs, & quae aliquibus bene cesserunt, sentiuntur & fiunt alijs permittosa. Nempe ut gratia exempli aliqua proferamus, velut si quis velit sectari virtutem viri illius, quam solet abbas Iohannes narrare, non ad imitandum, sed ad admirandum. Quidam namque in habitu seculari veniens ad abbatem Iohannem, & portans ei quosdam frugum suarum primitias, repperit ibi quendam ferocissimo obsequio sum daemónio, quod adiurationes & iussiones Iohannis desepxit, protefians se nequaquam exitum à corpore quod possedit ad Iohannis imperium: sed aduentu viri illius secularis ita prostratum est, quod cum reuerentissima nominatione ipsius mox fugit. Cuius viri tam euidentem virtutem & gratiam abbas Iohannes vehementer admirans, praesertim cum cerneret eum habitu seculari vestitum, cepit ab eo diligenter inquirere qualitatem & ordinem suae vitae. Qui cum responderet se esse secularem, & vxoratum, Iohannes mente pertractans excellentiam virtutis ac gratiae eius, attentius inuestigauit conuersationem ipsius. Qui testabatur se rusticum esse, quotidianumque victum opere manuum quaerere, nec alicuius boni in sese esse conscium, nisi quod de mane nunquam procederet ad exercenda opera rusticana, neque de vespere domum rediret, nisi prius in ecclesia referret gratias deo pro victu quotidiano, nec vnquam vsurpare se aliquid de fructibus suis, nisi prius offerret deo primitias eorum ac decimas, nec vnquam duxisse se boues suos per agros messesque aliorum, nisi ora eorum prius ligaret, ne proximis suis vel modicum damnum incurreret ex negligentia sua. Denique, quum nec ista viderentur abbati Iohanni idonea respectu gratiae tantae, qua vidit illum se esse perfectiorem, & sciscitans scrutaretur, quidnam esset, per quod tanti esset meriti, ille astrictus reuerentia tam sollicitae inquisitionis, confessus est se accepisse vxorem ante duodecim annos ex compulsionem parentum quum monachus fieri vellet, nec se illam vnquam cognouisse, sed loco sororis habere, ac virginem custodire, nemine id sciente. Quo audito, senex tanta admiratione repletus est, ut coram viro illo publice fateretur, quod daemón, à quo ipse erat despectus, merito tolerare non potuit illius praesentiam, cuius virtute appetere ipse non auderet non solum in iuuentutis seruire sine castitatis discrimine, imo nec modo in senio suo. Quod factum, quamuis abbas Iohannes cum summa admiratione narraret, nullum tamen monachorum hortatus est, ut tale quid attentaret, sciens quod multa ab

**A** ab aliquibus bene gesta fuerint, alijs ea imitari volentibus occasio magnae ruinae, nec posse ab omnibus vsurpari, quae aliquibus conceduntur à DEO munere speciali.

**S**ed reuertamur ad declarationem scientiae, de qua sumptum est collationis huius exordium. Itaque, sicut iam diximus, practica versatur circa diuersas professiones ac studia, theorica vero in duas diuiditur partes, puta in expositionem seu sensum historicum, & intelligentiam spiritualem. Vnde & Salomon cum enumerasset multiplicem ecclesiae gratiam, addidit: Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Porro spiritalis scientiae tria sunt genera, vt pote tropologia, allegoria, & anagogia. De quibus in Proverbijs dicitur: Ecce descripsi eam tibi tripliciter super latitudinem cordis tui. Ad historiam autem pertinet cognitio praeteritarum ac visibilium rerum, vt cum ait Apostolus: Scriptum est, quia ABRAHAM duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterum de libera. Ad allegoriam pertinent quae sequuntur, quibus affirmat illa, quae historialiter facta sunt, praefigurasse formam alterius sacramenti dicendo: Haec enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generas, quae est Agar. Syna enim mons est in Arabia, &c. Anagogia vero de spiritalibus mysterijs ascendit ad sublimiora & sacratoria secreta, sicut cum ait Apostolus: Quae sursum est Hierusalem, quae est mater nostra. Scriptum est enim: Laetare sterilis quae non paris, erumpe & clama, quae non parturis, quoniam multi filij desertae magis quam eius quae habet virum. Tropologia est moralis expositio, pertinens ad vitae emendationem instructionemque actualem, vt si per haec duo testimonia intelligamus scientiam practicae atque theoricam. Vel certe si per Hierusalem aut Syon intelligamus hominis animam, iuxta illud: Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Syon, sicque praedicti quatuor sensus intelligi possunt per idem, sic quod vna eademque Hierusalem quadrupliciter potest intelligi, vt pote secundum historiam, ciuitas Iudaeorum, secundum allegoriam, ecclesiam Christi, secundum anagogiam coelestis illa, quae est mater omnium nostrum, secundum tropologiam anima hominis, quae frequenter sub hoc nomine laudatur aut increpatur à domino. Denique de his quatuor generibus expositionum ait Apostolus: Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina: Reuelatio enim spectat ad allegoriam, per quam historica narratio referatur spiritali expositione ac sensu. Vt si, verbi gratia, mystice interpretari conemur quod ait Apostolus, quoniam patres nostri oes sub nube fuerunt, & omnes in Moysse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, de consequenti eos Petra. Petra autem erat CHRISTVS. Quae omnia allegorice referuntur ad Christum & ad eius baptismum & corpus & sanguinem, quae quotidie sumimus. Scientia quoque ab Apostolo nominata est tropologia, qua prudenti examinatione discernimus vniuersa quae ad discretionem pertinent actualement, vtum sint vilia vel honesta, vt cum iubet Apostolus, vt apud nos ipsos iudicemus, an deceat mulierem capite non velato orare deum, quae ratio moralem continet intelligentiam, quem admodum dictum est. Prophetia quoque tertio loco nominauit Apostolus Anagogiam designat, per quam sermo transfertur ad inuisibilia & futura, vt est illud: Nolimus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & caeteri qui spem non habent. Si enim credimus quod IESVS mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo, & caetera. Qua exhortatione anagogice praefertur & insinuat. Doctrina demum pandit simplicem expositionis historicae ordinem, in qua nullus intellectus secretior continetur, quam qui verbis exprimitur, vt est illud: Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Et quod iterum scriptum est: Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Itemque: Audi Israel, dominus deus tuus, deus vnus est.

**P**ropterea si curamus ad lumen spiritalis scientiae peruenire non vitio inanis iactantiae, sed gratia emendationis interne accedamus desiderio primae beatitudinis, quae refertur: Beati mundo corde  
Rr iij quoniam



nam ipsi D E V M videbunt, vt etiam perueniamus ad illam, de qua angelus ait ad Daniele: Qui docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti. Et qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vnde & alius ait propheta Illuminat vobis lumen scientiæ dum tempus est. Tenentes itaque diligentiam lectio- nis, quam habere vos sentio, omni studio festinate in primis integre possidere actualem scientiam seu ethicam disciplinam, quoniam sine hac apprehendi non potest theoretica puritas, quam ij tantum quasi pro præmio consequuntur post multa opera laborumq; studia, qui perfecti sunt, actuum propriorum virtute, non aliorum operantium verbis. Acquirentes quippe intelligentiam legis, non à meditatione, sed operatione cum Psal- mographo cantant: A mandatis tuis intellexi. Excoctis quoque passionibus vniuersis fiducialiter dicunt: Psallam & intelligam in via immaculata. Ille enim psallens intelli- git quæ canuntur, qui gressu puri cordis immaculatæ viæ innititur. Ideo si præparare vultis in corde vestro tabernaculum spiritali scientiæ, purgate vos ab omni vitiorum con- tagione, & seculares curas abijcite. Impossibile nanque est animam mundanis distentio- nibus vel modice occupatam promereri donum scientiæ, aut generatricem fieri spirita- lium sensuum, vel tenacem esse lectionum sacrarum. Obseruate ergo in primis, & maxime tu Iohannes, cui adolescentior ætas amplius suffragatur ad custodiendum quæ di- cam, vt imponas ori tuo summum siletium, ne studium lectionis aut labor desiderij tui vana elatione cassetur. Hic est enim actualis disciplinæ primus ingressus. Omnis nanq; labor hominis in ore ipsius. Insuper, vt intento corde & quasi multo ore suscipias insis- tuta atque sententias seniorum, & ea in corde tuo diligenter cõdens magis festines hæc facere, quam docere. Ex festinatione enim docendi orietur vanæ gloriæ pernicioza præ- sumptio, ex festinatione autem ea implendi pullulabit fructus spiritalis scientiæ. Nihil itaque audeas proferre in seniorum collatione, nisi ad quod interrogandum impulerit te ignorantia periculosa aut necessariæ cognitionis causa seu ratio, quemadmodum qui- dam amore vanæ gloriæ occupati, ea quæ optime norunt simulatorie querunt pro ostẽ- tatione doctrinæ. Impossibile quippe est eum qui studio lectionis insistit, desiderio lau- dis humane promereri donum veræ scientiæ. Qui enim passione hac victus est, necesse est vt inuoluatur alijs vitijs præsertim elatione, sicque prostratus & victus in aggressio- ne scientiæ actualis seu ethicæ minimime, consequetur spiritalem scientiam ex ea nascẽ- tem. Esto ergo per omnia velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, ne imple- atur in te quod Salomon ait: Vidisti hominem velocem ad loquendum, magis illo spem stultus habebit. Nec quenquam docere præsumas quod ante non feceris. Hunc etenim ordinem nos debere tenere, docuit & saluator suo exemplo, iuxta quod scriptũ est: Cœ- pit I E S V S facere & docere. Caue ergo ne ante actum profiliis ad docendum & computeris inter illos de quibus dixit saluator discipulis: Quæ dicunt seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligunt enim onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum. Digno autem suo nolunt ea mouere. Præterea si ille qui vnum mandatum minimum soluerit & docuerit sic homines vocabitur minimus in regno cœlorum, consequens est, vt qui multa & ma- iora negligens præsumperit docere sic homines, habeatur non iam profecto minimus in regno cœlorum, sed maximus in supplicij inferorum. Idcirco cauendum est tibi ne ad loquendum inciteris illorum exemplis, qui adepti peritiam disputandi, affluentiamque loquendi creduntur spiritalem scientiam possidere ab ijs qui non nouerunt discernere qualitatem & vim huius scientiæ, eo quod sciant ornate & copiose effari que volunt. Ali- uid nanque est habere nitorem & facilitatem sermonis, aliudque intrare medullas ac ve- nas verborum cœlestium atque purissimo cordis oculo contemplari profunda sacra- menta eorum. Quod nullatenus obtinebit doctrina humana aut eruditio secularis, sed per illuminationem spiritus sancti sola puritas cordis.

¶

**F**estinaudum ergo est tibi, si vis ad veram scripturarum scientiam peruenire, vt in primis consequaris & teneas immobilem cordis humilitatem, quæ te perducit non ad scientiam illam quæ inflat, sed ad eam quæ charitatis consummatione illumina- nat. Impossibile nanq; est mentem immundam adipisci donum scientiæ spiritalis. Hinc omni

**A** omni cautione deuita, ne pro studio lectionis nascantur tibi non lumen scientiæ neque perpetua gloria quæ per illuminationem doctrinæ promittitur, sed instrumenta perdis- tionis pro vanitate elationis. Deinde omnino debes conari, vt expulsa omni solitudine & cogitatione terrena insistas sacre lectioni assidue, imo ac iugiter magis, donec continua meditatio imbuet mentem tuam, & quasi in similitudinem sui formet, faciens eam quodammodo archam testamenti habentem in se duas lapideas tabulas, id est, per- petuam firmitatem vtriusque legis, seu scripturarum ipsius, aureamque vnam, hoc est, sinceram memoriam quæ perpetua tenacitate conseruet manna in ea reconditum, pua- ta perennem atque cœlestem dulcedinem spiritualium sensuum, & panis angelici, vira- gam etiam Aaron, id est, salutare vexillum veri & summi pontificis nostri I E S V C H R I S T I viriditate immortalis memoriæ semper frondescens. Hæc nam- que est virga, quæ postquam abscisa est de radice lesse, efficacius reuivescit. Insuper hæc omnia protegentur duobus Cherubin, id est, plenitudine spiritalis scientiæ atque his- toricæ. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ, quæ iugiter proteget pro- pitatorium dei, id est, placiditatem & habitaculum pectoris tui, & illud à cunctis spiri- tualium nequitiarum incurribus obumbrabunt, & ita mens tua prouecta non solum in archam testamenti diuini, verum etiam in regnum sacerdotale, & per indissolubilem puritatis affectum absorpta quodammodo spiritalibus disciplinis implebit illud ponti- ficale mandatum, per Moysen datum, quo dicitur: De sanctis non egredietur ne polluas sanctuarium dei, id est, cor suum, in quo deus promittit se iugiter habitaturum. Inhabita- tabo, inquit, in eis, & inter illos ambulabo. Quamobrem sacra scriptura est diligen- ter memorie commendanda, & incessabiliter recensenda. Huius nanque assiduitas me- ditationis, duplicem fructum nobis confert. Primum, quia dum mentis intentio occupa- tur legendo, non captiuatur laqueis cogitationum prauarum. Secundum, nam ea que frequenti repetitione per currendo laboramus memoriæ tradere, nec eo tempore potuis- mus intelligere, obligata tunc mente, postmodum absoluti ab vniuersis visionum acti- umque illecebris, taciti reuoluentes & maxime nocturna meditatione eadem clarius in- uentur, ita vt intelligentia occultissimorum sensuum, quos vigilando non potuimus saltem tenuiter capere, reueletur nobis quiescentibus, & quasi diuersis stupore soporis.

¶

**C**rescente autem inuolutione mentis nostræ per hoc studium lectionis, facies quo- que seu notitia scripturarum incipiet innovari in nobis, & pulchritudo sacratio- nis intelligentiæ cum proficiente proficiet. Decor erit isti scripturam coaptatur capaci- tati sensuum humanorum, ita vt scriptura sancta videatur carnalibus esse terrena, spi- ritualibus vero diuina, ita vt hi quibus antea appar- bat crassis nebulis inuoluta, neque- ant subtilitatem eius concipere, nec fulgorem ipsius valeant sustinere. Porro, vt hoc ipsum quod affirmamus clarius pateat per exemplum vnum testimonium legis profer- re sufficiat. Per quod etiam probemus cuncta præcepta cœlestia extendi ad omne ho- minum genus secundum mensuram status eorum. Scriptum est enim in lege: Non for- nicaberis. Hoc salubriter custoditur secundum simplicem literæ sonum ab homine ad- huc detento passionibus obscenitate carnalium, sed necesse est istud spiritaliter obser- uari ab homine qui recessit ab opere hoc immundo & carnali affectu, vt scilicet non for- lum discedat à ceremonijs idolorum & obseruatione omnium signorum & dierum ac temporum, sed etiam ab omni superstitione gentilium & auguriorum, vel certe ne sim- pliciter coniecturis quorundam verborum aut nominum, quæ polluant fidei nostræ sinceritatem. Hac quippe fornicatione Hierusalem dicitur consumpta, quæ fornicata est in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso. Quam etiam D O M I N V S increpans per prophetam, diseruit Stent & saluent te augures cœli, qui contemplabant sydera & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. De qua fornicatione iterum arguens eos. Spiritus, inquit, fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Qui ergo ab hac gemina fornicatione discesserit, habebit tertiã quam deuitet, quæ in superstitionibus legis ac iudaismis consistit. De quibus ait Apostolus: Dies obseruatũ & menses, & ipta, & annos. Et iterum: Neq; tetigeritis neq; gustaueritis, neq; cõtractaueritis. Quæ de superstitionibus legis dicta esse nõ dubiũ est, q̃s si q̃s incidit, p̃culdubio mœcha- tus est

tus est à CHRISTO. Nec ab Apostolo audire meretur: Respondi enim vos vni D viro virginem castam exhibere Christo. Sed illud quod sequitur, dicitur ad eum voce eiusdem Apostoli: Timeo autem ne sicut serpens decepti Euam astutia sua, ita eorum pantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Insuper qui immunditiam huius fornicationis effugerit, habebit quartam quam fugiat, quæ perpetratur hæretice prauitati consentiendo, de qua affirmat Apostolus: Ego scio, quia post discessionem meam intrabunt in vos lupi graues, non parcentes gregi, & ex vobis ipsi exurgent viri loquentes peruersa vt abducant discipulos post se. Postremo qui fornicationem istam abiecit, caueat ne subtiliori peccato labatur in vitium fornicationis, quæ sita est in euagatione cogitationum distractioneque cordis. Omnis enim cogitatio non solum turpis, sed etiam otiosa aut quantumcunque modice à deo discedens reputatur à viro perfecto inmundissima fornicatio.

**A**D hæc ergo primo motus compunctione occulta deinde grauiter ingemiscens locutus sum: Hæc omnia quæ copiosissime protulisti, auxerunt mihi desperationem præ solito. Mihi namque accedit extrinsecus speciale impedimentum salutis, propter generales animæ tentationes & distractiones, quibus non dubito infirmos pulsari. Quod impedimentum oritur mihi per notitiam literarum, quæ video aliquantulum attigisse. In qua maceravit me instantia pædagogii, atque continue studium lectionis, ita vt mens mea potesteticis carminibus illis infecta meditetur nunc etiam tempore orationis illas fabularum nuagas historiasque bellorum, quibus imbuta est à primis pueritiæ rudimentis ac studijs, impudens quoque memoria poematum ingeratur, aut quasi pugnantium principum imago ante oculos meos versetur. Dum psallo, aut pro peccatorum indulgentia oro, taliumque phantasmatum species me semper illudens non patitur mentem meam aspirare ad supernos intuitus, intantum, vt extinguere non valeat fletibus quotidianis.

**N**ESTOROS: De hac ipsa re, de qua nascitur tibi desperatio maxima poterit tibi oriri velle efficaxque remedium, si diligentiam atque instantiam quas te habuisse dixisti circa secularia studia illa trāsferre volueris ad lectionem ac meditationem spiritualium scripturarum. Necessè est enim mentem tuam occupari carminibus illis tam diu, quam diu alia sibi acquirit simili assiduitate ac studio, quæ intra se condat ac recolat, & pro illis in fluctuosis ac terrenis parturiat spiritualia ac diuina. Quæ cum mens tua profunde & alte conceperit fueritque enutrita in illa, priores nugæ ac fabulæ poterunt sensim expelli, aut penitus aboleri. Vacare enim cogitationibus cunctis mens humana simul non potest. Idcirco quam diu non fuerit spiritualibus studijs occupata, necesse est eam implicari his quæ didicit ante. Quam diu enim non habuerit quo recurrat & circa quod infatigabiliter occupetur, necesse est vt ad ea labatur, quibus ab infantia est instructa, eaque semper reuoluat, quæ longo usu ac meditatione concepit. Vt ergo hæc spiritualis scientia roboretur in se soliditate continua, nec ea fruatur solum ad horam, vt illi qui eam attingunt non studio suo, sed aliarum relatione, & vt sic loquar, velut aureo odore percipiunt, sed vt cordi tuo inuiscerata sit & perspecta, ac quasi palpata condatur in eo. Hoc conuenit te omni diligentia custodire, vt si forte audieris in collatione proferri etiam ea quæ optime nosti, non suscipias ea aspernanter aut fastidiose, eo quod nota sint tibi, sed ea commedes cordi tuo illa auiditate, qua desiderabilia verba salutis infundenda sunt auribus nostris indefinenter, atque ex ore nostro iugiter proferenda. Quamuis enim sancta ac salutaria frequenter narrentur, nunquam tamen fatietas gignet horrorem animæ, habenti sitim veræ scientiæ, sed ea quotidie velut noua & desiderata percipiens, quanto frequentius hauserit illa tanto auidius eadem aut loquetur, sicque ex frequenti collatione seu repetitione accipit potius confirmationem scientiæ ante possessæ, quam vllum fastidium. Euidens quippe indicium superbæ ac tepidæ mentis est, si quis negligenter aut fastidiose suscipiat verborum salubriam medicinam, quamuis frequenter adhibitam. Anima enim quæ in fatietate est, fami illudit. Anima autem egenti, etiam dulcia amara videntur. Si itaque diligenter hæc exequaris, & sacra eloquia fuerint in secretis animæ tuæ recondita, ac debita taciturnitate signata, postea tanquam vina suauiter odorantia, atque cor hominis exhilarantia proferentur de vase pectoris tui cum grandi fragrantia sui, cum deco

**A** decocta fuerint virtute patientiæ, sensuumque canicie, & tanquam fons perennis redant dabant irrigui virtutum meatibus de experientiæ venis, continuaque effundent fluenta, quasi de quadam abyssu ingenij tui, & ita implebitur in te, quod in Proverbijs dicitur ei, qui hæc opere consummauit: Bibe aquas de vasibus tuis, & fonte puteorum tucrum. Super effluant tibi aquæ de tuo fonte, & in plateas transeunt aquæ tuæ. Et iuxta I S A I A M prophetam, eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiunt aquæ, & ædificabuntur in te deserti à seculis, fundamenta generationis, & generati ones suscitabis, & vocaberis ædificator sepium auertens semitas iniquitatum, sicque conueniet tibi & illa beatitudo, de qua idem loquitur Isaias: Non faciet deus vltra auolare à te doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Hæc via, ambulate in ea, & neque ad dexteram neque ad sinistram, atque sicut fiet vt non solum omnis directio ac meditatio cordis tui, imo & cunctæ euagationes ac discursus cogitationum tuarum, sint tibi leges sanctæ ineffabilisque ruminatio.

**Q**uemadmodum autem præfati sumus, impossibile est quentquam immundum & inexpertum ista cognoscere vel docere. Qui enim capax non est ad percipiendum seu ad discendum, quomodo erit idoneus ad docendum? De quibus tamen si aliquis docere præsumperit, sermo eius proculdubio inefficax atque inutilis erit, & ad audientium aures tantum perueniet, cor autem eorum penetrare non poterit, vtpote productus inertia operum & infructuositate propriæ vanitatis, quia doctrina sua non profuit de thesauro conscientiæ bonæ, sed de præsumptione inanis iactantiæ. Impossibile namque est immundam animam ad ipsi spiritalem scientiam, quantumcunque magna laboret lecti onis instantia. Nemo enim infundit nobilem optimumque liquorem in vas fetidum & corruptum. Testa namque semel infecta horrendis fetoribus, cõtaminat mirram, quæ uis odoratissimum, quàm aliquid suauitatis ex illo acquirat. Munda enim multo citius corrumpuntur, quàm corrupta mundentur. Ita ergo vas pectoris nostri, nisi prius purgetur ab omni passione ac vitio, non merebitur illud benedictionis unguentum suscipere. De quo dicitur per prophetam: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius. Nec mens polluta seruabit spiritalem illam scientiam atque eloquia prophetarum, quæ dulciora sunt super mel & fauam. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?

**C**ERMANUS: Hæc tua assertio non videtur veritate fulciri aut probabili ratione inniti. Nempe cum certum sit omnes illos esse immundos, qui fidem CHRISTI despiciunt, aut eam hæreticæ prauitate corrumpunt, quomodo multi Iudæi hæretici ac vitiosi catholicam scripturam sanctam perfecte intelligunt, & de magnitudine spiritualis scientiæ aut doctrinæ exultant, & contra innumera multitudo virorum sanctorum ab omnibus vitijs purgatorum simplici fide contenta est, & profundioris scientiæ ignorat arcana? Qualiter ergo stabit illa sententia, quæ spiritalem scientiam non nisi cordis tribuit puritatem?

**N**ESTOROS: Certum est quod vim doctrinæ non recte examinat, qui non perpendit diligenter omnia verba prolatae sententiæ. Prædiximus enim huiusmodi homines tantum habere disputandi peritiam, & sermonis ornatum, non autem posse intrare venas scripturarum & arcana spiritualium sensuum. Vera quippe scientia non possidet nisi à veris DE I cultoribus, quam certe populus ille non habet cui dicitur: Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habetis oculos non videtis, & aures & non auditis. Et iterum: Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te ne sacerdos rior fungaris mihi. Cum enim in Christo sint omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, quomodo is qui CHRISTVM inuenire contempsit, aut inuentum sacrilego ore blasphematur, aut fidem catholicam immunditij polluit credendus est veram scientiam habere? Spiritus namque disciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Idcirco non aliter ad spiritalem scientiam peruenitur, nisi hoc ordine

hoc ordine, quem vnus prophetarum eleganter expressit, dicēdo: Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ. Primo ergo seminare debemus ad iustitiam, vt scilicet actiua perfectionem vitæ per opera iustitiæ exequamur. De inde metere debemus spem vitæ, hoc est, congregare spirituales fructus virtutum expulsioue vitiorum, & ita poterimus nobis illuminare lumen scientiæ. Quem etiam ordinem docet Psalmista esse tenendum: Beati, inquit, immaculati in via, qui ambulanti in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius. Non enim prius dixit: Beati qui scrutantur testimonia eius, & postea, beati immaculati in via, per hoc euidenter ostēdens neminem posse pertingere ad perscrutanda testimonia dei, nisi prius per actiualem cōversationem incedat in via Christi immaculatus. Prædicti ergo non habent scientiam istam, sed falsi nominis scientiam. De qua ait Apostolus: O Timothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. De his ergo qui videntur imaginem quandam scientiæ adipisci, vel diligenter insunt lectiōni sacrorum voluminum, atq; memorijs scripturarum carnalia tamen vitia relinquunt, in Prouerbis dicit elegantē: Sicut in auribus aurea in auribus suis, ita mulieri male moratæ species. Quid enim prodest quæpiam conserui ornamentum eloquiorum cœlestium, pretiosissimum quoq; notitiā scripturarum, si eam quasi immundissimam terram subigendo confringat, id est, carnalibus sensibus & immundis operibus aut scēdis libidinum suarum volutabris polluat: Fit enim vt id quod recte vtentibus solet esse decori istos non solum non ornent, verum etiam maiori turpitudine inquinent. Ex ore etenim peccatoris non est pulchra laudatio, cui dominus loquitur per prophetam: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum: Deniq; de huiusmodi animabus, quæ nō possident stabiliter dei timorem, de quo legitur: Timor domini disciplina & sapientia, & q̄ conantur sensum acquirere scripturarum ex memoria & ingi meditatione earum, satis proprie in Prouerbis fertur: Vt quid fuerunt diuitiæ insipienti? Possideri enim sapientiam excors non poterit. In tñ vero hæc vera & spiritalis scientia remouetur & distat à seculari scientia, quæ carnalium vitiorum sordē polluitur, vt spiritalem illam scientiam sciāmus aliquādo mirabiliter viguisse, in quibus elinguis & pene illiteratis, quod euidentissime patuit ac probatur in apostolis & alijs multis, qui non dilatabantur inani philosophorum carnalitate, sed veris fructibus spiritalis scientiæ curabantur. De quibus in apostolorum Actibus conscriptum est: Videntes autem Petri constantiam & Iohannis. Comperito quod homines sine literis essent & idiotæ, admirabantur. Idcirco si tibi cura est ad immarcescibilem huius scientiæ dulcedinem peruenire, toto conatu in primis labora, vt puritatem castitatis à deo obtineas. Nullus enim poterit spiritalem scientiam possidere, in quo dominatur adhuc affectus carnalium passionum, & maxime fornicationis. In corde enim bono requiescit sapientia. Et: Qui timet deum inueniet scientiam cum iustitia. Præterea etiam beatus Apostolus docet ad spiritalem scientiam perueniri ordine iam prædicto. Cum etenim vellet nō solum ponere numerum vniuersarum suarum virtutum, sed & ordinem earundem exponere, vt explicaret quæ quam sequeretur, & quæ quam produceret, dixit: In vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta. Qua coniugatione virtutum voluit euidentissime nos docere, quod de vigilijs & ieiunijs perueniatur ad castitatem, de castitate ad scientiam, de scientia ad longanimitatem, de longanimitate ad suauitatem, de suauitate ad spiritum sanctum, de spiritu sancto ad charitatis præmia perueniri. Cum hac ergo disciplina & ordine isto, tu quoq; peruenieris ad spiritalem scientiam habebis proculdubio, sicut iam diximus, doctrinam non sterilem & inertem, sed virentem & fructuosam. Semen quoq; verbi salubris, quod cum fuerit ante infusum cordibus audientium, subsequens imber spiritus sancti largissimus fecundabit, & iuxta prophetiam promissionem dabitur pluuia semini tuo. Vbi cunq; seminaueris in terra, & panis frugum terræ tuæ vberimus erit & pinguis.

**C**Aue quoq; ne ista quæ didiceris sudore experientiae magis q̄ lectiōne, ingeras passim immundis hominibus cum ætas maturior te prouenerit ad docendū, seductus amore gloriæ vanæ, ne facias quod Salomon prohibet, dicens: Noli applicare stultū ad pascua iusti, nec seducaris sauritate ventris. Non enim decent stultum delitiæ, nec opus est sapientia vbi deest sensus. Magis enim dicitur insipientia, quoniam seruus durus nō emenda

**A** emendabitur verbis. Si enī intellexerit, non obediet. Et in auribus imprudētis noli quicquam dicere, ne forte irideat sapientes sermones tuos. Et ne dederis sanctum canibus, neq; miseris margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Oportet itaque vt subtrahens talibus hominibus secreta spiritualium sensuum efficaciter psallas: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed forsitan queas. Quibus proponēda sunt secreta scripturæ diuinæ: Hoc docet Salomon loquens: Date syceras ijs qui in tristitia sunt, & vinum bibere ijs qui in doloribus sunt, & obliuiscantur paupertatis & dolorum suorum, ne meminerint amplius. Id est, his qui deprimuntur penitentia & mœrore pro actibus suis pristinis malis affluētē infundite iucunditatem spiritalis scientiæ, tanquam vinum exhilarans cor humanum, eosq; studere saluari verbo reficere ac implere, ne demersi mœrore assiduo & desperatiōe lethali absorbeantur abundantiori tristitia qui eiusmodi sunt. Porro de illis qui in tepore & negligentia constanti nullo dolore mordentur interno, ait scriptura: Qui sanus & sine dolore est, in egestate erit. Quanta itaque cautione potes, deuita, ne amore vanæ gloriæ inflatus, demeraris particeps esse illius, quem propheta collaudat, dicendo: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Omnis enim qui amore laudis humanæ erogat dei eloquia, de quibus ait Psalmista: Eloquia domini eloquia casta, &c. pecuniam suam dat ad vsuram, & pro hoc mercaturus est non solum nullam laudem, sed æterna quoq; supplicia, quia pecuniam domini sui expendere maluit, vt ex ea confectionem temporalem mercedem, non vt dñs eius veniēs reciperet, sicut scriptū est, qd suum est cum vsura. ¶ S.

**D**ebus de causis doctrina spiritualium rerum sit instructuosa. Primo, quoniam ille qui docet inexperta commendans nititur instruere audientem vano sono verborum. Secundo, quia auditor nequam, vitijsq; repletus recipit corde obdurato salutarem ac sanctam spiritalis viri doctrinam. De quibus dicitur per prophetam: Excæcatum est cor populi huius & auribus grauitur audierunt, & oculos suos cōpresserunt, nequādo videant oculis suis, & auribus audiāt, & corde intelligāt & conuertant & sanent eos. ¶ T. **I**tem: dum tamen præstatur munifica liberalitate dispensatoris nostri dei, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt is qui praua conuersatione indignum se præbuit, gratia euangelicæ prædicationis consequatur gratiæ doctrinæ pro multorum salute. Porro, nunc consequens est, vt simili disputationi pandamus quibus modis concedatur curationum charismata ad expellenda dæmonia, quam disputationem reseruantēs ad vesperam, nunc consurgamus ad refectionem. Semper enim efficacius percipit corde, quicquid proponit sensim & absq; immoderato corporis labore.

## COLLATIO DECIMA QVINTA,

& Abbatis Nesterotis secunda.

De charismatibus diuinis.

¶ A.

**R**OST vespertinam synaxim ad promissam collationem intententi conseruimus simul de disputationibus solitis. Cumq; sileremus ad tempus propter reuerentiā senis, præuenit verecundiam taciturnitatis nostræ tali eloquio: Ordo præcedenti disputationis peruenit vsq; ad proferendam spiritalium charismatum rationem quā triplicem esse percepimus traditione maiorum. Prima siquidem causa curationum est, dum gratia miraculorum cōfertur electis & sanctis pro merito sanctitatis eorum, quemadmodum iuxta Christi auctoritatem certum est apostolos multosq; sanctos fecisse signa atq; prodigia, quibus ait saluator: Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos curate, dæmones eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Secunda causa est dum virtus sanitarum procedit etiam à peccatoribus & indignis ob a diffusionē ecclesie, aut eorū q̄ infirmos suos aducūt, aut propter fidē eorū q̄ curādi sunt. Vñ in euangelio dñs loquitur: Multi dicēt mihi in die illa: Dñe nonne in noīe tuo propheta uimus, & in noīe tuo dæmonia eiecimus, & in noīe tuo virtutes multas fecimus: Et tūc cōfitebor illis, q̄a nō noui vos. Discedite à me opatij iniquitatis. Ecōtrario q̄q; si fides desit offerētibus aut infirmis, nō sinit eos exercere curationē, quibus gratia sanitarū collata est. Vñ ait Lucas euāgelista: Nō poterat Iesus inter illos facere virtutes propter incredulitatem eorū. Hinc dixit & Christus: Multi leprosi erant in Israel sub Helyseo propheta,

Ss & nemo

& nemo eorū curatus est, nisi Naaman Syrus. Tertius modus curationū & signorū est dñi dæmonū illusionē & factiōne seu opatione efficiunt, sicut dñi homo manifestis criminibus inuolutus credit sanctus & famulus dei, eiusq; vitia occultant propter signa q̄ operatur, atq; per hoc obloquendi aditu referata, diffamat sanctitatis religio. Vel certe, ut is qui credit se habere dona curationū grauius dilabat. Hinc contingit qd̄ daemones exclaimates & inuocates eorū noīa quos cognoscūt nō habere vlla merita sanctitatis, spiritalē fructus, simulāt se illoꝝ meritis vri, & de corporibus obsessis effugari. De quibus in Deutero. *legisti* Si fur exierit in medio tui propheta, aut q̄ somnū vidisse se dicat, & p̄dixerit signū aliqd̄ atq; portentū, & euenerit qd̄ locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos q̄s ignoras, & seruiamus eis, nō audies v̄ba prophetæ illius aut somnatoris, quoniam tentat vos dñs deus vester, vtrū diligatis eū an nō in toto corde vestro, & in tota aīa vestra. In euāgelio q̄q; Exurgēt pseudo pphetæ & pseudo ch̄ri, & dabūt signa magna & prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest etiam electi. **CB.**

**P**ropterea nunq̄ admirari debemus in signis his, eos q̄ ea affectāt, sed potius intueri an p̄fecti sint expulsiōe oīm vitioꝝ emēdationeq; moꝝ, quæ p̄fectio dispēante deo cōceditur non pro fide alterius aut pro diuersitate causarū, sed pro vniuscuiusq; labore. Hæc nanq; est actualis sciētia quæ alio noīe vocat̄ charitas ab Apostolo, & eius authoritate p̄fertur vniuersis linguis angelorū ac hoīm, & plenitudine fidei mōtes transferenti, omni q̄q; scientiæ & prophetiæ & erogationi oīm facultatū atq; postremo glorioso martyrio. Cum em̄ enumerasset vniuersa charismatum dona, & dixisset, aliq̄ dat per sp̄m sermo sapientiæ, aliq̄ sermo scientiæ, &c. dicitur de charitate qualiter p̄ferat eā cunctis charismatibus, cōpēdioso aduertite. Adhuc, inquit, supra modū excellentiorē vobis viam demonstrō. Per qd̄ euidenter ostendit, qd̄ beatitudo siue p̄fectio nō cōsistat in mirabilibus illis, sed in synceritate charitatis. Nec immerito. Oīa em̄ illa euacuāda sunt & destruenda, charitas vero semp̄ in æternū mansura est. Hinc nunq̄ vidimus opa ista signorū nostris patribus affectari, quinimo cum possideēt ea per gratiā sp̄s sancti, nunq̄ tamen facere voluerūt, nisi forte necessitas inuitabilis & extrema artasset eos ad hoc, quædam dum recordamur mortuū suscitātū ab abbate Machario, q̄ primus habitare cōcepit in solitudine Scythi. Cum em̄ hæreticū quidā Eunomianus conaret̄ diabolica arte catholicā fidem subuertere, ac plurimos decepisset, rogatus beatus Macharius ab his qui grauissimè tristabantur de tantę subuersionis ruina, aduenit ut totius Aegypti regionem liberaret ab infidelitatis periculo. Quē cum hæreticus fuisset dialectica calliditate aggressus, & ignoratē velle deducere ad Aristotelicas spinas, sanctus Macharius apostolica auctoritate loquacitatē illius superans & cōcludens: Nō in multiloquio, inquit, est regnum dei, sed in virtute. Eamus igitur ad sepulchra & dñm inuocemus sup̄ mortuū quē inuenimus primū, atq; ut scriptum est ostendamus ex operibus fidem nostram, quatenus testimonio dei pandantur certissima rectæ fidei documēta. Quo audito hæreticus corā astante plebe cōstrictus pudore dissimulauit ad præsens p̄bere assensum verbis propositis, spondens se assuturū die sequēte. Postero die circūstantibus vniuersis, qui cupiditate spectaculi cōfluxerunt ad locū præfixum, perterritus ille infidelitate conscientiæ suæ, fugit & à tota Aegypto recessit. Quem beatus Macharius cum populo præstolans vsque ad nonam horā, cum videret illum abisse ex formidine conscientiæ malæ, assumens plebem ab hæretico deprauatā abijt ad sepulchra. Porro aqua Nili induxit hunc morem Aegyptiis, ut nulla sit eius facultas sepeliendi corpora mortuorū tpe certo, qm̄ tota terra illa nō paruo tpe anni instar immensū oceanū operit, et p̄pentibus aquis Nili, ideo corpora defunctorū sale aut redolentibus pigmētis cōdita reponunt in editioribus seu altioribus locis aut cellulis. Nam tellus illa madens humiditate cōtinua impedit sepeliēdi officium. Imo si q̄ corpora sepeliant in ea, mox euomit ea ad superficiem suā, exuberantia suæ inundationis. Cū ergo B. Macharius astitisset antiquissimo cuidā cadaueri, dixit: O homo, si huc venisset mecum ille hæreticus filius p̄ditionis, & ipso præsentē nomen Iesu Ch̄ri deim ei sup̄ te inuocassem, dic an ne surrexisses corā his, q̄ pene subuersi fuerāt fraus de illius: Tūc mortuus ille cōsurgens sua voce mox respondit annuenti. Quem interrogauit Macharius, quis aliq̄ extitisset in vita hac, & in qua ætate mūdi fuisset, & an tūc nomē Ch̄ri cognouit. Respondit fuisse se sub antiquissimis regibus, & se nunq̄ audisse nomen Ch̄ri illis t̄pibus. Cui Macharius: Dormi, inquit, in pace, suscitandus à Ch̄ro cū caris

**A**teris in fine temporū in ordine tuo. Hæc virtus ac gratia sancti Macharij latuisset forsitā semp̄ quantū in ipso fuit, nisi necessitas totius periclitatis prouinciæ, syncerusq; amor ac plena ad Ch̄m deuotio cōpulsisset eū facere istud miraculū, quod ab eo fieri extorfit totius plebis vtilitas & charitas Ch̄i, nō ostentatio vana, quæ admodū liber Regū testat̄ fuisse Heliā, q̄ ideo postulatit ignē de cœlo descēdere sup̄ hostias altari impositas, ut fide totius populi liberaret, eodem populo periclitatē præstigijs pseudoprophetarum. **CC.**

**Q**uid etiā referā gesta abbatis Abrahamæ, qui propter simplicitatē & innocētiam morū suorū simplex cognouatur? Qui cū tpe quinquagesimę perexisset causa metēdi ad Aegyptū, & precibus lachrymisq; fuisset artatus à muliere baiulātē infantulū suū ex inopia lactis iam tabidū & semidefunctū, dedit ei calicē aquæ potādū impresso crucis signaculo, cuius haustu arida fœminæ vbera confestim redundare cœperunt mis̄e in modum copia lactis. **CD.**

**D**eniq; idem Abraham pergēs ad vicum circumdatus ibi turbis illudentiū perfidorum, qui subannādo mōstrauerunt ei hoīem, qui genu cōtracto priuatus fuit grauidi officio multis annis, atq; antiqua infirmitate reptauit, tentatus est à p̄fidis illis, dicētib;: Abba Abraham, si seruus dei es, restitue illū pristinæ sanitati, ut credamus noīe Ch̄risti, quem colis non esse inane. Tunc ille nomine Ch̄risto inuocato, inclinās se, & apprehendens aridū hominis pedem, traxit eundem, cuius tractu rectificatū est subito fœcatum curuatūq; genu, & recepto gressus vsu claudus ille sanatus abijt lætus. **CE.**

**H**ex merito suo, sed pietate diuina, resurātes humanā gloriā in admiratione signorum per apostolica v̄ba hæc: Viri fratres, quid admiramini in hoc, aut nos quid inuenimni, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hūc ambulare, nec reputabāt aliquid esse laudandū ex dei prodigijs, sed virtutū operibus, q̄ fiunt per virtutē atq; industriā mētis. Frequēter nanq; ut dictū est, hoīem mēte corrupti, reprobi circa fidē expellūt dæmonia & signa maxima operātur. De quibus cū apostoli causaretur & dicerent Ch̄risto: Præceptor, vidimus quēdā in noīe tuo dæmonia eijcientē & prohibuimus eū, quia nō sequit nobiscū. Et quis saluator responderit tunc, nolite prohibere. Qui em̄ non est aduersum nos, pro nobis est, eis tamē in fine dicētib;: Dñe, dñe, nōne in noīe tuo prophetauimus, & in noīe tuo dæmonia eiecimus, & in noīe tuo virtutes multas fecimus, respōsurum se esse testatur, quia nunq̄ noui vos. Discedite à me operarij iniquitatis. Hinc quoq; admonet eos quibus concessit gratiā miraculorū propter meritum sanctitatis ipsoꝝ, ne extolantur ex talibus, dicens: Nolite gaudere, quia dæmonia vobis subijciuntur, gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. **CF.**

**A**ctor quoq; oīm prodigiorū cum vocaret discipulos ad magisteriū suæ doctrinæ, euidenter ostēdit, quid ve i & electissimi sectatores sui debeāt ab ipso addicere: Venite, inquit, ad me, & discedite à me, nō ut cœlesti virtute expellatis dæmonia, nō leprosos mūdare, cæcos illuminare, mortuos suscitare. Dum em̄ hæc operor per aliquos meos seruos, nō potest humana cōditio se inherere laudibus dei seu laudari ex talibus, nec minister & famulus audeat sibi decerpere aliquā partē in his, in quibus virtus & gloria est dei solius, sed discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Hoc em̄ oēs hoīes discere possunt & exercere. Opa autem miraculosa nō sunt semp̄ necessaria, nec oībus expeditia, nec singulis cōceduntur. Humilitas ergo magistra oīm est virtutū cœlestisq; & difficij firmissimū fundamentum. Ipsa est donū proprium ac magnificū saluatoris. Vniuersa q̄ per miracula q̄ operatus est Ch̄ristus, exercet sine elationis periculo, qui sequitur mitē dōminū nō p̄ sublimitatē signorū, sed in paciētia ac humilitatis virtute. Qui autē affectat in mundis spiritibus imperare aut infirmos curare, aut signū quodcunq; populis demonstrare alienis à Ch̄risto, quis in ostentatione inuocet nomē eius, qm̄ humilitatis magisterū sequitur mēte sup̄ba. Insup cum Ch̄ristus ad patre rediēs, quoddam, ut sic loquar, faceret testamentū, istud reliquit discipulis. Mandatū nouū do vobis, ut diligatis inuicē, protinusq; subijxit: In hoc cognoscet oēs, quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Nō dixit, si miracula similiter mihi feceritis, sed si dilectionē habueritis inuicē, quā tenere nō possunt, nisi mites & humiles. Quapropter maiores nostri dixerūt illos nunq̄ esse monachos probos, & à vana gloria alienos, qui se fatentur corā hoīb; exorcistas, & iactantissimā ostentatione promulgāt inter admirantiā turbas gratiā istā signorum



quam meruerit aut praesumpserit, sed incassum. Qui enim innotuit mendacis pacit v̄  
ros, & sequitur aues volantes, & sine dubio eueniet ei quod in Proverbijs dicitur: Sic ven  
ti & nubes & pluuia manifeste sunt, ita qui gloriatur in dato falso. Ideo si quis coram  
bis fecerit aliquod signum, laudare eum debemus non de sublimitate signi, sed de cona  
tu & rectitudine morum. Nec inquirendum est an daemona ei subiecta sint, sed an chari  
tatem & opera eius possideat, quae describit Apostolus.

**E**T reuera maius miraculum est eradicare fomitem luxuriae de propria carne, quam spiri  
tus immundos de corporibus aliorum expellere. Et magnificentius signum est vir  
tute patientiae cohibere truculentos motus ac impetus irae, quam aëris potestatis impe  
rare. Plus quocumque est edacissimos tristitiae morsus a seipso penitus abiecit, quam infirmitates  
ab alijs repulisse. Postremo multo praeclearior virtus atque profectus sublimior est curare  
languores propriae animae, quam corporis alieni. Nam quanto anima est carne sublimior, tan  
to sanitas eius exstat praestantior, & quanto anima est pretiosior ac sublimioris substans  
tiae, tanto est grauioris & perniciosioris ruinae.

**B**Eatissimis quippe Apostolis dixit Christus loquens de signis: Nolite gaudere, quia  
daemona vobis subijciuntur. Hoc enim non fecit eorum potestas, sed diuina maiestas.  
Ideo admonetur ut non audeant sibi usurpare aliquid felicitatis aut gloriae ex ipsius mira  
culis, quae fiunt potestate deitatis, sed ex intima puritate suae vitae ac mentis, ob quam scri  
bi merentur in caelis.

**V**T autem probemus testimonijs veterum & diuinis oraculis ea quae diximus, referamus quod  
B. Passnutius de puritatis gratia senserit, imo quid angeli reuelatione cognouerit,  
quod tentabimus ex ybis & experientis ipsius S. Passnutij. Hic etenim multis annis tam praec  
cipua vixit districtione, ut crederet se penitus absolutum a laqueis carnalibus concupiscen  
tiae, eo quod sentiret se factum superiorem cunctis infestationibus daemoni, contra quas diu  
& aperte coexistat. Qui dum pararet pulmentum lenticulae viris sanctis visitantibus eum, mas  
nus eius laesa est in clibano, flamma volitante ut solet. Quo facto contristatus cepit magni  
fice secum reuolueret, intra se dicens: Cur ignis non habet pacem mecum, cum grauiora dae  
monum praedia cessauerint mihi? Aut qualiter ille inextinguibilis ignis inquisitor omnium me  
ritorum non tenebit me transire per se in illo metuendo iudicij die, cui non pepercit extrin  
secus ignis iste temporalis & paruus? Cumque sopor aduenisset ei talibus cogitationibus  
atque meroribus estuanti, veniens angelus dei dixit: Cur tristaris Passnuti, quod nondum pa  
catus est tibi ignis ille terrenus, cum carnalium motuum agitatio, aut libido necdum plene ex  
cocta adhuc resideat in membris tuis? Cuius quae diu radices in tuis viuunt medullis, nequaquam  
permittent tibi esse pacificum ignem istum terrenum & materialem, quem aliter inno  
cium sentire non poteris, nisi omnes motus interiores in te extinctos experiaris per ista  
iudicia, Vade & apprehende nudam & pulcherrimam virginem, & si illam tenens sense  
ris in te perdurare tranquillitatem cordis immobilem, & aeternum carnales nequaquam ra  
tione rebelles, delectabit te tactus huius visibilis flammae, & erit tibi innocuus, quem ad  
modum tribus pueris in fornace Babylonis. Itaque senex hac reuelatione percussus non at  
tentauit signum experimentale sibi monstratum, sed conscientiam suam interrogans, &  
puritatem cordis sui examinans, nec castimoniam suam tali probatione experientiam de  
cernens aut iudicans, dixit: Non est mihi si praesens immundus spirituum mihi cedentis  
bus senserim adhuc aduersum me sententis ignis adustiones, quas credebam durissimis  
daemonum impugnationibus inferiores. Maior namque est virtus & sublimior gratia ex  
tinguere interiorem carnis libidinem, quam signo domini & virtute altissimi subiugare ne  
quitias daemonum extrinsecus irruentes, aut expellere daemones de obsessis corporibus  
per inuocationem omnipotentis. Hucusque abbas Nesteros collationem perducens de ve  
ra charismatum operatione, profectus est institutione suae doctrinae nos properantes ad  
cellam senis Ioseph qui fere sex milibus distabat a cellula Nesterotis.

## COLLATIO DECIMASEXTA,

&amp; Abbatis Ioseph prima.

De amicitia.

¶ A.

Beatus

**A**Eatus Ioseph cuius doctrina iam describetur, vnus ex tribus, quorum in pri  
ma collatione fecimus mentionem, fuit praeclearae familiae, & primarius ci  
uitatis suae noie Thimus in Aegypto, & ita diligenter fuit edoctus, non solum  
Aegyptia, sed & Graeca facundia, ut per seipsum elegantissime sermoci  
naretur non per interpretem, ut caeteri nobis aut his qui Aegyptiam linguam pes  
nitus ignorabant. Qui cum censisset nos desiderare suam instructionem, interrogauit an eis  
semus fratres germani. Cui respondimus, quod coniuncti essemus non carnali, sed spiritali  
germanitate, atque indiuisibili vinculo sociati ab exordio nostrae renunciationis tam in  
peregrinatione, quam ambo arripuimus intuitu & amore militiae spiritualis, quam in con  
uersatione cenobij. Quo audito, exorsus est ita.

**D**iuersa sunt genera amicitiae ac societatis, quae diuersis modis connectunt genus hu  
manum sodalitate dilectionis. Quosdam enim praecedens commedatio fecit inire primo  
notitia, deinde amicitiam. In alijs autem quidam contractus aut pactio dati & accepti copu  
lauit foedera charitatis, quosdam vero similitudo atque communio negociationis, aut militie  
seu artis vel studij vniueritatis amicitiae nexu, per quam etiam ferocia corda sic mansuescunt,  
ut & hi qui latrocinij gaudent in syluis ac montibus & effusione humani sanguinis de  
lectantur participes & consortes suorum scelere amplectantur ac foueant. Est quoque aliud ge  
nus dilectionis, quae ex naturali instinctu aut lege consanguinitatis contrahitur, qua con  
tribules, coniuges, parentes, fratres ac filij praeter ceteris naturaliter diliguntur, quod non solum homini  
bus, sed & brutis conuenire videmus: Nam pullos suos aut catulos sic protegerunt & defen  
dunt instigante hoc naturali affectu, ut frequenter non timeant se pro illis exponere mor  
ti atque periculo. Denique bestiae & serpentes ac aues, quae propter intollerabilem feritatem  
aut virus mortiferum ab omnibus separantur, ut sunt basilisci & monocerotes ac gryphes,  
cum & solo visu perniciosae cunctis dicantur, tamen inter se perseuerant innoxia & pacata  
ex consortio originis aut naturalis affectionis. Insuper sicut videmus omnia iam praes  
fata genera dilectionis commixta esse bonis ac malis, feris atque serpentibus, sic certum est ea non  
posse semper perseuerare usque in finem, quia frequenter interruptit ac diuidit ea locorum  
distancia temporalis obliuio, & negociorum contractus. Quemadmodum enim solent  
acquiri ex diuersis societatibus lucri siue libidinis aut consanguinitatis seu cuiuslibet ne  
cessitatis, ita soluantur interueniente quacunque occasione diuortij seu deficiente causa  
earum.

**H**inc inter omnia ista vnum est indissolubile genus dilectionis quod nec gratia con  
mendationis, nec magnitudo muneris siue officij, nec contractus, neque necessitas  
sed sola similitudo virtutum parit ac vnit. Haec est charitas quae nullis vnquam casibus  
scinditur, quam interualla locorum aut temporum dissociare aut remouere non praeva  
lent, imo nec mors ipsa diuellit. Haec est vera & indistrupta dilectio, quae crescit ac proficit  
geminata amicorum virtute ac perfectione. Cuius foedus semel initum non disrumpet  
desideriorum varietas, nec contentiosa contrarietas voluntatum. Caeterum multos no  
uimus in professione hac constitutos, qui cum essent coniuncti flagrantissima sodalitate  
ex Christi charitate, non tamen potuerunt eam seruare indistrupte usque in finem, quoniam  
licet imitebantur bono principio societatis, non tamen vno studio pariter diligentem tenuerunt  
arreptum propositum. Fuit quosdam inter eos quaedam temporalis affectio, quia  
non seruabatur pari profectu amborum, sed patientia vnus duntaxat. Nam quamuis te  
neatur magnanimiter ac indefesse ab vno, nihilominus disrumpitur pusillanimitate ac  
defectuositate alterius. Infirmitates namque eorum qui ad perfectionem tepide tendunt,  
quantumcumque magna tolerantia sustineant a fortibus, non tamen sustententur ab ipsis  
infirmis, quoniam habent causas commotionum infestas sibi quae eos quiescere non per  
mittunt, quemadmodum corporaliter infirmantes solent infirmitates suas imputare ne  
gligentis ministrorum siue coquorum, & quantumcumque solite eis deseruiatur, nihil  
ominus solent causas suae indispositionis ascribere sanis quas non sentiunt sibi inesse  
propriae inualitudinis vitio. Idcirco (ut diximus) haec est fida & indissolubilis amicitiae  
vno quae paritate virtutum, foederatur, contrahitur, & fouetur. Dominus enim habitare  
re facit vnus moris in domo. Idcirco dilectio potest indistrupta manere, tamen in his in qui  
bus consistit vnum propositum, vna voluntas, vnum velle ac nolle, quam charitatem si  
cupitis inuolubiliter conseruare, festinare debetis, ut vitij primo expulsis, mortificetis  
S. ij proprias



proprias voluntates, quatenus inito studio ac proposito quasi naturaliter impleatis illud propheticum: Ecce quod bonum & quod iucundum, habitare fratres in vnum. Quod non loca liter, sed spiritualiter oportet intelligi. Nihil etenim prodest si moribus ac proposito discordantes habitatione iungantur, sicut nec obest fundatis pari virtute per locorum inaequalia distare. Siquidem coram deo coniungit fratres conformitas morum, non cohabitatio sola locorum. Nec vnquam potest pacis integritas custodiri, vbi voluntatum diuersitas inuenitur. ¶ D.

**C**ermanus: Quid ergo si vnus voluerit facere aliquid, quod secundum deum videtur esse commodum & salubre, & alter non praestet assensum? Exequendum ne est illud contra desiderium fratris an ad arbitrium eius sit dimittendum. ¶ E.

**I**oseph deo diximus perfectam & plenam amicitiam perseverare non posse, nisi inter viros perfectos in virtute conformes, quos eadem voluntas & idem propositum nunquam aut raro permittit diuersa sentire aut dissentire in his quae ad profectum spiritualis pertinent vite. Quod si animos conscientibus coeperint corrari, constat eos nunquam fuisse concordare secundum regulam quam induxi, sed quoniam nemo potest a perfecti one incipere, nec ad eam pertingere, nisi qui coeperit a fundamento ipsius, idcirco iniquitatis non quanta sit magnitudo perfectionis seu inuolabilis charitatis, sed qualiter possit perueniri ad ipsam. Hinc necessarium reor, vt breuiter vobis aperiam viam ac regulas quibus dirigantur gressus vestri ad eam, quatenus facilius obtinere possitis bonum pacis ac patientiae sanctae. ¶ F.

**P**rima igitur fundamenta patientiae verae consistunt in contemptu mundanae substantiae & omnium rerum exteriorum. Valde enim iniustum ac impium est, vt post abrenunciationem mundi & omnium mundanorum praefertur pretiosissima dilectioni fratrum vilissima supellex quae superest. Secundum est, vt vnusquisque sic resecet proprias voluntates, ne se iudicet consultum ac sapientem, atque per hoc amplius acquiescat iudicio suo quam proximi. Tertium, vt sciat omnia etiam quae vtilia ac necessaria reputantur postponenda esse bono pacis & charitatis. Quartum, vt credat penitus irascendum non esse ex causis iustis siue iniustis. Quintum, vt curare desideret iram fratris contra se etiam iniuste conceptam, eodem modo quo suam, sciens sibi aequaliter esse nocivam fratris tristitiaem, ac si ipse contra illum tristetur, nisi repulerit eam de mente fratris quantum in se est. Postremum est illud quod certum est repulsum esse omnium vitiorum, vt scilicet credat se de hoc mundo quotidie migraturum. Quae consideratio non solum repellat a corde omnem vitiosam tristitiam, imo etiam comprimet vniuersos concupiscentiarum vitiorumque motus. Quicumque ergo ista tenuerit, pati non poterit in se nec alijs in ferre amaritudinem irae siue discordiae. Porro istis cessantibus, cum zelus charitatis diabolus primo sensim diffuderit venena tristitiae in cordibus amicorum, consequens est, vt tandem dissociet amanti corda diu exulcerata, dilectione paulatim tepefacta in eis frequentibus iurgijs. Qui vero ingreditur per viam directionis praedictae in quo vnus poterit a suo discordare amico. Nam qui radicitus amputauerit primum litium causam, quae generari solet ex rebus materialibus, parvis, vilissimis, non vindicans aliquid proprium sibi, sed tota virtute adimplens quod de primitiua ecclesia in Actibus scriptum est: Multitudinis credentium erat cor vnus & anima vna, nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Deinde qualiter seminarium dissensionis exurgit ab eo qui seruit voluntati fratris non suae, imitans creatorem ac dominum suum, qui loquitur ex persona hominis quem gerebat: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem qui misit me. Qualiter etiam suscitabit fomitem vllum contentions, qui decreuerit magis credere examini fratris, quam proprio de intelligentia horum quae proponuntur, probans aut improbens suas inquisitiones iuxta arbitrium fratris, implet pio ac humili corde euangelicum illud: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Rursus, qua ratione admittet aliquid quo proximus contristetur, qui iudicat nihil esse pretiosius bono pacis recolens incessanter dominicum illud eloquium: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Per quod tanquam per speciale signaculum voluit dominus gregem omnium suarum in hoc mundo cognosci, atque caractere isto, vt sic loquatur, discerni ab alijs. Amplius qua ex causa sustinebit rancorem tristitiae in se esse, aut in alio

**A** in alio residere, quod sentit non posse esse iustas causas iracundiae, quae perniciose est atque illis cito, & ita se non posse orare alio contra se irascente, quod si ipse alteri irasceretur, semper humili retinens corde illam saluatoris sententiam: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Nihil quippe proderit si te afferas non irasci, & putes te adimplere illud mandatum: Sol non occidat super iracundiam vestram. Et qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, & contumaci corde despicias alterius iram, quam delinire tua mansuetudine poruisti. Eodem etiam modo efficeris prauaricator diuini praeccepti. Qui enim dixit te contra alterum non debere irasci, dixit non debere alterius tristitiam parvipendi, quia non interest apud deum, qui omnes homines vult saluari, an perdas te ipsum an alium, quam detrimentum sui honoris nascitur ei ex cuiuscumque interitu. Daemone quoque acquiritur idem lucrum ex tua & ex fratris tui damnatione, cui vtiq; daemone placet damnatio oim. Postremo qualiter poterit vel tenuem tenere tristitiam contra fratrem, qui se credit quotidie, imo continue de hoc seculo migraturum. ¶ G.

**S**icut enim nihil praeposendum est charitati, sic e contrario nihil est postponendum iracundiae aut furori. Omnia enim, quae vtilia & necessaria videantur, spernenda sunt, vt perturbatio irae vitetur. Omnia quoque quae putantur aduersa, sunt suscipienda ac toleranda, vt tranquillitas dilectionis ac pacis illibata seruetur. Nec credendum est aliquid perniciosius esse iram atque tristitiaem, neque vtilius charitate. ¶ H.

**N**AM sicut inimicus velociter ab inuicem separat fratres adhuc carnales & imbecilles propter vilem & terrenam substantiam, sic inter spirituales gignit discordiam ex varietate opinionum aut sententiarum. Ex qua plane discordia oriuntur frequenter irae & contentiones, quas Apostolus damnat. Vnde hostis antiquus & malignus consequenter diuortia seminat inter fratres vnanimes. Vera quippe est illa Salomonis sententia: Odium suscitatur contentio. Vniuersos vero qui non contendunt protegit amicitia. ¶ I.

**P**ropterea ad conseruandam perpetuam ac indiuiduam charitatem nihil prodest amputasse primam discordiae causam, quae de terrenis atque caducis nascitur rebus, & vniuersa carnalia despexisse, & proprias opes pro communi vtu dereliquisse, nisi & abscondentes secundam causam, quae ex diuersitate intellectuum oritur, acquiramus in omnibus humilem mentem & consonas voluntates. ¶ K.

**M**emini namque cum iunior aetas hortaretur me adhuc adherere consorti, talem intelligentiam nobis frequenter fuisse ingestam in disciplinis moralibus aut scripturis, vt crederemus ea nil verius, nil rationabilius esse: sed conuenientes in vnum, dum concipiscemus intelligentias nostras inuicem propalare, quaedam communi examinatione discussae, inueniebantur primo ab vno nostrum falsae ac noxiae. Deinde communi nostro iudicio perniciose pronuntiat: mox damnabatur, quae prius a diabolo infusa quasi luce veritatis fulgebant, intantum vt potuissent facilius inter nos discordiam generare, nisi praecceptum seniorum, quod tanquam diuinum oraculum seruabamus, reuocasset nos ab omni contentione, quam illi pro regali sanctione instituerunt, vt neuter nostrum plus crederet iudicio suo, quam fratris, si nunquam vellet illud calliditate diaboli. Probatum est enim saepius euenisse quod ait Apostolus: Ipse sathanas transfiguratur se in angelum lucis, vt scilicet fraudulenter infundat tetram erroris caliginem pro lumine verae scientiae: quae nisi mansuero & humili corde reueretur examini maturissimi fratris aut probatissimi senioris, & eorum iudicio diligenter discussa acceptetur aut abijciatur a nobis, grauissimo feriemur interitu, vt pote venerantes in cordibus nostris angeli tenebrae: pro angelo lucis: quae perniciose non potest euadere qui proprio confidit iudicio, nisi amator & executor effectus vere humilitatis, impleuerit cum omni cordis contritione quod Apostolus deprecatur ac monet magnopere: Si qua, inquit, consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua viscera misericordiae, implete gaudium meum, vt idem sapientia eandem charitatem habentes, vnanimes id ipsum sentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores vobismet ipsos alterutrum arbitrantur. Et illud: Honore alterutrum praueinientes, vt vnusquisque plus sanctitatis atque scientiae ascribens suo consorti, credat summam verae discretionis magis stare in alterius iudicio, quam in suo. ¶ L.

**S**Aepe contingit illusione diaboli aut euentu erroris humani, q̄ cum nullus in hac carne existat qui falli non possit tanq̄ homo, vt etiam ille qui acrioris ingenij est, & maioris scientiæ, falsum aliquid mente concipiat, & ille qui est tardioris ingenij minorisq̄ meriti aliquid verius ac rectius sentiat. Ideo nullus, quis scientia præditus persuasus deat sibi tumore inani, q̄ alterius collatione non egeat. Nam etsi diabolica illusio non fallat eius iudicium, non tamen euadet grauiores laqueos illusionis. Quis enim poterit sibi hoc vsurpare sine grandi periculo, cum vas electionis, in quo Christus loquebatur, asseruit se ob hoc solum ascendisse Hierusalem, vt secreta examinatione conferret cum eo apostolis suis euangelium, quod domino reuelante & cooperante prædicabat in gentibus, per q̄d ostenditur, q̄ per ista præcepta non solum seruent vnanimis atq̄ concordia, verum etiã nõ formident insidię diaboli aduersantis & laquei illusionũ ipsius. ¶ M.

**D**Eniq̄ intantum charitas extollitur, vt beatus Iohannes apostolus pronunciet eã esse non solum ream dei, sed etiã deũ, dicens: Deus charitas est, & qui, &c. Nam vsq̄ intantum videmus charitatem esse diuinam, vt manifestissime sentiamus vigere in nobis illud Apostoli: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, &c. quod tm̄ est dicens, deus diffusus est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Qui etiã interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, cum ignoremus qd orare debeamus. Qui aut̄ scrutat corda scit qd desideret sp̄s, q̄ scdm̄ deũ orat pro sanctis. ¶ N. E.

**C**haritatem itaq̄, quæ d̄ γάρν dicitur, possibile est omnibus exhibere, de qua ait Apostolus: Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad oēs, maxime aut̄ ad domesticos fidei, quæ intantum est generaliter omnibus exhibenda, vt iubeamur eam inimicis impendere, iuxta illud: Diligite inimicos vestros. Amicitia aut̄ seu affectio exhibetur admodum paucis, & his qui connexi sunt paritate morũ & societate virtutũ. Quamuis em̄ ipsa affectio multam in se differentiam habeat, aliter nanq̄ diliguntur parentes, aliter coniuges, aliter fratres, aliter filij, magna quoq̄ distantia est in vigore horũ affectuum, nec dilectio parentum ad filios vniformis est aut equalis, quod probatur etiã Iacob patriarchæ exemplo, qui cum esset pater duodecim filiorũ, & omnes diligeret paterno affectu, maiori tm̄ affectu dilexit Ioseph, ita vt de eo scriptura aperte commemoret: Inuidebant aut̄ ei fratres sui, eo q̄ pater suus diligeret eum, non q̄ pater eius vir iustus non diligeret valde etiam ceteros filios suos, sed quoniam Ioseph, vt pote Christi typũ gerens, dulcius ac indulgentius inhærebat affectui patris. Quod & de Iohanne euangelista euidentissime legimus designari, cum dicitur: Discipulus aut̄ ille quem diligebat Iesus, cũ vtq̄ Iesus præcipua dilectione amauerit alios vndecim similiter præelectos, prout in euangelio protestatur: Sicut dilexi vos, ita & vos diligatis inuicem. De quibus iterum legitur: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, vsq̄ in finem dilexit eos. Sed hæc dilectio vnus non designat charitatis teporem circa discipulos reliquos, sed largiorem amoris abundantiam circa vnum, qui sua virginitate hoc meruit, quæ idcirco cũ quardam exceptione insinuatur tanq̄ sublimior, quia non comparatio odij, sed affluentior gratia amoris exuberantissimi eam extollit. Tale quid legimus in Cantico canticorum ex persona sponsæ dicentis: Ordinauit in me charitatem. Hæc est vera ordinataq̄ charitas, quæ nullum odians, quosdam iure meritorum plus diligit, quæ cum generaliter diligit cunctos, excipit tamen sibi ex eis quos peculiari amplectat affectu. Et rursus: Inter hos præcipue charos aliquos sibi exceipit, qui supponantur affectui cæterorum. ¶ O.

**E**contra, nouimus (quod ytinam nesciremus) videlicet quosdam fratrum esse tantæ obstinationis atq̄ duritiæ, vt cum senserint se cõmotos contra fratres, aut econuerso recedunt ad dissimulandam mentis suæ impatientiam ex indignatione commotionis mutæ ortam, & subtrahentes se ab eis, quos linere & mitigare debuerant humiliter satisfactione atq̄ colloquio, incipiunt decantare aliquos psalmorum versiculos. Qui dum putant se delinire amaritudine corde conceptam, insultando augent eandem, quæ extingueri poterant, si esse voluissent humiliores magisq̄ anxij, vt opportuna compunctione mederentur proprio cordi & fratrum commotioni. Nempe hoc modo palpant vitium suæ pusillanimitatis, imo & elationis, & fomitem iurgiorum nutriunt potius, q̄ extirpent, obliuisti iustionis. **C H R I S T I**, qua ait: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et: Si recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi

**A**munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. ¶ P.

**D**ominus itaq̄ deus noster intantũ vult nos non despiciere iram siue tristitiã Christi, vt nec munera nostra suscipiat, i. orationes nostras non permittat sibi offerri si frater aliquid habuerit contra nos, donec celeri satisfactione tollamus de animo eius tristitiã, siue iuste siue iniuste conceptam. Non em̄ ait saluator: Si frater tuus habet verã querelam aduersus te, &c. sed dicit: Si recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, i. etiam si leue aut vile quid sit, propter quod frater tuus fuerit contra te motus, & hoc subita recollectione pulsauerit memoriam tuam, scias te non debere offerre spiritalia munera precum tuarũ, nisi benigne satisfactione prius deleueris à corde fratris tristitiã ex causa qualibet ortam. Si ergo euangelicus sermo iubet nos satisfacere irascentibus pro similitate seu cõtrouersia præterita & minima atq̄ pro causis exiguis ortæ, quid de nobis miseris fiet, qui pertinaci dissimulatione contemnimus recentes & maximas causas, nostro quoq̄ errore commissas, atq̄ tumore diabolico inflati, dum erubescimus nos humiliare, negamus nos esse causas fraternæ tristitiæ, & rebellis spiritu indignantes, subdi præceptis dei asserimus ea sic obseruari non debere, aut impleri non posse, sicq̄ iudicantes deum præcepisse impossibilia siue incongrua, efficiamur iuxta Apostolum non factores, sed iudices legis. ¶ Q.

**H**OC quoq̄ quibus lachrymis est defendendum, q̄ quidam cum fuerint inflammati ex verbis contumeliosos alterius, & aliquis eos instanter roget vt iniuriant ignoscant, dicatq̄, neminem debere concipere aut retinere tristitiã contra fratrem, cum scriptum sit: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et: Sol non occidat super iracundiam vestrã, protinus clamant: Si paganus aut secularis hoc fecisset aut protulisset, merito sustineret. Quis aut̄ sustineat fratrem ita culpabilem, aut proferentem ex ore suo tam graue conuictum, quasi patientia sit exhibenda infidelibus ac sacrilegis tm̄, & nõ generaliter cunctis, aut quasi iracundia contra gentilem sit noxia, & vitilis contra fratrem, cum vtq̄ obstinata perturbatæ mentis commotio non dissimile inferat detrimentum cõmoto, contra quemcunq̄ fuerit excitata. Insuper quantæ obstinationis, imo vecordiæ est, vt præ se tempore suæ mentis brutalis, non discernant proprietatem verborum Christi, quia non ait: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, quod secundum illoꝝ opinionem posset forsan excipere consortes fidei conuersionis nostræ, sed euangelicus sermo signatè expressit: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quamuis itaq̄ secundũ regulam veritatis debeamus omnem hominem intelligere fratrem nostrum, tamen hoc loco fideles, & nostræ conuersionis participes, potius designantur fratris vocabulo, quàm pagani. ¶ R.

**V**ale est etiam istud, q̄ interdum patientes esse nos credimus, quia iniuriam passi respondere contemnimus, & fratres commotos amara taciturnitate, & irrisorio motu aut gestu taliter subannamus, vt eos magis prouocemus ad iram tacito vultu, q̄ incitari possent super bo conuictio, existimantes nos minime reos, quia nihil protulimus ore, quod posset nos notare, aut reos monstrare humano iudicio, quasi deus respiciat tantummodo verba, & non potius voluntatem, solumq̄ opus peccati habeatur in crimine, & non etiam desiderium atq̄ propositum, & hoc tantum sit in iudicio requirendum qd vnusquisque fecerit per loquelam, & non etiam quid facere intenderit per taciturnitatẽ. Non enim sola qualitas commotionis illatæ in culpa est, sed etiam propositum irritantis. Hinc verum iudicis nostri examen discutiet non solum qualiter iurgium fuerit excitatum, sed cuius prauitate exarserit. Effectus enim peccati pensandus est, non solum ore do admissi. Quid etenim differt, an quis fratrem occiderit gladio, an aliqua fraude imputerit eum ad mortem, cum cõstet illum esse extinctum fraude ac crimine huius? Aut quasi sufficiat non impedisse cæcum in præceps propria manu, quum similiter reus sit, qui non reuocauit illum iam foueæ imminentem cum potuit? Aut ille solus in crimine est, qui manu sua laqueauerit quempiam, & non etiam is qui parauit ingessitue laqueum, aut auferre contempsit, quum poterat? Sic ergo nil prodest tacere, si idcirco tacemus vt taciturnitate agamus, quod conuictio fieri queuit, simulando quosdam gestus, quibus vehementiori iracundia inardescat, quem oportebat curari. Et super omnia hæc nos laudemur damno & perdicione illius, quasi quis non sit criminiosior ex hoc ipso

hoc ipso quod voluit sibi acquirere gloriam de fratris perditione, imo tale silentium erit D ambobus æqualiter noxium, quoniam sicut auget tristitiam in corde alterius, ita non permittit eam extingui in suo. Contra quos maledictio illa Prophetæ satis proprie est directæ: Væ qui potat amicum suum mittens fel suum & inebrians, ut aspiciat nuditatē eius, repletus est ignominia pro gloria. Illud quoque quod alibi de talibus dicitur: Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & non loquetur veritatem. Extenderunt enim linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Denique ficta patientia sæpe magis accendit, quàm sermo, & maligna taciturnitas superat atrocissimas verborum iniurias, leuiusque feruntur hostium vulnera, quàm subdola irridētium blandimenta. De quibus dicitur per Prophetam: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Alibi quoque: Verba callidiorum mollia, & ipsa perueniunt in penetralia ventris. Quibus consonat illud: In ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias, per quæ tamen ipse qui decipit magis decipitur. Nam qui præparat ante faciem amici sui retre, circumdat illud pedibus suis. Et qui fodit proximo suo foueam, incidet in eam. Præterea cum magna multitudo venisset cum gladijs & fustibus ad capiendum Christum, nemo fuit cruentior patrici da in vitæ nostræ adorem illo, qui cunctos præueniens ficto salutationis honore exhibuit osculum simulati amoris. Cui tunc dixerat dominus: Iuda, osculo filium hominis tradis, id est, amaritudo persecutionis ac odij tui hoc assumpsit velamen, quo dulcedo veræ dilectionis ostenditur. Apertius quoque & vehementius exaggerat vim huius doloris, asserens per Psalmistam: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vitij. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me vitij ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulans cum consensu.

Aliud rursus est genus tristitiæ pessimum & prophanum, quod recitatione indignum consisteret, nisi à quibusdam fratribus admitteretur. Qui dum contristati fuerint aut irati, à cibo pertinaciter abstinent, ita vt quod dicere non valemus absque pudore, hi qui dicunt se non posse refectioem differre vsque ad horam sextam aut nonam, quando tranquilli sunt, ieiunia biduana non sentiunt cum fuerint repleti tristitia aut furore, & tantam inædiæ defectionem sustentant iracundiæ satietate. In quo euidenter incurrit facilem crimen, tolerando diabolica elatione ieiunia soli deo offerenda pro cordis humiliatiōe purgationeque vitiorum. Quod tale est, quasi orationes & sacrificia offerant demonijs, & non deo, dñs quos ignorabant.

NON ignoramus etiam aliud genus amētiae, quod in quibusdam fratribus reperitur sub colore patientiæ veræ, quibus parum est iurgia commouisse, nisi verbis in perfrigatorijs prouocent alios & irritent vt percutiantur ab eis. Cumque fuerint vel leniter cæsi in vna corporis parte, ingerunt aliam ad cædendum, quasi impleturi per hoc perfectionem illius consilij: Si quis te percussit in maxillam tuam dexteram, præbe ei & alteram, penitus ignorantes vim propositi scripturæ. Euangelicæ patientiæ putat se adimplere per iracundiæ vitium, ob quod radicitus extirpandū prohibetur non solum talio, & concertandi prouocatio, sed etiam mitigare iubemur verberantium iram tolerantia: iniuriæ geminatæ seu repetitæ.

Ermanus: Qualiter reprehendendus est, qui satisfaciens euangelico consilio, talio nem non solum non intulit, imo paratus est etiam vt duplicetur sibi iniuria. Ioseph: Quemadmodum diximus paulo ante, non solum intuenda est res ipsa quæ fit, sed etiam qualitas mentis atque propositum facientis. Idcirco si integro cordis examine perpendatis quo animo fiat, & ex quo affectu procedat id quod ab vnoquoque efficitur, videbitis virtutē patientiæ ac mititatis nequaquam posse impleri contrario spiritu, puta zelo impatiētiæ ac furoris. Siquidem dñs & saluator instruens nos ad profundā patientiæ mensuetudinisque virtutem, vt scilicet proferamus eam non labijs tantum, sed recedamus eam in intimis animæ nostræ visceribus, dedit nobis hanc perfectionis euangelicæ formam. Si quis te percussit in dextera maxilla tua, præbe ei & alterā, subaudi si sine dubio dextera. Quæ est alia dextera, nisi interioris hominis facies? Christus namque per hoc cupiens extirpare de interioribus animæ oem fomitem iræ, vt si exterior dextera acceperit impetum percutientis, mens ipsa interior præbeat per humilitatis assensum suam dexteram.

A dexteram feriant, compatiens exterioris hominis compassioni, & corpus suū subijciens iniuriæ feriant, ne vel tacite intra se moueat de exterioris he minis percussione. Vnde deus ergo illos præfatos longe distare ab euangelica perfectione, quæ patientiam docet seruandam non verbis tñi, sed interioris cordis tranquillitate, eamque præcipit sic custodiendi à nobis cum aduersum quid accidit, vt non solum nos ipsos seruemus alienos ab iracundiæ passione ac perturbatione, sed etiam humilantes & subdentes nos illis, qui moti sunt, cogamus eorum iniurias ad placiditatem reuerti expleta satietate percussione cordis, vincendo nostra mititate furorem ipsorum, sicque implebimus illud Apostolis: Noli vinci à malo, sed vince in bono malo. Quod certissimum est non posse impleri ab illis, qui verba charitatis & humilitatis emittunt illo spiritu ac timore, vt non solum non mitiget conceptum furorem, sed faciant eum magis feruere tam in suo, quàm in sensu fratris commoti. Qui quis possent aliquo modo exites ac placidi permanere, nec sic capere aliquos fructus iustitiæ, eo quod vendicare sibi conentur patientiæ gloriam cum proximi damno, per quod omni modo sunt alieni ab apostolica charitate, quæ non querit quæ sua sunt sed quæ aliorum. Non enim sic querit diuitias proprias, vt ex detrimento proximi faciat sibi lucrum, nec aliquid optat acquirere cum alterius nuditate.

Sciendum interea, quod ille generaliter fortius agit, & victoriosius operat ac præualet, qui suam subijcit voluntatem voluntati fratris, quàm ille qui pertinacior inuenitur in tenendo ac defendendo proprias assertiones. Ille quippe sustentans ac tolerans, proximum obtinet locum & personam hominis sani ac validi. Hic autem sua immanione & elatione sortitur locum infirmi ac ægrotantis, quem necesse est ita palpari atque foueri, vt interdum salubre sit pro eius quiete ac pace aliquid relaxari à necessarijs rebus ac regulis. In quo relaxans non credat se aliquid minuisse de sua perfectione, quibus condescendendo subtraxerit aliquid de proposita districtione, sed e contrario sciat se multo plus aliquid acquisisse pro sua patientia ac longanimitate. Apostolicum namque præceptum est: Vos qui fortiores estis imbecillitates infirmorum sustinete, & alterutrum onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nunquam enim infirmus sustentat infirmum, nec is qui ægrotat tolerare poterit aut curare similiter ægrotantem: sed is medelam tribuit imbecilli, qui imbecillitati non subiacet. Merito etenim dicitur: Medice, cura te ipsum.

Hæc quippe natura est infirmorum, vt cum ipsi sint prouisi ad iniurias inferendas ac iurgia suscitanda, minima tamen iniuria tangi non volunt. Cumque inconsiderata equitent libertate ad inferendum proterua conuitia, recusant parua atque leuissima sustinere. Hinc iuxta præhabitam seniorum sententiam, charitas stabilis ac indissolubilis non poterit permanere, nisi inter viros eiusdem propositi ac virtutis. Scinditur namque quandoque ab imperfecto quantalibet cautione custodiatur ab altero.

Ermanus: In quo ergo patientia viri perfecti potest esse laudabilis, si non potest esse pro tolerare infirmum.

Ioseph: Nec ego dixi, quod vincenda sit virtus aut tolerantia eius, qui fortis ac robustus est: sed quod pessima ægritudo defectuositasque infirmi nutrita sustentatione eius qui sanus est quotidie cadet in peius, generabitque causas, propter quas ipse non sit amplius sustinendus, vel certe conijciens patientiam proximi sui esse notam, & deformationem impatiētiæ suæ coniectam, malit abire, quod semper portari magnanimitate & patientia fratris sui. Ecce hæc obseruanda præ omnibus arbitramur ab his, qui cupiunt affectum foedalitatis inuolabiler obseruare. Primo, vt monachus quibuslibet iniurijs lacessitus tranquilla custodiat non solum labia sua, sed etiam pectoris sui profunda, quæ tamen si vel modice turbata senserit, omni taciturnitate cohibeat semetipsum, & diligenter obseruet illud Psalmistæ: Turbatus sum, & non sum locutus. Itemque: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, &c. Nec considerando statum suum præsentem proferat ea, quæ ad horam suggerit ira aut impatiētia, vel animus exasperatus, sed recolat charitatem præteritam, vel mente aspiciat reformandæ pacis recuperationem, eamque etiam in ipso commotionis suæ tempore contempletur tanquam mox reuersuram, & ita dum præparat se ad dulcedinem concordie protinus redituræ, non sentiat amaritudinem præsentium iurgiorum, & ita respondebit ac dicet potissime ea, ex quibus non poterit à semetipso fieri reus vel reprehendi ab alijs charitate & pace recuperatis, sicque implebit verbum illud propheticum: In ira misericordiam moreris.

Oporet

**O**portet nos igitur cohibere omnes iracundiæ motus, & gubernare discretionem hos moderari, ne furor præcipiti corruamus in id quod Salomon loquitur: Totam iram suam profert stultus. Sapiens autem dispensat per partes. Hoc est, stultus perturbatione iræ succenditur ad sui ipsius vindictam. Sapiens autem paulatim eam extenuat & expellit maturitate discretionis atque consilij. Denique tale est illud Apostoli: Non vosmet ipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Hoc est, non sint corda vestra sic artata angustiis impatientiæ ac pusillanimitatis, ut sustinere non possint violentam commotionis procellam seu impetum, quando irruerit sed dilatamini in cordibus vestris, suscipientes intra extenta gremia charitatis contrarios iræ fluctus: quoniam charitas omnia sustinet, omnia suffert, & ita mens vestra dilatata longanimitate ac patientia, habeat in se salubres consiliorum conceptus, in quibus terribis iracundiæ fumus receptus quodammodo ac diffusus, protinus evanescat. Vel certe damus locum iræ, quoties tranquilla ac humili mente cedimus commotioni alterius, recognoscendo nos dignos omni iniuria, obsequiumque præbendo impatientiæ sævientis. Cæterum, qui verba apostolica perfectionis trahunt ad hoc, ut æstiment illos dare locum iræ, qui discunt ab irascentibus, videntur mihi non abscondere dissensionem, sed nutrire. Nisi enim ira proximi statim vincatur humili satisfactione, fugiens prouocat eam magis, quam mitiget aut vitet. Cui consonat quod Salomon loquitur: Noli festinare in spiritu tuo irasci, quoniam ira in sinu insipientium requiescit. Et noli erumpere cito in iram, ne poeniteat te in nouissimo. Nec enim Salomon ita vituperat festinantiam iræ aut iram, ut approbet tarditatem earum. Similiter intelligendum est illud: Stultus eadem hora pronunciat iram suam, occultat autem ignominiam suam astutus. Non enim iudicat ignominiosam iracundiæ passionem ita debere a sapientibus occultari, ut velocitatem iracundiæ culpans non prohibeat tarditatem ipsius: imo cum ex infirmitate humana irruerit ira, docuit eam ideo occultandam, ut dum ad præsens sapienter absconditur, in perpetuum atque totaliter deleatur. Hæc namque est natura iræ, ut dilata languescat seu minuatur ac pereat prolata vero magis feruescat. Dilatanda ergo & amplianda sunt corda, ne angustiis pusillanimitatis coartata replentur turbulētis motibus iræ, sicque recipere nequeamus corde angusto dei mandatum, quod secundum Prophetam est minus latum, nec dicere valeamus: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Nempe quod longanimitas ad sapientiam spectet euidentissime docet scriptura: Vir enim longanimis est nimis, us in prudentia, pusillanimitas autem valde insipientis est. Idcirco scriptura refert de eo, qui laudabiliter postulat sapientiæ donum a domino: Dedit dominus Salomoni sapientiam & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenam maris innumerabilem.

**M**ultis quoque experimentis sapissime est probatum, eos non potuisse seruire indisruptam concordiam, qui inierunt amicitiae foedus cum iuramento, quia conati sunt eam tenere non desiderio perfectionis, neque intuitu apostolicæ charitatis, sed ex amore terreno aut necessitate & vinculo initi pacti. Vel quoniam callidissimus hostis præcipit eos celerius ad dissumpendum vincula amicitiarum, ut faciat eos initi pacti præuaticatores. Verissima ergo est prudentissimorum virorum sententia, veram concordiam ac indiuiduam societatem stare non posse, nisi inter mores emendatos, & viros eiusdem propofiti ac virtutis. Hæc de amicitia beatus Ioseph spiritali narratione disseruit, nosque ardentius incitauit ad custodiendam perpetuam veræ sodalitatæ dilectionem.

## COLLATIO DECIMASEPTIMA & Abbatis Ioseph II.

De diffiniendo uel non diffiniendo.



**R**ecedente collatione finita, intermediente quoque nocturno silentio, cum fuisset à sancto abbate Ioseph deducti ad cellam seorsum causa quietis, totam noctem in somnum expendimus, inflammati sermonibus eius, quasi igne intra nos excitato. Deinde egressi de cella, & quasi per centum passus

**A** recedentes ab ea confestim in loco remotiore. Cumque opportunitas secreti silentij præberetur, familiariter nobis etiã ex caligine noctis abbas Germanus grauius ingemiscens, locutus est: Quid agimus, quia videmus nos ingenti discrimine & valde miserabili conditione constrictos, quos efficaciter docet & ratio & vita horum sanctorum, quid salubrius sit ad spiritualis vitæ profectum, & sponso nostra senioribus facta non permittit eligere hoc ipsum quod expedit. Possimus enim exemplis talium ac tantorum virorum formari ad vitam perfectionem sublimiusque propofitum, nisi facta promissione cogere non instanter ad nostrum reuerti cœnobium. Quod si reuersi fuerimus, nulla copia redeundi huc tribuetur nobis ulterius. Porro, si hic manentes maluerimus desiderium nostrum implere, quid agimus de promissione, quam nos scimus fecisse senioribus nostris, quibus promissimus velocissimum reditum nostrum, ut saltem liceret nobis circuire sanctos ac monasteria huius prouinciæ. Cumque sic æstuant inueniremus nequaquam quid diffinendum esset super statu nostræ salutis, solo gemitu monstrauimus necessitatem seu obligationem durissimæ conditionis, accusantes teneritudinem frontis nostræ, ac detestantes verecundiam nostram ingenitam. Cuius rei onere prægrauati non potuissimus aliter resistere præcibus conuentualium nostrorum retinentium nos contra propofitum atque propofitum nostrum, nisi maturissimo reditu eis promisso. Idcirco desinimus nos laborasse vitio pudoris illius, de quo ait scriptura: Est pudor adducens peccatum.

**T**unc ego: Consilium huius senis expeditionem impeditur anxietati perplexitati que nostræ, ad quem senem oportet nos referre solitudines nostras, & quicquid detriminauerit ipse, sinem imponat angustiis nostris, tanquam diuinum ac cœlestem responsum, quod nullatenus dubitemus nobis præstandum per os sancti senioris istius, & propter meritum eius, & propter fidem nostram. Nam & creduli ab indignis, & increduli a sanctis frequenter adepti sunt munere dei salubre consilium, deo id largiente propter credentium meritum, aut propter consulentium fidem. His verbis tam alacriter acceptis à sancto abbate Germano, ac si ea protulisset non à meipso, sed diuino instinctu præstolabamur aduentum senis, atque instantem horam nocturnæ synaxis. Cumque solita salutatio senem suscepissemus, numerusque legitimus orationum & psulmorum esset solutus, rursum confestim eidem spacijs, quibus nos ante reclinauimus ad quietem.

**V**enerabilis itaque Ioseph cernens nos corde deiectiones, atque coniciens hoc non contigisse sine causa, interrogauit nos verbis Ioseph patriarche: Quid vitique tristes sunt vultus vestri hodie: Cui respondimus, non ut vinculi ministri Pharaonis somnium vidimus, & non est qui interpretetur, sed diximus, in somno duximus noctem, & non est qui releuet onus ac magnitudinem anxietatum nostrarum, nisi deus tua discretionem remouerit eas. Tunc ille qui habebat patriarchæ virtutem appellatione ac merito, dixit: Nonne à deo est humanarum afflictionum curatio? Proferte eas in mediū. Potens est pietas dei cōferre eis medelam nostro consilio iuxta vestram fidem.

**A**d hæc Germanus: Credebamus nos recursum ad nostrum cœnobium repletos non solum spiritali lætitia ex visione beatitudinis vestræ, sed etiam grandi profectu, atque post reditum illum imituros nos saltem tenuerit ea, quæ à vestro magisterio accepissemus. Hoc enim dilectio seniorum nostrorum compulit nos sibi spondere, dum credebamus nos posse aequaliter imitari in illo cœnobio sublimitatem conuersationis instructionisque vestræ. Sed vnde putauimus nobis lætitiæ conferendam iam e contrario intolerabili dolore conficimur, considerantes nos obtinere non posse ordine illo, quod cognoscimus nobis esse salubre. Ex utroque igitur latere nunc artamur. Si enim satisfacere voluerimus promissioni quam fecimus, compellente nos charitate seniorum, & quæ Christo teste depromissimus coram fratribus vniuersis in specu, in quo ipse Christus dominus noster ex utero virginali processit, incurrimus maximum detrimentum spiritualis profectus. Si autem sponso nostram postponentes, atque in regione hac residentes, præposuerimus utilitatem nostræ salutis pactioni præfatæ, formidamus grande periculum violatæ promissionis. Nec possumus nos ipsos releuare & consolari isto consilio, ut postquam impleuerimus sponso nostram, velocissimo reditu redeamus celeriter ad hæc loca. Nam quis etiam parua dilatio boni melioris sit periculosa & noxia tendentibus ad virtutes ac profectum spiritalium rerum, nihilominus promissionem nostram impletemus reditu quam moroso, nisi sciremus nos indissolubiler colligendos ac retinen-



dos non solum charitate, sed etiam autoritate superiorum nostrorum, ita quod nullo modo daretur nobis facultas reuertendi ad loca hæc.

**P**remisso aliquanto silentio beatus Ioseph dixit ad istas: Estis certi, quod maior profectus spiritalis daretur vobis in loco isto?

**E**rmanus: Quamuis summas gratias rependere debeamus doctrinæ illorum, qui docuerunt nos à paruis conari ad magna, & dato gustu boni sui, indiderunt cordi bus nostris egregium situm perfectionis, si tamen nostro iudicio creditur, nullam putamus comparationem inter hæc instituta & illa quæ ibi accepimus, ut scilicet inimitabilem vestræ conuersationis puritatem, quam credimus nobis præstandam non solum distinctione propofiti atque custodia mentis, sed etiam qualitate locorum patrocinante. Hinc pro certo tenemus, doctrinam hanc vestram, quæ cursum datur, non posse sufficere ad imitandam magnificentiam vestræ perfectionis, nisi & cohabitatione iuuetur, & diuturna instructionis quotidianæ institutione excutiat mentis nostræ teporem.

**I**oseph: Sanum, perfectum, & nostræ perfectioni omnino conueniens est, ut ea quæ cum promissione afferimus, efficaciter impleamus. Quamobrem non oportet monachum abrupte seu incaute aliquid definire, ne cogatur id quod incaute promisit implere: aut reuocatus consideratione boni honestioris, præuaricator suæ promissionis existat. Sed quia proponimus nunc tractare de infirmitatis curatione, magis quam de statu sanitatis, inquirendum est salubri consilio non quid sit agendum à nobis primo loco, sed qualiter possitis euadere de scopulo huius perniciosi naufragij. Itaque propofita optione rerum vtilium, prælegatur id quod maioris est commodi, quando nullum vinculum nos coartat, nec conditio vlla constringat aliter agere. Porro, quando obfistit aliis qua dispensionum aduersitas, illud est appetendum inter damnosa, quod leuioribus subiacet detrimentis. Insuper, quantum patefecit vestra narratio, cum inconsiderata sponfio vestra perduxerit vos ad hoc, ut ex utroque incumbat vobis magnum incommodum, arbitrium electionis vestræ inclinandum est ad eam partem, quæ minora damna seu tolerabiliora dispendia inferat, aut faciliori satisfactionis remedio expietur. Si ergo creditis maiora virtutum lucra esse vestro spiritui conferenda ex habitatione loci istius, quam sint illa quæ vobis nascebantur ex conuersatione vestri cenobij, & vestra promissio impleri non potest absque magnis animarum vestrarum incommodis, melius aut fatius est vobis subire istud dispendium promissionis non adimpletæ, quod semel elapsum non potest reiterari, nec per se alia generare peccata, quam illud incidere, per quod status tepidioris (ut dicitis) vitæ afficiat vos detrimento indefinente & quotidiano. Definitio namque incauta veniabiliter, imo & laudabiliter commutatur, si ad laudabiliorem transcat partem. Nec credenda est esse constantiæ præuaricatio, sed temeritatis emendatio. Vnde sponsio vitiosa corrigitur, quæ probari possunt testimonijs scripturarum, ut pote quæ perniciosum fuerit multis in hæc sisse definitionibus proprijs, atque quæ commodum fuerit atque salubre, recessisse à definitionibus talibus.

**Q**uod liquidissime protestantur exempla Petri apostoli & Iudæ proditoris. Petrus enim, quia recessit à sententia inconsultæ definitionis, qua dixit: Non lauabis mihi pedes in æternum, promeruit immortale confortium. **C H R I S T I**, omniumque sanctorum, à quo fuerat abscidendus si mansisset in obstinatione sui sermonis. Iudas vero implens sponfionem pertinaciæ suæ, perpetua morte damnatus est, à qua fuisset procul dubio liberatus, si maluisset inueniri desertor suæ sponfionis, quam pertinax adimpletor. Insuper idem docemur in duobus filijs illis, qui ad operationem vineæ in euangelio destinati leguntur, quorum vnus contradixit imperio patris, alius prona responsione consensit, sed consentienti non profuit humilis responsio obsequenda, quia opere non impleuit patris præceptum. Nec alteri obfuit contradictio illa, quæ mutato propofito executus est patris mandatum, & quod reprehensibiliter intendebat, laudabiliter definitione correctâ mox emendauit. Itaque primum est statuerè optima. Quod si aliter cesserit, restat ut quæ statuta sunt mutantur in melius, manumque dexteram porrigamus ordinationibus nostris iam iacentibus & quasi prostratis. Denique vbi principia consilij non sunt valentia, requirit prudentia, ut prouisione vtili addita reparentur, si dispositio circa prima statuta vacillat, adhibeatur correctio ad secunda. Vnde in his rebus considerandus est finis, & secundum exigentiam finis dirigendus est, cursus & actus.

**A**ctus. Quem si viderimus in deterius vergere superueniente consilio meliore, rectius est ad salubriorem transire sententiam, inepta constitutione amota, quæ pertinaciter inherendo statutus implicari grauioribus vitijs.

**E**rmanus: Quantum spectat ad desiderium nostrum à nobis conceptum intuitu commodi spiritalis, optaremus hic iugiter commorari. Si enim reuersi fuimus ad cenobium nostrum, certum est quod non solum corruemus ab isto tam sublimi propofito, sed etiam agitabimur diuersis dispendijs iuxta mediocritatē conuersationis illius. Sed vehementer nos terret euangelicum illud mandatum: Sit autem sermo vester, est, est, non, non. Quod vero ijs abundantius est, à malo est. Credimus namque transgressio nem tanti præcepti non posse vlla iustitia compensari, nec exitum bonum habere, quod fuerit malo principio inchoatum.

**I**oseph: In omnibus causis sicut prædiximus intuenda est voluntas agentis, non processus operis solum. Nec tamen inquit edum est quid quis egerit, sed quæ affectu id fecerit, ita ut quosdam inueniamus esse damnatos pro his factis, ex quibus postmodum orta sunt bona, nihilque profuit eis exitus rei, quæ aggressi sunt rem propofito pessimo, perpetrare volentes non subsecutâ vtilitatē, sed malum ei contrariū. Præterea ut hoc ipsum quod dicimus declinemus vno exemplo, quod quæso salubrius atque vtilius procurari toti mundo, quæ salubre illud remedium dñicæ passionis, & tamen non solum non profuit proditori, per quem procurabatur, imo intantum obfuit ei, ut Christus de ipso absolute puterit: Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Non enim secundum id quod evenit recompensatus est fructus operi Iudæ, sed secundum id quod facere voluit, aut facturus se credidit. Et rursum, quod criminofius dolo atque mendacio commissio etiā in extraneū, ne dixerim in germanum aut fratrem, & tamen Iacob patris archa non solum nullam incurrit damnationē aut reprehensionē pro ijs, verum etiā ditatus est hæreditate benedictionis perpetuæ: nec immerito, quia & Iacob concupiuit benedictionem primogenito deputatâ, non ex avaritia lucri præsentis, sed ex fide perpetuæ sanctificationis. Et Iudas morti tradidit omnem redemptorē non amore salutis humanæ, sed cupiditatis facinore. Idcirco utriusque eorum restitutus est fructus operis sui secundum intentionis mentis eorum, & iuxta voluntatis propofitū, quia nec Iacob statuit facere fraudē, nec Iudas salutem: imo nequaquam statuit operari salutē, quæ contra spem & desiderium eius exorta est. Illud itaque iuste recompensat vnicuique pro retributionis mercede, quod principaliter mente concepit, non quod inde secutus est bene aut male contra agentis intentionē. Hinc iudex iustissimus excusabilem, imo laudabilem sensuit Iacob præsumptorē talis mendacij, sine quo peruenire nequiuisset ad benedictionē primogenituræ, nec debuit pro crimine reputari quod desiderio benedictionis exortū est. Alioquin Iacob patriarcha fuisset non solum iniquus in fratrem suum Esau, sed etiā circumuentor in patre atque sacrilegus, si habens aliam viam perueniendi ad benedictionē, maluisset arripere istam, quæ fratri suo erat damnosa. Videtis ergo à deo inquit in non tantum operis processum, sed & mentis propofitū. His ergo præmissis, ut reuertamur ad propofitâ quæstionem, ob quam introducta sunt omnia ista, volo ut primum respondeatis, quam ob causam fecistis præannatam promissionem.

**E**rmanus: Sicut iam diximus prima illa causa fuit, quoniam verebamur seniores nostros contristare, & eorum præceptis resistere. Secunda, quia inconsultissima persuasionem credidimus posse nos exercere cum ad cenobium redissemus, si percepissemus visu aut auditu magnificum aliquid & perfectum.

**I**oseph: Sicut præfati sumus, propofitum siue intentio mentis damnat hominem vel accusetur, iuxta illud Apostoli: Inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiā defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum. Et iuxta illud in Isaia: Ego autem opera & cogitationes eorum venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis. Quamobrem ut video, promissionem illam fecistis desiderio perfectionis, credentes eam posse acquiri ordine illo, quo nunc superueniente pleniore iudicio conspicitis non posse pertingi ad sublimitatem ipsius. Non ergo præiudicat sponfioni quicquid videatur accidisse discrepans ab illa dispositione, dummodo nulla diuersitas illius principalis propofiti subssequatur. Neque enim opificij seu artis cuiusquam desertio est ferramenti mutatio, nec electio vitæ compendiosioris reprehendit segnitiam viatoris. Itaque etiam in hac parte emen-

Tt ij datio



datio promissionis improvidæ non est iudicanda transgressio promissionis spiritualis. **D** Quicquid enim sit pro charitate Dei & amore pietatis, quæ promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, quamvis videatur inchoari duris & aduersis principijs, laude dignissimum est, nec reprehensionem ullam meretur. Idcirco nihil præiudicat refragatio seu retractatio sponsonis incautæ, dummodo quouis modo teneatur propositum pietatis intentæ. Omnia quippe propter hoc agimus, vt deo cor purum exhibere possimus. Cuius puritatis consummatio, si facilius obtineri posse iudicatur in locis his, parum obicit vobis mutatio extortæ promissionis, dummodo principalis perfectio puritatis, cuius intuitu promissionem illam fecistis, acquiratur maturius secundum voluntatem omnipotentis. Non enim ex hac mutatione iudicari potest vllum mendacium, sed prudens atq; salubris correctio inconsultæ obligationis. Præterea, vt aliquid de Philosophia introducamus, quod soluat nodum propositæ quæstionis, ipsa natura mutat in nobis opera sua ex consilio maiestatis diuinæ. Ab infantia namq; transferimur in pueritiam, à pueritia in iuuentutem, de iuuentute in senectutem. Hæc autem operatur in nobis dispositio creatoris, ita vt mendacium nullum ascribatur ætati. Conformiter homo noster interior ab lactuatus à tenerrimis institutis primordiorum, cum per diuersas ætates profectuum ad robustiorem virtutem profecerit, & inde perueniens ad canicem senectutem ac virum perfectum, mensuramq; ætatis plenitudinis **C H R I S T I**, deponit ea quæ fuerant paruum, nunquam credendus est incurrisse varietatem mendacij, & non potius reputandus est obtinuisse plenitudinem perfectionis. Sic rudimenta veteris testamenti per dispensationem **C H R I S T I** legislatoris nostri transferuntur ad Euangelicæ beatitudinis perfectionem. Nec tamen ex hoc credenda est interuersione mutatio aut diuersitas præteritæ sanctionis seu veteris legis, sed adimpletio & cumulus sublimium atq; cœlestium præceptorum. Nec æstimanda est abolitio factæ legis illius, sed ascensus nec varietas, sed profectus. Propter quod dixit saluatori Nolite putare qd; venerim soluere legem aut prophetas. Non enim veni soluere legem, sed implere. i. non antiquare priora, sed imperfecta ducere ad perfectum. ¶ **N.**

Germanus: Quantum pertinet ad vim sermonis, qui à te prudenter ac rationabiliter sunt prolati, scrupulus de fractione promissionis nostræ posset faciliter extrudi à nobis, nisi hoc vehementissime nos tereret, qd; per istud videtur infirmioribus quibusq; dari ex æplum atq; occasio mentiendi, si cognouerint statutas definitiones assertiuas, seu sponsones posse modo villo mutari. ¶ **O.**

**I O S E P H:** Nos ista prædiximus de mutatione promissionis incautæ, non vt deamus aut reseruemus viam seu aditum prohibitis noxijsq; mendacij, vtilius iudicantes, vt si forte præuenerit nos inconsulta sententia temperetur, superueniente moderatione salubrioris consilij. Nec oportet nos rigidos irreuocabilesq; manere in his, quæ semel statuimus, si matura ac prudens discretio inuenerit postea rectius aliquid. Aliud namq; est mentiri, aliud statuta seu promissa mutare. Non enim deus discursor & iudex est verborum actuumq; nostrorum dantaxat, sed propositi quoq; & intentionis inspector est. Qui si viderit quid prætermitti, aut à consueto rigore laxari ab vnoquoq; nostrum causa latuit æternæ, & desiderio contemplationis diuinæ, quamvis videatur hominibus ineptum ac durum, ille tamē inspiciens intimam cordis pietatem iudicat, nō sonum verborum, sed voluntatis propositum, quoniam finis operis & affectus agentis pensandi sunt. ¶ **P.**

**H I N C** beatus Apostolus Iacobus, & omnes præcipue principes illius primitiæ ecclesiæ hortabantur Paulum apostolum descendere à solita districtione propter infirmorum imbecillitatem, compuleruntq; eum secundum obseruantiam legis purificari, caput radere, sacrificiumq; offerre, iudicantes vberiores fructus conferendos esse toti ecclesiæ, ex hac solitæ districtiois immutatione, quam si paulus perstitisset in illa suæ prædicationis constantia fixa ac rigida. Non enim tantum lucrum fuerat Paulo Apostolo conferendum ex præacta sua districtione, quantum detrimentum euenisset Gentibus vniuersis ex ceteri eiusdem **P A V L I** Apostoli occasione. Quod detrimentum accidisset tunc proculdubio vniuersæ Ecclesiæ, nisi hæc moderatio & salutaris discretio

**A** discretio eripisset tunc Paulum, non solum de manibus infidelium Iudæorum, verum etiam Christianorum, vsque tunc zelum legis habentium, reseruassetq; eum Euangelicæ prædicationi. Tunc nempe (vt diximus) necessarie ac veniabiliter acquiescitur deservimento mutati propositi aut promissi, quando de consueta districtione imminet maioris pendium, & vtilitas quæ confertur de obseruatione statuti compensare non præualet damna illa. Quod temperamentum seu moderamen idem Paulus apostolus testatur se semper tenuisse, sub alijs verbis. Quum enim ait factus sum Iudæis quasi Iudæus, vt Iudæos lucrificerem his qui sine lege erant, quasi sine lege essem, quum sine lege Dei non essem, sed in lege **C H R I S T I** essem, vt eos qui sub lege erant lucrificerem. Omnia omnibus factus sum, vt omnes saluos facerem. Quid aliud ostendit, quam descendisse se semper paruulis, secundum infirmitatem & mensuram eorum, quos docuit, & aliquid relaxasse à perfectionis rigore, nec tenuisse se semper, quod districtio rigida videbatur requirere, sed id potius prætulisse, quod infirmorum vtilitas exigebat. Denique, vt hæc eadem attentius indagemus, & singulatim replicemus insignia apostolicarum virtutum, quæret aliquis, quomodo sanctus apostolus Paulus probeget suam personam per omnia omnibus coaptasse, aut vbi factus est Iudæis quasi Iudæus? Profecto ibi, vbi intimo corde seruauit, quod ad Galatas scripsit. Ecce ego Paulus dico vobis **B** quia si circumcidamini, **C H R I S T V S** nihil vobis proderit. Et vbi in Timothei circumcissione assumptis, quandam Iudæicæ superstitionis imaginem. Et rursus quæretur, vbi factus est eis qui sub lege non erant, quasi sub lege non esset? Certe, vbi Iacobus omnesq; seniores formidabant, ne in eum irrueret multitudo Iudæorum credentium, imo Christianorum Iudæizantium, quæ ita fidem Christi suscepit, vt adhuc seruaret ritum ceremoniarum legalium. Ideo succurrebant periculo Pauli hoc consilio & hac persuasione, dicentes: Vide frater, quorū milia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quod discessionem doceas à Moyses, eorum qui per Gentes sunt Iudæos, dicens non debere eos circumcidere filios suos. Et infra hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt enim in nobis quatuor viri vortum habentes super se, his assumptis, sanctifica te cum illis, & impende cum eis vt radant capita, & scient omnes, quoniam ea quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas ipse legem custodiens. Sicq; apostolus Paulus pro salute illorum, qui sub lege erant, calcans & laxans paulisper districtionem sententiæ suæ, qua dixerat: Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam. Persuasus est caput radere, & secundum legem purificari, ac ritum Mosaiico vota offerre in templo. Quæ res etiam, vbi factus sit quasi sine lege, fuisse pro salute eorum, qui legem Dei penitus ignorabant. Lege quo prædicationis exordio **C** vsus sit in Athenis, vbi idololatria viguit: Præteriens, inquit, vidi simulachra vestra & aram, in qua scriptum erat ignoto Deo. Quumq; de eorum superstitione inceperet sermonem sub occasione illius prophani tituli, intulit fidem **C H R I S T I**, quasi & ipse sine lege fuisset, dicendo: Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Post pauca quoque allegauit verba Gentilis Poetæ magis quam **C H R I S T I** aut Moysi, quasi omnino fuisset ignarus diuinæ legis: Ipsi, inquiens, genus sumus, sicut quidam vestrorum poetarum dixerunt. Quum itaque aggressus eos fuisset ipsorum testimonij, quæ refutari nō poterant, ita ex falsis vera confirmans, adiecit. Genus ergo cū simus dei nō debemus æstimare auro aut argento, aut lapidi sculptoricæ artis diuinitate esse simile. Porro, infirmis infirmus factus est, quum concessit in idipsum redire secundum indulgentiam, & non secundum imperium viuentibus sub matrimonij lege, nec professis castitatem perpetuam, non valentibus adimplere illud perfectionis præceptum: Sine intermissione orate. Item, quum asserit se potasse Corinthios lacte, non esca, sed; testatur apud eos fuisse in infirmitate & timore, tremoreq; multo. Insuper omnibus omnia factus est, vbi ait: Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicat. Et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Alibi quoque: Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Sicq; impleuit quod Corinthijs iusserat, & se fecisse commemorat dicens: Sine offensione estote Iudæis & Græcis & ecclesijs Christi, sicut ego per omnia omnibus placeo, nō quærens quod mihi vtile est, sed quod

multis, ut salui fiant. Nam absq; dubio vtile ei erat non circuncidere Timotheum, non radere caput, nec purificari secundum legem, nec nudipedalia exercere, & vota legalia non offerre. Sed fecit hæc omnia, ut magis confuleret aliorum salutem, non querens vtilitas sibi, sed multis. Quod quamuis effecerit intuitu Dei, non tamen sine mutatione suæ sententiæ. Qui enim per legem CHRISTI mortuus fuerat legi Moysi, ut vis ueret Deo, & iustitiam legis in qua conuersus erat sine quærela fecerat detrimentum, & arbitrabitur ut steretora, ut CHRISTVM lucrificeret. Offerre non potuit ea quæ legis erant, nisi propter infirmorum salutem, quamuis ex Actibus apostolorum insinuatur legalia illa non fuisse rescata aut verita inter euangelicæ prædicationis exordia, propter infirmitatem iudeorum conuersorum ad Christum. Præterea alij scripturarum testimonij edocemur, quod nec debeamus, neque possimus vniuersa implere quæ proponimus corde quieto aut perturbato, quibus legimus tam sanctos viros, quam angelos, imo & Deum frequenter mutasse pro vilitatibus hoim, quæ propulerunt & asseruerunt. Vas namq; electionis Corinthijs scribens, reditum suum absoluta definitione promittit, dicens: Veniam ad vos, cum Macedonia pertransiero, nã Macedonia pertran sibo. Apud vos autem permancabo, aut etiam hyemabo, ut me deducatis quocunq; iero. Nos lo enim vos modo in transitu videre. Spero me aliquantò tempore manere apud vos. Cuius rei meminit quocq; in secunda ad Corinthios scribens epistola, dicens: Et hac confidentia volui prius venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Sed superueniente salubriore consilio, taceretur euidentissime se non implere quod promiserat, dicens: Quum ergo hoc voluissent, nunquid lenitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum caritatem cogito, ut sit apud me, est & non? Interea, cur maluerit non implere quod scripserat se facturum, quam suo aduentu inferre discipulis onerosam tristitiam, etiam cum iuras mento declarat: Ego (inquens) testem in uero Deum in animam meam, quod parcaus vobis, non veni vltia Corinthijs. Statuerim hoc apud me, ut non in tristitia venirem ad vos. Deniq; cum angeli sancti in Sodomia negassent se ingressuros domum Loth, dicentes ad eum: Non intrabimus, sed in platea manebimus, statim induci sunt precibus eius prolatum mutare sermone, sicut scriptura subiungit: Coegit eos, & diuenterunt ad eum. Quod si non uerant se ieros ad eum, credendi sunt primo uenisse petitionem insuitantis, ad insinuandum & apte obandum affectum ac perseverantia hospitalitatis ipsius. Si autem absolute assertionem recusabant primam ipsius inuocationem, certum est eos mutasse sententiam. Hæc quoq; credimus spiritum sanctum idcirco inseruisse voluminibus sacris, quatenus istis erudiamur exemplis, non in hæreticè pertinaciter definitionibus proprijs, sed subijcere eas arbitrio nostro, sicut iudicium nostrum conseruare ab omni vinculo liberum, ut promptum sit sequi quocunq; salubre consilium uocauerit ipsum, nec differat aut recuset transire ad id, quod salutaris discretio inuenit esse salubrius. Insuper, ut ascendamus adhuc ad sublimiora exempla, Isaias propheta esse persona Dei dixit ad Ezechiam in lecto iacentem, & graui egritudine laborantem: Hæc dicit dominus, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues. Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parietem, orans cum lachrymis dominum: Obsecro domine, Memento quæso quos modo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Fleuitq; Ezechias fletu magno. Post quæ rursus locutus est dominus Isaiæ: Reuertere, & dic Ezechia, Hæc dicit dominus deus patris tui: Audiui orationem tuam, & uidi lachrymam tuam. Et ecce, adiciam super dies tuos quindecim annos, & liberabo te de manu regis Assyriorum, & ciuitatem hanc protegam propter me, & propter seruum meum Dauid. Quid euidentius testimonio isto, quo uoluit deus suum cassare sermonem intuitu pietatis, & vitam orantis extendere quindecim annis à termino mortis præfixa magis, quam immobilis & inflexibilis inueniri per irruocabilitatem proprii dicti? Conformerter dixit ad Nimiuas: Adhuc triduum, & Niuiæ subuertetur. Mox penitentis atq; ieiunij Niuiitarum emollita est tam mitax & assertoria sententia, ac prona pietate ad partem misericordie flexa. Quod si quis dubitet, siue non audeat dicere Deum mutasse tam seueram sententiam consideratione penitentia Niuiitarum, conuincitur tamen per id, quod dominus ait per Ezechielem prophetam: Si dixero impio, morte morieris, & non uiues, & egerit penitentiam à peccato suo, feceritq;

Atiq; iustitiam, vita uiuet & non morietur. Quibus exemplis docemur quod non debemus in nostris assertionibus obstinate durare, sed clementi miseratione mollire comminationem necessario factam. Et ne deus crederetur solis Niuiitis id concessisse, ipse per Hieremiam testatur, se idem facturum iugiter cunctis hominibus in simili casu, & promittit se mutaturum suam sententiam incunctanter seu indilate, cum fuerit opportunum iuxta merita nostra. Repente, inquit, loquar aduersos gentem & regnum, ut euellam & destruiam, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à peccato suo, agam & ego penitentiam super malo quod cogitauit ut facerem ei. Et subito loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantem illud. Si fuerit malum in oculis meis, ut nõ audiã uocem meam, agam penitentiam super bono quod locutus sum ut facerem ei: Ad Ezechielem quoque: Noli, ait, subtrahere uerbum, si forte audiant & conuertatur unusquisq; à uia sua mala, & penitebit me mali quod cogitauit facere eis propter malitiam eorum. Quibus testimonij declaratur non oportere pertinaciter in hæreticè definitionibus proprijs, sed quod temperandæ sint ratione atque iudicio. Meliora quocq; semper esse eligenda ac præferenda, & absque mora transcendendum esse ad illam partem quæ fuerit ius dicata utilior.

**D**iuina quoque iustitia hoc ante omnia docet nos quod cum ei præcognitus sit finis uniuersorum ante ortum eorum, nihilominus cuncta dispensat ordine & ratione communi, & quasi affectu ac more humano, ut ipse diuersa diiudicans cõtemnat aut atrahat unumquenque gratiamq; Infundat quotidie. Vel auertat aut subtrahat non secundum omnipotentiam suam, neque secundum præscientia suæ notitiam, sed secundum præsentem hominum actus. Quod Saulis manifestat electio, cuius cum vituperabilem si nem ignorare non posset præscientia dei, tamen elegit eum ex tot milibus Israelitarum, & uixit in regem remunerans in illo meritum uitæ præsentis, non intrens peccati transgressionis sequentis, ita quod postquam Saul superbus effectus est, deus quasi penitens de promotione illius status est: Penitet me quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & uerba mea opere non impleuit. Et iterum ait scriptura: Veruntamen iugebat Samuel Saulem, quoniam peccabat dominum quod constituit eum regem super Israel. Deniq; quod fecit deus in Saule, protestatus est postea per Ezechielem facturum se esse quotidiano iudicio cum uniuersis hominibus, dicens: Si dixerò iusto, quia uita uiuet, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur. In iniquitate sua quam operatus est, morietur. Si autem dixerò impio, morte morietur, & egerit penitentiam à peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiam, & in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, uita uiuet & non morietur. Omnia peccata eius non imputabuntur ei. Denique cum dominus auerisset conspectum misericordie suæ à populo illo quem sibi ex omnibus gētibus adoptauit propter subitam uiculi adorationem, & Moyses legisator pro populo illo oraret, obsecro dicit peccauit populus iste peccatum magnum, aut dimitte eis hanc noxam. Sin autem dele me de libro quem scripsi. Tunc dominus respondit: Si quis peccauerit coram me, delebo eum de libro meo. Vnde & Dauid propheticè spiritu loquens de traditore & persecutoribus Christi, ait: Deleantur de libro uiuentium. Et quoniam quidam illorum non erant penitentiam acturi, subiungit: Et cum iustis non scribantur. Porro maledictio illa prophetica, impleta est in IVDÆA, qui expleto crimine proditoris, suspendio se necauit, & nomine suo deletus, non egerit penitentiam. Ideirco non meruit rursus scribi cum iustis in cælo. Nõ ergo est dubitandum quin nomen Iudæ fuerat scriptum in libro uiuentium, quando à Christo electus, sortitus est gradum apostolatus, & cum cæteris apostolis audiuit à dñõ Nolite gaudere, quia demonia uobis subijciuntur, gaudete autem quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Sed quia auaritia uicio corruptus à cælesti ascriptione deiectus est ad terrenam Hieremias propheta conuenienter dicit de eo & de consimilibus ei: Domine omnes qui derelinquunt confundantur, recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. Et alibi: In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, & in terram Israel non ingredientur.

**N**EC tacenda est utilitas illius præcepti quo causa utriusque rei pensanda est iusticia sanæ ac integre mentis, etiam si instigante ira aut alia quauis passione uinxiemus aut obligauerimus nos aliquo uerbo aut promisso, quod tamèn à nullo monachos

rum fieri debet. Nihilominus in hoc casu res illa quæ statuimus aut proposuimus com<sup>d</sup> paranda est rei ad quam diuertere cogimur aut monemur, & illa res est sine dilatione præcogitanda, quæ superueniente saniore tractatu iustior iudicatur. Rectius enim est, vt nostram mutemus sententiam, quam vt patiamur rei salubrioris iacturam. Denique nunquam recolimus patres rationabiles ac pbatos fuisse irruocabiles in talibus suis definitionibus, sed sicut cera liquescit solis calore, sic ipsi ratione mollii cesserunt & acquiesuerunt melioribus rebus, interueniente salubriore consilio. Porro quoscunque vidimus pertinaciter inhæreere suis definitionibus, inuenimus irrationabiles & veræ discretionis expertes.

**E**рманус: Quantum ad hanc pertinet instructionem quæ euidenter & copiose inducitur, non oportet monachum aliquid definire seu iurare, ne inueniatur præuaricator aut peritax. Sed obuiare videtur illud Psalmistæ: Iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

**I**oseph: Ea quæ diximus de mutatione promissionum, nõ intelleximus de principalibus mandatis, sine quibus salutem consequi non valemus, sed de his quæ relaxare possumus aut tenere sine periculo status nostri, sicut de irremisso rigore ieiunij, de iugibilibus nentia à vino & oleo, de exitu cellæ indefinenter vitando, de incessabili instantia lectio nis, aut meditationis, quæ sine iactura aut damno professionis atque propositi nostri possunt cum placuerit exerceri, & irreprehensibiliter relaxari cum fuerit oportunum. Cæterum constantissime definire debemus super obseruantia principalium mandatorum pro quorum obseruantia non est mors vitanda, cum necesse extiterit. De quibus immobilitate est dicendum iuravi & statui, & cætera. Hoc enim fieri debet pro custodia charitatis, pro qua spernenda sunt vniuersa, ne tranquillitas & perfectio maculentur. Similiter iurandum est pro castimonie puritate, nec aliud facere nos oportet. Sic & pro fide, sobrietate, iustitia est iurandum, quæ omnia inuariabili perseverantia sunt tenenda, & à quibus paululum recessisse, extat damnabile. De illis vero exercitijs corporalibus quæ dicuntur ad modicum esse vtilia, ita est statuendum, vt diximus, vt si qua superuenierit certiori occasio pietatis, quæ illa suadeat relaxari, non teneamur aliqua lege ad ea, sed eis prætermisissis, ad vtiliora libere transcamus. In illis namque corporalibus exercitijs nõ est periculum, si pro tempore relinquatur. Ab his autem quæ sunt necessaria ad salutem, ad momentum declinasse mortiferum est.

**H**oc quoque simili diligentia est seruandum, vt si protuleris verbum aliquod, quod vultis manere occultum, non astringatis audientem aliquo præcepto ad occultandum, magis enim manebit occultum, si negligenter atque simpliciter transeat. Audientis namque non torquetur tanta impugnatione de verbi vestri diuulgatione, vt potest. Fata rem vtilem transitoria confabulatione prolatam, & quæ ex hoc ipso fit leuior, quia commendata non est audientibus cum cautissimo occultandi præcepto. Nam & si audientis fidem exegeris cum aliquo iuramento, nõ dubites verbum illud citius esse prodendum; Maior quippe vis diabolicæ impugnationis contra audientem exurget, vt te constriet siue denudet ac manifestet, & illum quantocius faciat transgressorem suæ promissionis aut iuramenti.

**M**onachus itaque nihil debet abrupte definire de his quæ ad corporales exercitias solummodo pertinet, ne incitet aduersarium ad impugnationem eorum quæ ex obligatione custodit, sicque indicatur ad celeriore violationem eorum. Vnus quisque enim sub libertatis gratia constitutus, proficiens sibi legem obligat semetipsum seruitute perniciose, vt ea quæ potuit licite imo & laudabiliter sumere cum gratiarum actione compellatur velut transgressor percipere cum præuaricatione præcepti, si forte incumbat necessitas. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Hac beatissimi Iosephi institutione atque doctrina tanquam diuino oraculo confirmati in Aegypto manere elegimus. Veruntamen expleto septennio promissionem nostram gratanter impleuimus. Recurrentes namque ad cœnobium nostrum eo tempore quo gerebamus fiduciam de impetrando reditu ad eremum, exhibuimus primo debiti honore senioribus nostris, deinde reintegrauimus charitatē in ipsis, qui præcharitatis ardore nequaquam deliniri creberrimis poterant fatiffactionibus literarum quas

**A** misimus eis. Tandemque, auulso ad plenū aculeo nostræ promissionis, reuerſi sumus, ipsis quoque cum gaudio prosequentibus ad solitudinem Sythi. Hæc illustrium patrum sapientiam ac doctrinam, imperitia nostra descripsit & elucidauit vobis o sancti fratres, vt potuit, quam estis sermo incultus, forsitan confudit potius quam expressit, quæso, ne reprehensibilitas nostræ rusticitatis euacuet laudem virorum insignium. Tutius enim visum est nobis coram iudice nostro magnificentiam huius doctrinæ incultis sermonibus prodere, quam silere, cum & lectoris profectui obesse non possit. Hoc quod offenditur imperitia nostri sermonis, si sensuum & documentorum istorum sublimitate repletur, & non bis maior fit cura vtilitatis legentium, quam propriæ laudis.

FINIS SEPTEM COLLATIONVM PATRVM in Thebaida eremo consistentium.

## D. IOHANNIS CASSIANI

in septem vltimas collationes patrum in vltioris Aegypti partibus habitantium.

Prologus.

**I**nitis decem collationibus quæ vtcunq; descriptæ sunt, iuuante gratia Christi exigentibus beatissimis episcopis Elladio atque Leonthio, septem alias collationes deputavi beato Honorato episcopo, & sancto famulo Christi Eucharido. Nunc quoque credidi totidem dedicandas vobis o sancti fratres Iouiniane, Minerve, Leonachi, & Theodore. Etenim posterior vester, puta Theodorus, fundauit in gallicanis prouincijs illam sanctam atque egregiam disciplinam cœnobiolorum cum districtione antiquarum virtutum. Porro vos cæteri nostris institutionibus prouocatis, monachos aggredi non solum professionem cœnobitalem, verum etiam sicut anachoriticam sublimitatem. Ea namque disputatione ac serie descriptæ sint collationes patrum summorum, & ita in omnibus temperatæ, vt conueniant vtrique professioni, qua florere fecistis maximis fratrum cateruis, non solum regiones occidentales, sed etiam insulas, vt scilicet nõ solum hi qui adhuc in congregatione perdurant cum subiectione laudabili, sed etiam qui recedentes non longe à vestris cœnobijs sectari cupiunt disciplinam anachoritarum plenius instruantur iuxta conditionem & mensuram sui status atque locorum. Quibus præcedens nostri laboris industria istud præcipuum contulit, vt iam parati & in eisdem exercitijs deprehensi ac positi facilius suscipiant præcepta institutaque seniorum, imo & recipientes ipsos collationum actores, cum ipsis collationum libris in cellulas suas & quodammodo colloquætes cum illis interrogationibus, responsionibusque quotidianis nequaquam accedunt proprijs adinventionibus viam hanc arduam, in hac quoque regione fere incognitam, sed capere assuescunt anachoriticæ vitæ disciplinam periculosam etiam illi, vbi habentur & assunt tritissimi colles & innumera præcedentium patrum empla doctrinis & præceptis illorum quos instruxit in omnibus antiqua traditio & experientia longæ industria.

## COLLATIO DECIMA OCTA

ua Abbatis Piamonis.

De tribus generibus monachorum, & quarto nuper exorto.

**P**OST conspectum atque colloquium trium senum, quorum collationes vtcunq; descripsimus, compellente sancto fratre nostro Eucharido, dum maiore seruire desideraremus accedere vltiores partes Aegypti, in quibus erat multitudo sanctorum amplior atque perfectior, peruenimus ad vicum cui nomen Diolchus imminem vni ex septem ostijs Nili fluminis, non tam necessitate itineris, quam desiderio sanctorum ibi degentium nos cogente. Cum enim tantum cupidissimi mercatores audissemus ibi esse plura ac celeberrima cœnobia ab antiquis

patribus instituta, continuo suscepimus navigationē quasi incertę inquisitionis suadē: De te spe lucri maioris, vbi diutissime fluctuantes cum tenderemus oculos curiosos ad illos montes sublimitate virtutum conspicuos intuitus nos ter pie circumspēctans, primo notauit abbatem Piamonem seniore omnium anachoritarum ibi manentium, presbyterumq; eorum tanquam altissimam quandam pyram, qui instar euangelicę ciuitatis constitutus in vertice mōtis excelsi, primo fulsit nostro aspectui, cuius virtutes ac mirabilia quę etiam fecit in nostra pręsentia, diuina gratia testimonium perhibere meritis eius credidimus onmittenda, ne excedamus formā nostri propositi, aut modū voluminis huius. Non enim spondimus nos scripturos de miraculis dei, sed de institutis studijsq; sanctorum quantum recordari valemus, ne pręberemus legentibus admirationem inutilem, & absq; vitiorum emendatione superuacua narrationem. Cum itaq; beatus Piamom summa gratulatione nos suscepisset, humanitateque congrua refecisset, intelligens nos esse de alia regione, primo interrogauit sollicitę vnde & quare intrassemus Aegyptum, audiensq; nos illic venisse à cęnobio Syrię perfectionis, amore ita exorsus est.

**Q** Vicinij dē filij concupiscit adipisci peritiā alicuius artis, frustra ac vanis affectibus cupit assimilari peritis in arte, nisi omni cura ac vigilantia mancipauerit se studijs disciplinę suę scientię quam affectat, & nisi seruauerit pręcepta ac instituta perfectissimorum in illa scientia, non despiciens sequi curam industriamque illorum. Nouissimus enim q̄sdam de vestris regionibus ideo ad hęc loca venisse & perambulasse monasteria fratrum, tantummodo gratia cognoscendę, non vt imitando suscipere ac tenerent has regulas & institutiones propter quas sciendas huc aduenerunt, ac redeuntes ac cellulas conarentur operibus exequi quę didicerunt visu aut aliorum instructione, qui mores suos pristinos ac studia solita retinentes, æstimati sunt mutasse & perambulasse prouincias, non causa sui profectus, sed vt eis exprobrari ab aliquibus solet, necessitate egestatis vitandę, quia non solum nil profecerunt, sed nec diutius comorari poterunt in partibus istis pręobinatione animi pertinacis. Cum enim nō mutassent morem ieiuniorum, nec ordinem numerumq; psalmodiarum, nec vestes, quid aliud crederentur in hac regione sectari, nisi compendia victus sui?

**Q** Vamobrem si causa dei traxit vos ad æmulationem seu amorem nostrę cognitiōis, vt credimus, summa humilitate sectamini quęcunque videritis seniores vestros agere aut docere abdicati omnibus institutis, quibus in vestro cęnobio estis imbuti à conuersionis vestrę exordio. Neq; vos moueat aut ab imitatione auertat, si nō innotescat vobis ad pręsens causa aut ratio alicuius verbī aut facti illorum, quia scientia omnium horum per expetentiā operis subsequetur eos, qui de omnibus sentiunt bene, magisq; student fideliter imitari, quā discutere vniuersa quę viderint à senioribus dici aut fieri. Ceterum nunquam intrabit aut obtinebit rationem aut scientiam veritatis, quicunque à discussione cęperit erudiri, qm̄ inimicus videns eum magis cōfidere iudicio suo quā patrum, facilliter eum pręcipitabit ad hoc, vt etiam eam quę vtilissima ac saluberrima extant, reputet superflua & nociua, sicq; callidus hostis illudet pręsumptioni ipsius, vt pertinaciter inhærendo definitionibus suis, persuadeat sibi hoc tantummodo sanctum esse quod ipse iudicauerit obstinationis suę errore esse ratum ac iustum.

**H**inc primō debetis agnoscere qualiter & vnde ordo atq; exordium nostrę professionis inceperint. Tunc enim quis poterit efficacius assequi disciplinam artis desideratę, & ad exercēdam eandem excitari ardentius, cum agnouerit dignitatem actorum, ac fundatorum ipsius. Itaque tria sunt in Agypto genera monachorum, quorum duo sunt optima, tertium vero tepidum & omnino vitādum. Primum est cęnobitarum, qui scilicet in congregatione pariter conuersantes gubernantur iudicio vnius superioris. Cuius generis est maximus numerus monachorum, qui per vniuersam morantur Aegyptū. Secundum anachoritarum, qui primō in cęnobijs instituti & exercitati, iamq; in actiua conuersatione perfecti, eligunt solitudinis abdita & secreta. Cuius professionis nos quoq; optamus esse participes. Tertium est, reprehensibile genus Sarabaitarū, de quibus per ordinem sigillatim dicemus. Itaq; fundatores harum trium professionum debetis primō cognoscere, quia ex hoc poterit vobis oriri odium professionis vitandę, ac desiderium pro-

**A** um professionis sequendę, quia necesse est vnāquamq; viam trahere suum sectatorem ad illum finem, ad quem actor & inuentor ipsius peruenit.

**C**ęnobitarum ergo disciplina aut institutio sumpsit exordium à tempore prędicationis apostolorum. Nam talis fuit omnis illa multitudo credentium in Hierosolymis, quę in Actibus apostolorum ita describitur: Multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna, nec quisquam eorum quę possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. Possessiones & substantias vendebant distribuentes eas oībus prout cuiq; opus erat. Et iterum: Nec enim quisquam egens erat inter illos. Quotq; enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes afferebant precia eorum quę vendebant, & ponebāt ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuiusque opus erat. Talis, inquam, erat tunc omnis ecclesia, quales nunc per paucos in cęnobijs inueniri difficile est. Sed cum post discessum apostolorum tepescere cępisset multitudo credentium, illa pręsertim quę ex gentilitate ad fidem Christi confluxit, à quibus apostoli nil amplius exigebant propter rudimenta fidei, & inueteratam cōsuetudinem gentilitatis ipsorum, nisi vt abstinere ab immolatijs idolorum & fornicatione & suffocato & sanguine, atq; libertas hæc gentibus indulta propter infirmitatem credulitatis eorum, cępisset paulatim cōraminare perfectionem ecclesię, quę Hierosolymis erat, & crescente quotidie numero credentium tam gentilium quā iudeorum, serior fidei primę illius frigeferet, à prima illa distractione laxati sunt, non solum hi qui ad fidem Christi confluxerant, sed & principes ecclesiarum. Quidam quoq; existimantes sibi licere quod gentilibus conuersis videbant concessum, propter infirmitatem earum, crediderunt nihil detrimenti se perpeti, si fidem confessionemq; Christi sequerentur reninendo facultates atq; substantias suas. Porro hi in quibus mansit adhuc apostolicus serior, me mores illius primę perfectionis, recedentes à ciuitatibus suis confortijsq; illorum, qui vt tam illam remissiolem credebant sibi & ecclesię licitam, cęperunt commanere in suburbanis & secretioribus locis, & priuatim peculiariter exercere ea quę meminerant ab apostolis generaliter instituta per vniuersum corpus ecclesię, sicq; coaluit & excreuit disciplina & obseruantia ista discipulorum qui sequestrabant se à cōtagione pręfata, quoniam tempore procedente segregati paulatim à credentium turbis nomen sortiti sunt à distractione singularis ac solitarię vitę, pro eo quod à coniugijs abstinabant, sicq; abstracte habebant à parentum consortio & conuersatione mundi istius. Vnde cōsequens fuit, vt ex cōmunionē consortij vocarentur cęnobitę, eorumq; cellę ac diuersoria vocarentur cęnobia. Et istud genus monachorum antiquissimum fuit, & solum quod extitit primum non tempore solum, sed etiam gratia quod per multos annos durauit solum vsq; cętatem abbatis Pauli siue Anthonij. Cuius etiā antiquissimi generis vestigia cernimus vsq; nunc residere in districtis cęnobijs.

**D**e hoc numero perfectorum, & (vt ita dixerim) de radice fecundissima hac sanctorum, prodierunt post hæc flores & fructus anachoritarū. Cuius professionis principes nouimus extitisse sanctum Paulum siue Anthonium, qui sectati sunt secreta solitudinis desiderio sublimis profectus ac cōtemplationis diuinę, non ex pusillanimitate aut impatientię morbo vt quidam, quāuis Paulus ille dicatur eremum penetrasse quadam necessitate deuitans insidias suorum affiniū tempore persecutionis. Sic ergo ex perfectione & disciplina cęnobitarū processit aliud genus perfectionis, cuius professores aut sectatores rite vocati sunt anachoritę. i. secessores, eo qd nequaquam contenti victoria hac qua calcauerunt inter hoīes occultas insidias inimici penetrare nō metuunt vastissima eremi loca, cupientes cū dæmonibus cōgredi apto certamine & manifesto cōflictu ad imitationē lohānis Baptistę, q̄ tota cętate sua p̄mansit in eremo, & Helię, & Helię, iteq; illorū de quibus Apostolus: Circuierūt, inquit, in melotis, in pellibus caprinis, egētes angustiat, afflicti, quibus dignus nō erat mūdus. In solitudinibus errātes, in montibus & in spelęis, & in cauernis terrę, de quibus dñs singulariter ait ad lob: Quis dimisit onagrū liberrū, & vincula eius qs soluit. Posui habitaculū eius desertū & tabernaculū eius saluginē. Iridet multitudinē ciuitatis & querelā exactoris nō audit. Cōsiderauit montes pascuę suę, & post omne viride q̄rit. Hinc fert in psal. Dicant nunc qui redēpti sunt à dño, quos redemit de manu inimici. Et post pauca: Errauerūt in solitudine in iniquo, viā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. Esuriētes & sitiētes, anima eorum in ipsis deficit. Et clamant



uerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Quos etiam Hieremias ita describit: Beatus qui tulit iugum domini ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Qui cum Psalmista concinuit opere & affectu: Similis factus sum pellicano solitudinis. Vigilauit & factus sum sicut passer solitarius, &c.

**C**umq; religio Christiana gauderet his duabus professionibus monachorum, cepit & ordo iste in deterius cadere, emerfitq; illud terrentium & infidele genus monachorum, vel potius noxia illa plantatio rediuiua conreuit, quæ in exordio ecclesiæ pululans per Ananiam & Saphiram succisa est rigore beatissimi Petri apostoli, quæ inter monachos iudicata est detestabilis & execranda, nec ab aliquo usurpata ulterius, quam diu illa districta sancti Petri sententia mansit in memorijs hominum fixa, qua gloriosus apostolus passus non est principes noui facinoris curari poenitentia satisfactione uel aliis, sed pernitiosissimum crimē celeri morte succidit. Porro punitione illa terribili paulatim subtracta per incuriam & longam temporis moram à quorundam memoria erupit, & cepit terrentium genus Sarabaitarum, qui proprietate Aegyptiæ linguæ vocati sunt Sarabaitæ, quia sequestrarunt seipfos à congregationibus cœnobiorum, & singillatim curam sui egerunt, procedentes ex numero illorum qui maluerunt euangelicam perfectionem fictē ostendere quam uere arripere, prouocati emulatione laudibuscq; illorū, qui paupertatem Christi perfectam præferunt inuicē mundi diuitijs. Hi ergo dum cupiunt rem uirtutis animo imbecilli vel necessitate compulsi ad professionem istam uenerunt, qui dum festinant monachi reputari ac dici, absq; operum imitatione non aggregiuntur disciplinam cœnobiorum, nec seniorum subduntur arbitrio, nec eorum traditionibus instituti, discunt frangere proprias uoluntates, neq; legitima eruditione suis regulam ullam sanæ discretionis, sed solum renunciantes ad facies hominum refidēt in domicilijs suis sub priuilegio monasticæ appellationis, obstricti occupationibus, pristinis aut cōstruētis sibi cellulas, q̄s monasteria uocāt, demorāt in eis proprio iure ac libertate, nequaquam obediētes euangelicis iussionibus, ut scilicet non occupentur uel a sollicitudine uictus quotidiani, aut curis rei familiaris. Quod illi duntaxat fideliter implent absq; omni dubitatione incredula, qui à cunctis mundi facultatibus absoluti ita se subdunt cœnobiorum præpositis, ut non fateantur se dominos suis ipsorum. Illi autem qui uitant distinctionem cœnobij, commorantur in cellula bini aut trini, non uolētes gubernari cura imperioq; abbatis, sed hoc præcipue procurantes, ut absoluti à iugo seniorum, habeant libertatem exercendi proprias uoluptates ac procedendi ac euagandi ad libitum, magis quoq; laborant die ac nocte quam cœnobitæ, sed non ea fide qua illi, neq; eodem proposito. Isti enim sequestrati ita laborant, non ut fructum ac precium operum suorū subiiciant dispensatoris arbitrio, sed ut acquirant pecunias q̄s recondant. Inter q̄s quantum desit aduertite. Cœnobitæ nanq; nihil de crastino cogitantes, offerūt deo gratissimos fructus sui sudoris, isti uero infidelem sollicitudinem extendentes, non solum in crastinū, imo etiā in plurimos annos credūt deū aut inopē aut mendacē, quasi nō possit, aut non uelit eis præbere promissam sufficientiam quotidiani uictus atq; uestitus. Cœnobitæ hoc querunt affectu, ut paupertatem & nuditatem omnium rerum possideant. Isti ut consequantur affluentiam omnium copiarum. Illi certatim laborant præfixam mensuram in diurnis operibus exhibere, ut quicquid supserit sanctis uisibus monasterij dispenseretur, iuxta abbatis arbitrium in carceratis, aut hospitalibus, aut cæteris indigentibus. Isti, ut quicquid superfluerit gulæ quotidianæ deseruiat uoluptati maiori aut uitio auaritiæ reponatur. Postremo, ut concedamus quod isti possint melius q̄ diximus distribuere ea quæ congregant non optimo studio, non tamen aspirant neq; pertingunt sic ad meritum uirtutis cœnobitarum, quoniam illi in conferendis cœnobij redditus tantos & renunciando eiusdem quotidie in tanta subiectione, humilitateq; uiuunt, quod sicut priuatur potestate suis ipsius, ita & eorum quæ suo labore acquirunt, innouātes iugiter primæ abrenunciacionis feruorem, dum quotidie nudant seipfos fructibus sui laboris. Isti aut per hoc quod aliquid largiuntur pauperibus, elati labuntur in præceptis quotidie. Deniq; patientia atq; districtio qua illi tam deuote perdurant in professione sua quam semel arripuerunt, ut nunquam proprias faciant uoluntates, facit eos huic mundo quotidie crucifixos, uiuosq; martyres. Hos tepor sui arbitrij uiuos demergit in tartarum.

ergo

**A** ergo duo genera monachorum, quasi eiusdem sunt numeri in ista prouincia. Cæteri per alias prouincias, quas pro causa catholice fidei compulsus sum pertransire, cognouimus abundare, & quasi solum esse istud tertium genus Sarabaitarum. Temporibus quippe Lucij, qui fuit episcopus Arrianae perfidiae sub Valentis imperio, dum portare mus Dyaconiā seu elemosinā fratribus nostris, qui de Aegypto & Thebaida fuerant relegati ad opera metalli, in Ponto atq; Armenia, propter catholice fidei constantiam. Vidimus rarissimam cœnobiorum obseruantiam in aliquibus urbibus, nullum autem Anachoritam uidimus ibi, imo nec nomen Anachoritarum fuit apud illos auditum. Est insuper quartum genus monachorum, quod nuper uidimus ortum, puta, eorum qui sibi blandiuntur de Anachoritæ specie atq; imagine, qui in exordio suæ cōuersionis aggrediuntur disciplinam cœnobij breui quodam seruire, sed continuo tepescunt. Dum rescare cōtemnunt pristinos mores ac uitia, neq; dignantur diu sustinere humilitatis ac patientiæ iugum, & seniorū imperio subdi, pergunt ad cellulas separatas, & solitarie federe desiderant, quatenus à nemine molestanti, ualeant ab hominibus æstimari mansueti, patientes ac humiles. Quæ institutio, imo ignauia siue tepiditas nunquam permittit ad perfectionem uenire eos, quos semel infecerit. Nempe hoc modo uitia eorum non solum absconduntur, imo in deterius conualescunt, dum à nemine prouocati, lethale uirus intra se gerunt, quod quanto plus occultatur, tanto profundius serpit, insanabilemq; languore generat ærotanti. Nam propter reuerentiā solitariæ mansionis nullus iam audeat arguere uitia solitarij talis, quæ & ipse maluit ignorari, q̄ curari. ¶ H. ¶ Ermanus, est ne aliqua differētia inter cœnobium & monasterium, an eadem res utroq; nomine designatur?

**P** Yamon, licet vnum istorum frequenter accipiatur pro alio, tamen hoc interest quod monasterium est nomen diuersorij, amplius nihil significans, quam locum seu habitaculum monachorum. Cœnobium uero etiam designat qualitatem & disciplinam professionis ipsius. Monasterium quoq; dici potest habitaculum monachi unius, cœnobium autē dici non potest, nisi ubi plures cohabitāt monachali cōmunionē uniti. ¶ K. ¶ Quoniam itaq; uideo uos arripuisse principia professionis huius, quæ est optimi generis monachorum, i. de laudabili exercitatione & pugna cœnobiorum tendere ad præclara fastigia Anachoritæ disciplinæ, sectamini nunc uero cordis affectu, humilitatem & patientiam, quas non dubito uos in cœnobio didicisse, non fingentes eas falsa significatione uerborum, nec affectata atq; superflua inclinatione in quibusdam officijs corporis. Quod humilitatis figmentum abbas Serapion quondam eleganter irrisit. Cum enim quidam uenisset ad eum, ostēdens uerbis ac habitu summam suipsius abiectionem, & senex eum hortaretur, ut more solito orationē offerret, ille nequam annuens, deprecanti asserens se inuolutum tot uitijs, quod indignus esse aere respirare, refugiens quoq; usum parui sedilis, sedit in terra. Cumq; multo minus annue repedes suos lauari, facta refectione & consuetudine collationis exigente, cepit etiam abbas Serapion benigne, leniterq; monere, ne ociosus & uagus, præsertim adhuc iuuenis adhuc robustus per uniuersa discurreret, instabili leuitate, sed potius residēs in cella sua secundum seniorum statuta, sustentaret se proprio opere, magis quam aliena liberalitate. In quod ne Apostolus Paulus incideret, maluit proprijs manibus operari diebus ac noctibus, ut quotidianum uictum præberet ex suo labore sibi ipsi ac his, qui ei ministrantes operari non ualebant manibus, cum tamen sustentatio ista merito deberetur Paulo in prædicatione Euangelij laborante. Ad hæc frater ille repletus est tanta tristitia ac dolore, quod uultu dissimulare non potuit amaritudinem mente conceptam. Cui locutus est senex: Hactenus o fili, dixisti te omni pondere uitorum non metuens incurrere notam suspicionis accusatione tam atrocium peccatorum. Quid quæso nunc est, quod uideo te tanta indignatione commotum ad simplicem admonitiunculam nostram, nullum in se obprobrium cōtinentem, imo habentem in se affectum dilectionis, & ædificationis, q̄ indignationem tuam non potuisti celare serenitate uultus, frontisq; tuæ? An te humiliādo expectasti fortasse audire à nobis q̄d ait scriptura: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Hinc illa est uera humilitas reputanda quæ descendit non de affectata humiliatione corporis ac uerborum, sed de intima cordis affectione, quæ tunc fulgebit euidentissimis signis patientiæ suæ non cum quis seipsum accusauerit

Vu atq;



atq; deiecerit, sed dum æquanimiter tulerit crimina sibi ab alijs irroganter imposita, & D  
irrogatas iniurias tolerauit, mansueta & imperturbata cordis tranquillitate. ¶

**C**Er manus, optamus cognoscere qualiter ista tranquillitas possit acquiri aut retine-  
ri, vt sicut claudimus os, & libertatem loquedi arcemus nobis iniuncto silentio, ita  
etiam custodire possimus lenitatem, tranquillitatemq; cordis. Nam cor interdum  
amittit statum mansuetudinis suæ intrinsecus etiam dum lingua frenatur. Iccirco putamus  
nō aliter posse quempiam seruare mansuetudinem inconcussam, nisi remotione cel-  
le, & solitario loco. ¶

**P**Yamon, paciētia vera atq; trāquillitas, nec acquiruntur, nec retinētur sine profunda  
cordis humilitate, quæ trāquillitas si de fonte humilitatis processerit, nō egebit sub-  
dio cellæ, neq; refugio solitariæ māsionis. Non em̄ querit extrinsecus patrocinium rei cuius-  
quam illa trāquillitas, quæ fulcitur intrinsecus virtute humilitatis suæ matris atq; custo-  
dis. Cetero, si ab aliquo iniuriati turbemur & irascamur, certum, qd non sint in nobis fun-  
damenta humilitatis firmiter stabilita, propter qd ædificium cordis nostri cōstruitur rui-  
nosa cōmōtione ad incursum & tactū exiguæ tēpestatis. Deniq; paciētia non esset lauda-  
bilis neq; mirāda, si tranquillitate conseruet nō impetita vllis iaculis æmulorū, sed in hoc  
sit præclara & gloriosa qd immobilis perseuerat irruētibus in eam tēntationū procellis.  
In quo em̄ putatur vexari & frāgi aduersitate, in eo potius roboratur, & in quo estimatur  
obitundi, in illo magis acuitur. Paciētia namq; a patiēdo nomen accepit, Ideo cōstat nemi-  
nem posse patientē vocari, nisi eum, qd absq; indignatione pertulerit vniuersa sibi illata.  
Iccirco paciētia non immerito ita laudat à Salomone: Melior est patiēs viro forti, & qui  
cōtinet iram, capientis vr̄bem. Longanimis vir nimius seu valde magnus est in prudētia.  
Pusillanimis autē valde insipiens est. Cum ergo quis victus iracundia, inflāmur in acun-  
diæ igne, acerbitas illatæ iniuriæ nō est credenda fuisse causa iræ exortæ, sed potius mani-  
festatio infirmitatis occultæ, iuxta parabolā saluatoris quam introducit de duabus do-  
mibus, quæ vna fuit fundata supra petrā, alia supra arenā, quibus aseruit turbines plu-  
uiarū ac fluminum & tēpestatum, equaliter irruisse, sed eam quæ erat supra petrā fundata,  
nō sensisse aliqd detrimēti ex tam violenta impulsione, illāq; statim ruisse quæ erat fun-  
data in pēdula mobilitate arenæ, quam corruisse apparet, nō quia pulsata est inundatio-  
ne torrentiū, sed quia imprudēter fuit cōstructa super arenam. Iustus quippe nō differt à  
peccatore per hoc qd non tētatur, sicut & ille, sed qd ex magna etiā tēntatione nō vincit.  
Peccator vero tēntatione etiā modica superatur. Neq; em̄, vt diximus, laudabilis esset for-  
titudō viri iusti, si vinceret intētatus, cum absq; aduersitate certaminū, victoriā locum nō  
queat habere. Beatus em̄ vir qui suffert tēntationem, qm̄ cum probatus fuerit, accipiet cor-  
ronam vitæ, &c. Teste quoq; Paulo apostolo, virtus nō in ocio aut delicijs, sed in infirmi-  
tate perficitur. Vnde dñs ait ad Hieremiā: Ecce dedi te hodie in ciuitatem munitam & in  
columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram regibus Iuda & principi-  
bus eius, & sacerdotibus eius, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te, & nō præ-  
ualebunt, quia ego tecum sum, vt eruam te, ait dominus omnipotens. ¶

**V**Olo vobis proponere saltē duo paciētiæ huius. Vnum cuiusdā religiosæ matronæ,  
quæ sectata est virtutē patientiæ, tanta auiditate, vt nō solum non vitaret incursum  
tēntationū, sed etiam procuraret sibi occasiones molestiarū, quibus frequētissime impu-  
gnata nō cederet. Hæc itaq; cum in Alexandria habitaret, & nobilis esset, ac deo religiose  
seruiret, in domo sibi à suis parētibus derelicta, accessit beatæ memoriæ Athanasium epi-  
scopum, deprecās eum, vt daret sibi aliquam viduam sustentandā, quæ ecclesiasticis sum-  
ptibus sustentabatur. Et vt exprimamus petitionem illius matronæ proprijs verbis eius  
Da, inquit, mihi aliquam de sororibus quam repaufem. Porro, episcopus cum laudasset  
propositū scemina, eo qd vidit eam ad opus pietatis promptissimā, iussit ex omnibus eli-  
gi viduam ceteris præeminētē morē honestate, grauitate ac disciplina, ne forte illa ma-  
trona desideret a suo pio proposito ex peruersitate sororis cui fuerat seruitura, ne etiā ex  
peruersis moribus eius incurreret damnū gratiæ, in cuius obsequio intendebat suæ an-  
imæ lucrū. Cumq; ita deseruiret viduæ illi honeste, in proprio domo cum diligentia ma-  
gna, & modestiam, mansuetudinēq; illius experiretur quotidie, omni etiam hora ho-  
noraretur ac benediceretur ab illa, pro seruitute & sustentatione exhibita, post paucos  
dies ad episcopū rediens, dixit: Rogauī vt præciperes mihi dari vnā quam ego reficerē  
& cui

**A** & cui morigeris obsequijs ministrarem. Cumq; antistes nondum intelligens propositū,  
desideriumq; matronæ, putasset petitionē eius neglectam, ex dissimulatione propositū.  
Causam quoq; dilationis illius inquirens, nō absq; cōmōtione animi sui, cum agnovisset  
honestiorē viduam fuisse datā illi matronæ, præcepit occulte vt traderet ei vnā, alias  
oēs excedens in nequitia, ira, rixis, violētia, verbositate & vanitate, quæ dominari scem-  
nis solent. Cumq; illam maleuolā multo facilius inuentā accepisset in domo, seruiuit ei  
tam diligenter aut etiā studiofius, qd priori, atq; pro tantis obsequijs nil aliud recipiebat  
ab ea, nisi assiduas iniurias, exprobratiōes, cōiucia. Nam pessima illa obicit matronæ se  
tam piissime resouenti, cum increpatione & maledictione frequentē. Poposcisti me, in-  
quiens, ab episcopo, non ad meum refrigerium, sed magis ad cruciatū, & transulisti me  
de requie ad laborē, potius qd contra. Cumq; assiduitas iurgiorū eo vsque prorumperet  
vt procax & ingrata mulier illa etiā manus violentas seruienti iniiceret, vt bona illa ma-  
trona geminaret humilioris seruitutis officia, nec illa à prauitatibus suis cessaret, labo-  
rauit ac studuit illa bona superare furētē, non resistendo, sed se amplius humiliādo, vt  
mansuetudine humanitatis insaniā deliniret iurgantis, quibus exercitijs plenarie confir-  
mata, patientiamq; perfectam adeptā, perrexit ad præselem memoratum relatura gra-  
tes eidem, tam pro iudicio electionis illius, qd pro beneficio exercitatis nis suæ, eo qd iux-  
ta desiderium suum prouidisset, ei tandem magistrā patientiæ efficacissimā, cuius  
iniurijs roborata quotidie, tanq; oleo quodam palestræ perueniret ad patientiam sum-  
mam. Vnde dixit antistiti: Tandem dedisti mihi in qua repaufarem. Nam prior illa res-  
pauit & refrigerauit me potius suis obsequijs. Hæc de sexu muliebri dixisse sufficiat,  
quatenus nō solum ædificemur ista narratione, sed etiam cōfundamur de impatientia  
nostra, qui patientiam seruare nō possumus, nisi instar ferarū retundamur in caueas cel-  
lularum. ¶

**N**unc aliud referamus exemplum abbatis Pafnutij, qui tanto affectū, studioq; sem-  
per resedit in secretis illius insignis & vbiq; prædicabilis solitudinis Sythi, in qua  
nunc presbyter est, vt ceteri Anachoritæ imposuerint ei Bubali cognomen, eo qd so-  
litudine semper gauderet desiderio quodam ingenito, vt sic loquar. Qui cum in pueritia  
sua tantæ esset virtutis & gratiæ, vt etiam præclari ac summi viri mirarētur grauitatem  
atq; immobilem constantiā eius, ex æquarentq; eum senioribus meritis suarū virtutum,  
quibus minor esset ætate, & eum sub ordini cōmemorandum censerent. Liuor, qui si atera  
na corda instigauit cōtra Ioseph patriarcham, succendit fratrem quemdam igne zeli vora-  
cis, qui cupiens neuo quodā à macula deformare pulchritudinē sancti Pafnutij, excogi-  
tauit hoc malignitatis venenum. Nam sumpta tēporis opportunitate, quādo Pafnuti-  
us ad ecclesiā iuit die dominico, irruit furtim in cellam ipsius, & librū suum abscondit la-  
tenter inter plectas, quas solebat Pafnutius de folijs palmarū contexere. Quo facto fra-  
ter ille securus de dolo, festinauit ad ecclesiā, quasi conscientiam habēs puram ac simpli-  
cem. Cōpleto itaq; diuino officio, cōquestus est sancto Isidoro corā fratribus vniuersis  
librum suum sibi esse de cella subtractū. Quæ querimonia cum turbasset animos oim,  
præsertim Isidori, qui fuit presbyter illius deserti ante Pafnutiū, nec haberet quid primo  
suspiceretur aut iudicaret, vt pote summa admiratione percussus de nouitate peccati tam  
inauditi. Tūc frater ille nequissimus requirebat, vt omnibus in ecclesia remanētibus, ali-  
qui mitteretur ad scrutandū sigillatim cellulas fratrum. Quod cum Isidorus senioribus  
iniunxisset, illi cellulas oim reuoluentes inuenerunt librū in cella Pafnutij inter plectas,  
vbi insidiator eum abscondiderat. Itaq; redeūtes codicem corā omnibus ostenderunt. Paf-  
nutius autem quibus de puritate cōscientiæ suæ esset securus, exposuit tamen se totum ad  
satisfaciēdum, quasi furti existeret reus, & locū pœnitentię suppliciter postulauit. In hoc  
ipso prouidens verendum ac modestiæ suæ, ne si conaretur se excusare de furto, arguer-  
etur mendacijs, nemine aliud suspicante, qd erat inuentum. Cumq; de ecclesia protinus  
abcessisset nō tam mente deiectus, qd in deo confidens, ipsum cum lachrymis inuocauit,  
& triplicans sibi ieiunium, prostrauit se summa humilitate etiam coram hominibus.  
Sed cum ita se subdidisset cum ingenti contritione carnis ac spiritus, vt die sabbati aut  
dominico veniret ad ecclesiā mane non ad suscipiendam sacram communionem, sed  
ad veniam humiliter postulādā, atq; ad prosternendū se in limine ecclesiæ. Deus oim  
ocultorū cognitor, nequaquā passus est eum à seipso diutius ita affligi, neq; ab alijs diffi-  
ci & cui

uari. Nempē, qđ sceleris illius inuentor fuit improbus rei proprię, alienęq; laudis calli-  
 dus infamator cōmiserat, nullo hoīm cognoscente, publicauit loquēte per ipsum diabo-  
 lo, qui criminis illius fuerat instigator. Arreptus nanq; à demone durissimo, patefecit cō-  
 ctas insidias factiois occultę, sicq; idem fuit proditor & suggestor criminationum illa-  
 rum. Deniq; tam diu ac grauiter vexatus est frater ille iniquus à spiritu malo, qđ emunda-  
 ri nō potuit orationibus sanctoꝝ ibi pręsentium, qui meritis diuinoꝝ charismatum im-  
 perabant demonijs. Imo nec singularis virtus ac gratia Isidori presbyteri i extrusit à fra-  
 tre illo crudelissimum vexatorem diabolum, cum tamen tanta fuisset virtus à deo colla-  
 ta Isidoro, vt nunq; quisq; obsessus perductus sit ad limina eius, quin velocitus sanaretur,  
 referuante Christo hanc gloriā adolescenti Pafnutio, vt insidiator eius non purgaretur,  
 nisi oratione ipsius, & cuius laudi inuidus inimicus crediderat se posse aliquid demere,  
 eius nomen proclamans acciperet veniam sui delicti & sinem pręsentis supplicij. Itaque  
 Pafnutius in adolescentia sua pręmonstrans tanta indicia probitatis futurę, designauit  
 in puerilibus annis, lineas quasdam perfectionis illius, quę erat in eo augenda ætate ma-  
 iora. Talia ergo fundamenta virtutum ab exordio collocemus in nobis, si cupimus per-  
 uenire ad culmen perfectionis virtutum ipsius.

**D**plex causa me instigauit ad narrationem facti istius. Primo, vt considerātes im-  
 mobilitatem atq; constantiam istam Pafnutij, sumamus affectū tranquillitatis &  
 paciētie tanto maiorē quanto minoribus insidijs impugnāmur, qđ ille. Deinde vt sumiter  
 teneamus nos nō posse tutos esse à tentationū procellis, impugnationibusq; diaboli, si cō-  
 stituamus omne subsidiū paciētie nostrę & omnē fiduciam eius, nō in viribus hoīs no-  
 stri interioris, sed in cellę reclusionē aut solitudinis remotione, vel sanctoꝝ consortio,  
 seu in pręsidio alicuius rei extra nos existētis. Etenim, nisi ille firmauerit mentē nostrā  
 virtute suę proteccionis, qui in Euāgelio ait: Regnum dei intra vos est, si usra credimus  
 nos posse excludere insidias hostis aerei munitione tectoꝝ, aut vincere eas posse auxilio  
 cohabitantium hoīm aut declinare localibus spacijs. Cum nanq; hæc oīa non deessent  
 sancto Pafnutio nō ideo non potuit tentator cōtra eum inuenire tentationis accessum,  
 nec spiritum illum nequissimum repulerunt septa parietum, aut tot merita sanctoꝝ in  
 solitudine illa degentium, aut eremi solitudo. Verę, quoniam sanctus minister dei Pafnu-  
 tius fixerat spem cordis sui, nō in ijs quę extrinsecus, sed in deo occultoꝝ omnium iudic-  
 ce, cōmoueri non potuit machinis tantę impugnationis. Frater quoq; quem inuidia prę-  
 cipitavit ad facinus tantum, nonne habebat adiutorium solitudinis munimen habitacu-  
 li remotioris, consortiumq; beati Isidori, vt alioꝝ sanctoꝝ? Et tamen quia diabolica im-  
 pugnatō repperit eum super arenam fundatam, non solum impedit, sed & subuertit ha-  
 bitaculum eius. Nō ergo quęramus quietem nostrā extrinsecus, nec credamus pacien-  
 tiam alioꝝ posse opulari vitij paciētie nostrę. Sicut enim regnum dei intra nos est,  
 ita inimici hominis domestici eius. Nemo em̄ plus mihi aduersatur, quā sensus meus,  
 qui est mihi veraciter intimus atq; domesticus. Ideo, si solliciti fuerimus, nequa qđ lædi pos-  
 terimus ab hostibus intestinis. Vbi enim domestici nostri nobis nō aduersantur, ibi re-  
 gnum dei cum mentis tranquillitate acquiritur. Nam si rationem diligenter aduerto, læ-  
 di nō potero ab homine quis malignante, si ego cōtra meipsum nō dimico corde impas-  
 cato, atq; inordinato. Porro si lædor & vincor, non est impugnationis alienę, sed impas-  
 ciētie proprię, quemadmodū grauis ac solidus cibus est utilis sano, ita nociuus est ægro.  
 Non autem lædere potest fumentem, nisi infirmitas eius addiderit cibo vires nocendi.  
 Si igitur similis aliqua tentatio orta fuerit inter fratres, nō tamen per amissionem pro-  
 prię tranquillitatis, referemus aditum blasphemis obrectationibus secularium homi-  
 num. Nec miremur peruersos & execrabiles quosdam latitare & viuere inter sanctos,  
 quia dum conculcamur & conterimur in arca seculi huius, necesse est paleas igni perpe-  
 tuo deputandas inter electissima misceri frumenta. Deniq; si recordermur satanam inter  
 angelos affuisse, & Iudam inter apostolos ac Nicolaum prauissimę hæresis inuentorem  
 inter primos diaconos, mirum esse non poterit, quod nequissimi homines inueniuntur  
 admixti viris electis & sanctis. Nam quāuis aliqui dicāt præfatam Nicolaum nō fuisse  
 se, qui ad opus ministerij à discipulis est electus, negare tamen nequeunt eum de numero  
 discipulorum fuisse, quos omnes certum est fuisse tam perfectos in tempore illo, vt nunc  
 per pauci eis similes in cenobijs inueniantur. Proponamus igitur nobis exempla beati  
 Pafnu-

**A** Pafnutij, non ruinam fratris prædicti, qui lapsus est in eremo illa tam lugubri lapsu, nec  
 illam eius tam horribilem maculam, quam tamen deleuit postea lachrymis penitentię  
 cōpiosis. Nec destruemur scandalizati ruina illius, cuius antiquam inuidiam auxit in  
 peius affectata religio, sed tota virtute sectemur humilitatem Pafnutij, quam quies ere-  
 mi non dedit ei repente, sed humilitatē eius inter homines acquisitam solitudo consum-  
 mauit atque excoluit.

**S**ciendum quoq; qđ inuidia difficilior curetur, qđ alia vitia. Quem em̄ semel corrup-  
 sit peste sui veneni, quasi, vt sic loquar, caret remedio. Ipsa nanq; est pestis de qua dis-  
 citur per prophetam: Ecce ego vobis mitto serpētes pessimos, quibus nō est incantatio,  
 & mordebunt vos. Recte ergo morsus inuidię cōparatur à propheta, venenis mortiferi  
 basilisci, qua primus ille actor ac princeps omnium venenoꝝ perijt & peremit. Nam suisq;  
 pfus interemptor effectus priusq; eius, cui inuidit, ante se perdidit, qđ virus mortis effudit  
 in hoīem. Inuidia em̄ diaboli mors introiuit in orbem terrę, imitanturq; eum, qui sunt  
 ex parte ipsius. Etenim sicut ille, qui primus corruptus est vitio pestis istius, non admittit  
 penitentię medicinam, nec vllum curationis fomentum, ita & hi qui tradiderunt se per-  
 cutiendos inuidię moribus, excludunt omnem opem sancti incātoris, quia cum crus-  
 cientur nō vitij, sed prosperitatis eoz; quibus liuent seu inuident, erubescētes prodes-  
 re veritatem, inquirunt sibi extrinsecus quasdam causas offensionum, quaz; curatio vana  
 est, quia omnino sunt falsę, cum mortiferum virus, qđ prodere nolunt, lateat in medul-  
 lis. De quibus Salomō cōpetenter locutus est: Si mordet serpens in silētio, nō est abun-  
 dantia incantatori. Isti em̄ taciti morsus, quibus solis nō subuenit sapientium medicina.  
 Intantum quippe mirabilis est malitia ista, vt blandimentis exasperetur, obsequijs sibi  
 exhibitjs extollatur, muneribus irriteretur, quia vt Salomō ait, nihil sustinet zelus, imo  
 quanto alter magis occurrere aut prodesse voluerit humilitatis subiectione, patientia, li-  
 beralitate, tanto qui inuidet incitatur grauioribus inuidię stimulis, quia non cōcupiscit,  
 nisi ruinam & mortem eius, cui sic inuidet. Deniq; vndecim patriarcharum inuidia, in-  
 tantum deliniri non potuit vlla subiectione fratris innoxij, vt scriptura testetur: Inuide-  
 bant autē ei fratres sui, eo quod pater suus diligeret eum, & non poterant ei loqui quic-  
 quam pacificum, donec reconcor eorum non admittens aliqua blandimentum fratris obse-  
 quentis ac subditi, sed cupiens mortem eius, fatiari vix potuit venditione illius. Constat  
 ergo inuidiam esse perniciosiorem & ad curādum difficiliorem vitij vniuersis, quę ma-  
 gis accenditur ipsi remedijs, quibus alia vitia extinguuntur. Nam verbi gratia, qui dō-  
 ler propter damnum sibi illatum, recompensatione largitatis curatur. Qui ex illata iniu-  
 ria indignatur, humili satisfactione placatur. Quid facies illi, qui hoc ipso magis offens-  
 ditur, quo te humiliorē, benigniorēq; experitur, quem accendit ad iram non cupiditas  
 quę munere delinitur, quem incitat non iniurię læsio, amorve vltionis quę vincitur  
 blandimentis officiorum, sed solus successus alienę prosperitatis irrat. Quis est autem  
 C qui se optet à bonis corrumpere, aut prosperitate priuari, aut aliqua calamitate inuolui, vt  
 satisfaciatur inuidi. Hinc ne infernalis basiliscus vno morsu vitij huius interimat quic-  
 quid in nobis spiritaliter viuūt, & quasi vitali vegetatione sancti spiritus animatur, implo-  
 remus iugiter diuinum auxilium, cui nihil impossibile extat. Cetera quippe serpentium  
 venena, id est, peccata carnalia, quibus sicut humana fragilitas cito inuoluitur, ita & fa-  
 cile expurgatur. Habent in carne aliqua vulnerum suorum vestigia, vel effectus aut si-  
 gna, quibus vitij quāuis caro perniciosissima subijciatur, tamen si aliquis peritissimus  
 diuinorum carminum incantator adhibuerit dignum remedium, aut illam verborum sa-  
 lutarium medicinam virulenta iniquitas non perueniet ad perpetuam animę mortem.  
 Virus autem inuidię effusum, quasi à regulo serpente excludit vitam ipsam religionis ac  
 priusquam vulnus sentiat in corpore. Non enim aduersus hominem, sed cōtra deum  
 extollitur inuidiosus, tanquam blasphemus, qui nihil aliud in fratre discerpens ac peses  
 quens, nisi bonum meritum eius reprehendit nō hominis culpam, sed beneficia dei. Hęc  
 ergo est illa amaritudinis radix sursum germinans, quę se erigens ad superna, extendit  
 se ad cōtūeliam creatoris, qui homini bonum omne largitur. Nec aliqueum moueat qđ  
 deus comminatur se missurum serpentes pessimos, qui mordeant eos quoz; criminibus  
 ipse offenditur. Nam quis sit certum deum nō posse esse actorem inuidię, attamē iustum  
 est & diuino iudicio dignum, vt dum bona data conferuntur humilibus, & subtrahuntur

tur reprobis ac superbis inuidia quasi à deo missa seu permissa percutiat eos, qui secundū A postolum tradi merētur in reprobum sensum, consumatq; eos iuxta quod scriptū est: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nō erat deus, & ego ad emulationem adducam eos in non gente. Hac collatione beatus Pyamon ardentius inflammauit desiderium nostrum quo tendere cœperamus de rudimentis cœnobij ad secundum anachoretis gradum. Ipso enim docente, prima suscepimus primordia solitariae mansionis, cuius scientiā adepti plenius sumus postea in solitudine Sythi.

## COLLATIO XIX. AB. IOHANNIS.

De sine cœnobitæ &amp; eremitæ.

¶ A.



Ost dies valde paucos rursus perreximus cum summa alacritate ad cœnobium Pauli abbatis trahente nos desiderio doctrinæ maioris in quo monasterio morabantur plus q̄ ducenti fratres, sed eo tempore aduenerat illuc infinita monachorum turba de alijs claustris in honore solennitatis, quæ ibi tunc agebatur. Fuit enim tunc anniuersaria dies depositionis præcedētis abbatis eiusdē cœnobij. Cuius conuentus iccirco facimus mentionem vt breuiter describamus patientiam cuiusdā fratris, quam frater ille immobili mititate exhibuit in totius congregationis p̄sentia. Nam licet intētio operis huius tendat ad alia, vt. si recitemus eloquia & doctrinā abbatis Iohānis, qui relicta eremo tradidit seipsum cum summa humilitate illi cœnobio, nō tamen putamus absurdū, si absq; omni verborū circuitu magna virtutum, & edificatio cōferatur studiosis, vt credimus. Cum itaq; ingens illa multitudo monachorum cōsederet in atrio subduali distinctis ordinibus per duodenarium numerū, & quidā frater paulo tardius apportasset acceptū cibum, abbas Paulus inter ministrātes solite currens percussit in p̄sentia oīm manu extenta fratrem illum ad maxillā cum palma propter tarditatē præactam, ita vt sonus resuleret in auribus ex opposito ac longe sedenti um. Quod ideo fecit vt patientia iuuenis fratris innotesceret cunctis, qui aderant ac erudirentur exemplo modestiæ fratris percussi. Nam q̄ maturo cōsilio abbas Paulus id fecerit res ipsa probauit, qm̄ iuuenis memorādæ patientiæ, tanta mansuetudine id accepit, vt nō solum nil loqueretur aut modicissime murmuraret, sed nec modestiā oris eius atq; tranquillitas, imo nec color quātuluncunq; mutati sunt. Quæ res tam mirā fuit, nō solum nobis, qui nuper de monasterio Syriæ venientes nohndum. agnoueramus virtutem patientiæ per tam manifesta exercitiā & exempla, sed etiam his, qui experti fuerunt exercitiā talia, vt per hoc factū, daretur instructio viris perfectis vipote, qd̄ & si paterna correptio nō commouit patientiam fratris illius, qd̄ tamen vt spectaculum seu intuitus tantæ multitudinis, non potuit faciem suam perfundere villo rubore.

¶ B. Eperimus itaque in isto cœnobio antiquissimum senem nomine Iohannem cuius doctrinam & humilitatē quā sanctis omnibus præminebat, nō putamus prætereūdam silētio scientes eum maxime viguisse humilitatis perfectione, quæ humilitas cum sit oīm mater virtutum ac solidissimū fundamentum totius spiritalis structuræ, aliena & exul est valde à nostris institutis. Ideo mihi non est nos nō posse ascendere ad perfectionem sanctorum, qui nō possumus permanere sub disciplina cœnobij, nō dicam vsq; ad senectutē, imo vix per bienniu dignamur sustinere iugū subiectionis ipsius, sed protinus euoluamus ad præsumptionē noxiæ libertatis aggrediēdo solitariam vitam, cum tamen hoc tempore breui quo in cœnobio cōuersamur imperio ferientis vicinij subijciamur nō secundum regulæ districtiōnē, sed iuxta arbitrij nostri libertatē vt non videamur nō iam discere patientiæ fructum, sed expectare tempus scientiæ addiscendæ. Cum igitur vidissemus hunc senem ætate primum, admirati gratiam viri, qua fuit ornatus cœpimus deprecari vultu in terram dimisso, vt nobis pandere dignaretur cur relicta eremi libertate & professione illa sublimi, cuius fama diuulgauerat eum præ cæteris viris professionis illius subdidit se iugo cœnobij, qui dixit: Ego, quoniam impar fui anachoriticæ disciplinæ atque indignus sublimitate tantæ perfectionis ad scholas redij iuniorum, si tamen implere potero instituta eorum secundum vigorem & meritum professionis. Cuius responsionis humilitatem cum non admitteret deprecatio nostra, ipse tandem ita exorsus est.

¶ C.  
Non

¶ A. Non solum non respuo nec refuto, sed tota veneratione suscipio & amplector anachoriticam disciplinam quam me ammiramini reliquisse. In qua gaudeo me conuersarum annis triginta post totidē annos quibus in congregatione cœnobij vixi, vt nō notarer vsq; quaq; de torpore ignitiæ inter illos, qui vitā illam anachoriticā vel mediocriter exercebant, sed qm̄ degustata puritas eius per interpolationē & admixtionē sollicitudinis temporalium reuerti interdum se ingerentē inquinabatur, cōmodus æstimauit ad cœnobij cōgregationē reuerti, vt sequeretur promptior adimpletio arrepti propositi planioris, & minus mihi esset periculū de difficultate sublimioris professionis p̄sumpta. Melius enim est inueniri deuotum in p̄missionibus minoribus quā in maioribus indeuotum. Ideo, si fortassis protulero aliquid quasi elatius imo liberius, quæso vt iudicetis hoc dictū non iactantiæ vitio, sed vřæ edificationis intuitu, quia existimo de veritate nihil subtrahendum vobis tam studiose quærētibus, arbitror enim aliqd̄ instructionis vobis posse conferri, si humilitate paulisper deposita patefecero simpliciter omnem propositi mei veritatem. Confido quippe quod nec apud vos incurram vanæ gloriæ notam de libertate verborum meorum, nec apud conscientiam meam incidam mendaciū culpam de veritatis suppressione.

¶ D.

¶ Siquis itaq; delectatus secreta sollicitudine heremi potuit tradere obliuioni humanae confortia & cum Hieremia dicere Deo. Diem hominis non desideravi tu scis, ego quoq; fateor id domino largiente assecutum vel certe assequi nisum. Nam pio munere Christi recolō me frequenter raptum in tales excussus, vt obliuiscere me indutum carne mortali mentem quoq; meam subito reliquisse omnes sensus exteriores, atq; à cunctis materialibus rebus penitus euolasse, vt nec oculi nec aures vterentur officio proprio, sicque animus meus replebatur diuinis meditationibus ac spiritalibus theorijs vt sæpe ad vesperam nescirem me cibum sumpsisse, sequentiq; die penitus dubitarem an præcedente die aliquid comedissem. Ob quam etiam causam cibaria septem dierum, id est, septem paria paximaciorum reponuntur die sabbati sequestratim in sporta vt non lateat refectio prætermissa. Quæ consuetudine error quoq; alterius obliuionis excluditur, dum panum consumptio indicat hebdomadam esse finitam, & solennitas diei dominicæ & congregationis solennitas imminentes latere solitarium nequent. Quod si præfatus mentis excessus impedit aduertentiam huius indicij mensura operis cotidiani signans numerum certum dierum aufert errorem. Deniq; vt omitam ac faceam cæteras heremi virtutes. Non enim tractandū est nobis de multitudine & innumeritate earū, sed de causa finali solitudinis atq; cœnobij breuiter explicabo causas propter quas deserui heremum. Quas & scire optatis, breuiterq; perstringā, ppter quæ merita sublimiora duxerim postponendos omnes præmemoratos solitudinis fructus.

¶ E.

¶ Infratibili desiderio & toto cordis feruore sectatus sum tranquillissimā illa heremi secreta, & anachoriticam conuersationem angelicæ beatitudini cōparandam, quam diu paucitas habitantium in deserto blandita est & arrisit nobis libertatem præstando diffusiori sollicitudinis vastitate, quando maioribus secretis remoti ab omnibus frequentissime rapiebamur ad illos cœlestes excessus. Nec tanta visitantiū turba irruens aggrauauit sensus nostros, distentionibus curarum ingentium, propter necessaria illis paranda ex cōgruentia humanitatis. Verum cum maior multitudo fratrum cœpisset habitationem heremi aggredi atq; inuisere, & sublata vastioris heremi libertate fecisset non solum frigescere ignem illum cōtemplationis diuinæ, sed etiam impedire mentem vinculis multimodis reu carnalium, elegi utcunq; implere propositum professionis ac disciplinæ cœnobij, potius q̄ torpore carnalium reu prouisione in illa tam alta professione, quatis si mihi non conferuntur heremitica illa libertas & spiritalis excessus, tñ abiecta sollicitudine de craftino consoletur me adimpletio euangelici præcepti de cura illa vitanda, illud quoque quod mihi de theorice sublimitate subtrahitur hac subiectione obedientiæ recopenses, miserum nanq; est quæpiam profiteri disciplinam seu obseruantiam cuiuslibet artis & studij, & minime peruenire ad perfectionem ipsius.

¶ F.

¶ Inc breuis tangā q̄tis cōmodis fruar nūc in ista cōuersatione, & narrōe pacta ppendite an fructus seu pfectus solitudinis valeāt cōpensari cōmodis istis ex q̄bus etiā pot agnosci an malueri coartari angustijs istis cœnobij, ex fastidio anachoriticæ cōuersationis an desiderio maioris pfectus, in hac, n. cōuersatione nulla extat puisto q̄tidiani laboris  
Vu iij seu

seu operis, nulla occupatio venditionis aut emptiois non ineuitabilis cura annui panis, nec sollicitudo corporaliū regē de necessarijs præparandis non solū pro se sed p aduentibus quoq. Postremo nulla hic arrogātia laudis hūanæ, quæ p̄dictis immundior est coram deo & magnos heremi labores frequenter euacuat. Vex, vt præterea pericula anachoriticæ vitæ & spiritualiū elationū & exitialis gloriæ vanæ reuertamur ad ḡniale hoc pondus cunctoꝝ, vt pote ad cōmunem solitudinē victus parandi que in tm̄ excessit nō solum mensurā districtiōnis antiquæ q̄ vsūm olei p̄cniā ignorabat, sed nec cōtenta fuit laxatione hac tēporis nostri in qua explebantur officia totius annuæ refectionis præparato sex tario olei modioq; lenticulæ pro aduentiū refectione ita vt necessitas victus, vix queat, nūc expediti duplicato triplicatoq; modio. Intm̄ quoq; exereuit apud quosdā noxia ista remissio vt aceto iniuriāq; permixtis, non misceant illam olei guttā quam cibo infundere consueuerunt prædecessores nostri, qui maiorī virtute abstinentiæ sectati sunt heremi instituta ad repellendam gloriā vanā, sed infringētes Aegyptiacum casum pro salibus superfundant plus olei quā oportet, sicq; accipiunt sub p̄blectatione vniū cibi atq; saporis duos cibos propria suauitate distantes, qui rescere monachum possent singillatim diuersoq; tempore. Præterea hæc temporalium regē possessio in tm̄ exereuit, vt anachoritiæ ceperint in cellulis suis habere etiam sagū, quod sine verecundia referre non possum sub colore humanitatis susceptionisq; aduentium, vt illa præteream quibus grauatū anima admirationi & contemplationi semper intenta, videlicet fratū concursus, officia susceptionis & seductionis mutuas visitationis interminabiles curas diuersarum fabulationū & occupationum, quæ expectatio ex assiduitate consuetudinis in quietudinis distrahit animum, etiam tunc qm̄ impedimēta ista actualiter cessant, sicq; fit vt Anachoritica illa libertas huiusmodi vinculis impedita, nequaquā pertingat ad ineffabilem cordis alacritatem, imo amittat ascensum ac fructum heremiticæ professionis. Qui fructus si mihi in congregatione constituto non detur, tamen non deerunt mihi quies animæ & cordis tranquillitas ab vniuersis occupationibus libera, quæ nisi affit commorantibus in solitudine sustinebunt laboris anachorese, sed fraudabuntur fruētū ipsius, qui non acquiritur nisi mente quieta. Postremo si quis de anachoritica puritate fuerit subtractum mihi in cœnobio collocato contentus ero impletionem euangelicū illius præcepti, quod certum est non posse postponi oibus illis fructibus heremi, vt scilicet nihil de crastino cogitem, & vsq; ad finem vitæ meæ abbati subiectus videar illum aequaliter imitari, qui vt ait scriptura, Humiliauit seipsum factus obediens vsq; ad mortem, mereatq; humiliter dicere verbis illius, Quia non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.

**C**ermanus, Cum manifestum sit te ascendisse non solum principia instar multoꝝ, sed & fastigia seu perfectionē vtriūsq; professionis optamus agnoscere quis sit finis heremite ac etiā cœnobitæ. Nā omnibus constat neminē posse de his plenius fideliusq; tractare, q̄ illum qui longo vsū & per experientiam cōsecutus est vtrāq; perfectionē, propter qd̄ insinuare potest instructione veridica finem ac merita earundē.

**I**ohannes, Absolute dicere potuissem vnū & eundem hominē non posse esse perfectū in vtrāq; professione, nisi exemplum valde paucōꝝ me reuocaret, magnū quippe est perfectum esse in vna quacūq; eoz, q̄ tomagis arduū est & quasi impossibilia esse in ambabus perfectum. Qd̄ si q̄nq; euenerit nō statim trahendū est ad formā seu imitationē cōmunem, sed vniuersalis regula trahenda est ex hijs, q̄ subiacēt facultati multoꝝ, imo & oim̄ Porro si aliqua obtinentur rarissime, & non nisi a paucissimis possibilitatēq; excedunt cōmunis virtutis sequestrāda à ḡnialibus sunt p̄ceptis; & recitanda p̄ miraculo magis q̄ pro exemplo. Idcirco iuxta mediocritatem intellectus mei respondebo ad illud qd̄ q̄ritis, finis cœnobitæ est mortificare & crucifigere oēs proprias voluntates, & iuxta euāgelicę perfectionis salubre mandatū nihil cogitare de crastino, quā perfectionē certissimū est neminē posse implere nisi cœnobitam, quē Isaias describēs ita beatificat & collaudat, Si auerteris à sabbato pedē tuū, facere voluntatē tuā in die sc̄to meo, & glorificaueris Deū, dum nō facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, tunc delebitaberis super dominū & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditatem Iacob patris tui. Os enim domini locutum est hæc. Porro, perfectio seu finis heremite est mentem habere exutam à cunctis terrenis camque

CHRISTO vnire, quantum

**A** quantum imbecillitas finit humana quem virum Hieremias describens: beatus, inquit, vir qui tulit iugum dñi ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia sanabit se super se. Palmista quoq; Similis, ait factus sum pellicano solitudinis. Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Itaq; nisi tam cœnobita quam heremita peruenierint ad finem suum iam tactum, frustra professi sunt disciplinam anachoreseos siue cœnobij, cum nullus eorum impleuit virtutem suæ professionis.

**V**eruntamen ista non est integra & in omnibus consummata perfectio, sed pars eius. Idcirco perfectio rara est & non nisi paucissimis dono dei concessa, is enim vera & non partim perfectus est, qui æquali magnanimitate sustentat infirmitates fratrum in clauetro, & solitudinis squalorem in heremo. Hinc difficile est inueniri per omnia consummatum in vtrāq; professione, quia nec anachorita assequi potest contemptum ac purificationem omnium facultatum, nec cœnobita consequi valet ad integrum theoreticam puritatem, quamuis sciam abbatem Moysen atq; Passnutium & duos Macharios possidere vtrāq; perfectionem. Nam in vtrāq; professione tam perfecti fuerunt, vt cum secederent vitra omnes heremi habitatores & insatiabiliter pascerentur solitudinis sacro secreto, & quantum in ipsis erat nequaquam requireret humana solatia, ita tamen sustineuerunt frequentiam & infirmitates concurrentium ad se, vt cum ad eos conflueret innumera multitudo fratrum gratia visitationis siue profectus tolerantis immobili patientia, tam indefinentem inquietudinē visitationū crederentur toto tpe vitæ suæ, nil aliud didicisse aut exercuisse quam deseruire omnibus aduentium commodis atq; officijs, ita vt cunctis esset ambiguum in qua professione essent perfectiores, hoc est vtrum magnanimitas eorum mirabilis aptaretur in illa Heremitica puritate an in conuersatione ista communi.

**S**olent nonnulli ita efferari in humaniq; fieri silentio solitudinis diuturno vt prorsus abhorreant humana consortia. Cumq; interueniente fratrum visitatiōe discesserint paululum à secreto solitudinis suæ æstuent notabili mentis angore, & euidentissimis p̄sillaminatis indicijs, quod euenire maxime solet ijs qui immaturo desiderio transulerunt se ad solitariam vitam, necdum perfecte in cœnobijs instituti, nec eprioribus vitijs plene excocti, qui in vtrāque parte imperfecti semper ac fragiles, inclinantur hinc inde quocūq; aura commotionis impulerit, quæ admodum em̄ im patienter exæstuant cōsortio interpolationēq; fratrum, ita in solitudine consistentes non ferunt vastitatem silentij quod requirunt cum ignōrent rationem cur solitudo debeat desiderari aut expeti, sed æstimant hanc esse summam seu perfectionē virtutis suæ professionis, vt declinantes consortia fratrum detestentur tm̄ ac fugiant humanos aspectus.

**G**ermanus, Quo ergo remedio poterit subueniri nobis aut cæteris, qui eiusdem fragilitatis atq; mensuræ sunt, qui tenuiter instituti cœnobialibus disciplinis affectare cœpimus habitationem solitudinis ante expulsionem omnium vitiorum? Vel, quocumque pacto poterimus obtinere imperturbatam mentis cōstantiam atq; immobilem patientiam firmitatem qui intempestiuæ reliquimus ipsas quodammodo scholas, & exercitationes huius palestræ seu pugnæ, recedendo à congregatione in qua principia nostra debuerant plene erudiri ac perfici? Qualiter itaq; nunc solitarie commorantes consequamur patientiæ ac longanimitatis perfectionem aut qualiter conscientia exploratrix, vt inuestigatrix morum interiorum deprehendet sibi inesse siue deesse istas virtutes, ne forte falsa æstimatione decepti credamus nos possidere immobilem mentis tranquillitatem, qm̄ segregati à consortio hoim̄ non prouocamur irritationibus vllis eoz.

**I**ohannes, Remedia curationis negari non possunt ab illo verissimo animarum medico querentibus medicinalem spiritalem in veritate, præsertim hijs qui infirmitates suas non dissimulant desperando aut negligendo, nec vulnerum suorum abscondunt pericula, nec medelam pœnitentiæ respuunt mente procace, sed cauto ac humili corde tandem confugiunt ad cœlestem modicum pro languoribus suis sanandis ignorantia errore aut necessitate contractis. Ideo nosse debemus, quæ si nos recedamus ad solitudinem vel addita loca vitijs nostris ac passionibus nondum curatis essentibus eorum tantummodo reprimatur, non extinguatur affectus, latitat enim & serpsit intra nos interna radix omnium vitiorum quæ non fuerint extirpata, quam radicem deprehendimus in nobis adhuc viuere per hæc signa. Verbi gratia dum in solitudine



tudine constituti suscipimus vel expectamus aduentum fratrum vel breuissimam moram De eorum, cum quadam anxietate animae aestuantis, sciamus adhuc esse in nobis viuacissimum impatientiae fomitem. Cum vero speramus alicuius fratris aduentum, & eo forsitan tardante paulisper pro aliqua necessaria causa, tacita indignatione reprehendimus tarditatem ipsius mentem, nostram turbauerit sollicitudo expectationis non modice examinatio conscientiae demonstrabit manifesta vitia irae atque tristitiae residere in nobis. Nam si fratre postulante codicem nostrum ad legendum vel ad aliquem alium usum contriuerit vos petitio eius, aut repulerimus postulationem ipsius, dubium non est nos adhuc compeccari a uariis laqueis. Quae si cogitatio subita aut lectio sacra induxerat nobis memoriae scemine, & in ea senserimus nos pulsari quidam titillatione, sciamus ardorem fornicationis nondum extinctum esse in membris nostris. Porro, si vel remissiuam elatio mentem nostram tentauerit ex comparatione nostrae districtioris & alienae remissionis, certum est nos esse corruptos dira peste superbiae, cum ergo senserimus in cordibus nostris haec uitioy indicia manifeste noscimus, quod nobis non desit affectus sed interdum effectus peccati sui passioy, quae utique passiones de cauernis nostrorum sensuum protinus procedentes, si commiserimus nos ipsos aliqui conuersationi humanae probat se non tunc primitus nasci quoniam eruperint, sed se tunc potius publicari quae diu latuerant, sicut solitarius indicij certis agnoscat radices cuiuscumque uitij in se esse defixas, qui studuerit puritatem suam non hominibus ostentare sed illius conspectu exhibere, quem archana cordis queunt latere.

**C**onfirmamus, satis lucide & aperte intelleximus indicia, quibus interiores infirmitates & passiones noscantur, & discernendarum aegritudinum rationem, quo scilicet pacto deprehendi valeant vitia in nobis latentia, omnia namque inueniuntur sic esse, ut dictum est quidiana experientia, diuini quoque motibus cogitationum nostrarum. Superest ergo ut monstretur nobis curationum medela, quemadmodum patefacte sunt nobis euidentissima ratione probationes morborum seu uitioy & causae, nulli namque est dubium, illum posse rectissime disputare de remedijs passionum qui deprehenderit prius causas originemque earum conscientia aegrotantium attestante. Itaque quis doctrina beatitudinis tuae nudauerit uitioy nostrorum occultata, ita ut etiam audiamus sperare de ipsorum remedijs, quia tam euidentem declarationem morbi spem promittit remedij, quam tamen ut a se in initium salutis in congregatione acquiratur, nec sani in solitudine esse valent nisi quos cenobij disciplina primo sanauerit, perniciose de desperatione rursus deijcitur ne forte qui imperfecti congregationem relinquimus nequaquam possumus esse aut fieri perfecti in heremo.

**I**oannes, Remedium salutare non deerit sollicitus de curatione uitioy suorum, idcirco eodem modo quod deprehenduntur indicia cuiuscumque passioy aut culpae, etiam remedia oportet requirere, quemadmodum enim diximus solitarijs non deesse vitia conuersationis humanae ita uirtutis studia curationumque media non negamus posse suppetere oibus, etiam ab humana conuersatione remotis. Cum ergo unusquisque deprehenderit se moueri perturbatione irae aut impatientiae per indicia memorata, exerceat semetipsum semper obiectionibus euentibusque contrarijs seu aduersis, ut propositis sibi multimodis iniurijs atque dispendijs, tanquam ab alio sibi illatis, assuefaciat mentem suam perfectam humilitate superare ac frangere in omnibus quae improbitas potest inferre, opponensque sibi frequenter aspera & intollerabilia quaeque meditetur assidue iugi cordis contritione quanta mitate ac patientia debet at eis occurrere, & ita respiciens ad persecutioes & tribulationes omnium electorum, imo ad uniuersa genera non solum conuitorum, sed etiam tormentorum Christi dei nostri praeparabit se ad tolerantiam omnium aduersorum pronuncians ea esse minora suis demeritis, cumque fuerit interdum uocatus ad fratrum collectionem quod oportet aliquando euenire, etiam apud districtissimos heremitas, si deprehenderit mentem suam tacite fuisse commotam pro quibusque leuibus rebus, mox ut quidam seuerissimus occultorum motuum iudex exprobrat sibi illa durissima iniuriarum genera, quibus seipsum exercuit cotidiana meditationibus ad patientiam plenam, atque obiurgans & increpans ita alloquitur seipsum Tu ne es ille bonus uir qui constantissime praesumebas te omnia mala patientiam superaturus, dum te exerceres in illa palestra solitudinis tuae qui te dudum credebas satis validum atque immobilem ad omnes procellas cum tu ipse tibi proponeres non solum maximas conuitorum acerbitates, sed intolleranda quoque supplicia. Quomodo inuicta illa patientia confossa est confusione uerbi leuissimi? Quo leuis aura commouit domum tuam tanta firmitate

**A**mitate constructam supra solidissimam illam, ut tibi apparuit, petram? Vbi est quod bellum in pace desiderans inani fiducia exclamabas, paratus sum & non sum turbatus? Et cum propheta saepe dixisset Proba me domine & tenta me, uere renes meos & cor meum, interroga me & cognosce me, & uide si uia iniquitatis in me est. Quomodo exigua hostis uim habra contriuit tam grande certaminis apparatus? Damna ergo atque diiudicans semetipsum tali aduerfione conpunctionis non sine commotiuunculam manere multam, sed carnem suam castigans arctiori afflictione iuniorum ac uigiliarum assiduamque continentiam pccenis impatientiam suam exerceans in solitudine constitutus consumat hoc igne exercitationis, quod plene excoquere debuit in congregatione cenobij. Denique ad obtinendam iugem stabilemque patientiam, illud tenendum est immobiliter & constanter qui scilicet non licet nobis ad iram moueri propter quodcumque detrimentum aut irritationem, cum non solum uicio, sed etiam memoria iniuriarum prohibeatur nobis lege diuina, quod enim grauius dispendium potest animae euenire, quam ut propter subitam suam commotionis caecitatem, priuata summi & aeternalis luminis claritate discendat a contemplatione illius qui est mitis et humilis corde? Quid perniciosius atque deterius, quam ut quis amittat iudicium honestatis disciplinam ac regulam rectae discretioy & sanus ac sobrius faciat, quae nec temerarius quae sensuum indiget uenialiter admittit. Quicumque ergo propter haec & caetera istis similia detrimenta facilliter sustinebit non solum omnia damna, sed & omnem poenam atque iniuriam quae a crudelissimis possunt tyrannis inferri, iudicans nihil esse dispeditiosius iram, nihilque periculosius indefinita tranquillitate ac iugi puritate animi sui, propter quae obtinendas & conseruandas ac perficiendas despicienda sunt commoda non solum carnalium rerum, sed & illarum quae spirituales esse uidentur, si aliter aegri aut perfici nequeunt, nisi cum tranquillitatis ac puritatis turbatione.

**E**рманус, sicut medela impatientiae irae, tristitiae caeterorumque uulnerum aia est ostensa per obiectionem & exercitationem contrariarum rerum seu aduersitatum, sic etiam uolumus edoceri, quae medela oporteat nos contra fornicationis spiritum adhibere, hoc est, utrum ignis concupiscentiae possit extingui obijciendo sibi maiora libidinum incentiua sicut in alijs, quod credimus satis esse contrarium castitati, si incitamenta libidinis non solum exaggerentur in nobis, imo etiam si assensus perstringat aut capiat oculos mentis talia pretereuntis.

**I**oannes, Sagax interrogatio uestra praue nit interrogacionem quam narrationem nostram fuerat securura etiam uobis tacentibus. Idcirco non dubito quoniam solutionem eius efficaciter concipietis cum & acumen uestri ingenij instructionem nostram proceperit, obscuritas quippe cuiuslibet questionis elucidatur sine labore, cum anticipans inquisitio praecedat quae ducenda est solutione ipsius. Itaque humana consortia non solum non obsunt, sed et plurimum consistunt praedictorum remedij uitioy. Nam patefacta per frequentiam impatientiae suae, quam quoniam magis assiduam conpunctionis dolorem inferunt uictis, tanto uelociore curationem laborantibus praesent, propter quod in solitudine consistentes cum fomes atque materia irritationis non inferunt ab alijs, tamen earum incitamenta debemus nobis industrie praeponeere, ut praetior medela conferatur nobis contra ea pugnantibus iugi cogitationum luctamine, sed de spiritu fornicationis diuersa est ratio causaque dispar, quemadmodum enim corpori subtrahendi sunt usus libidinis ac carnis uicinitas, ita eorum memoria auferenda est cordi, imo satis perniciosum & periculosum est agris fragilibusque pectoribus admittere tenuissimam recordationem passionis istius, ita ut noxia simulatio exciteretur in eis, quae ex recordatione sceminae sanctarum uel sub sanctae lectionis historia, cuius rei causa seniores nostri solent consultius praetere huiusmodi lectionis sub praesentia iuniorum. Porro probationes quibus praesentare se valeant deesse non possunt perfectissimis uiris summo affectu castimoniae consummatissimis, per quas perfectissima cordis integritas comprobatur iudicio conscientiae incorrupto. Erit ergo probatio, consummatissimo uiro similis probationibus iam praefatis super passione hac fornicationis, ut si is qui cognouerit se poenitus ex tirpasse radices morbi istius uelit sibi interdum admittere imaginationem exploratricem castitatis completae. Caeterum nullatenus conuenit examinationem hanc usurpari ab imperfectis & agris, ut scilicet corde reuoluant coniunctionem scemineam palpationemque mollem ac teneram, esset etenim eis nocua potius quam salubris. Quod enim experimentum suppetere potest hominibus talibus, ubi id quod uisum est in experimento. In exploratione quoque discrimen est. Cum ergo perfectissima uirtute fundatus non deprehenderit in se aliquid quem mentis assensum, nec ullam carnis stimulationem excitari ex cogitationibus illece-



illecebrofis ac blandis, capient documenta & signa puritatis suæ certissimā, ita vt taliter se exercens non solum possideat castitatis incorruptionisq; bonum, sed vt passionis motū profusus ignoret, etiam si ex aliqua necessaria causa corporaliter sceminam tangat. Hic abbas Ioannes concludit collationem hoc fine, cum sensisset iam imminere refectionem horæ nonæ.

## COLLATIO VIGESIMA

Abbatis Pynuphij.

De fine penitentiae &amp; satisfactionis inditio.

CA.



Elaturus documenta abbatibus Pynuphij præclari singularisq; viri, videor mihi amputare magnam partem materiae, si hic silentio prætermittā, præconia humilitatis suæ quæ breui sermone perstrinxit consulens lectoris fastidio, quarto de institutis patrum libro qui intitulatus est de institutione renunciantium mundo, præsertim cum multi nō habentes notitiam libri illius possint incurere in lectionem libri istius, & omnis autoritas dictorum vacillet si dicentis meritum subtrahatur. Hic itaq; cum abbas & presbiter præsideret grandi cœnobio non longe à Panephisi vrbe Aegypti, & excellentia virtutū suarum atq; signorum in tantum sublimasset eum in omni illa prouincia, vt videretur sibi recepisse mercedem laborum suorum ex retributione laudis humanæ, timens ne vanitas fauoris humani euacuaret sibi fructum præmij æternalis, occulte recessit à monasterio suo, venitq; ad monasterium Tabensium monachorum vbi elegit non solitudinem heremi, nō securitatem solitariae vitæ, quam imperfecti non ferentes in cœnobijs obedientiae iugum aggrediuntur quandoq; præsumptiōe superba, sed maluit celeberrimo monasterio subingari. Deniq; ne proderetur ibi aliquo signo habitus sui, vestem induit sæcularē, & multis diebus præforibus iacuit plorans, vt moris est ibi omniumq; fratrum solitudinem desiderium eius, dicebant eum vltima ætate confectum, & panis egestate compulsum expetere sanctitatem cōuersationis illius, non syncera intentione, susceperat autem deputatus est in adiutorium cuidam fratri adulescenti, cui commissus fuit hortus ad excolendum, cui per omnia obediuit, nec solum peregit, quæ illius officij cura exegit, verum etiam quædam alia necessaria opera, quæ ob suam vilitatem & horrorem vitabatur à cæteris, quæ tam occulta perfecit nocturno labore, vt tota congregatio ignoraret de mane actorem tam vtilium operum. Cumq; in hac laboriosa & humili subiectione durasset quasi per tres annos cū gaudio accidit quod frater quidam ei cognitus, & cōpatriota adueniens, & prævestitus vilitate, atq; officij eius vix eum cognoscens, tandem post longam explorationem & considerationem ipsum certissime nescens, proiecit & aduoluit se pedibus viri illius, quod cunctis magnum incussit stuporem. Deinde frater ille nomen patris illius pronuncians fecit eos magis attonitos. Nam & nomen eius dudum innotuit ipsis ex fama sanctitatis illius, cōpuncti sunt ergo qui tanti meriti ac sacerdotij virum tam vili bus deputauerant operibus, insuper flens largiter, & quasi grauē casum manifestationis suæ diabolice ascribens inuidiæ reductus est ad monasterium suum cum honorifica fratrum custodia. Vbi exiguo tempore demoratus, & rursus grauatus suo primatu atq; honoribus sibi impensis, clam nauem ingressus, venit ad pronunciam Syriæ Palestinam, vbi tanquam incipiens & nouicius receptus est in monasterio nostro, & ab abbate iussus est habitare in cellula nostra, sed virtutes eius ac merita nō pmiserunt tñ ibi diu latere, nam simili modo manifestatus est ibi, atq; ad monasterium suum reductus cum laude & honorificentia magna, cōpulsus est de cætero esse quod erat.

CA.

Quoniam ergo post longum tempus intrassemus Aegyptum desiderio sanctæ institutionis quæsumus eum summo affectu, tam gratiosæ quoq; tamq; humiliter nos suscepit, vt nos tanquam pristinos sibi cellistas honoraret hospitio cellulæ suæ, quam si ibi constituerat in parte horti extrema, vbi cū tradidisset fratri cuidam regulam monasterij assumenti, satis ardua sublimiaq; præcepta coram oibus in sinaxi, quæ quarto libro institutionum compendiosius quo potui introduxi, præcepta illa videbantur nobis tam incomprehensibilia atq; mirifica veræ abrenūciatiōis culmina, vt crederemus paruitatem nostram

A nostram nullatenus posse ea attingere & implere, vnde desperatione deiecti & intimam amaritudinem cogitationum nostrarum, ostendentes etiam ipso vultu recurrimus satis anxia mente ad senem. Cui protinus inquireti causam tanti mœroris, abbas Germanus grauitè ingemiscens respondit.

CA.

Quanto magnificentior & sublimior sermo tuus, aperuit nobis arduum iter doctrinæ tuæ nobis incognitæ, & viam renūciationis plenissimæ, & quasi amota oculorum nostrorum caligine, ostendit culmen renūciationis illius in cœlo repositum, tanto deprimimur mole desperationis maiore, metientes immensitatem ipsius cum nostrarum virium paruitate nimiamq; vilitatem ignominia nostræ cum infinita celsitudine virtutis ostensæ conferentes sentimus nos ad illam nō solum non proficere, imo magis sentimus nos deficere ab eo quod sumus. Oppressi quippe pōderibus nimia desperationis, quasi dilabimur ab infimis ad inferiora. Proinde singulare præsidium tuum potest conferre vulneribus nostris medelam, vt de fine penitentiae & satisfactionis iudicio aliquid dicas, & instruas nos, præsertim vt certi de remissione precedentium delictorum animari possimus ad ascendendum fastigia perfectionis prædictæ.

CA.

Pynuphij: Delector valde copiosis fructibus vestrae humilitatis, quos etiā susceptos habitatione cellæ illius curiosa estimacione perspexi, & valde congaudeo quoniam id quod à nobis omnium Christianorum infimis præcipitur sola fortassis libertate verborum tanta admiratione suscipitis cum ea, ni fallor, impleatis perfectius q̄ à nobis prolata sunt. Cumq; vt memini, labor operis vestri pene exequitur grauitate dictorum nostrorum, ita occultatis meritum vestrae virtutis, quasi nulla aura eorū quæ quotidie exerceatis ad vestras aures puenierit. Sed quia hoc ipsum summa laude dignissimū est, qd ad huc velut rudes testamini vobis incognita esse instituta ista sanctorum breuiter, vt possumus, exprimamus id quod à nobis sedule postulatis. Necessè est em̄ vt obtemperemus vestrae familiaritatis imperio etiam supra vires. Itaq; multi plurima vulgauerunt nō solum verbis, sed etiam scriptis de exhortatione ac merito penitentiae, monstrantes quantafit eius gratia, quanta vtilitas, ita vt, si dici fas est, quasi obstitat deo præteritis peccatis offensa, atq; pro tantis criminibus iustissimam penam mox illaturo aut inferenti, & vt sic loquar, quasi suspendat dexteram inuiti vltoris. Verum nō ambigo omnia ista vobis cognita esse ex sapientia acquisita & indefesso studio scripturarum, vt prima plantatio conuersationis vestrae inoleuerit ex his. Deniq; solliciti non de penitentiae qualitate, sed de eius fine ac satisfactionis iudicio prudentissime quaritis, quod est prætermissum ab alijs. Propterea satisfacere nitimur desiderio vestrae propositionis cum omni breuitate atque compendio.

CA.

Plena atq; perfecta definitio penitentiae est, vt nequaquam vltius admittamus peccata, de quibus dolemus, vel quibus remordetur cōscientia nostra. Porro indicium satisfactionis & indulgentiae est, expulisse affectus vitiorum de cordibus nostris. Nouerit enim vnusquisq; nondum se absolutum à pristinis vitijs, quam diu imago commissorum malorum aut consimilium criminum præluserit sibi ante oculos suos dum satisfacit gemitibusq; in hæret, & eorum non dicam delectatio, sed vel tenuis recordatio turbauerit mentis suæ arcana. Is ergo qui pro satisfactione inuigilat, sciat se tūc à crimine absolutum, ac de præteritis culpis veniam suscepisse, cum non senserit cor suum perstringi illecebris aut imaginatione earundem. Hinc verissimus penitentiae examinador & indulgentiae iudex residet in cōscientia nostra, qui detegit nobis adhuc in carne mortali moratibus absolutionem nostri reatus ante diem cognitionis atq; iudicij, panditq; nobis finem satisfactionis & gratiam remissionis. Interea vt ista iam dicta clarius exprimantur, tunc credenda sunt peccata præterita nobis esse dimissa, cum desideria & passionis voluptatum presentium ac præteritarum fuerint simul depulsa à cordibus nostris.

CA.

Germanus: Vnde in nobis gigni poterit salutaris compunctio humiliatiōis, de qua lex persona penitentis sic dicitur: Peccatum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, vt efficaciter dicere mereamur quod sequitur: Et tu remisisti impietatem peccati mei. Aut qualiter in oratione prostrati, valebimus excitare nos ipsos ad compunctionis lamenta, per quæ mereamur consequi veniam delictorum, secundum illud: Lauabo per singulas noctes

noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo, si memoriam peccatorum nostrorum expellimus de cordibus nostris: Imo e contrario iubemur memoriam vitiorum nostrorum tenaciter custodire, cum dominus dicat: Iniquitatum tuarum non recordabor, tu vero memento. Propter quod non solum operando, sed & orando reuocare studio etiam ex proposito mentem meam ad peccatorum meorum recordationem, ut efficacius motus ad humilitatem & cordis contritionem dicere valeam cum propheta: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea.

**P**lurimum: Interrogatio vestra proposita est non de qualitate poenitentiae, sed de fine ipsius, ad quam, ut arbitror, conuenienter responsum est. Ceterum hoc quod de recordatione culparum dixistis, satis vtile necessariumque consistit his qui adhuc poenitentiam agunt, quatenus cum cordis percussione iugiter clamant: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Et illud: Cogitabo pro peccato meo. Dum ergo adhuc poenitentiam agimus, & prauorum actuum recordatione mordemur, necesse est vt imber lachrymarum ortus ex culpa confessione, extinguat ignem conscientiae nostrae. Dum vero recordatio horum fuerit consopita alicui stabili in humilitate hac cordis contritioneque spiritus, atque in labore ac gemitu perduranti, & spina conscientiae fuerit deo miserante euulsa de medullis animae eius, certum est eum peruenisse ad finem satisfactionis, & ad indulgentiam merita, à labe quoque vniuersorum criminum esse purgatum. Ad quam obliuionem non aliter peruenitur, nisi per remotionem vitiorum & pristinum affectum, itemque per integram ac perfectam animae puritatem. Quam sine dubio nullus eorum assequitur, qui per ignauiam aut contemptum neglexerit peccata sua purgare, & nisi qui dolorosa assiduitate contínuauerit gemitus, sicque excoxerit maculam omnem culparum & immunditiarum suarum & virtute ac opere animi ad deum clamauerit: Delictum meum cognitum tibi feci, & iustitiam meam non abscondi. Et fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte. Et consequenter mereatur audire: Quiesce à ploratu & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo ait dominus. Illud quoque similiter dicatur ad eum à domino: Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Et iterum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum iam non recordabor. Sicque absolutus à funibus peccatorum suorum quibus constrigebatur, canabit deo cum omni gratiarum actione, dicendo: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

**P**ost generale namque baptismatis gratiam & pretiosissimum illud donum martyrii quod sanguinis ablutione acquiritur, multi sunt poenitentiae fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur, quoniam salus aeterna promittitur non poenitentiae solum de qua loquitur gloriosissimus Petrus apostolus: Poenitentiam & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et beatissimus Iohannes Baptista, imo & dominus: Poenitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnum caelorum, sed moles peccatorum obruit etiam per charitatis affectum. Caritas enim operit multitudinem peccatorum. Similiter per elemosynas datur medela vitij nostris. Nam sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum. Insuper per lachrymarum effusionem acquiritur ablutio peccatorum, quemadmodum ait Psalmista: Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis, &c. Denique subiungit eas non esse inaniter fufas: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Itaque per criminum confessionem conceditur eorundem purgatio, iuxta illud: Dixi confitebor aduersum me iniustitias tuas primus, vt iustificeris. Conformiter remissio scelere obtinetur per afflictionem cordis & corporis, sicut ait propheta: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Praecipue autem fit istud per morum emendationem, sicut dicitur per Isaiam: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersae, discite benefacere, &c. Interdum quoque venia peccatorum impetrat intercessionem sanctorum. Qui enim scit fratrem suum peccare non ad mortem, perat & dabit deus vitam peccanti ad mortem. Et itaque scriptum est: Infirmat quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum, &c. Praeterea labe vitiorum nonnunquam excoquitur merito misericordiae ac fidei, secundum quod legitur: Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Item plerumque per conuersionem & salutem eorum qui conuertuntur & saluant exhortationibus ac praedicationibus nostris, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius à morte, & operit multum.

**A** multitudinem peccatorum. Rursum fit istud per indulgentiam & remissionem quam a se exhibemus, iuxta quod scriptum est: Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet & vobis pater caelestis peccata vestra. Videtis ergo quantas vias ad misericordiam obtinendam patefecerit nobis clementia saluatoris, vt nemo salutem cupiens desperatione frangat, cum videat se tantis remedijs inuitari ad vitam. Si enim causabis te non posse peccata tua delere afflictione ieiunij ortu propter infirmitatem corporis tui, nec dicere potes, genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, quia cinerem tanquam panem manducabam, &c. redi me ad largitatem elemosynarum. Si non habes quod largiaris egeni, quis pauper nullum excludat ab opere hoc, cum duo aera pauperculae viduae praelata sint tam magnis muneribus diuitiarum, & dicitur repromittat se datum mercedem pro calice frigidae aquae, purgari poteris absque illis, morum correctione. Quod si perfectionem virtutum adipisci non potes extinctione omnium vitiorum, sollicitudinem piam impede circa vtilitatem alienam ac fraternam salutem. Quod si coquearis te aptum non esse ministerio huic, operire poteris peccata charitatis affectu. Si autem quaeris que meritis ignauia fecerit te in hoc inutile, implora vitij tuis remedia intercessionem aliorum per humilitatis affectum, submitte te ipsum. Postremo quis est qui non possit simpliciter dicere: Peccatum meum cognitum tibi, & iniustitiam meam non abscondi, vt per confessionem hanc mereatur subiugere confidenter & tu remisisti impietatem peccati mei: Quod si verecundia retrahere erubescit ea coram hominibus reuelare, non desinas ea confiteri cum iugi supplicatione eique latere non queant, & dicas: Iniquitatem meam ego cognosco, &c. Itemque: Tibi soli peccavi, &c. quoniam deus consuevit peccata curare absque verecundiae publicatione, & absque imperio. Insuper post remedium istud tam certum, & post tam promptum subsidium pietas dei largita est nobis adhuc facilius aliud. Opem quoque huius remedij commisit nostro arbitrio, vt secundum affectum nostrum praesumamus indulgentiam iniquitatum nostrarum, dicentes ad ipsum: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicumque ergo desiderat ad indulgentiam suorum criminum peruenire, aptare se studeat istis remedijs, nec obdurati cordis pertinacia auertat fontem tantae pietatis à salutaris subsidio, quia est ista fecerimus, non erunt idonea ad expiationem nostrorum excessuum, nisi bonitas dei deleuerit ea per suam clementiam, qui cum perpexerit obsequia religiosi cordis oblata sibi à nobis supplicij meritis, prosequitur ea liberalitate immensarum. Ego sum, inquit, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum iam non recordabor. Quicumque ergo ascenderit ad statum praedictum, satisfactionis gratiam assequatur ieiunij continuis & mortificatione cordis ac corporis, quoniam scriptum est: Sine sanguinis effusione non fit remissio. Nec immerito. Sanguis namque & caro regnum dei possidere non possunt. Idcirco quicumque voluerit gladium spiritus quod est verbum dei, cohibere ab effusione sanguinis huius, absque dubio punietur maledictione hac Hieremiae: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Hic namque est gladius qui salubriter fundens noxium sanguinem illum qui animatur materia peccatorum, reuertat quicquid carnale & terrenum inuenit in membris seu viribus animae nostrae, & mortificatos peccato, facit nos viuere deo, ac spiritualibus vigere virtutibus, sicque flere incipimus non recordatione culparum, sed futurorum spe gaudiorum, cogitantesque potius de bonis futuris quam de malis praeteritis lachrymas effundemus, non ex peccatorum dolore, sed ex laetitia spiritualis alacritate, & obliuisceres posteriora, id est, carnalia vitia extendemur in anteriora, hoc est, ad virtutes ac spiritualia dona.

**P**orro quod paulo ante dixisti, te etiam de industria retractare praeteritorum memoria vitiorum hoc fieri non oportet penitus, imo si recordatio illa violenter irrepserit, protinus extrudatur. Multum enim retrahet mentem potissime eremitarum ac solitarij à contemplatione sincera, implicat eam sordibus mundi huius & praefocans vitiorum fetore. Dum enim recolis ea quae per ignorantiam suae lasciuiae commisisti secundum principem seculi huius, vt concedam quod tibi in cogitatione hac posito non subrepat delectatio aliqua, necesse est tamen vt vel sola cogitatio antiquae putredinis mentem corrumpat terro fetore, atque excludat spiritalem virtutum fragrantiam, id est, boni odoris suauitatem.

**C**um ergo praeteritorum vitiorum memoria occurrerit menti, ita resiliendum est ab ea, sicut vir honestus & grauis fugit si impetatur in publico colloquio aut amplexibus impudicitiae procacisque foeminae. Qui nisi instantanter abstraxerit se à contactu illius aut breuissimam moram inhonestae confabulationis admiserit, non euadet nota reprehensibilis atque diffamij iudicio omnium praeterentium, quibus respuat consensum voluptatis purae.

denda. Ita ergo & nos oportet raptim discedere à cōsideratione culpaz, cū fuerimus per  
 stituta recordatione deducti in huiuscemodi cogitationes, & implere qd à Salomone p̄  
 cepit: Exili, inq̄, noli demorari in loco eius, neq̄ intēdas oculū tuū in eā, nec angeli san-  
 cti vidētēs nos inuolutos cogitationibus turpibus & immūdis, nō possint dicere nobis:  
 Bñdixit dñs sup̄ vos, bñdiximus vobis in noie dñi. Impossibile ergo nō sētū turpibus,  
 ri cogitationibus bonis, cū principale mētis fuerit deuolutū ad turpes ac terrenos intui-  
 tus. Vera est nāq̄ illa Salomonis sentētia: Cū oculi tui viderint alienā, tūc os tuū loque-  
 tur praua, & iacebis rāq̄ in corde maris, & sicut gubernator in tēpestate magna, dicesq̄:  
 Ferierit me, & nō dolui, & deluserit me, ego aut̄ nesciui. Relictis ergo nō solū turpibus,  
 sed & terrenis cogitationibus vniuersis, intētio cordis n̄ri est erigēda ad cēlestia ac diuina,  
 cū Ch̄s testē: Vbi eū sum ego, illic & minister meus erit. Solec em̄ frequēter accides-  
 re, vt dū q̄ imperioꝝ recogitat q̄si condolēdi affectu p̄tā sua aut̄ alioꝝ, ipse q̄q̄ p̄strins  
 gat voluptuario subtilissimi teli assensu, & obsceno ac noxio sine concludat inuitū sub  
 pietatis specie inchoatū. Sunt em̄ viā q̄ vident hoibus rectā, nouissima aut̄ eaz̄ venient  
 in p̄fundū inferi. Quapropter studēdū est nobis, vt prouocemus nosip̄os ad compun-  
 ctionem laudabilem appetitu virtutum desiderioꝝ regni cēloꝝ, magis q̄ noxijs recora-  
 tionibus vitioꝝ, quā necesse est quempiam p̄focari tam diu pestilentissimis eloꝝe  
 foetoribus, quam diu voluerit supra eam stare aut̄ stercora eius mouere. ¶L. E

**S**ciamus itaq̄ sicut b̄diximus tūc nos satisfecisse pro p̄ctis p̄teritis, cū affectus & mo-  
 tus ex q̄bus p̄tā cōmissimus amputati fuerint de cordibus n̄ris. Quod nemo credat  
 se posse obtinere, q̄ nō prius cū om̄i feruore spiritali absciderit causas atq̄ materias pro-  
 pter q̄s lapsus est in crimina illa, vt si forte ex p̄nitiosa feminaz̄ familiaritate lapsus ē in  
 fornicationē aut̄ adulteriū, vitet de cetero cū summa festinatione aspectū eaz̄. Aut si p̄  
 sup̄abundantiā in vini aut̄ epulaz̄ successus est sup̄bitate, districtione summa castiger illis  
 citā crapulā. Aut rursus, si corruptus pecuniā, desiderio aut̄ amore inciderit p̄uiriū, fur-  
 tū, aut homicidiū siue blasphemā, abscidat materiā auaritiā illetricē suā deceptiois. Si  
 ex arrogātia in irā cōtulerit, arrogātiā fomite destruat summa humilitatis virtute, sicq̄  
 vt vnumquodque peccatum queat extingui, debet primitus amputari causa siue occasio  
 per quam aut̄ propter quam est amissum. Isto enim curationum remedio peruenitur si-  
 ne dubio ad abolitionem criminum admissorū. ¶M.

**E**d ista doctrina de obliuione vitioꝝ intelligēda est de capitalibus culpis, q̄ & lege  
 mosaica phibent, q̄s poenitētia accipit sine, sicut affectus eoz̄ abijciunt aut̄ cōsumū-  
 tur p̄ bonā cōuersionē. Cetero poenitētia nunq̄ deesse debet de istis minutis & q̄tidia-  
 nis, in q̄bus, vt ait scriptura, iustus septies in die cadit atq̄ resurgit, q̄ singulis frequēter in-  
 currimus vel inuili aut̄ nolētes p̄ignorantiā, obliuionē, cogitationē, sermonē, subreptio-  
 nē, necessitatē, aut̄ fragilitatē, q̄s remissionē & depurationē Dauid exorās ait: Delicta q̄s  
 intelligit ab occultis mētis mīda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Et Ap̄s: Nō em̄  
 qd volo bonū hoc facio, sed qd nolo malū, hoc ago. Propter q̄ idem lamētās exclamāt  
 Infelix ego homo q̄s me liberarabit de corpore mortis huius: Tāta em̄ facilitate tanq̄ na-  
 turali lege cadimus in his, vt quantūcunq̄ grādū circūsp̄ctione atq̄ custodia caueāt nō  
 possint ad plenū vitari. De his siquidē discipulus quē diligebat Iesus absolute pronūtiat,  
 Si dixerimus quia p̄ctā nō habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis nō est. Præ-  
 terea puenisse ad finē poenitētiā, i. ab illicitis abstinere nō satis p̄derit cupiētī culmē p̄se-  
 ctionis attingere, nisi & indefesso cursu extēderit semp̄ seip̄sum in illis virtutibus, q̄bus  
 pueniet ad satisfactionis indicia. Nec em̄ sufficit quēq̄ abstinuisse ab immū distimis for-  
 dibus criminū, q̄ deus abhorret, nisi etiā cū cordis puritate & apostolicā charitatē p̄se-  
 ctione possederit illā virtutū fragrantā qua dñs delectatur. Hucusque abbas Pinuphius  
 disseruit de poenitētiā sine & satisfactionis indicio, rogauitq̄ nos affectu sollicito mane-  
 re ac residere in suo cenobio. Quod cū facere recusarimus, quoniam fama & amor so-  
 litudinis Scithi nos traxit ad se, dimisit nos.

## COLLATIO VIGESIMAPRIE

ma &amp; Abbatis Theonæ prima.

De remissione quinquagesimæ &amp; ieiunij utilitate.

¶A.

Priusquam

**R**inquam describam collationem habitam cū summo viro Theonæ, neces-  
 sarium reor, vt breuiter recitē conuersionis suæ initium, quia ex hoc meritū  
 & excellētia viri euidentius innotescēt lectori. Hic itaq̄ valde adolescens,  
 alligatus est vinculo cōiugali, ex imperio studioq̄ parentū. Qui videntes i-  
 ligiosam sedulitatem pudicitie eius ac formidantes ancipitem lapsum lubri-  
 cæ iuuentutis, crediderunt lubricos adolescentiæ motus pueniendos remedio nuptiaz̄.  
 Cū ergo Theonæ pegisset annos duos cum cōiuge, venit ad abbatē Iohannē q̄ tūc dia-  
 coniaz̄ p̄sidebat electus ad hoc merito sanctitatis. Nō em̄ q̄libet prouehit ad hūc gradū  
 propria volūtatē aut̄ ambitione, sed is quē vniuersitas senioꝝ iudicauerit oibus eminen-  
 tiorē p̄rogatiua ætatis & testimonio fidei ac virtutū. Aduenit ergo Theonæ adhuc ius-  
 uenis ad hūc B. Iohannē piē deuotionis affectu, deferēs ei munera religiosa, inter ceteros  
 possessores q̄ aerebāt certatim decimas siue primitias frugū suaz̄ p̄fato Iohāni, vidēs q̄  
 senex eos confluisse ad se cum multis muneribus, cupiensq̄ deuotioni eorum vicem re-  
 pendere, cepit eis spiritalia feminare, iuxta Apostolum, à quibus metebat carnalia. ¶B.

**D**elector d̄ charissimi filij largitate munere vestroz̄ atq̄ gratanter amplector deuo-  
 tionē huius oblationis, cuius disp̄satio ē mihi credita, q̄ fideliter deo offertis pri-  
 mitias vestras v̄sibus indigentū erogandas, q̄ sunt sacrificiū boni odoris. Nā credo fr-  
 ges vestras ex q̄bus hæc obtulistis vbertim b̄ndicendas merito oblationis istius, vos q̄-  
 que cumulandos à dño multiplici bonoz̄ oim̄ vbertate, etiā in seculo isto secundū ipsi-  
 us promissum cuius implestis mādātū, quēadmodū ait scripturā: Honora dñm de tuis iu-  
 stis laboribus, & deliba ei de fructibus iustitiæ tuæ, vt impleant horrea tua abundantia  
 tritici, & torcularia tua vino. Quā deuotionē fideliter exequētes scitote vos cōsummas  
 se legis antiquæ iustitiam, sub qua tunc positi, & transgredientes eandem reatum ineu-  
 tabiliter incurrebant implentes vero peruenire ad apicem perfectionis nequibant. ¶C.

**D**ecimæ q̄ppe ex dei p̄cepto deputatæ fuerunt v̄sibus leuitaz̄, oblationes vero atq̄  
 primitiæ v̄sibus sacerdotū, sed modus seu ritus primitiæ primitiaz̄, q̄ sunt quæ  
 gesima pars frugū fuit, vt quinquagesima pars frugū aut̄ aialū præberet ministerio i-  
 pli vel sacerdotū, quē modū tepidiores infideliter minorantes offerebāt sexagesimā suo-  
 rum fructū partē. Deuotiores vero modū illū augentes, immolabāt quadragesimā par-  
 tem. Iusti aut̄ quibus nō est lex posita, sic probantur nō esse sub lege, q̄ cōnātur non so-  
 lum im- lere, sed item transcendere iustitias legis, sicq̄ eorū deuotior, vbertior legali p̄-  
 cepto cumulans obseruantiam p̄ceptorum, voluntaria addit ad debita. ¶D.

**L**egimus nāq̄ & Abrahā sup̄gressum esse legis p̄cepta, q̄ superatis regibus quatuor  
 C nō acquieuit attingere aliq̄ Sodomoz̄ q̄ debebantur sibi nō immerito tanq̄ victo-  
 ri, q̄ & rex Sodomæ obtulit ei suppliciter, sed cū iuramento clamauit: Extendito manū me-  
 am ad deū excelsū, q̄ fecit cælū & terrā, si à filo subtegminis vsq̄ ad corrigiā caligē ac-  
 cipiam ex oibus q̄ tua sunt. Ita scimus & ipsam David transcendisse legis mandata, qm̄  
 Moyse p̄cipiente vt inimicis talio reddet, nō solū nō fecit hoc, imo & p̄sequentes dilexit,  
 pie desseuit ac vindicauit occisos. Insuper demonstramus Heliam & Hieremiā nō fuisse  
 sub lege qui p̄seuerare virgines maluerunt, cum vti cōiugio licite possent. Cōformiter le-  
 gimus Heliseum & reliq̄s eiusdem propositi viros mosaica transcendisse mādātā, de quib-  
 bus Ap̄stolus: Circūierunt, inquit, in melotis, in pellibus caprinis, &c. Præterea quid dī-  
 cam de filijs Ionadab filij Rechab, q̄s legimus sic respondisse Hierimiaz̄ offerenti eis vinū  
 ex dei p̄cepto: Nō bibemus vinū, qm̄ Ionadab filius Rechab pater noster p̄cepit nobis  
 dicens: Nō bibetis vinum vos & filij vestri vsq̄ in sempiternū, &c. Propter quod à bea-  
 to Hieremia meruerunt. Hæc dicit dominus exercitū: Nū deficiet vir de stirpe Ionadab  
 stans in cōsp̄ctu meo cunctis diebus. Qui oēs non contenti offerre decimas possessionū  
 suaz̄, sed respuentes p̄dicia sua, potius obtulerūt deo seip̄os & animas suas, pro quibus  
 nulla commutatio fieri potest ab hoīe, sicut dominus in euangelio cōtestatur: Quā com-  
 mutationem dabit homo pro anima sua? Hinc scire debemus, q̄ nos à quibus nō exigit  
 legale mandum, sed quibus euangelicus sermo dicit: Si vis perfectus esse, vade & vende  
 omnia quæ quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere  
 me, dum offerimus deo decimas de substantiis n̄ris detinemur quodamō adhuc sub sar-  
 cina legis, & necdum attingimus euangelicam perfectionem, quæ remunerat obtemperā-  
 tes sibi non solum beneficijs vitæ p̄sentis, sed p̄mijs quoque futuris. Lex namque  
 Xx ij promi

promisit factoribus suis non præmia regni cœlestis, sed solatia vitæ præsentis. Qui sece-  
 rit, inquiens, hæc, viuet in eis. Dominus autem ait suis discipulis & amicis: Beati paupes  
 res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et omnis qui reliquit domum, fra-  
 tres, sorores, patrem, matrem, uxores, filios, aut agros propter nomē meum, centuplum  
 accipiet, & vitam æternam possidebit. Nec immerito. Non enim ita laudabile est abstinere  
 ab illicitis, sed à licitis, non utendo propter dei reuerentiā his quæ vtenda nobis pro-  
 misit propter nostram infirmitatem. Itaque si hi qui fideliter offerunt decimas suas, atque  
 per hoc præceptis dei veteribus famulant, necdum euangelicum culmen ascēdunt quan-  
 tum distent ab illo qui non offerunt decimas suas manifeste conspicitur. Qualiter enim  
 valeant esse participes euangelicæ gratiæ, qui contemnunt implere leuiora legis præcep-  
 ta, quorum facilitatem imperiosa verba legislatoris in tantum testantur, vt maledictio-  
 nem proponat non obseruantibus ea, dicendo: Maledictus omnis qui non permanferit  
 in libro legis huius vt faciat ea. In euangelio autem propter excellentiam mandatorum  
 dicitur: Qui potest capere capiat. Illic comminatoria compulsio legis latoris paruitatem  
 mandatorum dei demonstrat, dicens: Contestor vobis hodie per cœlum & terram, q̄ si  
 non custodieritis præcepta domini dei vestri, peribitis à facie terræ. In euangelio autem  
 significatur magnificentia mandatorum magis proprietate & conditione exhortantis,  
 q̄ imperantis cum loquitur: Si vis perfectus esse, fac hoc vel illud. Ibi Moyses imponit in-  
 excusabile pondus recusantibus legem. Hic Paulus occurrit tantum consilio volentibus  
 & festinantibus ad ipsam perfectionem. Non enim erat generaliter præcipiendum neq̄  
 vt ita dixerim, ab omnibus canonicè exigendum, quod apprehendi non potest ab omni-  
 bus ob suam sublimitatem mitificam, sed potius prouocantur gratia atq̄ cōsilio, vt ma-  
 gni valeant non immerito coronari perfectione virtutum. Parui autem qui implere nō  
 possunt mensuram ætatis plenitudinis Christi, quamuis videantur latere fulgore maio-  
 rum velut astrorum, tamen sint alieni à tenebris maledictionum legalium, nec addicantur  
 tur cladibus malorum præsentium, neq̄ supplicio torqueantur æterno.

**C**hriftus itaque nullum astringit p̄cepto ad excelsa illa perfectionis fastigia, sed pro-  
 uocat liberi arbitrii potestate & salubri consilio ac desiderio perfectionis. Vbi em̄  
 præceptum, ibi necessitas, & vbi necessitas, ibi difficultas, vbi difficultas, ibi negligentia,  
 vbi negligentia, ibi & peccatum, vbi peccatum, ibi consequenter & pena. Porro cus-  
 todientes ea quæ iubentur seueritate legis præfixæ potius pœnam effugiunt quæ mina-  
 batur à lege illa qua præmia consequantur.

**Q**uemadmodum ergo euangelicus sermo fortes sustollit ad alta atq̄ perfecta, ita  
 nō patitur infirmos demergi ad ima, sed p̄fectis tribuit plenitudinē b̄t̄idinis. Veni-  
 nam vero his qui fragilitate vincuntur. Lex enim collocavit cōsumatis præcepta sua tan-  
 quam in quodam meditullio meriti vtriusq̄, tantum separans à gloria p̄fectoꝝ, quan-  
 tum secernit à damnatione transgressorum. Quod quidem q̄ miserabile infimumq̄; con-  
 sistat, perpendite ex statu vitæ præsentis, & comparatione qua miserimum reputatur, si  
 quis ad hoc studeat & labore duntaxat, ne reus inter honestos habeatur, & non etiam  
 vt inter eos sit locuples, honorabilis & gloriosus.

**H**inc in nostra potestate situm est nunc, an velimus esse sub euāgelij gratia, an sub  
 legis terrore, quia necesse est vnumquēq̄ pertinere ad alteram partium harum, se-  
 cundum qualitatem operis sui. Nam gratia Christi suscipit transcendentes legem. Lex  
 vero retinet inferiores tanquam debitores suos & sibi obnoxios. Reus nanq̄ legalium  
 præceptorum nequaquam valebit euangelicam perfectionem attingere, quamuis inani-  
 ter gloriatur esse se Christianum, & Christi gratia liberatum. Non solum enim hic cre-  
 dendus est esse sub lege, qui contemnit implere ea quæ iubet lex, sed etiam ille qui cōtem-  
 tus est seruare illa tm̄ quæ præcipit lex, & nequaquā exhibet fructus dignos vocatione &  
 gratia Christi, qui non dicit decimas tuas & primitias offeras dōmino deo tuo, sed vade  
 & vende omnia q̄ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni seque-  
 re me, qui ob commendandam magnificentiam euangelicæ perfectionis non concessit  
 breuissimum horæ spatium discipulo id postulati pro patre suo sepeliendo, nec prætulit  
 humanæ charitatis officium diuino amori.

**Q**uibus auditis B. Theonas accensus inextinguibili desiderio perfectionis semen-  
 tibus cœlestis conceptū corde secūdo reposuit quasi in sulcis edomitis & pfundis  
 maxi

**A** maxime humiliatus atq̄ compunctus in hoc, q̄ senex dixit eum non solum nō attigisse  
 euangelicā perfectionem, imo & vix adimplese legis mandata, deflens se nondū audisse  
 se rationem primitiarum, cum tamen singulis annis solitus esset afferre diaconia decimas  
 frugum suarū. Quas & si aliter attulisset, nihilominus fatebatur se longe distare  
 scdm̄ sensus sententiam ab euangelica perfectione. Reuerfus est igitur domū tristis, illa as-  
 sectus tristitia, quæ pœnitentiam in salutē stabilem operatur: nec iam dubius de sua vo-  
 luntate & intentione, conuertit oēm suam sollicitudinē circa coniugis suæ salutē, cœpitq̄  
 eam exhortari ad desiderij spirituale, q̄ ipse accensus iam fuit, admonens eam cū la chry-  
 mis die ac nocte, vt in castitate & sc̄t̄imonia deo pariter deseruiret, dicens conuersionē ad  
 vitā meliorem esse nullatenus differendā, q̄ spes vana iuuenilis etatis nō p̄iudicaret neces-  
 sitati subitæ mortis, q̄ tollit infantes & pueros ac adolescentes, sicut & senes.

**P**orro quum vxor durissima non assentiret sibi talibus obsecrationibus iugiter  
 insistēti, affirmans se nullatenus posse carere mariti solatio, propter adulescentiæ  
 suæ florem, ideoque si quid criminis perpetraret relicta ab eo, magis imputandum  
 esse eidem, qui fœdera coniugij rumperet. Tunc ipse Theonas cum diu prætendisset  
 & allegasset conditionem naturæ humanæ valde incertam ac fragilem, & quam pericula  
 losum esset diutius impleri desiderijs operibusq̄ carnalibus, afferens non licere alicui fa-  
 cere se extorem seu imparticipem boni quod didicit, maioris quoq̄ esse peccati despice-  
 re cognitam bonitatem, quam non amare incognitam, se item inuolui præuaricationis  
 reatu, si terrena sordidaq̄; præferret tam præclaris ac cœlestibus donis inuētis ad magnā  
 siccitiam q̄; perfectionis oēm ætatem & sexū atq̄ vniuersa ecclesiæ quib̄bra inuitatē  
 ad aggrediendā & ascendendā celsitudinē sublimiū meritoꝝ, dicente Apostolo: Sic cure-  
 rite vt cōprehēdatis, nec paratos ac alacres debere subsistere propter mores ac moras ses-  
 gnium ac tardorū, cū rectius sit vt desides à p̄currentibus incitent, q̄ vt properates à sedē-  
 tibus ac pigris detineant, & hinc se decreuisse renuciare ac mori mundo, vt possit viuere  
 deo, & ideo quia obtinere gratiā istā nō posset, vt simul cū coniuge transfret in Ch̄si con-  
 sortium, malle th̄ saluari cū vnus membri dispendio, & quasi debilem ingredi regnū cœ-  
 lorum, q̄ cū corporis integritate damnari. Adiecit q̄;: Si Moyses p̄misit relinquere vxores  
 propter duritiā meritoꝝ, quare Ch̄s nō sinat hoc si fiat castitatis amore, p̄sertim cum  
 idem d̄ns indicās inter cætera esse nō solum abijciendas, sed etiā odiendas pro noīe suo  
 & p̄fectionis desiderio affectiones patrū, matrū ac filioꝝ, quibus p̄cipimur nō solum lege  
 Moysi, sed & Ch̄i oēm reuerentiā exhibere, coniungat eis nomen vxoris, dicens: Ois q̄  
 reliquerit domū aut fratres vel sorores, aut patrē aut matrē aut vxorē, centuplū accipiet  
 & vitam æternā possidebit. In tantū igitur Ch̄s nō sustinet aliqd̄ cōparari p̄fectioni quā  
 p̄dicat, vt dissoluat etiā necessitudinē patris ac matris, de quibus scdm̄ Apost. est primā mar-  
 datum in lege, videlicet: Honora patrē & matrē, qd̄ est primū in re promissioe mandati,  
 vt bene sit tibi & longæuus sis super terrā. Quorū affectionē p̄cipit Ch̄s pro suo amore  
 contemni, itaq̄ sicut euangelicus sermo condēnat eos, q̄ extra adulteriū casum rumpunt  
 vinculum coniugale, sic euidenter p̄mittit centupla premiū his q̄ iugum carnale reijciūt  
 propter Ch̄i amorē & castimoniam appetitum. Quapropter si fieri pōt, vt ratione acce-  
 pta tandē s̄ctaris ad partem hanc desideratissimā mihi, vt scilicet d̄no seruientes pariter  
 euitemus pœnā gehennæ. Non refuto coniugij charitatē, imo maiori dilectione amplexor.  
 Agnosco nanq̄ & veneror coniugem adiutricē meam mihi deputatā per dei sensen-  
 tentiam, nec respuo ei coherere in Christo indissupto fœdere charitatis, nec separo à me  
 quod dominus mihi coniunxit lege primæ conditionis, dummodo sis & tu q̄; qd̄ crea-  
 tor te esse voluit. Si vero nolueris te in adiutoriū mihi esse, sed in deceptione, & malueris  
 te exhibere in adminiculū nō mihi, sed hosti, & putas coniugij datū ad hoc, vt fraus  
 des seu priues me saluti oblatæ, & à Christi discipulatu me retrahas, viriliter apprehen-  
 dam doctrinam mihi prolatam ore abbatis Iohannis, imo & saluatoris, ita vt nulla affec-  
 tio me possit à spiritali auellere bono, cum dicat saluator: Qui non odit patrem & ma-  
 trem, &c. non potest meus esse discipulus. Itaque cum intentio mulieris non s̄cteres  
 tur his & consimilibus verbis, & in eadē obstinationis duritia remaneret, dixit Theo-  
 nas: Si ego nō possum te à morte abstrahere, nec tu abstrahas me à C H R I S T O.  
 Tutius mihi est habere diuortium ab homine, quam à Deo. Aspirante igitur gratia  
 Dei, constanter profectus est suum propositum, nec passus est ardorem desiderij sui



tepefcere per aliquam moram. Mox quippe relicta omni facultate mundana monasterium est ingressus, ubi in breui emicuit tanto sanctitatis & humilitatis splendore, vt post mortem abbatis Iohannis successoris eius S. Heliae abbatis prædecessore suo nõ imparis beatus Theonas eis successerit in diaconie dispensatione prælectus ad hoc vniuersorum confona voce.

**N**emo aut putet nos ista introduxisse ad prouocandũ coniugioꝝ diuortia. Qui nuptias non solum nõ reprobamus, imo & apostolicã sequentes sententiã, dicimus honorabile connubiũ & thorus immaculatus, sed vt fideliter pandemus lectori initium conuerfionis, q̄ tantus vir consecratus est deo. A q̄ lectore deposcimus primo hæc probona regratiatione, vt siue factũ illud sibi placuerit, siue nõ pmittat me esse à calumnia alienum, opusq; illud laudet aut reprehendat in suo actore. Ego aut q̄ nõ induxi de hac re meam sententiã, sed simplici narratione perstrinxi rei gestã historiã, iuste vëdico mihi, vt sicut nihil mihi vsurpo de laude eorũ, q̄ factũ hoc probant, ita nõ pulser inuidia improbantium illud. Habeat ergo vnusquisq; iudiciũ suum de illo, vt diximus, sed hortor vt ita moderetur suum iudiciũ & examen, ne credat se sanctiore aut æquiore esse diuino iudicio, q̄ datum est huic Theonẽ facere signa apostolicarũ virtutũ, vt taceam de tantorum patrum sententiã, q̄ factum eius nõ solum non reprehenderunt, imo intrin commẽdauerunt, vt prætulerint actorem facti illius sublimissimis viris, eligendo eum ad diaconiam. Et puto iudiciũ tot spiritualium viroꝝ deo actore prolatum nõ deuiasse, quod etiam deus signis tam mirabilibus confirmauit.

**S**ed tempus iam est vt sequamur ordinẽ collationis pmisã. Itaq; cũ abbas Theonas visitasset nos in cellula nra in quinquagesima, vespertinis orationibus psoluit, paululum confidentes in terra, cepimus diligenter inquirere, cur Aegyptij monachi tam solite præcauerent, ne q̄s eorũ curuaret genua in oratione per totũ quinquagesimã tempus, aut ieiunare præsumerent vsq; ad horã nonam, & diligentiũs interrogauimus istud, q̄ minus vidimus hoc seruari tam caute in monasterijs Syriarũ.

**A**d hæc abbas Theonas vsus est tali sermonis exordio: Oportet nos consentire etiã nondũ cognita ratione authoritati patrũ consuetudinũq; maiorũ, vsq; ad tempus nostrum per tot annos tractã, eãq; custodire sicut antiquitus tradita est, iugi obseruatia & honore: veruntũ qm̄ vultis cognoscere causas & rationes istius rei, aduerfite breuiter ea q̄ tradita sunt à senioribus nostris super institutione & obseruantia ista. Veruntũ anteq̄ proferatur authoritas sacrarũ scripturarũ, pauca si placet dicamus de natura & qualitate ieiunij, vt subsequens scripturarũ authoritas disputationẽ nostram confirmet. Diuina sapientia in Ecclesiã designauit propriũ tempus esse oibus rebus tam prosperis, q̄ aduerfis seu tristibus, dicens: Oibus tempus est, & tempus est omni rei sub celo. Tempus pariendi & tempus moriendi, &c. Itaq; scriptura docuit, nihil horũ esse perpetuũ bonum, nisi fuerit factũ opportune & competenter, ita vt eadẽ opportune gesta sint bonas si aut præsumant tpe importune, inutilia sunt & nociua. Demptis his tr̄n quæ per se principaliter bona vel mala sunt, nec possunt vnq; in contrariũ deuiari aut permutari, vt iustitia, prudentia, fortitudo, virtutesq; ceteræ, varia q̄q; peccata, q̄q; rationes nõ possunt mutari aut cadere in aliam partem. Porro, si aliqua sint, quæ possunt in vtrãq; partẽ delecti ac trahi, ita vt iuxta qualitã & modum ventũ eis sint bona aut mala, hæc interdum vtilia aut inutilia, seu bona vel mala sunt, nõ absolute ex sua natura, sed ex affectũ agentis opportunitateq; temporis.

**N**unc ergo querendum qd de ieiunio debeamus sentire, an sit tale bonũ, quale iustitia, prudentia, ceteræq; virtutes, q̄ in contrariã partem diuertere nequeunt, an sit quoddã mediũ, qd aliqñ vtiliter fiat, & aliqñ sine damno prætermittat, qd item interdũ reprehensibiliter efficiatur, & vicissim laudabiliter omittatur. Si enim in illa ratione numeroq; virtutũ ponamus ieiunium, vt abstinentia à cibis collocef inter principalia bona, tũc ciboꝝ perceptio erit vitiosa & praua, qm̄ quicq; principali bono exeat contrariũ, malum est, qd scripturarũ authoritas non permittit nos affirmare. Si em̄ tali sensu atq; proposito ieiunemus, vt credamus pctm̄ consistere in ciboꝝ sumptione, non solum nõ proficiemus in ieiunando, sed incurremus reatum maximum & sacrilegij crimen, iuxta Apostolum, abstinentes à cibis q̄s deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fr̄delibus, & ijs qui cognouerũt veritatem, q̄ ois creatura dei bona est, &c. Qui em̄ putat

quid

**A** quid cõmune esse, illi cõmune est. Ideo neminẽ legimus condemnatũ ob solã sibi perceptionẽ, nisi forte aliud aliqđ fuerit annexũ aut subsecutũ, p̄ qđ meruit condemnari.

**M**Edium ergo quoddã esse ieiunium hinc probat, qm̄ sicut iustificat dum seruatur, ita nõ damnat dum frangitur, nisi forte præcepti transgressio puniatur potius, q̄ eorũ perceptio. Porro nullum tempus vacare debet à principali bono, intrin vt nulli liceat esse sine eo, q̄ ex eius cessatione necesse est negligentia corruere in pctm̄. Principali q̄q; malo nullum concedit tps, q̄ liceat, q̄d semper nociuũ est siue culpabile, nunq̄ poterit non nocere si admittatur, nec pot̄ in partẽ laudabilẽ cõmutari, atq; per hoc ista quibus videmus qualitates seu modos & tpa esse præfixa, q̄ dum obseruant ita sanctificant, vt omnia nõ polluat, manifestũ est media esse, puta diuitias, nuptias, agriculturã, solitudinem, vigiliã, sacrarũq; lectiones & meditationes libroꝝ. Ieiunia q̄q; de quibus sumptũ est huius sermonis exordiũ, q̄ diuina iussio aut scripturarũ authoritas nõ præcipit, tam incessabiliter obtineri aut custodiri, vt vitiosum sit ea omittere paululum. Quicqđ em̄ præcipit, mortẽ irrogat si nõ impletur. Porro quæ consulunt, facta profunt omnia seu nõ facta, non puniunt. Hinc maiores nri iusserũt nos hæc oia aut quæ dã eorũ obseruare, ac agere circũspecte ac p̄uide, pro loco, modo, causa ac tpe: quia si aliquid horũ congrue fiat, aptum est atq; conueniens: si incongrue, certum est, q̄ ineptum existat ac nociuum.

**B** vt si q̄s velit austeritate ieiunij custodire in fratris visitatione, in q̄ debet Christũ ex humanitate reficere, nonne magis incurret crimen inhumanitatis, q̄ acquirat laudẽ & meritum religionis? Aut si nõ acquiescat rigorem abstinentiæ relaxare, dum defectio corporis id requirit, & imbecillitas deposcit virum reparationẽ per cibi perceptionẽ: nõne magis æstimandus est crudeliter homicida corporis sui, q̄ puifor salutis aĩe suæ? Ita etiã si q̄s voluerit indissolubiler retinere rigidã obseruantiam ieiunioꝝ, dum tps festiuum concedit congruũ vsum eorũ & absolutionem consueti rigoris, necesse est vt reputetur irrationabilis & indiscretus magis q̄ religiosus. Deniq; ista aduerfantur his, q̄ mercant laudem humanam pro sua ieiunia, & famam sanctitatis acquirunt pallore inani, quos euangelicus sermo pronunciat recepisse in hac vita mercedẽ suam, q̄ ieiunia dñs detestatur, q̄ per Isaiã loquitur in eorũ personas: Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti, humiliamus aĩas nras, & necisisti? Quibus confestim respondet, aperiens causas cur exaudiri eis non indigneret: Ecce in diebus ieiunij vñ inuenit voluntas vña, & oēs debitorũ vestros reperitis. Ecce ad lites, &c. Deinde subiungit docens qualiter ieiunij meritũ fiat, euis denterq; pandit ieiunium per se solum nõ posse esse acceptũ, nisi causas subsequentes habeat sibi adiunctas, dicẽdo: Nonne hoc est ieiunium qđ elegit? Dissolue colligationes impiarũ, solue fasciculos deprimentes, &c. Tunc inuocabis, & dñs exaudiet te, clamabis & dicet: Ecce assum. Videtis ergo qđ deus nequaq; iudicat ieiunij esse principale bonum, qm̄ bonum est ac placitum deo non per seipsum, sed per alia opa, & rursus iudicetur nõ solum vanum, sed item odibile ex causis adiunctis, cum dñs dicat: Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.

**M**isericordia nãq; patientia, charitas, & ceterarũ virtutũ præcepta, in quibus principale bonũ consistit, nõ sunt tenenda seu adimplenda propter ieiunia, sed ieiunia potius propter illa. Elaborandũ est quippe, vt virtutes, q̄ veraciter bonæ sunt, acquirant ieiunij, nõ vt actus virtutũ illarũ ad ieiunij finaliter ordinentur. Ob hoc ergo vtilis est affectio, ob hoc assumenda est abstinentia seu inedia: medicina, vt per eas peruenire possimus ad contemplationis sinceritatẽ, in qua incessabile atq; immobile bonum est aĩe. Nec em̄ medicina, aurificina aut læteræ artes practicæ exercent propter instrumenta ad opus earũ spectantia, sed ferramẽta seu instrumenta præparant potius propter hmõĩ artes, q̄ instrumenta sicut vtilia sunt peritis, ita supflua sunt his, q̄ artes illas ignorãt: & sicut plurimum profunt his q̄ vtunt eorũ obsequio ad opus suum efficiendũ, sic ignorãtes cur instrumenta illa sunt instituta, contenti sunt sola possessione eorũ, nec possunt eis pdesse, qm̄ vtilitatem eorũ constituunt in sola retentione, non in operis consummatione. Illud ergo est principaliter optimũ, propter quod fiunt illa quæ media sunt. Ipsum vero precium bonum agitur non propter aliquam causam, sed propter propriã bonitatẽ.

**P**incipale aut bonum à medijs per ista distinguitur, vt pote si sit per se bonũ, & non propter aliquid aliud. Item si necessarium sit propter se, & nõ propter aliud aliquid, & si immutabiliter ac semper sit bonum, & suam qualitatem perpetue retinens, nec vnq; possit



possit cōverti in malum, si q̄q; cessatio eius possit nō inferre summā perniciem, & si illud q̄d ei contrarium est principale sit malum, nec possit laudabiliter fieri. Quæ principalis bonorū proprietates ascribi non valent ieiunijs, cum nō sint ex seipsis bona, aut propter se necessaria, sed laudabiliter exercentur propter acquirendam animæ & corporis puritatem, quatenus extinctis stimulis carnis mens pacifica reconcilietur subactori. Nec sunt bona semper & immutabiliter, quia plerunq; intermittimus ea absq; peccato, imo importunius observata vertuntur interdum in perniciem animæ. Deniq; id q̄d videtur ieiunio esse contrariū, nō est principale malum, puta perceptio ciborū naturaliter iucunda, quæ dici mala nō potest, nisi eam sequantur intemperantia, luxuria, & alia consimilia vitia: quā non q̄d intrat in os coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore hæc coinquinant hominem. Hinc derogant principali bono, nec faciūt illud inculpabiliter ac perfecte q̄d exequuntur non propter se, sed propter aliud aliqd. Omnia nāq; sunt faciēda gr̄a principalis boni, ipsum vero expetendū est propter se solum. Retinentes igitur talem determinationē de qualitate ieiunij, ita illud appetamus totis viribus cordis, vt sciamus illud esse nobis ac commodum, si obseruent in eo opportunitas tēpō, qualitas & mēsurā, nec ita vt in ipso figamus finem n̄ræ fiduciæ, sed vt per ipsum pertingere valeamus ad animi puritatem & apostolicam charitatē. Manifestum est ergo non principale bonum, sed mediū esse ieiunium, cui non solum sunt præfixa specialia tēpō, q̄bus fieri debet sine omitti, sed etiā modus & qualitas præstituti sunt ei. Cæterum quæ præcipiuntur vt bona, aut prohibentur vt noxia, nunq; sic subiacent tēpōrū exceptioni, vt prohibita debeant aliquando fieri, aut iussa fieri debeant quandoq; omitti. Non em̄ aliquis modus statutus aut positus est iustitiæ, patientiæ, sobrietati, pudicitia, charitati: nec vnq; concessa est licentia aut libertas iniustitiæ, impatientiæ, iræ, impudicitia, siue superbiæ.

**H**IS ergo præmissis de qualitate ieiunij adijcēda est scripturæ autoritas, qua manifeste probetur, q̄ ieiunium nec possit, nec debeat semper seruari. Vt em̄ in euangeliō legitur, ieiunantibus pharisæis cum discipulis præcursoris, cū apostoli nondū seruiarent ieiunia, vt pote filij & coniuæ sponsi cœlestis, conquesti sunt Ch̄so discipuli præcursoris, q̄ perfectionē iustitiæ credebūt se possidere de ieiunijs, nō de actibus charitatis, tanq; sectatores S. Iohannis eximij prædicatoris penitentiæ, ita præbentis suo exemplo formā populis cunctis, vt nō solum vitaret diuersa ḡna ferculorū, q̄ humanis vsibus ingeruntur, imo & esum panis penitus ignoraret, conquesti sunt igitur Ch̄so dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, tui autē discipuli nō ieiunant? Quibus Christus respondens, euidenter ostendit ieiunium nō esse omnimode congruū nec necessariū, vt cū festiuitas aut interueniens occasio charitatis admittit indulgentiā refectionis, Nam ait Nunquid possunt filij sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus? Venient autē dies cū auferet ab eis sponsus, & tunc ieiunabūt. Quæ ȳba quis protulerit propter resurrectionē corporis sui, proprie tñ ostendunt quinquagesimæ tēpō, in q̄ Christo post resurrectionem epulante, per quadraginta dies cum discipulis suis gaudium quotidianæ præsentia eius non sinebat illos ieiunare.

**E**rimanus: Cur ergo laxamus rigorem abstinentiæ tota quinquagesima prandijs, cum dñs noster Iesus Christus sit post resurrectionē, cum discipulis commoratus tantum quadraginta diebus?

**T**heonas: Interrogatio vestra non incongrua meret agnoscere integerrimā veritatē quæstii. Post ascensionem saluatoris, quæ facta est quadagesimo die a sua resurrectione, apostoli reuersi de monte oliueti, in q̄ Christus ad patrem ascendens præbuit se videndū, sicut lectio Actū apost. testatur: Ingressi sunt Hierosolymā, & per decem dies expectauerūt spūs sancti aduentū, quibus expletis susceperūt spiritū sanctū cum gaudio quinquagesimo die, & ita per hæc impletus est quinquagesimæ numerus, quē in veteri q̄q; testamento legimus figuratim præsignatū. In q̄ vij. hebdomadibus consummatis, panis primitiæ iubeat deo offerri per sacerdotes, q̄ per apostolorū predicationē probatur dño verissime immolatus, qua p̄dicatione legunt apostoli populo sermocinari quinquagesimo die illo. Verus, inquā, panis primitiæ platus institutione suę nouę doctrinę q̄ fatiatis quinq; milibus viroꝝ munere cibi sui consecrauit deo primitiuū Christianorū populū de Iudæis. Hinc quoq; hi decem dies obseruandi sunt pari solennitate atque lætitia cum præcedentibus quadraginta diebus. Cuius festiuitatis obseruantia seu institutio

**A** institutio transmissa per apostolicos viros vsq; ad nos eodem tenore seruanda est. Ideo namq; genua nō curuamus in ipsis diebus, quia curuati > genuum, signū est iustus ac p̄ce ritentia. Vnde eandem solennitatē cū odimus per omnia illis diebus, quā & die dominica, in qua maiores nostri statuerunt nec genua esse flectenda, nec ieiunandum propter dominicæ resurrectionis honorem.

**E**rimanus: Potest ne caro nostra illecta insolitis blandimentis tā longe festiuitatis non germinare aliquid pernitiosum atq; spinosum de fomite vitiorū, quibus absq; aut mens onerata dapibus ultra consuetudinē sumptis non inflectere castigationis rigorē circa corpus seruile, præsertim cum vitidior ætas prona ad rebellionē, possit in nobis subdita membra cōpellere aut mouere, si licentius præsumamus escas insolitas, aut certe abundantius capiamus solitas escas.

**T**heonas: Si vnuerſa quæ gerimur rationabiliter examinemus, atq; de puritate cordis nostri consulamus non aliorū iudiciū, sed conscientia propriam, certū est, q̄ in tercapedo seu geminatio ista refectionis nō possit obesse districtioni iustæ, aut discretio rigori, si mens incorrupta pari perpendens lance æquā mensurā relaxationis ac continentia castiget ac vitet similiter nimietatē vtrinq; & vera discretionē distinguat, vtrū pondus delicia deprimat spiritū nostrum, an vero maior abstinentiæ rigor carnē nostram inclinet, ita vt cōprimat aut subleuet partem illam, quā extolli senserit vel grauari. Nam dñs noster nihil vult in æquali, sed collocatē puritatē atq; in lance vna, & corporis vires in alia, ita pendamus ac ponderemus vtrūq; iudicio conscientia vero, vt in neutra partē propēsus inclinemus libram æqualitatis, corrupti præponderante vnus partis affectu, quatenus nec ad immoderatā districtiōnem, nec ad nimiam remissionē flectamur, & propter alterorū nobis dicat: Nonne si recte offeras, recte autē nō diuidas, peccasti? Nam ille qui diligit misericordiā & iudiciū: Ego, inquiens, diligens iudiciū, & odio habens rapinam in holocaustum, execratur victimas illas ieiuniorū, quas extorquentes nobis inconsiderate violenta viscerū afflictione & conuisione, credimus nos deo recte offerre.

**C** Nam sermo diuinus condēnat velut operarios fraudulētos, illos qui præcipua oblatio num, id est, actuum & officiorū suorū referunt, & assumunt ad carnis suæ educationem ac proprium vsū, & domino deserunt minimā partem, id est, illos reliquias. Scriptū est em̄: Maledictus qui facit opera dñi negligenter. Non ergo immerito increpat dñs eū qui ita se fallit iniquo examine, iuxta illud: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant, &c. Idcirco A postolus admonet, vt retinentes moderatam discretionis, in neutram partem labamur nimietate illecti: Rationabile, inquit, obsequium vestrum. Quem excessum similiter prohibet Moyses, dicens: Statera iusta & æqua sint pondera. Iustus modius, æquusq; sextarius. Quibus concordat q̄d Salomon loquit: Ponderus magnū & pusillum, & mensuræ duplices, immunda sunt apud dum vtraq; & q̄ facit ea, in adinventionibus suis compediēt. Insuper studere debemus nō solum modo modo prædicto, sed etiā isto, vt nō habeamus pondera iniqua in cordibus nostris, neq; mensuras duplices in horreis conscientia n̄ræ. i. ne remissius præsumamus ea quæ discretionis regulā laxant, & ne eos quibus p̄dicamus verbū dei, obruamus districtioribus p̄ceptis, grauioribusq; ponderibus, q̄ ipsinos ferre valeamus. Quod dū facimus, qd nisi mercem frugēq; dñi appendimus aut metimur duplici præceptorū mensura ac ponderē. Si em̄ dispensamus ea aliter nobis, aliter fratribus nostris, increpamur iuste a dño, eo q̄ habemus stateras dolosas duplicesq; mensuras, iuxta sententiā Salomonis dicentis: Abominatio dño pondus duplex, & statera dolosa nō est bona. Hoc quoq; modo euidenter incurrimus reatum duplicis mensuræ ponderisq; dolosi, si cupiditate laudis humanę, ostentemus coram fratribus quædam districtiora, quàm exercere solemus priuatim in cellulis

cellulis nostris, cupientes abstinentiores sanctioresque apparere humano conspectui, quod diuinoque uanitas non solum est nobis vitanda, verum etiam summe abominanda. Sed interim paulo longius euagati a quaestione proposito, reuertamur modo ad eam. ¶ Y.

**S**IC ergo seruanda est solemnitas praedictorum dierum, ut concessa remissio pro fit magis, quam noceat cultui siue profectui carnis ac animae, quia nec stimulus carnis neque diabolus mitigatur gaudio alicuius festiuitatis aut dierum honore. Ut ergo statuta solemnitas consueta seruetur festis diebus, & saluberrimus parsimoniae modus minime transcendatur, sufficit ut indulgentiam remissionem patiamur progredi usque ad id, ut cibus qui erat sumendus hora nona, captatur paulo citius propter festum, ut pote hora sexta, ea discretione ut solitus escariae modus aut qualitas non mutetur, ne puritas corporis & integritas mentis diligenter acquisitae abstinentia quadragesimali pereant quinquagesimae remissione, nihilque pro fit nobis obtinuisse ieiunium quod mox perdat securitate incauta, praesertim cum & diabolica versutia non ignota tunc praecipue puritatem nostram impugnet, cum eius custodiam senserit relaxatam solemnitate consueta. Quamobrem vigilantissime prouidendum est, ne vigor mentis nostrae eneruetur unquam seductionibus blandis, ne perdamus securitate ac requie quinquagesimae puritatem castimoniam, acquisitam labore quadragesimae. Ideo nulla penitus adiectio admittatur in ciborum qualitate & modo, imo & in celeberrimis diebus temperemus ab escis, per quae continentiam tuebamur integritatem pudicitiae diebus profectis, ne festiuitatis laetitia suscitans nobis perniciosissimam pugnam incentiuorum carnalium, vertatur in luctum, atque eripiat nobis excellentiorem illam mentis festiuitatem, quae gaudio incorruptionis exultat, & incipiamus post breuem carnalis laetitiae uanitate desiere longo poenitentiae mero pudicitiam cordis amissam. Quinimo laborandi, ut Propheta illa admonitio non frustra dirigatur ad nos: Celebra iuda festiuitates tuas, redde vota tua. Si enim dierum solemnitas interiecta non mutauerit continentiae iugitatem, spiritalibus feriis semper fruemur, sicque cessantibus nobis a seruilibus operationibus, erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. ¶ Z.

**E**xmanus: Quid causae est, ut quadragesima per sex hebdomadas obseruetur? Licet maior forsitan cura religionis videatur septimae adiectae hebdomadam in quibusdam prouincijs, cum nullus numerorum illorum contineat dies quadraginta, subtrahendo die dominico ac sabbato. Nam in ipsis hebdomadibus includuntur tantummodo triginta & sex dies. ¶ A a.

**T**heonas: Licet quorundam pia simplicitas amputet huius rei quaestionem, tamen quia scrupulosus inquirendo quae alius reputasset quaestione indigna, desideratis agnoscere integram nostrae seruitutis ac obseruantiae ueritatem. Accipite euidentissimam rationem istius, ut certius approbetis, quod maiores nostri nihil irrationabile statuerunt. Generale praecipuum promulgatum est uniuerso populo in lege Moisaica: Decimas tuas & primitias offeras domino deo tuo. Itaque qui iubemur offerre decimas possessionum, & omnium fructuum nostrorum, multo magis necesse est, ut offeramus decimas uitae nostrae & usus humani, operumque nostrorum, quae euidenter implentur in quadragesimae computatione, quoniam numerus omnium dierum, per quorum reuolutionem annus completur, decimatur numero triginta sex semis diebus. Porro in septem hebdomadibus, si dies dominicales & sabbata subtrahantur, triginta quinque dies super sunt ieiunium deputandi. Porro adiecta die illa uigiliae sabbati usque in gallos cantum illucescente dominica, non solum impletur numerus triginta sex dierum, verum etiam pro decimis quinque diebus residuis computato super adiecto spacio noctis, nihil deerit plenitudini summam totius, quae superatur pro decima anni. ¶ B b.

**Q**uid autem de primitiis dicam, quas certum est exhiberi quotidie ab omnibus, qui Christo deseruiunt? Expergefacti namque a somno, & quasi residua alacritate post soporem surgentes, dum ortus atque principia cogitationum suarum diuinis consecrant holocaustis, seu deo in holocaustum offerunt, antequam corde concipiant motum sensus uel illius, uel admittant memoriam curamue rei familiaris. Quid nisi primitias fructuum suorum uere persoluunt per summum sacerdotem Iesum Christum pro usu uitae praesentis atque imagine quotidianae resurrectionis? Qui item suscitati a somno offerentes similiter deo hostiam iubilationis, primo inuocant eum motu propriae linguae, & nomen eius

**A**eius laudesque concelebrant, & referant prima claustra labiorum suorum, immolant deo officia sui ortis. Denique pari modo offerunt ei prima libamina seu opera manuum gressuumque suorum, dum confurgentes de suis cubilibus orationibus vacant, & antequam surgantur membrorum suorum officijs in proprijs causis, mouent actum ac gressum suum ad dei honorem, atque in eius laudatione se figunt, & ita persoluunt primitias omnium motuum suorum, manuum extensione, genuum incuruatione, totiusque corporis prostratione. Nec aliter implere ualemus id Psalmi: Praeueni in maturitate, & clamaui, in uerba tua super speraui. Et: Praeueni oculus mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Et: Mane oratio mea praue nit te, nisi ut post somnum euigilantes & reuocati in hanc lucem quasi ex quadam caligine & imaginaria seu similitudinaria morte, nihil audeamus praesumere de uniuersis officijs mentis & corporis, primo in nostras necessitates. Nullus namque est alius, quem Propheta mane praue nit, aut nos praue nitre similiter debeamus, nisi deus, cui primo offerre debemus nos ipsos, atque ad eius honorem referre occupationes, affectiones & curas nostras, sine quibus esse nequimus, aut subtilissimi inimici suggestiones, quas inferre conatur nobis adhuc dormientibus per phantasias inanum somniorum, quibus occupet & inuoluat nos statim dum euigilamus, ut deflorans exordia atque diuitias primitiarum nostrarum decerpant primitus eas. Cautissime ergo curare debemus, si tamen cupimus adimplere uim praefati uersiculi, ut solers uigilantia taliter tueatur primos ortus matutinae cogitationum, ne festina praesumptio inimici contamine quid ex eis, faciatque primitias nostras reprobari a deo tanquam communes & uiles. Qui si a nobis praue nit non fuerit per uigilantiam mentis circumspectione, non desinet nos praue nitre fraudibus suis quotidie, utpote non deponens consuetudinem praue nitentis suae nequissime. Propterea, si deo offerre optamus placitas acceptabilesque primitias ex fructibus nostrae mentis, non mediocriter solliciti esse debemus, ut omnes sensus corporis nostri seruemus praecipue in matutinis, tanquam sacrosancta holocausta in omnibus illibata atque intacta. Quam deuotionem custodiuimus multi, etiam saeculares cum summa cautela. Qui confurgentes ante lucem siue diluculo, nequaquam se implicent familiaribus necessariisque operibus huius mundi, nisi prius ad ecclesiam concurrentes, studeant consecrare & offerre diuino conspectui primitias actionum suarum. ¶ C c.

**A**mplius, quod dicitis quadragesimam obseruari per diuersas prouincias more diuerso, uidelicet per sex aut septem hebdomadas, attamen una ratio idemque modus ieiuniorum concluditur seu impletur obseruatione hebdomadarum diuersa. Hi namque, quod diem sabbati aestimant ieiunandum, instituerunt obseruationem sex hebdomadarum. Sex dies enim in septimana ieiunant, qui consumunt seu ieiunando expendunt dies triginta, & eosdem sex dies sexies reuolutos. Una ergo est ratio idemque modus ieiuniorum, quibus discrepare uideantur in numero hebdomadarum. ¶ D d.

**S**ED cum humana negligentia amouisset huius rei rationem, tempus hoc quo essentur deo decimae annorum triginta & sex senis ieiunium. Dicitur est quadragesima forsitan ideo, quia Moyses & Helias, imo & Christus quadragesima diebus ieiunauerunt. Ad cuius rei sacramentum non immerito coaptantur quadragesima anni, quibus populus Israel commoratus est in deserto, & quadragesima mansiones, quibus uiam illam pertransierunt. Et forsitan decimatio ipsa quadragesimae nomen recte accepit, quasi quodam thelonei abusu. Sic namque uulgo uocatur publica illa vexatio, ex qua portio tanti lucri deputatur commodis regis, quantum a nobis exigitur legitimum quadragesimae uexationis gal a rege omnium saeculorum pro usu huius uitae nostrae praesentis. Praeterea, quia uis non spectet ad propositam quaestionem, quoniam tamen occasio narrationis se obulit, praetereundum esse non puto, quod seniores nostri frequentissime testabantur, uniuersos monachos maxime a daemonebus impugnari illis diebus & acrius perurgeri ad transfugandum de sedibus suis, eo quod sicut Aegyptij tunc urgebant filios Israel afflictionibus uolentis, nunc quoque intellectuales Aegyptij, scilicet daemones incuruare conentur uentum Israel, id est, multitudinem monachorum operibus duris & lutulentis, id est, carnalibus uitijs, ne deserentes terram Aegyptiam, id est, saeculum nequam per quietem deo amicam, transeamus salubriter ad eremum solitudinemque uirtutum, ita ut Pharaon contra nos fremens dicat: Oculi sunt, idcirco uociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus domino deo nostro. Opprimantur laboribus, & solliciti sint in operibus suis, & non sint

soliciti in verbis vanis. Impij quippe affirmant sanctum sacrificium dei, quod non offeratur nisi in eremo liberi cordis esse maximam vanitatem. Abominatio enim est peccatori religio.

**¶ E.**  
**¶ QVI** aut perfectus & iustus est non tenetur hae quadragesimae lege, neque contentus est subiectione huius exiguae actionis, quam principes ecclesiae statuerunt illis, quod toto anno implicentur delictis secularibusque negotiis, ut constricti quodammodo hac observatione legali vacent deo saltem diebus istis, & offerant deo decimas vitae suae, quae totos fuerat detoraturi, veluti quosdam fructus. Ceterum iusti, quibus non est lex posita, quae per spiritus legalia obsequia deo impendant ac offerunt non modicam illam partem, videlicet decimam, sed totum tempus vitae suae, quoniam liberi sunt a decimarum legalium functione seu personatione. Idcirco si superueniens sancta & honesta necessitas eos artauerit, audent laxare ieiunium absequi disceptatione. Non enim exiguitas decimae ab eis exigitur, quae se & omnia sua deo pariter obulerunt. Quod ille non poterit facere absequi maxima fraude, quod nihil voluntarie offerens deo inexcusabiliter obligatur legis praecipito soluere decimas suas. Hinc clare probatur seruum legis non posse esse perfectum, qui prohibita cauet aut iussa exequitur, sed illi vere perfecti sunt qui non vtuntur rebus a lege concessis, & hac ratione legitimus quosdam patres veteris testamenti fuisse perfectos, quibus de Moysse lege dicitur: Nihil ad perfectum adduxit lex, quoniam transcendentes legis imperium sanctum euangelicam perfectionem vixerunt, scientes quod iustis non est lex posita, sed iniustus & non subditus impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis.

**¶ F.**  
**¶ S**ciendum quoque quod observatio quadragesimae instituta non fuit, quod diu perfectio primi status ecclesiae inuoluta permanit. Non enim clauderentur obligatione huius praecipiti aut quasi legali sanctione terminis ieiuniorum artissimis, quod totum annum concluderent & expendebant aequali ieiunio: sed cum multitudo credentium ab apostolica illa deuotione discedens insisteret proprijs opibus, nec eas diuideret vsui cunctorum fidelium secundum apostolicam instituta, imo consulens priuatis expensis & commodis suis non solum seruaret, sed item augere studeret non contenta sequi exemplum Ananiae & Saphirae, tunc placuit sacerdotibus vniuersis, ut saltem canonica iussione ieiuniorum reuocaretur hoies curis secularibus alligatos, & pene ut sic loquar ignaros continentiae & compunctionis, & eos quasi compellerent necessitate legalium decimarum, quae possit prodesse infirmis, sed prauidis care non posset perfectis, qui sub euangelij gratia constituti transcendunt legem deuotiorum spontanea, ut peruenire valeant ad complementum apostolicae illius sententiae: Peccatum vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Peccatum namque exercere vere non potest dominationem in illo, qui dominatur affectibus vitiorum.

**¶ G.**  
**¶ G**ermanus: Quia sententia ista apostoli fallax esse non potest, quae generaliter reprobat: Mittit securitatem non monachis tantum, imo omnibus Christianis. Ideo videtur nobis esse valde obscura. Cum enim affirmet cunctos, quod euangelio credunt esse alienos a dominatione & iugo peccati, quoniam dominatio vitiorum viget pene in omnibus baptizatis iuxta sententiam Christi dicentis: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

**¶ H.**  
**¶ T**heonas: Inquisitio vsa rursus proponit quaestionem non modicam, quam tentabo quantum potero soluere & breuiter expedire, quoniam sciam vim eius non posse tradi nec percipi ab inexpertis, quam percipietis si iam intellectus vestri operibus subsequatur ea quae dicimus. Quaecumque enim cognoscuntur non per doctrinam, sed per experientiam, sicut non possunt tradi sine doceri ab inexperto, ita non queunt intelligi aut teneri, nisi ab eo qui fuerit fundatus simili institutione ac studio. Hinc necessarium reor, ut primo diligentius inquiramus quae sit voluntas aut quod propositum legis, & quae sit disciplina atque perfectio gratiae seu euangelij, ut consequenter possimus agnoscere dominationem seu expulsionem peccati, ut principaliter iubet expeti & iniri copulam nuptiarum, dicendo: Beatus qui habet semen in Sion & domesticos in Israel. Et maledicta sterilis quae non peperit. E contrario, gratia seu euangelium autem nos inuitat ad incorruptionem perennem castimoniamque virginitalis beatitatis. Beata, inquit, sterilis & vbera quae non lactauerunt. Et quae non odit matrem & uxorem non potest meus esse discipulus. Illud quoque apostoli: Reliquum est, ut quae habent uxores sint tanquam non habentes. Lex insuper dicit: Decimas tuas & primitias non tardabis offerre. Euangelium autem: Si vis, inquit, perfectus esse, vade vende omnia quae habes, & da pauperibus. Denique, lex non prohibet talionem conuictorum & iniuriarum vindictam, dicens: Oculum pro oculo dentem

**A** dentem pro dente. Euangelium vult patientiam nostram probari cum geminatione iniuriae caedisve irrogatae, atque ad duplicis aduersitatis perpeffionem hortatur nos esse paratos, cum ait: Si quis te percusserit in dextram maxillam, praebere ei & alteram. Et qui vult tecum contendere iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Lex dicitur, inimicos odio esse habendos, euangelium diligendos, in tantum ut doceat pro illis esse orandum.

**¶ I.**  
**¶ Q**uia saluatoris, utpote super legem sublimatus meritis tantae, cognoscit se tantum esse sub vniuersa praecipita per Moysen tanquam parua, intelligens se adiutorio saluatoris ad statum illum sublimissimum peruenisse. Non ergo dicitur in eo peccatum, quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum quod datus est nobis, quae charitas excludit omnem affectum cuiuscumque alterius rei. Non autem potest concupiscere vetita aut contemnere iussa, cuius totum studium totiusque desiderium semper intentum est diuino amori, & in tantum non capit delectatione vilius regere, ut etiam non vtatur rebus concessis. Porro in lege ubi coniugalis si deservat, aculei carnalis concupiscentiae nequeunt non vigere, quibus libido cohibita mancipetur vni tantum modo feminae, etiam difficile ut ignis cui pabula applicant ita praefixis terminis includatur, ut non extra se extendendo comburat quod tetigerit. Cui & si suum obiectum ita semper occurrat, ut non sinatur extra ardere, tamen incedit etiam dum cohibetur, quia

**¶ B** voluntas ipsa culpabilis est, & consuetudo concubitus velocissime rapitur ad adulteriose excessus. Ceterum hi qui gratia saluatoris accenderit sancto integritatis amore, ita consumunt igne charitatis diuinae spinas omnium desideriorum carnalium, ut nec tepens vitio: fauilla refrigerium integritatis diminuat. Famuli igitur legis labuntur ad illicita vsu actuum licitorum, sed participes gratiae seu ministri euangelij dum licita vitant, illicita non committunt. Interea sicut peccatum vivit in coniugij amatore, ita & in eo qui contentus est, reddere decimas & primitias suas duntaxat. Necessarium enim est eum dum tardat aut negligit peccare in qualitate aut quantitate aut quotidiana distributione. Qui enim iubet infatigabiliter ministrare ea quae sua sunt indigentibus, difficile est ut non frequenter incurrat laqueos vitio: quatumcumque magna deuotione & summa fide ea dispenset. Peccatum autem illis dominari non potest quod Christi consilium non spreuerunt, sed omnem substantiam suam pauperibus erogantes & crucem suam sumentes subsequuntur gratiam largitore. Non enim infidelis cura victus seruandi mordebant dispensante Christo opes sacratas, & pia distributione erogant suas pecunias veluti alienas, nec ambiget de eleemosynae largitate expectatio. tristis, quae quod semel obtulit deo totum, id iam dispergit, ut alienum absequi propriae necessitatis recordatione, aut modici victus timore, qui certus est se nutrendum esse a deo, multo plus quam volucrem caeli cum ad desideratam peruenit paupertatem aut nuditatem. E contrario retinet substantiam huius mundi, & lege antiqua constrictus distribuit decimas fructuum suorum atque primitias pecuniarum: ve partem, quoniam valde extinguat hoc rore eleemosynae ignem peccatorum suorum: tamen quantumcumque magnanimiter opes dispenset, impossibile tamen est, ut plene se eruat a dominatione peccati, nisi forte per gratiam saluatoris deposuerit cum re, etiam ipsum possidendi affectum. Conformiter non potest non seruire cruento peccati imperio, quicumque vult ex legis praecipito erueri oculo pro oculo, aut dentem pro dente, aut inimicum odire, quia necesse est eum accendi perturbatione furoris aut irae, dum cupit suam vlcisci iniuriam talione, dum contra inimicos suos amaritudinem seruat per diem. Quicumque ergo versatur sub illuminatione euangelicae gratiae, superas malum, non resistendo, sed patienter ferendo, non moratur sponte praebere dextram maxillam percussori etiam alteram, dimittitque pallium volenti contra se mouere litigium pro tunica, diligens inimicos, & pro calumniatoribus orans iste repulit iugum peccati, & vincula eius dirupit. Non enim vivit sub lege, quae non perimit seminata vitio: vnde non immerito apostolus ait de ea: Reprobatio sit praecedens mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Et deus loquitur per prophetam: Dedit eis praecipita non bona, & iustificationes, in quibus non viuunt. Sed talis vivit sub gratia, quae amputat non solum ramos nequitiae, sed omnino euellit radices noxiae voluntatis.

**¶ K.**  
**¶ QVI** ergo studuerit observare euangelicam perfectionem doctrinae non praerit dominatione peccati, utpote constitutus sub gratia. Hoc namque est sub gratia esse, ea quae mandata gratiae adimplere. Quicumque ergo voluerit esse subiectus plenitudini euangelicae perfectionis, sciat se non esse sub gratia, sed praepeditum, adhuc vinculis legis, quoniam videtur sibi baptizatum

zatus ac monachus, si peccati pondere prægrauetur. Propositum enim Christi superedificat  
re & adimplere Mosaicis iussionibus. Quod quidam penitus ignorantes & negligentes ma-  
gnificentiâ consilioꝝ exhortationibꝫ; Christi ita resoluunt securitate libertatis p̄sumptuo-  
sa, vt nō solum nō attingant nec impleant tanq̄ ardua, imo & spernant ea, q̄ Mosaicæ le-  
ge mandata sunt eis, velut insipientibus & pusillis, q̄ aspernantur veluti antiquata, dicen-  
tes libertate periculosa illud Apostoli: Peccabimus, q̄a non sumus sub lege, sed sub gr̄a.  
Qui ergo nō est sub gr̄a, qm̄ nō ascendit culmen doctrinæ Christi, neq; sub lege, quia nō  
suscepit paruula legis præcepta, oppressus est duplici vitioꝝ imperio, atq; hoc solū cre-  
dit se percepisse gratiam saluatoris, vt fiat ab eo per libertatē noxiarū alienus, cadens in  
id qd̄ Petrus Apostolus docet esse cauendum, dicendo: Quasi liberi, & nō quasi velamē  
habentes malitiæ libertatem. Paulus q̄q; Vos, inquit, in libertatem vocati estis fratres,  
vt scilicet absoluti sitis à damnatione culpæ, tm̄ ne libertatē in occasione carnis detis. i.  
euacuationē legalium præceptorū nō credatis esse peccandi licentiam. Porro, q̄ ista liber-  
tas nō sit, nisi vbi dñs per gratiam commoratur, docet Paulus cum ait: Dñs sp̄s est. Vbi  
autē sp̄s dñi, ibi libertas. Quapropter ignoro, an potuerim elucidare atq; exprimere istū  
beati Apostoli sensum, sicut hi sapiunt q̄ sunt experti. Vnum apertissime scio, videlicet  
sensum illum oibus referari etiam sine expositione cuiusq; , qui tenuerit actuale sciens  
tiam seu practicam disciplinam insistentē extirpationibꝫ vitioꝝ. Non enim laborabūt  
ad intelligendum id quod didicerint operando. ¶ L.

**G**ermanus: Clarissime soluisi obscurissimam quæstionem, atq; vt æstimamus mul-  
tis incognitā. Vnde precamur, vt hoc q̄q; adicias nro profectui, & diligētē decla-  
res cur sæpe acriores pugnæ excitent in nobis, qm̄ propensius ieiunamus & magis exha-  
sti deficētesq; sumus. Nam sæpe qm̄ euigilamus & inuenimus nos in somno pollutos ita  
dehinc consciētia nra, vt nō audeamus hūc illud ad ipsam orationē cōsurgere. ¶ Mm  
**T**heonasi Studii vestrum q̄ desideratis non transitorie, sed perfecte ac plene attin-  
ere viam perfectionis, prouocat nos huic collationi infatigabiliter inhærere. Diligē-  
ter namq; inquiritis non de exteriori castimonia & circuncisione aperta, sed de occultā &  
interiore, scientes plenitudinem perfectionis non esse in continentia carnis visibilis, quæ  
haberi potest à perfidis per necessitatem siue hypocrisim, sed in illa cordis voluntaria ac  
inuicibili puritate, de qua ait Apostolus: Non enim qui in manifesto ludæus, neq; qui in  
manifesto in carne est circuncisio, sed qui in occulto ludæus & circuncisio cordis in sp̄s  
ritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo, qui vtiq; solus rimatur secreta  
cordis, tm̄ qm̄ modo nō potest plene satisfieri desiderio vestro. Etenim breue residuum  
noctis non sufficit ad indagandam hanc obscurissimam quæstionem, congruum reor  
vt interim differatur. Quemadmodum enim ista à nobis sunt proferenda sensim & corp-  
de penitus absoluto ab omni strepitu cogitationum extraneas, ita etiam intimāda sunt  
sensibus vestris, quæ sicut oportet inquiri propter conscientie purificationē, ita tradī &  
edoceri non possunt nisi ab eo, qui donum seu virtutem integritatis expertus est. Non  
enim queritur quid ingerant argumenta verborū inanum, sed quid interna fides conscī-  
entia & maior vis veritatis inculcent aut imprimant. Ideo nihil potest proferri de scī-  
tia & doctrina emundationis istius, nisi ab experto. Nec aliquid inde potest transfundi,  
nisi in cupidissimum & valde sollicitum amatorem virtutis, qui cupiat ea attingere, non  
sciscitando nudis vacuisq; sermonibus, sed nitendo totis animi viribus, vt pote non stu-  
dio loquacitatis infructuosæ, sed desiderio purificationis internæ.

## COLLATIO VIGESIMA SECVN-

da, &amp; Abbatis Theonæ II.

De nocturnis illusionibus.

¶ A.

**P**OST dies fere septem solennitate quinquagesimæ iam transacta post ve-  
spertinam synaxim suspensi expectatione collationis promissæ, cum fuisset  
mus regressi ad cellulam sancti Theonæ, alacer senex prior appellans nos  
hilari vultu ac blando sermone, dixit: Mirabar q̄ ardentissimū studium ves-  
trum potuit per septem dies differre responsonem proposiæ quæstionis,  
& q̄ tantā dedistis dilationē debitori vfo etiam non roganti. Nunc ergo iustissimū est,  
vt qm̄

**A** vt qm̄ pietas vestra præstitit sponte tantas indutias mihi, ego nunc sine mora debitum  
soluam. Grata namq; est occupatio scenoris huius, q̄ maiora acquirit augmenta de re sol-  
uitur, nec solum ditat accipientē, sed & nihil minuit largienti. Dispensator quippe sp̄s  
ualium rez; congregat quæstus duplices, q̄a consequitur lucrum nō solū in auscultis pro-  
fectu, sed etiam in propria sermocinatione accedens ad p̄fectionis desiderium non minus  
seipsū, dum instruit auditorē. Hinc ardor vester est meus profectus, & v̄sa sollicitudo  
est mea compunctio. Nam & ego nūc mente teperem, nec aliquid corde tractarem de his,  
quæ petitis, nisi feruor vester & expectatio excitaret me quodammodo admittentē ad cō-  
siderationem spiritualium rerum. Ideo, si videtur, quæstio vestra proferatur in mediū,  
cuius solutionem distulimus per angustia temporis. ¶ B.

**H**OC, ni fallor, interrogastis, cur remissius ieiunantes stimulentur interdum leuio-  
ribus motibus carnis, atq; districtius abstinentes incitemur vicissim acrius ibus in-  
centiis, corpore iam exhausto atq; afflicto, ita vt euigilates reperiamus nos aliquando  
respersos naturalium effusione humorū, quemadmodum fassus estis. ¶ C.

**M**aiores nri assignarunt triplicē causam infestationis istius, cur accidat illisio aut  
effusio ista obscena in somno. Primo enim causat ex superfluitate effusa, & elab-  
bitur per mentis incuriam tertio, prouocat insidijs atq; illusionibus inimici. Primo itaq;  
**B** vitium gula extrudit redundantiā istam fecdi humoris. Nam & dū polluit statū purita-  
tis tpe abstinentiæ districtioris, nō fit hoc de præsentī inedia, vt putatis, sed de immoder-  
rantia saturitatis p̄teritæ. Quod enim collectū fuerit in medullis per voracitatis ingluui-  
necesse est egeri per inaduerentiam aut pruritū corporis, quis magno ieiunio tabefacti.  
Quamobrem abstinentiū est non solum à lautioribus epulis, imo & æquali moderamine  
continere oportet à vilioribus cibis. Satietas q̄q; panis & aquæ vitanda est, vt acquisita  
puritas corporis possit in nobis manere diutius, & mutari quodammodo in intemperatā  
aiæ castitate, quis oportet nos fateri quosdā rarius sordidari hoc fluxu absq; vlla metis  
suz industria vel per temperiē corpore, aut per ætatis maturitatē, sed minoris est meriti  
q̄ consequit pacem securitate inerti, maioris vero q̄ promeretur triumphum virtutibus  
gloriosus. Pœnitentiā nāq; istius sic pugnando vincētis debellatrix oim vitioꝝ digna  
est admiratione. Illū autem quē in facilitas boni tuetur in sua ignauidia iudicio magis dī  
cendum esse secus, q̄ collaudandū. Secunda causa illius impuri profluitij est, si mens va-  
cuata à spiritualibus actibus, nec instituta spiritualibus disciplinis ac studijs obduserit sibi  
quendam pigritiæ situm ac habitū per corporis continui vsum aut sordidatæ cogitationū  
minutias non cauendo, tam segniter concupiscit sublimissimā cordis puritatem, vt oim  
summam puritatis ac castimoniæ credat consistere in solā exterioris hoīs castigatione.

**C** Cuius erroris atq; vecordie vitio accidet, vt nō solum multimoda euagatio cogitationū  
inuerecunde pecciterq; introeat mentis sue secretū, sed & semina oim pristinæ passio-  
num pseuerent in ea, qbus in ea latētibꝫ, quis corpus castigetur ieiunio rigoroso, nihilo  
minus ingerant illecebrosos phantasmatis dormientē. Quorū illusionē eliciunt obs-  
sceni humores ante legitimum tempus non necessitate naturæ, sed ex fraude nequitie, qui  
humores penitus cohiberi nequeat corporis raritate, sed potius circūsp̄ctione virtutēq;  
cordis perducuntur auxiliante gr̄a dei ad simplicitatem illam qualitatem egestionis. Id-  
circo discursus sensuum sunt frenandi inprimis, ne mens assuefacta excessibus istis, per-  
trahatur in somnijs ad incitamenta luxuriæ fecdiora. Tertia fecditatis istius causa est,  
dum contritione mentis & corporis optamus acquirere perpetuā castimoniæ puritatē,  
per ordinatā atq; sollicitā continentie disciplinā, & tm̄ fraudulentissimi hostis inuidia  
ita impugnat nos, vtilitati carnis ac sp̄s egregie consulentes, vt dum conatur deiecere  
fiduciam conscientie nre, nosq; humiliare, quasi quodam reatu culpæ polluit nos sim-  
plici illius humoris effusione absq; carnis pruritu & mentis consensu, & sine omni illu-  
sione phantasmātū, præsertim illis diebus qbus deo placere desideramus merito integrit-  
tatis maiore, vt à sacrosancta communione nos retrahat, licet ista illusio euenire credat  
in quosdā insipientiū, quorū corpora nondum extenuata sunt longa ieiunioꝝ castigatio-  
ne, diabolo operante hoc ipsum, quatenus dum cognouerit nos intensioribus studere iei-  
unijs, subuertat oēs eorū conatus hac arte, vt dū sentiunt se nihil profecisse ad corporis  
puritatē districtiore ieiunio, sed magis esse tentatos per horrefcant districtione abstineri-  
tiæ tanq̄ æmulam, cū tm̄ sit incorruptionis magistra puritatisq; nutritrix. Ideo agnoscamus



q̄ debeamus nos ab vnoquoq; vitio expurgare, nō ideo t̄m, qm̄ occupat sensum pertur-  
bationibus suis, sed & ideo, q̄a nō contentat̄ se solū dominari, imo multiplici captiuitate  
depopulatur mentē sibi subiectā inromisso duriore oim vitioꝝ collegio. Hinc vincē-  
da est passio gula nō propter se t̄m, vcz ne corrūpat nos onerosa voracitate, nec propter  
hoc solū ne succendat nos igne concupiscentiæ sensualis, sed etiā ne faciat nos esse manci-  
pia seu ministros iræ, furoris, tristitiæ, & reliquarū oim passionū. Si t̄m vincimur gula,  
consequens est vt etiā incitemur stimulis iræ, dū cibis aut potus ministrat̄ nobis negli-  
gentius aut minus, vel tardius. Rursus delectari nō possumus voluptuosis saporibz, absq;  
auaritiæ vitio, per cuius sup̄fluos apparatus gaudet luxuria sumptibus seu impēdijs ma-  
gnis. Porro vana gloria, sup̄bia, multitudo q̄q; oim vitioꝝ indiuidua societate iungunt̄  
sēq; vnūq; vitū cū ceperit solū vigere in nobis, p̄stat etiā alijs vitijs incrementa. ¶ D.

**C**redimus ex diuina ordinatione mortē esse hāc questionē, vt teneamus inuicē  
fiducialiter sciscitari, puocati opportunitate ac ordine collatiōis, qd̄ nūq̄ potuimus  
discere verecūdia phibēte fiducia ingredi. Si ergo senserimus nos pollutos somni illu-  
sione peccēdi ad sacrosctā mysteria, an pceptio sacramētū sit vitāda, an accipiēda. ¶ E.

**T**am castimonie puritate tūc maxime, qm̄ optamus assistere venerādīs altaribus, &  
vigilantissima circumspectiōe cauendū est, ne emaculatio carnis ante custodita iniquitate  
tur, p̄cipue nocte p̄cedente dum accedere nos oportet ad communionē cœlestis cō-  
muniōis. Porro si hostis ille nequissimus deceperit custodiā sopitiq; mentem, vt subtrahat  
nobis medicinā cœlestis remediij, ita vt corpus contaminet nō interueniente pruritu. q̄  
cunq; reprehensibili aut delectationis assensu, sic vt ad impediendā sanctificatiōē nostrā  
obtenderit effusiōē illam naturali necessitate exortā, aut impugnatione diaboli procu-  
ratam absq; voluptatis consensu, possumus & debemus confidenter accedere ad sacram  
communiōē. Si aut̄ pollutio ista contingat vitio nro, examinantes conscientia nostrā  
vereamur illud Ap̄ost. Qui manducauerit panem & biberit calicē dñi indigne, reus erit  
corporis & sanguinis dñi. Probet aut̄ seipsum primū homo, & sic manducet de pane illo  
& de calice bibat. Qui t̄m manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit,  
non dijudicans corpus dñi. i. non discernens cibum illum cœlestem à vilitate escarū; com-  
muniū, nec iudicans eum esse talem, quem non licet accipere, nisi pura mente & carne.  
Deniq; Ap̄ostolus infert̄: Ideo sunt inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt mul-  
ti, insinuans multas spirituales infirmitates ac mortes specialiter gñari ex p̄sumptione  
huiusmodi. Multi quippe accipientes hūc panē p̄sumptione illicita infirmam in fide, &  
imbecilles sunt, mente inuoluti passionū suarū languoribus, & dormiunt somno p̄c̄i, nō  
resurgentes sollicitudine salutari ab hoc sopore læthali. Deinde subiūgit: Q̄ si nos ipsos  
dijudicarem, nō vtiq; iudicaremur. i. si iudicarem nos indignos perceptione sacra-  
mentorū; quotiescunq; mortaliter peccamus, adhiberemus vtiq; diligentia & conatū, vt  
per penitentia emendationē possemus ad ea digne accedere, & nō castigaremur, tanq̄  
indigni & rei seuerissimis infirmitatū flagellis, vt ita cōpuncti recurramus ad remedia  
vitioꝝ nostrorū, ne indigni habiti breuissima vitæ p̄sentis correptione damnemur in  
futuro cū amatoribus huius mūdi. Quod & in Leuitico euidenter p̄cipit: Ois mūdus  
manducabit carnes, & aīa quæcūq; comederit de carnibus sacrificij salutaris, qd̄ est dñi,  
in q̄ est macula peribit corā dño. In Deute. q̄q; ois immūdus mystice segregari iubet de  
castris, cū dñi: Si fuerit inter vos hō q̄ pollutus sit somno nocturno, egrediet̄ extra castra,  
& nō reuertat̄ priusq; ad vesperā lauetur aqua, & post solis occasum regre in castra. ¶ F.

**S**ed vt manifestius cōprobemus, q̄ impuritas ista eliciat̄ interdū operatione diaboli,  
nouimus fratrem, qui cum iugiter possideret ceteris diebus castimoniam cordis &  
corpis acquisitā summa circumspectiōe, nec nocturnis illusionibus tentaret, q̄t̄iescūq; t̄m  
parauit se ad sacra cōtionem, inq̄nabatur in somno fluxu immūdo: cūq; diu abstinuisset  
à sacris mysterijs, tandē detulit quæstionē istā ad seniores, cōfidēs se cōsecuturū remediū  
impugnationis ac doloris sui ipsoꝝ consilio. Qui cum discuterent primā causam inq̄na-  
tionis istius, q̄ ex ciboꝝ abundantia oritur, & agnosceret eam nō habere locū in fr̄e p̄fa-  
to, eius sobrietas rigorosa cūctis constabat. Illis q̄q; diebus solēnis q̄bus sic illudebat,  
maior abstinentia fuit: tunc transfulerūt se ad inquirendū an fœditas illa p̄cessit ex sc̄da  
causa talis pollutionū, hoc est, an caro exhausta ieiunijs sic macularet̄ ex animæ culpa  
seu

**A** seu negligentia propter quam etiam abstinentissimi viri sic illuduntur cum fuerint de  
sua puritate inaniter gloriati, aut pax elati, eo q̄ astimauerint se obtinuisse proprijs vi-  
ribus p̄cipuū dei donū, vt pote corporis castitate. Interrogauerūt itaq; fratres an putas-  
ret se p̄ propria industria sine auxilio gratiæ dei cōsequi posse corporis castitate. Qui dū  
summa detestatione execraret̄ talē opinionē affirmās humiliter nō potuisse se ceteris dñi  
ebus puritate istā tenere, nisi in oibus fuisset gr̄a dei adiutus, patres recurrebāt ad tertiā  
causam, p̄santes q̄ illusio illa fuisset ex fraude diaboli, propter qd̄ cōfidentissime cōfues-  
rūt fr̄atres debere ad cōtionem accedere, ne p̄durādo in priuatione sacramenti dignissimi  
obligaret̄ versutus Jaqueis hostis maligni, nec particeps esse posset sanctificationis corpo-  
ris Christi, atq; per hoc fraudaretur perpetue medicina remediij salutaris. Quo factō ita  
patefacta est fraus inimici, vt consuetudo illusionis p̄terita, mox cessaret virtute domi-  
nici corporis operante. In quo dolus diaboli euidenter apparuit, sententia quoq; senio-  
rum declarata est ac probata, qui dixerunt impuri illi fluxum istum vicissim contin-  
gere non vitio carnis aut animæ, sed diaboli ludificatione. ¶ G.

**V**t ergo fallax imaginatio somnioꝝ p̄uocans p̄ratactā effusiōē impurā ignore-  
tur p̄p̄tue, aut certe per aliq̄s mēses, vt sic loquar, secundū cōmū humiliorūq; statū  
vitāda est sup̄fluitas cibi ac potus. p̄supponendo in primis fideliter, q̄ puritate hāc spera-  
re debemus de speciali gratia dei. Necessē est t̄m humores illos copiosius gigni ex redun-  
dantia alimētū, & q̄a necesse est tales humores aliq̄s egredi lege vtiq; naturali, hinc efflu-  
unt sub occasione cuiuscunq; illusionis atq; pruritus. Porro satietate escarū potuūq; sub-  
tracta, necesse est emanationes illas immūdas tardius euenire, sicq; sit vt sicut fluxus, ita  
& illusio inquietet dormientes rarius siue subtilius, quia nō solū effusio procedit ex ima-  
ginatione, sed imaginatio quoq; causat̄ ex effusionis nimietate. Quāobrē si volumus li-  
berari ab illecebri illusionū istarū, tota virtute conari debemus in primis, quatenus pas-  
sione fornicationis deuicta nō regnet p̄c̄m in mortali corpore nostro ad obediendū cō-  
cupiscentiis eius, vt docet Ap̄ostolus. Secūdo, vt motu corporis illecebroso seu libidino-  
so prorsus sedato ac elopito, nequaq; exhibeamus mēbra nra arma ingratū p̄c̄o. Tertio  
vt etiā interiore hoīe nostro oimode atq; medullitus mortificato à stimulatione libidi-  
nis, exhibeamus nos deo tanq̄ ex mortuis viuētes, & ita p̄ hunc p̄fectū puenientes ad  
ingenū corporis nostri quietē exhibeamus mēbra nostra nō iam libidini, sed deo & x̄p̄o  
tati. Cumq; fundati fuerimus in huiusmodi castimonie puritate p̄c̄m nō dñabitur no-  
bis. Non enim sumus sub lege quæ dum commēdat̄ licita iura ac fœdera nuptiarum nus-  
trit & conseruat in nostris medullis etiam illum ardorem cuius instigatione opus illicitū  
tæ fornicationis committitur, sed sumus sub gratia quæ dum incorruptionem virginita-  
tis collaudat, interimit etiam innoxium ac simplicem corporis motum & liciti coitus  
voluptatem, & ita arefactis cunctis humoribus impurissimæ fragilitatis, efficitur egres-  
sū laudabilisq; eunuchi, qui per Isaiam laudatur, atque merebimur possidere beatitudi-  
nem eis promissam, de qua legitur in eodem propheta. Hęc dicit dominus eunuchis, qui  
custodierint sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in  
domo mea & in muris meis locum, & nomē melius, quā filijs & filiabus. Nomen sem-  
piternum dabo eis, quod non peribit. Denique qui sunt filij isti ac filia, quibus eunuchi  
isti p̄feruntur, intantum, vt dicatur accepturi locum nomenq; melius, nisi sancti q̄ sub  
veteri testamento permanentes in copula coniugali, non immerito peruenerunt in ado-  
ptionem filiorum dei per obseruantiam p̄ceptorum: Quod item est nomen hoc meli-  
us quod eunuchis istis promittitur tanq̄ bonum p̄cipuum loco summæ remunerationis,  
nisiq; à Chr̄o dicit̄ nomē sortituri seu Ch̄iani vocādi: De quo noīe rursus loquitur  
Isaias: Seruos suos vocabit noīe alio in quo q̄ benedictus est sup̄ terram, benedicetur in  
deo, amen. Et qui iurat in terra, iurabit in deo, amen. Itemq; Vocabitur tibi nomen no-  
uum, quod os domini nominauit. Insuper pro hac cordis ac corporis puritate fruēti p̄cis-  
pua & singulari illa felicitate, vt iugiter cantent canticum illud quod nemo sc̄torum ca-  
nere potest, nisi isti duntaxat qui sequunt̄ agnum quocunq; ierit. Virgines t̄m sunt nec se-  
cum mulieribus inquinauerunt. Interea si volumus peruenire ad hāc sublimissimā virgini-  
tā gloriā oī virtute excolamus incorruptionē seu castitatē mētis ac sp̄s, ne incidamus  
nomenq; insipientiū virginitatis, quibus virginitas nō fuit reputata ad meritū, q̄a t̄m nō seruaue-  
rūt se à carnali cōmixtione immunes. Quæ virgines erāt, sed fatuæ appellāt, qm̄ oleo puri-  
tatis



ratis internæ in eay vasis seu cordibus deficiente, splendor ac claritas virginittatis corporalis extinguit. Necessè est em̄ castitatē exhiberi homini exteriori, s. corpori foru ac pabulo puritatis interioris, eaq̄ iugiter animari ad perseuerantiā incorruptionis perpetuæ. Hinc fantæ virgines nō merētur intrare cū illis prudētibus gloriosum thalamū sponsas, quæ non seruaerunt integrū sp̄m suum, & corpus & aīam sine quærela in die dñi nostri Iesu Christi. Illi quippe sunt veri incorruptiq̄, virgines Christi, & reputat̄ eunuchi admirabiles atq̄ egr̄i gñ, nō qui metuūt fornicari, sed quibus nō libet hoc, nec qui reprimūt impudicitia frenata, sed qui vicerūt minias cordis titillationes ac tenuissimā libidinis incitamenta, & eousq̄ exterminauerūt, vt ita dixerim, sensum carnis, vt ex eius motione nō solū nulla tangantur delectatione, imo nec exigua pulsentur titillatione. ¶ H.

**T**anta aut̄ humilitatis custodia debemus vallare cor nostrū, vt iugiter ac firmissimè sentiamus nequaquā nos posse pertingere ad meritū tātæ mūditiæ, vt credere debeat dignos nos esse cōione corporis Christi, quā fecerimus oīa iam p̄dicta. Primo, quā tāta est dignitas illius cœlestis mānæ, vt nemo circumdatus hac lutea carne p̄sumere debeat p̄ceptionē illius ex merito suo, sed ex largitate dei gratuita. Secūdo, quā nemo potest esse tam circūspectus in cōsistū seculi huius, vt saltē rara ac leuia ac leuia tela culpax nō feriant eū, quā impossibile est nō peccare ignoratiā, negligentia, vanitate, subreptione, cogitatione, necessitate, aut obliuioē, in hac fragili carne. Nam etsi quis ad tm̄ culmē virtutū ascēderit, vt cū Ap̄to vere & nō iactat̄ exclamet: Mihi pro minimo est, vt à vobis iudic̄er, aut ab humano die. Sed neq̄ me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum. Nihilominus sciat se esse nō posse sine peccato. Nō em̄ idem Ap̄s frustra adiunxit, sed nō in hoc iustificatus sum. Id est, si iustum me esse credidero, non ideo mox veraciter iustus ero. Nec ideo nullo p̄cto fuscatus sum, quā cōscientia mea nō pungit me reprehensione alicuius peccati, cū multa lateant cōscientiā meā, quæ deo sunt nota, quæ sint mihi incognita & obscura. Propter quod addidit: Qui autem iudicat me, dominus est. Hoc est, verum examen iudicij profertur tantum ab illo, quem cordis secreta non latent. ¶ I.

**E**rmanus: Supradictum est nō nisi sanctos debere esse participes sacramentorū cœlestium, nūc adijcitur q̄ impossibile sit homini esse immunem penitus à p̄cto. Si ergo nullus liber est à culpa, nullus est sanctus. Nullus igitur participes esse debet cōmunionis, nec sperare debet regnum cœlorū, quod solis sanctis promittitur. ¶ K.

**T**heomas: Negare nō possumus multos esse sanctos & iustos, sed magna distātia est inter sanctū & immaculatū. Aliud nāq̄ est aliquē esse sanctū, i. diuino cultui cōsecratū: hoc, n. nomē cōmune est sc̄m scripturā nō solū hoībus, sed & locis tēpliq̄, vasculis ac lebetis. Aliud aut̄ est esse absq̄ p̄cto, qd̄ singulariter cōuenit maiestati vnus dñi nri Iesu Christi, de q̄ affirmat Ap̄st. velut speciale atq̄ p̄cipuū aliqd̄: Qui p̄ctm̄ nō fecit. Per qd̄ protulit satis vilem & maiestati eius indignā laudem de ipso, attribuens ei illud tāq̄ incomparabile aliqd̄ ac diuinū, si & nos possumus ducere vitam absq̄ omni p̄cto immaculatam. Rursus Ap̄st. loquitur ad Hebr. Non habemus pontificē, q̄ non posset cōpati infirmitatibus nris, tentatū aut̄ per oīa pro similitudine absq̄ p̄cto. Si ergo ista cōuenientia pōt esse nobis fragilibus cū illo sublimi ac diuino pontifice Ch̄so, vt & nos tentemur sine omni offensa p̄cti, cur Ap̄st. p̄nunciat hoc de Ch̄so, tanq̄ singulare ac vnicū discernēs tm̄ meritū eius ab vniuersis hoībus. Ch̄s itaq̄ hac sola exceptione distinguit̄ à cunctis hoībus. Constat etenim Christū esse tentatū absq̄ p̄cto, nos aut̄ tentamur non sine p̄cto. Quis em̄ hoīm nō patet aliqui hostium telis, quīs bellator sit fortis? Quis quasi impenetrabili carne circumdatus misceat tantis p̄alioy periculis sine periculo? Ille autē solus speciosus forma p̄e filijs hoīm, suscipiens conditionem mortis humanæ cum vniuersa carnis naturali & indetrahibili fragilitate nunq̄ maculatus est aliqua culpa. ¶ L.

**T**entatus est autem Christus sc̄m similitudinem nostram. Primo de vitio gulæ, ita vt callidus ille serpens conaretur ei esurienti illudere desiderio escæ eo ordine, quo antē seduxerat Adam: Si filius dei es, inquit, dic vt lapides istos fiant. Sed ipse ex hac tentatione nullum incurrit peccatum, cum ei indubitata facultas suppeteret conuertendi saxa in panes, respuitq̄ cibum, quem artifex deceptionum proposuit, tentatori respondens: Non in solo pane viuit homo, sed in om̄i v̄bo qd̄ procedit de ore dei. Insuper tentatus est de gloria vana sc̄m similitudine nostrā, cū dicit̄ est ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Sed captus nō est subdola hac suggestionē diaboli, imo vanissimū

sedu-

**A** seductorem confutauit autoritate sacre scripturæ, dicēdo: Non tentabis dominum deum tuum. Tentatus est quoq̄ iuxta similitudinem nostram timore superbiæ, quādo dā abolus promisit ei omnia regna mundi gloriāq̄ eorum, sed irrita ac oburgata est nequitia tentatoris cum ei respondit: Vade satana, scriptum est enim: Dominum deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Ex quibus docemur, vt nos resistamus fraudulentis suggestionibus dæmonum per memoriam considerationēq̄ scripturarum. Præterea iuxta similitudinem nostram tentatus est de superbiā, dum artifex insidiarum diabolus moliebatur ei offerre per homines regnum, quod iam ante contempsit ab eo sibi oblatum, sed absq̄ peccato irritis insidias inimici. Cum enim cognouisset I. E. S. V. S. quod venturū essent, vt raperent & facerent eum regem, fugit in montem solus. Tentatus est itē secūndum similitudinem nostram, dum flagris percussus, palmisq̄ cesus, consputus, & exquisita supplicia passus est, sed nunquam motus est ad aliquam saltem leuissimam indignationem ex contumelijs aut supplicijs sibi illatis, quoniam in patibulo fixus miseris corditer exorauit: Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. ¶ M.

**Q**ualiter autem intelligatur quod Ap̄stolus asserit Christum venisse in similitudinem carnis peccati, si & nos habere possumus carnem nulla culpa pollutam? Nam & hoc tāquam singulare aliquid fertur de ipso qui solus est sine peccato: Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Assumens namq̄ veram ac integram humanam carnem substantiam, non suscepit in ea peccatum, sed similitudinem eius. Etenim similitudo ita referenda est ad peccati imaginem, non ad carnis veritatem, secundum quā rundam hæreticorum insaniam. Erat quippe in Christo verā caro, sed absq̄ peccato, sicut carnis peccatrici. Nam vera caro pertinet ad veritatem substantiæ humanæ: Caro autem peccatrix refertur ad mores ac vitia. Habebat similitudinem carnis peccati, cum tāquam homo ignarus & pro cibo sollicitus quæreret, quot panes habetis. Sed sicut caro eius nequaquam subiicitur culpæ, ita nec anima eius ignorantia. Propter quod euangelista subiunxit: Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Habebat carnem similem carni peccati, dum sitiēs potum poposcit à Samaritana, sed nō erat peccato pollutus, quoniam mulier prouocata est e contrario petere aquā vitam quæ non permitteret eam sitire vnquam, sed fieret in ea fons aquæ salientis in vitam eternā. Habebat veritatem carnis istius cum dormiret in nauī, sed ne pariter nauigantes saliret eū similitudine peccati, surgens increpauit mare ac ventos, & facta est tranquillitas magna. Deniq̄ subditus videbatur peccato cum diceretur de eo: Sic si esset propheta, sciret vitij, quæ & qualis est mulier, quæ tēgit eum, quia peccatrix est: sed non habuit veritatem peccati, quia redarguens blasphemiam cogitationum pharisæi dimisit mulierem peccatā. Videbatur carnem peccatricem cum cæteris gerere, cum velut homo constitutus in periculo mortis imminentiamq̄ suppliciorum timore percussus orauit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, sed tristitia nesciuit contagium peccati, quoniam actor vitæ non potuit mortem timere. Nam dixit: Nemo tollit animam meam, sed ego pono eā à me ipso. Potestatem habeo ponēdi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. ¶ N.

**H**omo itaq̄ ille de virgine natus, in hoc magna distātia segregat̄ à cunctis q̄ gñat ex cōmixtione sexus vtriusq̄, q̄ cū oēs gestemus in carne nō similitudine, sed veritatem peccati, ille in assumptione vera carnis nō suscepit veritatem peccati, sed similitudine tm̄. Deniq̄ licet pharisæi scirent scriptū in Isaia de Ch̄so: Qui p̄ctm̄ nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, attamen fallebant in eo similitudine carnis peccati, ita vt dicerent: Ecce homo vorax & porator vini, publicanorū & peccatorū amicus. Vnde ad cæcū illum minatū dixerūt: Da gloriam deo. Nos enim scimus, quia hic homo peccator est. Ad Pilatū quoq̄: Nisi, inquit, esset hic homo malefactor, non tibi tradidissemus eum. Qui cumq̄ ergo ausus fuerit profiteri se esse sine peccato, vsurpabit sibi æqualitatem huius rei, q̄ Christo singularis ac propria est, cum crimine blasphemio superbiæ. Consequens enim est vt habere se dicat similitudinem carnis peccati. ¶ O.

**C**Aeterę scriptura manifeste p̄nunciat viros iustos ac sanctos nō esse immunēs à peccato, cum ait: Septies in die cadit iustus, & refurgit. Quid enim aliud est cadere, q̄ peccare? Et tamen qui septies peccare asseritur, iustus vocatur, nec lapsus humanæ fragilitatis prædicat iustitiæ eius, quoniam multum inter est, inter ruinā iusti & p̄ctoris. Aliud namq̄ est admittere peccatum mortale, & aliud præueniri cogitatione venialiter peccatū

peccabili, aut per ignorantiam, obliuionem, ociosumue verbū offendere, vel ad punctū D aliquid hēitare in fidei theoria aut pulsari titillatiōe subtili gloriæ vanæ, aut necessitate naturæ aliquantulum recedere a summa perfectione aut moderata refectione. Hæc quippe sunt septem genera lapsuum, in quæ vir sanctus interdum cadendo non definit esse iustus. Quæ quamuis videatur parua ac leuia, tamen faciunt eam non posse consistere sine culpa. Habet enim pro quibus omni die pœniteat veniamq; imploret, dicendo: Dimitte nobis debita nostra. Deniq; vt euidētissimis exemplis probemus quosdam sanctorum errasse, & tamen a iustitia sua non recessisse. Certe beatissimus atq; eximius apostolus Petrus, quid aliud fuit q̄ sanctus præsertim cū dictum est ei a domino: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in coelis est, & tibi dabo clauēs regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris, &c. Quid præclarius hæc laude dominica? Quid sublimius esse potest potestate & beatitudine ista? Et tamē paulo post: Dum ignorando mysterium dominicæ passionis obuiaret eidem Abster, inquit, si te dominic non erit hoc tibi, audire promeruit: Vade retro me satana, scandalum es mihi, quia non sapiſ ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Nunquid Petrus credendus est nō peccasse aut in sanctitate atq; iustitia non mansisse, dum æquitas ipsa increpauit eum his verbis: Nō ne etiam passus est lapsum, quando in Christi passione compulſus est metu dominum ter negare, sed protinus pœnitens & amarissimis lachrymis abluens maculam tanti criminis, non amisit merita sanctitatis ac æquitatis. Idcirco de ipso & consimilibus ei debemus accipere, quod **D A V I D** ait in Psalmo: A domino gressus hominis dirigitur, & viam eius voluit. Cum ceciderit, nō collidetur, quia dominus supponit manus suas. Cum enim gressus hominis diriguntur a deo, quid aliud esse potest quam iustus, & tamen dicitur de eodem. Cum ceciderit non collidetur. Quid est, cum ceciderit, nisi cum lapsum peccati alicuius incurſerit. Non collidetur, inquit, id est, diu non opprimetur incursionē peccati, imo quamuis videatur elisus ad præfens, tamen erectus diu non auxilio quod implorat, celeriterq; resurgens non amittit stabilitatem iustitiæ. Quod si ad præfens eam amiserit per carnis fragilitatem manus diuinę suppositionis eam recuperabit. Nec eum definit esse iustus post lapsum, cum agnoscat se iustificari non posse si diuina operum suorum, atque a tantis vitiōrum nexibus credat se liberandum: sola gratia dei, cum Apostolo clamans a infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum.

**A**postolus etenim Paulus cognoscens inestimabilem puritatis abyssum, nō posse penetrari ab homine resistensibus æstibus cogitationum, & quasi diu per profunda factatus cum dixisset: Nō enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. Itemq;: Si autem quod nolo illud facio, iam non ego facio illud, sed quod habitat in me peccatum. Et condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Inſpiciens quoq; fragilitatem sui ipsius aut hominum omnium, seu naturæ, perterritus vastitate aut amplitudine altitudinis tam impenſe, confugit ad tutissimum portum diuinę auxilię, & quasi desperans de naturali infirmitate nauigh sui, oppressi oneribus mortalitatis, deposcit naufragiorum remedia ab eo cui nihil est impossibile, clamans cum miserabili eiularu: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Statimq; de dei benignitate præsumpsit liberationem hæc quæ desuperauit de imbecillitate naturæ confidenter adiungens: Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

**E**rmanus: Multi affirmant Apostolū protulisse verba præallegata ex persona peccantium, non ex sua. Puta eorū, qui volunt se ipsos a corporalibus illecebris ac voluptatibus refrenare, sed nequeunt, quia cōstricti sunt pristinis vitijs, & captiuauit delectatione passionū carnaliū, sicq; se ipsos cohibere non valent, dum praua cōsuetudine vitiōrum, tanq; crudeli damnatione præmuntur, nec respirare possunt ad pudicitiam libertatē. Qualiter enim poterit conuenire beato Apostolo, quem constat peruenisse ad summū culmen perfectionis, quod ait: Nō enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago: Præterea quomodo coaptare poterunt personæ Apostoli quæ subiungit: Si autem quod nolo malum, hoc ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: Item: Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem

**A** legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Quid enim boni non potuit apostolus tantus implet? Contrario, quod malum admisit inuitus nolens ac odiens cogente natura: Rursus ad quam legem peccati potuit Paulus vas electionis, in quo Christus loquebatur, duci captiuus? Qui cum captiuus esset omnem inobedientiam, omnem altitudinem extolentem se contra deum, confidenter testatus est de seipso, Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit. De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, &c. ¶ **R.**

**T**heonas: Rursus conamini me intrantem tutissimum portū silentij reuocare ad imdelis, faciemus hic interim anchoram taciturnitatis, completo iam cursu tam longæ collationis nunc introductæ, quatenus vela disputationis crastina die tēdamus, cum explorauerimus flatum prosperi spiritus, si tamen nulla tempestas resistit.

## COLLATIO VIGESIMATER

tia &amp; Abbat̄is Theonæ tertia.

De uelle bonum &amp; agere malum, siue de impeccantia.

**R**uerſa luce cum senex compelleretur à nobis summa instantia ad perscrutandum abyssum apostolicę quæstionis, ita effatus est: Argumenta quibus probare conamini Apostolum protulisse hæc verba. Nō enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago, &c. non ex sua persona, sed ex persona peccantium, euidenter ostendunt ea non posse conuenire personis peccantium, sed quod pertineant ad solos perfectos, atq; eorum sanctitati tantummodo cōgruant, qui merita apostolorum sequuntur. Nempe quo pacto poterit conuenire iniquis quod dicitur: Non enim qd volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago? Et illud: Si autē quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Quis enim delinquentium inquinat se adulterijs & fornicationibus nolens? Quis inuitus tendit insidias proximo suo? Quis inuitabili necessitate compellitur, vt falso testimonio opprimat hominem aut furto decipiat, aut bono alterius concupiscat vel sanguinem fundat? Quinimo, sicut ait scriptura, humanum genus diligenter intentum est ad nequitiam à iuuentute sua. Omnes nanque qui flagrant vitiōrum amore insatant desiderant implere quæ cupiunt, vt etiam cura peruigili quærant opportunitatem sceleris committendi, gloriantes quoque de ignorantia sua, & criminum cumulo, iuxta Apostolū acquirunt sibi laudem quandā de confusione suæ malitiæ. Quos & lermias asserit crimina perpetrare nō solum non nolentes, aut cum requie cordis & corporis, sed etiā laboriosis conatibus desudare, vt perueniāt ad vitiōre effectus, ita vt nec arduis difficultatibus resistens reuocent à malis. Nam ait: Vt inique agerent laborauerunt. Insuper q̄ dicat peccatoribus conuenire quod subditur: Itaq; ego ipse seruui legi dei, carne aut lege peccati. Quos certum est nec mente nec carne deo seruire. Aut qualiter mente seruiunt deo qui corpore peccant, cum caro concipiat fomitem vitiōre ex corde, & Christus conditor carnis ac cordis pronunciet originem vitiōre ex corde manare: De corde, inquit, procedunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, furta, homicidia, testimonia falsa. Vnde euidenter ostenditur, hoc nequaquā posse intelligi de iniquorum personis, qui peccata non solum non odiunt, sed etiam amant, atq; intantū nec mente nec corpore seruiunt deo, vt prius delinquant mente q̄ corpore, & anteq̄ impleant concupiscentiam carnis, præueniantur peccato cogitationum ac mentis.

**S**uperest ergo vt sumamus ac metiamur virtutē sententiæ yboꝝ. Apost. ex intimo dīscens affectu, & qd B. Apost. dixerit bonum, & qd cōparatione boni insinuauerit malum discutiamus nō nuda significatione verborū, sed eodē intellectu q̄ ille locutus ē, sicq; scrutemur intellectu verborū ipsius scdm dignitatē ac meritū proferentis. Tunc poterimus intelligere sententias deo inspirate platas scdm voluntatē atq; ppositū inspirantis, dum ppendentes statū meritūq; eorū à gbus plata sunt, inducerimus parcm affectum nō ybis, sed experimentis, iuxta cuius affectus qualitatē vniuersæ sententiæ procul dubio concipiunt aut pferunt. Quamobrem diligentius indagemus qd sit principaliter bonum qd Apostolus nequiuit implere cum voluit. Multa nāq; sunt bona, quæ negare nō

ret non possumus sanctum Apostolum & viros apostolici meriti habuisse per naturam vel acquisisse per gratiam. Bona quippe est castitas, laudabilis abstinentia, imitanda prudentia, larga humanitas, circumspccta sobrietas, modesta temperantia, pia misericordia, sancta iustitia, quæ omnia tam plene atq; perfecte fuerunt cum beato Apostolo & eius consortibus, vt religio Christiana doceretur ab eis magisterio virtutum potius q̄ verbo. Deniq; iugiter vrebantur assidua cura ac peruigili sollicitudine oim ecclesiæ. Quæ tum hoc misericordiar bonum, quanta perfectio propter scandalizantes scandalizatosq; vni, cum infirmantibus infirmari: Cum ergo Apostolus abundauerit oibus bonis his, non possumus cognoscere cuius boni perfectione caruerit, nisi proficiendo venerimus ad illum profectum, quo ipse locutus est. Quamuis itaq; omnes istæ virtutes quas habuit sint quasi pretiosæ ac splendidissimæ gemmæ, tamen si comparentur illi præclaræ atq; præcipue margaritæ, quam euangelicus negociator inquirens desiderat emere, propter hanc vendens vniuersa quæ possidet, ita vilescunt & contemuntur, vt eis sine mora distractis possessio vnus solummodo boni dicitur innumerabiliū venditorē bonoy. ¶ C.

**Q**uod ergo est vnus illud quod tam incomparabiliter præponitur tantis tamq; innumeris bonis illis, ita vt omnibus illis relictis ac spretis solum debeat possideri? Nimirum ipsum est pars optima, cuius magnificentiam & perpetuitatem cum elegisset Maria relicto hospitalitatis ac sustentationis officio, sic laudabatur à domino: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Paucis vero opus est, aut etiã vno: Maria optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Theoria ergo seu contemplatio dei vna & sola est, cui merito postponuntur omnia merita iustificationum, & studia cuncta virtutum. Porro omnia illa quæ diximus in Apostolo extitisse non solum sunt bona atque vtilia, sed etiam præclara & magna. Sed sicut stannum (verbi gratia) in se aliqualiter vtile & acceptum, vilescit comparatione argenti, argentum quoq; respectu auri, & aurum pro gemmis quibusdam contemnitur, multitudo item gemmarum insigniū vincitur candore & valore margaritæ vnus, sic omnia illa merita sanctitatis seu actus virtutum, quamuis non solum bona atq; vtilia sint ad præsens, sed gloriæ æternitatis acquirant, tamen si comparentur meritis contemplationis diuinæ, reputabuntur vilia, & vt sic loquar, vendenda. Deniq; vt scripturæ autoritas cõparationem istam confirmet, nõne scriptura generaliter protestatur de vniuersis simul oblati. Omnia quæ fecit deus erant valde bona: Et iterum: Omnia fecit deus in tempore suo. Itaq; omnia quæ sunt in præsentibus non solum bona simpliciter, sed etiam valde bona cõsistunt. Sunt enim reuera habitantibus in hoc mûdo accommodata ad vitæ vsum, aut corporis medicinam, siue ad aliquam vtilitatem ignotam. Hæc certe in eo sunt valde bona, quoniam faciunt nos inuisibilia dei intellecta conspiceret per ea quæ facta sunt, & contemplari sempiternam creatoris virtutem ac deitatem, ex tam ordinata & magna constitutione machinæ mundialis, & omnium quæ subsistunt in ea. Veruntamen omnia ista non poterunt sibi nomē boni tenere, si comparentur seculo illi futuro, vbi nulla immutatio bonoy, nulla corruptio veteræ beatitudinis formidanda. Cuius seculi beatitudo ita describitur: Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplex sicut lux septem dierum. Itaq; magna ista & præclara intuitu atq; mirifica, si comparatur ex fide futuris promissis, mox vanitas apparebit, dicente Dauid: Omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficiunt. Cum ergo nihil sit per se ipsum bonum, stabile aut incommutabile, nisi deitas sola, creaturæ vero beatitudinem æternitatis aut immutabilitatis obtineant, non per suam naturam, sed per creatoris participationem & gratiam bona dici non valent, si creatori proprio comparentur. ¶ C.

**M**anifestioribus quoque testimonijs possumus idem probare. In euangelio nanque multa vocatur bona, vt puta bona arbor, bonus thesaurus, bonus homo, bonus seruus, iuxta illud: Non potest arbor bona fructus malos facere, & bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Itemque: Euge serue bone & fidelis. Nec dubium, quin omnes isti secundum se boni sint, tamen si ad dei bonitatem respiciamus, nullus eorum dicitur bonus, cum dicat saluator: Nemo bonus, nisi solus deus. Cuius intuitu ipsi quoque apostoli qui merito suæ electionis excefferant multis modis bonitatem humani generis. Mali dicuntur domino Christo ad eos loquens: Si ergo vos cum sitis mali nostri bona data dare filijs vestris, quãto magis pater vester qui in cœlis est, dabit spiritum

**A**ritum bonum petentibus se? Deniq; sicut bonitas nostra vertitur in malitiam comparatione bonitatis diuinæ, quia iustitia nostra intuitu diuinæ iustitiæ similis prohibetur panno menstruata, secundum quod loquitur Isaias: Sicut pannus menstruata vniuersa iustitiæ nostræ. Deniq; vt inferamus adhuc euidentius aliquid, vitalia legis præcepta perfectioni euangelicæ cõparata dicuntur non bona, quemadmodum per prophetam dñs protestatur. Dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus non viuunt, cum tñ lex dicitur ordinari per angelos in manu mediatoris, de qua rursus ait Apostolus: Itaq; lex sanctam & mandatũ sc̄m, & iustum, & bonum. Insuper idẽ apostolus asserit gloriam legis sic obturari lumine noui testamenti, vt protestetur legem non esse glorificatam cõparatione euangelicæ claritatis, dicendo: Necdum glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam, scriptura quoq; conseruat hunc modum loquendi in cõparatione vitiorum ad inuicem iustificando eos qui multominus peccauerunt respectu peiorum, cum ait iustificata est Sodoma ex te, Et iterum: Quid em̄ peccauit foror tua Sodoma, & iustificauit animam suam auersatrix Israel cõparatione præuaricatrix Iuda. Sic vniuersarum virtutum merita memorata quamuis in se bona & preciosa valde consistant, fuscantur tñ respectu theoricæ lucis seu contemplatiuæ perfectionis, quoniam retrahunt & retardant multos sanctorum occupatos terrenis operibus quamuis bonis à

**B** contemplatione boni altissimi. ¶ C.

**Q**uis em̄ eripiens inopem de manu fortiorum eius, & egenum ac pauperem à diripientibus eum. Quis conterens molas iniquorum, & de medio dentium eorũ rapinas extorquens, contempletur gloriam maiestatis diuinæ mente tranquilla in huiusmodi operæ? Quis pauperibus alimoniam subministrans, aut aduenientes humiliter suscipiens speculetur in mentis beatitudinis increata eo tempore, quo sollicita mente distenditur pro necessitatibus proximorum, dumq; concutitur angustijs vitæ præsentis, prospiciat futuri sæculi statum corde à terrenis cõtagijs eleuato? Hinc sanctus Dauid docens hoc solum esse homini bonum desiderauit deo iugiter inharere mihi inquirens, adhaerere deo bonum est, ponere in dño deo spem meã, quod Ecclesiastes quoq; asseruit à nomine iustorum siue sanctorum perfici posse, dicens: Non est homo qui faciat bonũ, & non peccet. Quis enim in hoc corpore degens, quis inter sanctos & iustos extet præcipuus, vtique possedit tam indefinenter & actualiter bonum hoc, vt non sit interdum distractus ab illo per cogitationes terrenas, qui nunq̄ gesserit curam aliquã indumenti aut aliarum rerum carnalium, qui nunquam fuerit sollicitus de fratrum susceptione, de loci mutatione, de cellulæ ædificatione, aut non concupierit aliquam opem hũani subsidij, neque vexatus sterilitate inopiae incurreret sententiam illã increpationis dñicę, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro qui induamini? Deniq; cõfidenter dicimus, astruimus Paulum Apostolũ qui numerositate tribulationum suarũ excefferat omnium sc̄orũ laborem istud nequaquam implese, cum ipsemet protestetur discipulis

**C** in actibus apostolorum, Ipsi scitis, quia ad ea quæ mihi opus erant, ministrauerunt manus istæ, & hijs qui mecum sunt, Thessalonicensibus quoq; scribens testatur se operatum fuisse in labore & fatigatione die ac nocte, & quamuis per opera illa multũ meruerit, tamẽ mens eius licet solennis & sancta non potuit aliquando non retrahi à theoria cœlesti occupatione actus terreni. Præterea dum cerneret se ditari fructibus tantis ac talibus & esconuerso pensaret corde, bonum vitæ theoricæ, & quasi in vna lance appenderet fructũ tantorum laborum atq; in altera delectationem & fructum cõtemplationis diuinę post longam exammirationem ac deliberationẽ dum immensa merita laboris hinc eum delectant, illinc desiderium vnionis & inseparabilis associationis cum Christo eum inuitat etiam ad resolutionem à carne anxius clamatur: Quid eligam ignoro, coartor enim à duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Multo enim melius, permanere autem in carne necessarium est propter vos, cum igitur excellentiam theoriæ seu contemplationis multipliciter prætulisset cunctis fructibus suæ prædicationis, nihilominus intuitu charitatis fraternæ, sine qua deũ meretur submittere se, nec recusat dilationẽ à Christo nociuam sibi, sed necessariam alijs, propter illos quibus adhuc inmulgebat instar nutricis lac per euangelica vbera. Deniq; ad eligendam hanc partem inductus est nimia illa pietate & charitate, qua pro fratrum salute optasset incurere vltimum anathema si fuisset possibile, Optabam inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cõ-

gnati mei secundum carnem qui sunt Israelitæ, hoc est, volebam non solum adijci temporalibus, sed etiam perpetuis penis dummodo, si fieri possit, omnes homines fruere tur Christi consortio. Certus sum enim salutem omnium vtiliorem esse Christo & mihi quam meam. Optavit ergo Apostolus dissolui a corpore, ut posset perfecte adipisci hoc summum bonum quod est frui intuitu dei, & Christo inseparabiliter adherere. Nam corpus caducum & multis necessitatibus fragilitatis propter impedimentum non potest à Christi consortio non auelli. Impossibile quoque est menti quæ tam crebris curis distenditur, tam varijs ac molestis angoribus præpeditur, iugiter frui diuino intuitu. Quod enim potest esse tam firmum studium arduumque propositum sanctorum, cui versutus ille insidiator non illudat quâdoque? Quis ita sectatus est solitudinis abdita, & ita vitauit mortalium vniuersorum consortia, vt nunquam lapsus sit cogitatione superflua, neque deciderit à contemplatione dei quæ vere sola bona est, intuitu rerum vel occupatione actuum terrenorum est. Quis vnquam potuit retinere tantum feruorem, vt non transferretur vicissum cogitationibus lubricis ab attentione orationis, sicque repperit corrueret de cælestibus ad terrena. Quis nostrum, vt cætera tempora euagationum dimittam, lapsus non est quodam stupore, etiam illo momento, quo ad sublimia mentem erexit supplicans deo, atque per id offendit saltem inutus, per quod sperauit, & rogauit veniam delictorum? Quis tam exercitatus ac vigilans est, vt animus eius nunquam abducatur à sensu scripturæ dumpfallit? Quis tam familiaris & tam coniunctus est Deo, vt gaudeat se vno die implese illud Apostolicum præceptum, quo iubet nos sine intermissione orare. Quæ omnia quamuis videantur leuia, & à peccato aliena esse quibusdam qui grauioribus vicijs inuoluuntur, multitudo tamen minimarum rerum siue culparum grauiissima est scientibus perfectionem.

**V**elut si ponamus duos, vnum clare videntem alium cæcipientem seu sippum ingressos aliquam domum magnâ multis instrumentis vasculis sarcinis occupatam nonne excursions æstimabit ibi nil aliud esse, nisi armaria, lectos, scamna, præsepia, & quicquid occurrerit manibus eius magis quam oculis, nihilominus qui clarissimum visum habet videbit ibi esse alia multa paruisissima quæ dinumerari vix queant, quæ si congregentur in vnum sua multitudine cõpensabunt, aut forte transcendunt magnitudinẽ paucorũ quæ sippus palpauerat. Sic sancti illuminati, qui summo studio perfectioni intenti sunt, infæpius sagaciter deprehendunt quæ mens tenebrosa non intuetur, & acerrime reprobant ea in tantum vt hij qui candorem suæ conscientiæ non maculauerunt tenuissimis culpis, vt negligentia nostræ apparet, videantur sibi multis maculis inquinati. Quod si improbitas vanæ cogitationis non irreperit menti, recordatio psalmi dicenti auertit attentionem peccantis tempore orationis: Nempe, vt aiunt patres, si totam aciem mentis corporisque defigimus in hominem quem rogamus cum supplicamus alicui sublimi viro, non dicam pro salute aut vita, sed pro cõmodo lucris terreni & trepida expectatione pendemus de nutu ipsius non mediocriter formidantes, ne ineptum aliquid proferamus per quod auertamus pietatem eius à nobis. Rursus, si tussis, sputum, risus, oscitatio vel somnus irreperit nobis constitutus in foro coram iudice seculari, in media persecutione et conflictu causæ nostræ, aduersario nostro præsentem, quanta inuidia commouebit aduersarius seueritatem iudicis ad nostram perniciem? Quantomagis dum supplicamus secretorum omnium cognitori pro euasione æternæ damnationis instantis, astante ex aduerso, callidissimo seductore ac criminatore pietas iudicis summi imploranda est oratione attenta & attentione sollicita? Nec iniuste astringitur non solum leui peccato, immo etiã crimine impietatis grauiissimo, qui præcem offerens deo repente abcesserit mente à conspectu ipsius, quasi si ab oculis non videntis, nec audientis, sequens vanitatem improbræ cogitationis. Porro, qui oculos cordis sui operiit crasso velamine vitiorum & iuxta saluatoris sententiam videntes non vident & audientes non audiunt neque intelligunt, vix aspicunt magna & capitalia crimina in interioribus præcordiorum suorum. Nec possunt purgatis obrutibus, intueri vllas cogitationum suarum subreptiones, neque pruritus illos lubricos & occultos, qui mentem compungunt suggestione tenui ac subtili, nec carpituitates distractionesque animæ suæ, sed inuerecundis cogitationibus iugiter euagantes dolere non norunt cum distrahuntur à contemplatione diuina, nec habent quod se doleant amississe quoniam exponentes mentem suam ad libitum, cogitationibus ingruentibus

**A**entibus nihil habet salubre sibi propositum quod principaliter teneant, aut quod omnimode concupiscant.

**H**æc autem causa præcipit nos in istum errorem, quoniam penitus ignorantes virtutem impeccantiæ, æstimamus nos nullam posse contrahere culpam ex his otiosis ac lubricis cogitationibus discursibus, sed stupefacti hebetudine ista, & cecitate oculorum interiorum percussi non contemplamur in nobis nisi capitalia vitia, & ea solum credimus euitanda, quæ dñantur sæculariũ legum rigore, à quibus cum senserimus nos immunes, protinus arbitramur nihil peccati esse in nobis.

**S**egregati vero à numero clare videntium non intuemur minutias cogitationum multarum intra nos collectarum, nec mordemur compunctione salubri, si iustitia infirmetur in nobis, neque dolemus pulsati suggestione gloriæ vanæ subtili, nec de oratione tardius aut tæpidius fusa tristamur, nec reputamus culpabile dum aliud aliquid occurrit nobis psallentibus aut orantibus, quam quod psalmus aut oratio cõtinet. Nec illud horremus, quod audemus corde, nec erubescimus coram deo cogitare, quod puderet nos loqui aut agere coram hominibus, nec largo serui purgamus pollutionem turpium somniorum. Nec lugemus qui auara mora obnubilat serenitatem nostræ largitatis in elemosynarum erogatione, qua necessitatibus fratrum subuenimus aut alimoniam ministramus pauperibus, nec credimus nos feriri aliquo detrimento dum meditatione dei relicta, cogitamus temporalia & terrena, ita vt competat nobis verbum hoc Salomonis: Percusserunt me, & non dolui, deluserunt me, & ego nesciui. Contra hij qui in contemplatione diuinorum ac spiritualium rerum constituunt summam totius beatitudinis ac quædij sui, dum paululum abstrahuntur ab ea cogitationibus violentis, puniunt hoc in te, presentis penitentia vltione, tanquam sacrilegium quoddam lugentes se prætulisse creatori viliissimam creaturam ad quam ita detortus est mentis intuitus, propter quod sibi ascribunt quasi crimen impietatis vt taliter loquar. Et quis summa alacritate cõuertant oculos cordis sui, ad intuendam diuinæ gloriæ claritatem, attamen non ferentes breuissimas canalium tenebras, execrantur quicquid retrahit mentis aspectum à vero æternorum lumine. Denique, sanctus Iohannes Apostolus volens effectum istum infundere cunctis fidelibus, filios inquit nolite diligere mundum, neque ea quæ in mudo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: Quis omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, aut concupiscentia animorum, aut superbia vitæ quæ non est ex patre, sed ex mudo est, & mundus transiit, & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatẽ dei, manet in æternũ.

**S**ancti ergo fastidiunt vniuersa in quibus versatur hic mundus, sed impossibile est vt non rapiantur interdum breui cogitationum excessu ad mundum. Nullus quoque hominum Christo excepto, ita cõtinuit naturalẽ cordis euagationẽ, defixus semper in cõtemplatiõẽ diuina, vt nunquam laboretur ab ea, neque peccaret delectatione cuiuscunque rei mundanæ, cum dicat scriptura, Stellæ non sunt munde in conspectu eius. Et rursus: In scis suis non cõsideret in angelis suis repperit prauitatem. Siue, vt emendatior translatio habet, Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis & cœli non sunt mundi in cõspectu eius.

**S**anctos igitur qui retinent dei memoriam atque suspensio feruntur in cessu in altum, quasi per lineas in sublime extentas recte dixerim comparados cœnobatis, qui vulgariter funiabili appellantur, utpote currentes seu ambulantes per funes, qui constituentes vitæ suæ sospitatem in angustissimo calle funiculi sciunt se protinus incursums atrocissimam mortẽ si pes eorum deuiauerit vacillatione exigua, aut modum directionis illius excesserit, qui dum arte mirabili molunt gressus aereos, si non seruauerint angustiore vestigio semitam illam moderatione cauta atque sollicita, terra quæ oim basis est & tutum ac solidum fundamentum, sit illis manifesta perniciosa seu conuulsatrix, non quia natura terræ mutetur, sed quia illi super eam labuntur præcipiti impetu cum graui pondere carnis, ita & indefessa bonitas immutabilisque substantia dei neminem lædit, sed nos declinando à summis & tendendo ad ima iniicimus mortem nobismetipsis, immo declinatio seu auersio ipsa mors est declinanti, quemadmodum dñs loquitur per prophetam, Væ eis quoniam recesserunt à me. Et iterum: Væ eis, cum recessero ab eis, arguet enim te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide, quoniam malum & amarum est, te reliquisse dominum deum tuum, funiculis namque peccatorum suorum vnusquisque confringitur, ad quos satis proprie dirigitur increpatio illa à domino, Ecce vos omnes accendens



res ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. Et denovo Qui incendit malitiam, peribit ab ea. **CL.**

**C**um itaq; sancti quotidie sentiant se prægnantes pondere cogitationis terrenæ à contemplationis sublimitate decidere, seq; inuitos ac nescientes traduci in legem peccati & mortis, atq; vt cætera præmittam reuocari ab intuitu dei, saltem illis operibus bonis quidem & iustis, sed tamen terrenis, habent cur iugiter ingemiscant ad dominum, habent culpas propter quas vere humiliati vt compuncti fateantur se peccatores non verbis duntaxat sed etiam ex affectu, verasq; poenitentia lachrymas indefinenter effundant postulantes veniam pro omnibus culpis quas incurrunt quotidie superati carnis fragilitate, & gratiam dei poscentes, præsertim cum videant se indefinenter vsq; ad finem vitæ suæ inuolui eisdem peccatis, pro quibus continuo dolore se affligunt, nec se posse deo offerre supplicationes suas absque cogitationum anxietate & distractione. Experti ergo se non posse attingere proprijs viribus desideratum finem sarcina carnis impediende, nec se posse vniri summo & incomparabili bono iuxta desiderium cordis sui, sed ab eius intuitu se transduci captiuos ad ista mundana, conuolantes ad gratiam domini nostri Iesu Christi, cum Apostolo clamant. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per dominum nostrum I E S V M Christum. Sentiant enim se non posse perficere bonum istud quod optant & volunt, immo sentiunt se semper incidere malum quod nolunt ac odiunt, id est, motus cogitationum & curam temporalium rerum. **CL.**

**D**eniq; cõdelectantur legi dei secundum interiorẽ hominẽ qui transcendens vißibilia omnia conatur soli deo semper coniungi, sed vident aliam legem in membris suis, vt pote inßitam in natura humanæ conditionis, quæ repugnans legi mentis eorum captiuum pertrahit sensum violenta lege peccati compellens eum terrena cogitatione inuolui principali bono relicto, quæ cogitatio quamuis necessaria videatur ac utilis, quando impenditur dispensatione alicuius religiosæ necessitatis, mala tamen ac fugienda eis censetur comparatiõẽ boni illius quod oblectat omnium sanctorum intuitum, quod per eam aliquo modo retrahuntur à gaudio illius perfectæ beatitudinis saltem ad modicum tempus. Vere enim lex peccati est quam offensa dei induxit humano generi per noxam seu culpam primi parentis in quod lata est æquissimo dei iudicio illo. Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudore vultus tui edes panem tuum. Hæc inquam est lex inßita membris mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ, impediens eam à diuino intuitu seu amore, qua terra in nostris operibus maledicta post agnitionem boni & mali germinare cœpit spinas ac tribulos cogitationum aquarum aculeis semina virtutum naturalium præfocantur ne absq; sudore vultus nostri possimus comedere illum panem nostrum qui descendit de cælo, & confortat cor hominis. Omne ergo humanum genus absq; vlla exceptione subijcitur generali ter huic legi. Nemo etenim est quamuis sanctus, qui præfatum panem nõ percipiat cum sudore sui vultus, & sollicitudine cordis. Cæterum vt videmus multi diuites vescuntur pane isto, exteriori, communi, absq; sudore vultus sui. Quam etiam legem Apostolus asserit spiritalem dicendo. Scimus, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, spiritalis nanq; est lex, quæ nobis iubet, vt in sudore vultus nostri edamus panem illum verum qui de cælo descendit, sed venundatio illa peccati nos fecit carnales. Quod quæ est istud peccatum aut cuius? Sine dubio Adæ cuius præuaricatione, atque, vt sic loquar, damnosa negociatione ac fraudulento commercio venditi sumus, seductus quippe persuasione serpentis addixit iugo perpetuæ seruitutis omnem suam posteritatem perceptionem illiciti sibi distractam seu venditam. Hic autem mos solet seruari inter ementes & vendentes, vt is qui cupit se mæcipare alieno domino aliqui cõsequatur à suo emptore ac domino pro amissione propriæ libertatis, & additione perpetuæ seruitutis. Quod etiam inter Adam & serpentem apertissime cernimus factum. Adam nanq; à serpente accipiens vsum fructus prohibiti pro precio suæ libertatis, à naturali libertate discessit, vendens se seruitute perpetuæ illi, à quo accepit mortiferum pomi vetiti precium. Quia conditione deinde confictus, non immerito subdidit totam suam posteritatem iugo perpetuæ seruitutis illius, cuius ipse factus est seruus. Quid enim aliud generare potest coniugium seruile, quam seruos? Quid ergo? Nunquid emptor iste callidus & versu

**A** & versutus eripuit ius dominationis vero atq; legitimo domino? Non utiq; non enim ille iniquus ita inuasit omne peculium dei, seu possessionem generis humani, dolositate fraudis vnius, vt verus dominator deus amitteret potentiam sui domini, qui iugo seruitutis deprimit ipsum emptorem, quasi refugam ac rebellem, sed quia creator concesserat omnibus rationalibus creaturis libertatem arbitrii, non debuit reuocare inuitos ad arbitrii libertatem, eos qui contra fas vendiderunt se transgressionem & vsum concupiscentiæ. Abhorret quippe ab illo tutius æquitatis ac pietatis actore, quicquid contrarium est bonitati & æquitati. Malum autem fuisset si abstulisset libertatem concessam, iniustum vero si non finisset liberum arbitrium quod erat in homine exequi quod volebat, apprimendo & capriando beneficium libertatis quam dederat. Cuius salutem referuauit ac distulit in sæcula tunc futura vt plenitudo temporis præstituti completeret ordine res. Oportebat nũq; sobolem hominis tam diu durare sub inßicta conditione, quousque Christus reformaret eam ad statum pristinae libertatis liberans eam de reatu originalis peccati precio sanguinis sui, quam sobolem potuit etiam tunc saluare suæ pietatis instinctu, sed noluit quoniam æquitas sua non permisit eum mutare propositum sui decreti. Vis causam tuæ venditionis cognoscere? Audi redemptorem tuum per Iaiam eius denter dicentem. Quis est iste liber repudij matris vestræ quo dimisi eam? Ecce in iniuriam venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, aut quis est creditor meus, cui vendidi vos. Vis quoq; clare cognoscere cur noluit re addictum, iugo seruitutis redimere virtutis suæ potentia? Audi quid adiecerit præinductis, quibus exprobat eisdem seruis vitiorum causam voluntariæ venditionis. Nunquid abbreviata & paruula facta est manus mea, vt non possim credere? Aut non est in me virtus ad liberandum? Sed idem Propheta demonstrat quid semper obstiterit potentissimæ pietati illius: Ecce, inquiens, non est abbreviata manus domini vt saluare nequeat, neque aggravata est auris eius vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter Deum vestrum & vos, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. **CL.**

**Q**uoniam ergo prima illa maledictio dei nos fecit carnales & spinas ac tribulos ad iudicauit, & Adam pater noster ita venundedit nos iniquo commercio vt agere nequeamus bonum quod volumus, quando obstricti à memoria dei compellimur cogitare ea, quæ sunt fragilitatis humanæ dumque ardentis puritatis amore stimulamur plerumq; etiam inuiti naturalibus incentiuis quæ vellemus penitus ignorare, tunc scimus & experimur quod non habitat in carne nostra bonum, id est, fixa necessabilisque tranquillitas theoriæ ac puritatis, sed factum est in nobis istud lugubre pessimumq; diuortium, vt dum mente velimus legi dei seruire, nec vnquam auelli à contemplatione claritatis diuinæ, attamen circumfusi carnalibus tenebris cogimur quadam lege peccati auelli à bono quod nouimus, ruentes ab illa celsitudine mentis ad cogitationes & curas terrenas quibus nos adiudicauit lex peccati, id est, sententia dei quam primus homo peccator incurrit: Vnde quamuis Apostolus apertissime fateatur se, aut omnes sanctos inuitabili necessitate huius legis seu culpæ constringi audacter tamen pronunciat neminem eorum ob hoc esse damnandũ dicendo. Nihil ergo damnationis est his qui sunt in CHRISTO IESU domino nostro. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis, id est, quotidiana gratia Christi absoluit omnes sanctos suos ab hac lege peccati & mortis in quam etiam nolentes incurrunt assidue, dum iugiter postulant remissionem debitorum suorum. Videtis ergo Apostolum protulisse hæc verba, non ex peccatorum persona, sed ex persona eorum qui vere perfecti, sancti que sunt. Non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. Et, video aliam legem in membris meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati quæ est in membris meis. **CL.**

**G**ERMANVS, Verba hæc arbitramur non conuenire personis eorum qui capitibus criminibus implicantur, neque perfectis qui ad mensuram Apostoli profecerunt, sed his qui cupientes à carnalibus vitijs abstinere post Dei gratiam eis infusam, & veritatis notitiam, pertrahuntur ad molitam concupiscentiam passionum antiqua consuetudine adhuc violentissime dominante in membris eorum tanquam lege quodammodo naturali, consuetudo nanq; atq; frequentia delinquendi efficitur, quasi lex



naturalis, quæ infra membris humanæ fragilitatis rapit ad vitia captiuos affectus animæ: nondum cruditiæ studijs plenis virtutum, sed adhuc rudis ac teneræ seu debilis castitatis, ac lege antiqua subiiciens eos morte addicit ipso iugo dominantis peccati, non finens eos adipisci bonum puritatis quod diligunt, sed magis compellens eos exercere malum quod execrantur.

CO.

**T**HEONAS, Opinio vestra non parum profecit, quia vos ipsi iam affirmatis verba illa apostoli dici non posse ex persona eorum qui omnino sunt peccatores, sed ea propriæ conuenite hijs qui conantur se refrenare à carnalibus vitijs. Quos, quia nunc segregatis à numero peccatorum consequens est, vt eos paulatim inferatis cæcibus fidelium ac sanctorum. Quæ enim genera vitiorum dicitis istos posse committere, à quibus per quotidianam gratiam liberentur, si fuerint eis post baptismi gratiam inuoluti, vel de quo corpore mortis dixit Apostolus. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum, Nonne manifestum est, & ipsa veritas cogit nos confiteri, Apostolum loqui de præfato corpore mortis cui quotidiana gratia Christi succurrit, non autem de membris illis capitalium criminum per quæ acquiruntur mortis æternæ stipendij, vt pote homicidij, fornicationis, adulterij, ebrietatis furti atq; rapinæ. Quicumq; enim post baptismum, & dei notitiam corruerit in hoc corpus mortis, sciat se purgandum afflictione penitentia diuturna aut penali dolore non quotidiana gratia Christi, id est, facili remissione quam Deus exoratus consuevit dare erroribus nostris omni momento, aut certe pro Ihs deputandij se esse postea penis æternis, dicitur Apostolo: Nolite seduci, neque fornicari, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; rapaces, neq; ebriosi, neq; maledici regnum dei possidebunt. Aut quæ est ista lex militans in membris nostris, repugnans legi mentis nostræ, quæ cum adduxerit nos captiuos ac resistentes in legem peccati ac mortis, & fecerit nos sibi seruire carne, nihilominus permittit nos legi dei seruire mète. Non enim puto quod lex peccati designet hic capitalia vitia, aut verba ista posse intelligi de illis criminibus, quæ, qui committit non seruit mente legi diuinæ, immo mente recedit ab ea antequam carne committat talia crimina? Quid enim est seruire legi peccati, nisi implere ea quæ à peccato iubentur? Quod ergo genus peccati est, à quo dum tanta sanctitas atq; perfectio se sentiat captiuari, non tamen ambigat se liberandam gratia Christi, dicens: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia domini per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Quam, inquam legem asseritis esse in membris nostris, quæ abstrahit nos à lege dei, & captiuos nos legi peccati, facit nos esse infelices magis quam innocentes, vt non adiudicemur æternis supplicijs, sed suspiremus de gaudio beatitudinis interrupto & auxiliatorem quærentes qui retrahat nos ad gaudium illud cum Apostolo exclamemus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Nempe quid aliud est captiuum duci in legem peccati, quam permanere in peccati effectu seu opere? Aut quod aliud assignabitur principale bonum, quod sancti explere seu perficere nequeunt, nisi illud cuius comparatione cætera omnia non sunt bona? Quod, vt diximus, est contemplatio ipsa. Multa quoq; scimus esse bona in vita præfata, præcipue continentiam, sobrietatem, humilitatem, iustitiam, temperantiam, misericordiam, pietatem, sed ista æquari non possunt illi præcipuo bono, & perfici possunt non solum ab apostolicis, sed à mediocribus hominibus, & hijs à quibus impleta non fuerint æterno supplicio punientur aut redimentur labore penitentia magno, non facili remissione seu quotidiana gratia Christi, vt diximus. Superest ergo vt fateamur sententiam istam apostoli, solis sanctis recte competere, qui incurrentes quotidie in præfata legem peccati non minimum, non præcipue à statu salutis in capitale peccatum, sed à contemplatione diuina deuoluti ad miseriam cogitationum de rebus corporalibus conceptarum fraudantur plerumq; bono beatitudinis veræ. Si enim sentirent se quotidianis sceleribus alligari in hanc legem peccati quæ est in membris eorum, non causarentur aut cogerentur de remissione felicitatis, sed innocentia. Nec diceret apost. Paulus: Infelix ego homo, sed dirus & sceleratus ego homo, nec vellet absolui de corpore mortis huius. i. de conditione mortali, sed à criminibus carnis, interna quoniam sensit se captiuatæ conditione fragilitatis humanæ, id est, deductum ad curas carnales quas lex peccati & mortis operatur, ingegens miscens super hanc legem peccati quam inuitis incurrerat, recurrit confestim ad Christum sicq;

**A** sicque saluatus est præsentissima liberatione gratiæ eius. Quicquid igitur lex illa peccati, quæ spinas ac tribulos cogitationum, mortaliumque curarum producit, etiam in terra seu fundo Apostolici pectoris germinaret, nisi ista lex gratiæ mox ea auelleret, dicitur Apostolo: Lex spiritus vitæ in CHRISTO IESU liberauit me à lege peccati & mortis.

¶P.

**H**oc est ergo inuitabile corpus mortis in quo perfecti, qui gustauerunt quàm dulcis est dominus, quotidie reuoluti sentiunt cum propheta quàm amarum sit recedere à domino deo suo, hoc est, corpus mortis quod retrahens eos à diuino intuitu pertrahit ad terrena, quod eos pfallentes aut in oratione prostratos facit retrahere aut cogitare humanas effigies, sermones, negociationes aut actus superfluos, hoc est, corpus mortis, quod omnes qui imitantur angelicam sanctitatem & cupiunt domino iugiter inherere, non sinit inuenire perfectionem contemplationis, sed obstat ita quod faciunt malum, quod nolunt, id est, mente traducuntur ad illa, quæ non pertinent ad profectum virtutum aut perfectionem. Denique vt Apostolus euidenter insinuaret se ista dixisse de perfectis ac sanctis sibi similibus designans seipsum digito quodam seu tactu continuo subdit: Itaque ego ipse, id est, ego qui ista loquor pando tenebras conscientia: meæ, non alterius. Solet enim hoc modo loquendi familiariter vti Apostolus, dum vult specialiter seipsum designare, vt ibi: Ego ipse Paulus obsecro vos per modestiam & mansuetudinem Christi. Et rursus: Nisi quod ego ipse non grauau vos. Et alibi: Ego ipse Paulus dico vobis, si circuncidamini Christus nihil proderit vobis. Ad Romanos quoque Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Insuper potest & sic accipi non absurde, vt cum emphasi pronuncietur. Itaque ego ipse quem scitis apostolum esse Christi, quem toto veneramini animo, quem creditis esse perfectum ac summum, & in quo loquitur Christus, cum mente deseruiam legi dei, fateor me carne seruire legi peccati, id est, sollicitudine seu distractione conditionis humanæ interdum deuoluo de celestibus ad terrena, & altitudo mentis me dilabitur ad curas vilium rerum per quam sentio me captiuari omni hora in legem peccati, vt quàmuis immobilis perfeuerem affectu circa legem dei nihilominus, sentio meo nullo modo posse vim captiuitatis istius euadere, nisi semper confugero ad gratiam saluatoris.

¶Q.

**I**tem, dum perferuntur cogitationum suarum varietates, & inferora conscientiarum suarum, suppliciter clamant ad dominum: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et illud: Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis habebit fiduciam mundum se esse à peccato? Itemque: Non est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Et ita fenserunt iustitiam hominum esse infirmam & imperfectam ac iugiter indigentem misericordia dei, ita vt vnus eorum cuius peccata deus purgavit ignito carbone verbi sui misso de altari, dicat: Post admirabilem dei contemplationem, post intuitum sublimium Seraphin, & reuelationem sacramentorum celestium. Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentes, ego habito, qui, vt arbitrator, nec tunc forsansensisset immunditiam labiorum suorum, nisi contemplationem dei meruisset agnoscere veram ac integram puritatem perfectionis. Cuius intuitu ita repente cognouit suam pollutionem, ante sibi incognitam. Cum etenim ait: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus ego sum, id quod sequitur monstrat eum hoc dixisse de pollutione labiorum suorum, non de alijs, quia adiecit, & in medio populi polluta labia habentes ego habito. Rursus cum orans confiteretur generaliter immunditiam peccatorum, complectitur supplicatione communi, non solum iniquos, sed etiam iustos: Ecce, inquiens, tu iratus es, & peccauimus. In ipsis fuimus semper & saluabimur. Facti sumus, vt immundi omnes nos, tanquam pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Quid quæso euidentius ista sententia, qua propheta comprehendat vniuersas iustitias nostras non vnâ tantum, & circumspiciens oia quæ iudicantur horrida & immunda, comparauit eas panno menstruatæ, quia in conuersatione humana non reperit aliquid turpius huiusmodi panno. Itcirco spinoza obiecto frustra opponit apertissime veritatem, vt qd paulo ante dixistis, si nemo sine peccato, ergo nullus est sanctus, & si nemo sanctus, ergo nullus saluabit. Nodus enim huius quæstionis solui potest testimonio prophetae dicentis: Ecce tu iratus es, & peccauimus. i. cum priuasti

nos auxilio gratiæ tuæ indignās nobis propter superbiam & negligentiam nostrorum vitiorum vorago cōfestim absorbit nos, velut si quis dicat splendidissimo soli: Ecce tu occubisti, & statim operuit nos caligo. Nihilominus cum sanctus Esaias de dicat peccasse, imo & in peccatis semper mansisse, nō desperat de salute, sed subdit: In ipsis fuimus semper, & saluabimur. Hanc ergo sententiam, ecce tu iratus es & peccauimus, cōparabo Apostolicæ sententiæ huic: Infelix ego homo quis me liberabit, &c. Id quoque quod ait propheta: In ipsis fuimus semper & saluabimur, cōsonat frequentibus verbis Apostoli: Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Rursus, quod ait idem propheta: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habetis ego habito, videtur includere præ inductos sermones Apostoli: Infelix ego homo, &c. Insuper quod sequitur in propheta. Venit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius carbūculus seu calculus quē forcipe tulerat de altari, & tetigit os meū, & dixit: Ecce tetigit labia tua, & auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mūdabitur, tale est, vt videatur prolatum ore Pauli dicentis: Gratia dei per dñm nostrum Iesum Christum. Videtis ergo qualiter omnes sancti fatentur se veraciter peccatores, nō solum ex persona populi vitiosi, sed item ex sua, & tamen nequaquam desperat de sua salute, imo de misericordia & gratia dei præsumunt plenitudinem iustificationis quam diffidunt se consequi posse ex conditione fragilitatis humanæ. ¶ R.

**M**agisterium etiam saluatoris docet neminem in hac vita, quamuis sanctum esse immunem à debitis peccatorum, quoniam tradens formam orationis perfectæ, suis discipulis iussit interferi inter reliqua illa mandata sacratissima atque altissima, quæ nequeunt conuenire infidelibus & malignis, quoniam data non sunt nisi perfectis & sanctis: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si ergo oratio ista vere profertur à sanctis, sicut indubitanter credere non oportet, quis poterit inueniri tam præsumptuosus & contumax, & tanta superbia diabolici furoris elatus, qui dicat se esse sine peccato, & credat se maiorem non solum apostolis, verumetiam arguat saluatorem de ignorantia aut vanitate, vt vel nescierit aliquos homines posse esse immunes à debitis, aut frustra docuerit eos ita orare, quos nouerat non regere reme dio orationis prætractæ: Omnes itaque sancti seruantes præcepta regis sui, si veraciter dicunt: Dimitte nobis debita nostra, nemo immunis est à peccato. Si autem fallunt, ergo non carent culpa mendaciæ. Hinc Ecclesiastes mente percurrens vniuersos actudia hominum, sine exceptione locutus est: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet, id est, nemo vnquam potuit aut poterit reperiri tam sanctus & diligens, tam que intentus in terra, qui tam incessabiliter valeat per contemplationem inhære summo & singulari, veroque bono, vt non sentiat se quotidie distractum ab illo, ac reum. Qui quamuis dicatur non posse immunis esse à culpa, iustus tamen vocatur. ¶ S.

**Q**uæ ergo ascribitur impeccantiam naturæ humanæ, consilgat nobiscum non verbis inanibus, sed probatione ac testimonio conscientiæ suæ, & tunc affirmet se esse absque peccato, cum se senserit nusquam auersum à summo bono. Imo vero quicumque exanimans conscientiam suam inuenit se celebrasse aut cōsummasse saltem vnā synaxim orationum seu horam sine vlla interpellatione seu distractione cogitationis verbi aut facti, vt non amplius dicam, pronunciet se esse sine peccato. Proinde, quia fatemur celerem discursum mentis humanæ non posse carere ijs omnibus otiosis atque superfluis rebus per hoc consequenter confitemur veraciter quod sine peccato non sumus. Nam quantumlibet magna circumspectione quis cor suum seruare conetur, nunquam tamen custodiet illud secundum desiderium spiritus sui, resistente conditione corporis proprii. Imo, quanto plus mens humana profecerit & ad synceriores contemplationis puritatem peruenerit, tanto se sordidiorē videbit, quasi per speculum suæ munditiæ, quia necesse est, vt dum animus se extendit ad sublimiorem intuitum, & maiora cognoscit, quam agit ea, in quibus est & quæ agit, aspiciat semper vt inferiora ac uiliora. Nam & syncerior visus considerat plura, & irreprehensibilis vita parit sibi maiorem reprehensionis dolorem, emendatio quoque morum multiplicat sibi suspiria, æmulatioque attenta virtutum est mater gemituum. Denique, nemo potest esse contentus gradu in quem proficiendo deuenit, & quanto quis fuerit mente purgator, tanto sordidiorē se videt, magisque inuenit in se causas humilitatis, quam elationis, & quanto promptius ad sublimiora ascenderit, tanto amplius videt sibi

**A** sibi superesse quo tēdat. Postremo eximus ille apostolus quem diligebat Iesus, super peccatis Iesu recubens quasi ex dominico corde protulit istam sententiam: Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Si itaque dicēdo nos nō habere peccatum, nō habemus veritatem, id est, Christum in nobis, quid aliud professimur, nisi vt nos hac ipsa professione comprobemus sceleratos ac impios? ¶ T.

**P**ostremo, si cupimus veraciter explorare, an possibile sit homini impeccantiam possidere, à quibus poterimus hoc manifestius discere, quā ab his, qui carnem suam crucifixurunt cum vitijs & concupiscentijs, & quibus vere crucifixus est mundus? Qui dum euulserint de cordibus suis non solum vniuersa peccata verumetiam conentur excludere cogitationes atque memoriam vitiorum, nihilominus fideliter dicunt quotidie se non carere vna die macula culpæ. ¶ V.

**N**ec tamen iccirco debemus à cōmunione dñica abstinere, quis agnoscamus peccatores nos esse, imo ad eam magis ac magis est festinandum, propter animæ medicinalis, mentisque purificationē. Veruntamen ea humilitate & fide, vt fateamur nos perceptione tanti sacramenti indignos, remediūque petamus vulneribus nostri cordis. Alioquin nec digne quis cōmunicare semel in anno, vt faciunt quidā in monasterijs cōsistens, quæ ita poterant dignitatē, sanctificationem ac meritū sacramentorum celestium, vt æstimēt nō nisi sanctos & immaculatos ad ea debere accedere, & nō potius vt ipsa faciāt nos sua participatione dignos & mundos. Qui profecto incurunt maiore arrogantiæ præsumptionem, quam se putant euadere, quā iudicant se dignos eisdem cum ea accipiunt. Sed multo salubrius est vt ea suscipiamus omni die dominico, pro animarum nostrarum curatione cum hac cordis humilitate, qua credimus & fatemur, quod nunquam possumus sacrosancta mysteria digne contingere propter merita nostra, quam vt vana persuasione decepti ac tumidi æstimemus nos dignos participatione eorum post annum. Quapropter attentius imploremus misericordiam dei, vt valeamus hoc intelligere, & fructuose tenere, atque vt adiuuet nos ad percipienda aut perficienda hæc documenta, quæ nequaquam discuntur præcedente quadam ratione vitiorum, vt cæteræ artes humanæ, sed potius actu & experientia, quæ etiam per incuriam dissuescunt & abeunt, aut ociosa obliuione deperunt, nisi fuerint frequenter examinata & polita collationibus spiritualium patrum, & solite ventilata doctrinis & experientijs quotidianis.

### COLLATIO XXIII. ABBATIS ABRAHAM.

#### De mortificatione.

**M**olestissimam quartam istam collationē, quæ est abbatibus Abrahamæ describitur nunc quæ mystice congruit numero vigintiquatuor seniorum, qui in sancto Apocalypsi dicuntur coronas suas offerre agno, qua consummata credimus nos liberandos à debitis omnium promissionum nostrarum, quæ etiam claudit seu terminat traditiones ac instituta omnium seniorum. Proinde, si hi senes nostri coronati fuerint gloria aliqua propter meritum suæ instructionis, subiecti sunt capitibus agno illi, qui immolatus est pro salute mundi. Ipse enim dignatus est dare illis sapientiam tam sublimem & nobis qualemcumque sermonem, quoranta profunditas doctrinæ illorum depromeretur ob nominis sui honorem, & necesse est, vt merita munerum referuantur ad actorem vniuersorum bonorum, cui hoc ipso plus debetur, quo amplius soluitur. Itaque ad Abraham istum detulimus anxiam impugnationem cogitationum nostrarum, qui quotidianis æstibus cordis incitabamur ad repetendam nostram prouinciam, atque ad reuendos parentes. Hinc etenim nascebatur nobis maxima occasio desideriorum nostrorum, quod tanta religione ac pietate recordabamur parētes nostros predictos, vt præsumeremus eos nequaquam impedituros propositū nostrum, hoc iugiter recogitantes, quod ex assiduitate illorum capturi essemus maiore profectum, & quod de cætero nō essemus occupandi aliqua sollicitudine corporalium rerum, aut prouisione necessarii victus, quā nostri parētes omnia exhiberent nobis cum gaudio. Insuper pauimus animum nostrum spe inanum gaudiorum, credentes nos percepturos maximū fructum de cōuersione multorum, qui dirigendi essent ad viam salutis nostro exēplo ac monitis, tum propter situs locorum, in quibus habitauerunt maiores nostri. Lucunda quoque amicitias regios

regionum pingebatur ante oculos cordis, quod gratia & spaciose solitudines essent in eis, ita ut secreta sylvarum possent non tamen monachum delectare, sed & præbere maxima cõpensatio vitæ. Quæ oia cum panderemus seni simpliciter secundum fidem conscientie suæ, suscipiens lachrymis testatur non posse iam tolerare vim impugnationum istarum, nisi gratia dei succurreret nobis per instructionem ipsius, senex ipse diu tacens ac differens atque postremo grauiter ingemiscens respondit.

**A**braham, cogitationum vestrarum infirmitas pandit vos nondum renunciaisse desiderio mundi, nec pristinas concupiscentias mortificasse. Nam sicut euagatio desiderio rum vestrorum pandit desiderium cordis vestri, sic constat quod solo corpore sustinetis hanc peregrinationem & parentium absentiam, quam debuistis potius mente suscipere. Si enim concepiissetis ratione abrenunciationis principalemve causam solitudinis in qua estis, oia iam præacta essent sepulta & prorsus euulsa de cordibus vestris. Itaque sentio vos laborare ægitudine oculi, de qua in prouerbijis fertur: In desiderijs est omnis oculosus. Itemque: Desideria occidunt pigrum. Nam & emolumenta seu compendia ista carnalium commoderum quæ tangitis, possent & nobis adesse, si crederemus ea nostro proposito conuenire, & iudicaretis nobis posse conferre talem fructum ex iucunditatibus amcenitatum illarum, qualis est fructus iste, qui acquiritur ex horum squalore locorum, afflictionemque corporum. Nec sumus ita destituti parentum solatio, ut desint, qui cupiant nos de suis facultatibus sustentare, nisi sententia saluatoris excluderet, quicquid ad sustentationem talem corporis pertinet. Ipse enim ait: Qui non oderit, vel reliquerit patrem & matrem & filios & fratres non potest meus esse discipulus. Quod & si destituti essemus parentum solatio, non tamen possent nobis decesse subsidia potentium huius mundi, qui promptissima largitate ministrarent necessitatibus nostris cum omni gratiarum actione, per quod careremus solitudo dine victus parandi, nisi maledictio illa prophetica perterreret nos vehementer: Maledictus, qui ponit spem suam in homine. Et: Nolite confidere in principibus. Insuper potuimus ponere cellulas nostras super ripas fluminis Nili, & aquam habere præ foribus, ne cogere mur eam deferre ceruicibus nostris per quatuor milium passus, nisi si Apostolus inderesset nos redderet ad tolerantiam huius laboris, animando nos iugiter hoc suo eloquio: Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Nec ignoramus quedam amœna secreta esse in regionibus nostris, in quibus copia pomorum vberitas hortorum expediret cum labore facillimo indigentiam nostram victus, nisi formidarem impingendam nobis esse exprobrationem, quæ in Euangelio dicta est diuiti, quia recepisti consolationem in vita tua. Hinc despectis omnibus illis & vniuersa voluptate mundi contempta, delectamur istis squaloribus eremi, atque horredam hanc solitudinis vastitatem præferimus vniuersis delictis seculi, nec comparamus quascumque diuitias terræ secundæ amaritudini huius arenæ sectantes emolumenta mentis æterna non temporalia corporis lucra. Parum est namque monachum semel renunciaisse, id est, in principio suæ conuersionis præsentia contempnisse, nisi in renunciatione perstiterit atque perfecit usque in finem, quoniam semper dicere cum propheta debemus. Diem hominis non desiderauit tu scis. Vnde & Christus in Euangelio protestatur: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

**H**inc ei qui solitudinem gerit peruigilem de interioris hominis puritate querenda sunt loca, quæ nulla distractione sollicitent mentem eius sua fecunditate ad quamcumque culturam, aut eum perturbent de suæ celsæ stabilitate, fixaque mansione sue procedere cogant ad opus aliqd subdiuine, sicque cogitationibus eius manifeste effusus per diuersa dispergit omnem mentis suæ directionem, subtilissimumque ipsius intuitum, quæ dispersio à nemine potest caueri, neque videri, quibus sollicitus sit, & vigilans corde, nisi qui prius perseveranter conclusit corpus suum ac animum infra parietes claustrij, ut ita tanquam piscator egregius prouidens sibi victum apostolica arte intentus, atque immobilis capiat agmina cogitationum natantia in tranquillissimo cordis sui profundo, & tanquam de prominente scopulo intuentis curiosè profunda, sagaci discretione diiudicat quos cogitatus debeat ad se trahere hamo salubri, & quos abijcere debeat tanquam malos ac noxios pisces.

**V**nusquisque ergo in hac custodia iugiter perseverans efficaciter adimplebit quod Abacucck clare expressit: Super custodiam meam stabo, & ascendam super petram, & speculabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Quod

**A** quanti laboris ac difficultatis existat, apertissime comprobatur experimentis illorum, qui commorantur in eremo Porphyronis seu Calami. Nempe cum separantur ab vniuersis viciis habitaculis hominum longiori spacio quam Sextimum. Nam introeunt deserta solitudinis vastissime per septem vel octo mansiones vix perueniunt ad abdita cellulæ suarum, attamen dediti agriculturæ ibidem, nec in cellulis suis iugiter residetes, dum venerint ad loca Sythi, vel ad squalida ista quibus degimus loca, vexantur tantis æstibus & anxietatibus cogitationum ac animi, ut quasi rudes & inexperti exercitiorum solitarie mansionis, nequeant tolerare commorationem cellæ & quietis silentia, atque ex eis statim excussim turbantur tanquam inexpertes, & velut nouitij. Non enim didicerunt iugi solitudine & perseveranti intentione sedare motus interioris hominis & cogitationum suarum tempestatibus obuiare, qui insistentes quotidie subdiualibus suis operibus tota die peruolitant, seu mouentur sub aere non solum corpore, sed etiam mente & passim in apertis diffundunt cogitationes suas, cum sui corporis motione. Idcirco non sentiunt multimodam sui animi vanitatem, nec preualent coercere lubricos eius discursus, nec sustentantes cõtritionem spiritus, æstimant iugitatem silentij sui intolerabilem esse, & qui infatigabiles erant in laboriosis operibus ruris, superantur nunc ocio, diurnitate quoque suæ quietis lassantur. Nec mirum, si quis in cella residens cogitationibus suis quasi intra claustrum arctissimam cõgregatis suffocetur multitudine anxietatum suarum. Quæ cum hinc irrumperentes de solitudinis loco, cõfestim peruolitant tanquam indomiti equi per diuersa. Cum vero ad presens quasi de suis stabulis euagantur, capitur aliqd breue ac triste solatiu. Porro corpore ad cellam propriam remeante, tota cogitationum caterua recurrit quasi ad propriam sedem, & inueteratæ licentiæ consuetudo excitat stimulos grauios. Hi ergo qui nondum queunt aut nolunt reluctari instigationibus voluntatum suarum, cum fuerint anxii in cella acedia instigante peccus eorum vehementius solito, si concesserint sibi ipsis libertatem egrediendi frequentius lege dicitur nis remissa, suscitabunt acriorem pestem aduersus se isto egressu quem putant esse remedium suæ acediæ. Quemadmodum quidam putant se posse restringere calorem febrium internarum: haustu frigidissimæ aquæ, cum utique cõstet illum calorem magis accendi ex hoc quam sedari, imo afflictio multo grauior sequitur illud momentaneum reuelamen.

**P**ropterea ois intentio monachi ita est semper figenda in vnum, & ortus atque circumspectus ois cogitationum ipsius reuocandi sunt strenue in id ipsum. id est, ad dei memoriam, velut si quis velit materiã abfidis superius terminare iugiter circūducit lineam subtilissimam ceteri illius, omnemque rotunditatis æqualitatem, & structuræ rationem ac modum perpendit ac colligit secundum certissimam lineam normam. Qui autem presumpserit opus illud cõsummare absque lineæ illius applicatione, quibus summa arte aut ingenio id presumat, impossibile est ut sine errore custodiat æqualitatem illius circuitus aut solo aspectu perpeditat quantum suo errore subtraxerit pulchritudini rotunditatis illius, nisi semper recurrat ad illam rectitudinis iudicem, eiusque iudicio corrigat aut perpeditat interiorè & exteriorè sui operis ambitum. Ita quoque mens nostra, nisi circūagat per vniuersa opera sua dei charitate tanquam centrum immobili ter fixum, & qualitate ois cogitationum suarum acceptauerit siue abiecerit probabili, ut sic loquar, circino charitatis, nequaquam sapienter ædificabit structuram spiritalis ædificij, cuius architectus est Paulus. Nec possidebit pulchritudinem domus illius quam sanctus David cupiens deo ædificare in corde suo differuit: Dñe, dilexi decorum domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, sed eriget imprudenter domum indecoram spiritu sancto indignam, moxque casuram, non glorificandam hospiti summi cohabitatoris, sed lugubriter opprimendam.

**E**рманус, opus hoc quod in cella fieri potest precipitur satis vtili ac necessario institutum, quia vtilitas exercitij huius sæpe innotuit nobis non solum exemplo beatitudinis vestre fundatæ in imitatione apostolicæ virtutis. Verumetiam testimonio experientie nostræ. Sed non satis patet cur tãtopere vitare debemus parentium viciniam, quam nec vos nimium respiciatis. Cum enim cernamus vos in omni via perfectiõis irreprehensibiliter incedetes residere non solum in regionibus proprijs. Verumetiam quosdam vestrum non longe recessisse a oculis vestris, cur reputatur nobis periculosum, quod non iudicatur vobis nociuum.

**A**braham, cernimus per exempla quod interdum nascantur mala ex rebus bonis. Nam si quis presumpserit eadem agere non eodem affectu atque proposito aut si mili virtute qua alter profecto incurrit laqueum damnationis ac mortis. Vnde alter acquirit fructum salutis. Quod puer ille munifortis appositus bellicosissimo giganti in prælio

lio indubitanter sustinisset, si fuisset indutus virilibus ac fortissimis armis Saulis. Nam D  
arma illa poterant adolescenti certam inferre perniciem per que ætas robustior prostra  
uisset innumerabiles hostes, nisi ipse adolescens David prudens discretione elegisset ar  
ma suæ adolescentiæ apta, & contra hostem terribilium armatus fuisset non lorica aut  
clypeo, quibus cæteros vidit armatos, sed telis seu petris quibus poterat dimicare. Hinc  
conuenit vnumquodque nostrum diligentius ante pensare virum suarum mensuram, &  
iuxta eam arripere disciplinam seu vitam magis placentem & congruentem. Nam quàm  
uis omnes vocationes, professiones seu disciplinæ sint vtilis, tamen singulæ nõ sunt sin  
gulis congruentes. Denique quàmuis Anachoretis bona sit, non tamen conuenit vniuer  
sis, imo à multis sentitur non solum infructuosa, sed etiam perniciosa, sic & conuersatio  
cenobitalis sancta ac vtilis est, similiter cura fratrum, nec est omnibus assumenda. Xeno  
dochij quoque vberimus fructus est, sed ab omnibus expeti nequit sine patientiæ derra  
mento. Proinde instituta vestræ regionis & terræ istius sunt inter se primo pensanda.  
Deinde vires hominum collectæ ex iugi assiduitate virtutum aut vitiorum trutinandæ  
seu ponderandæ sunt inuicem lance iusta. Nam fieri potest, vt quod homini vnus regio  
admodum gentes quædam disiunctæ grãdi diuersitate terrarum sustinet absque vilo cor  
poris tegumento magnam vim frigoris aut solis ardorem, que alij, talem intemperiem  
non experti, ferre non valent, quantumcumque robusti sint. Ita & vos qui summo conatu  
mētis & corporis nitimini in hac terra impugnare & vincere naturam patriæ vestræ in  
multis diligenter attendite, an sustinere possitis hanc nuditatem & rixorositatem in re  
gionibus vestris, vt fama est torpidis & quasi constrictis frigore nimie infidelitatis. An  
tiquitas nanque sanctæ conuersationis naturaliter quodammodo indidit fortitudinem  
huius propositi nobis, quorum constantiæ ac virtuti, si videtis vos pares existere, fugere  
similiter non debetis viciniam parentum ac fratrum vestrorum. ¶ H.

**P**orro, vt congrua æstimatione metiri possitis vires vestras ad certum restrictionis  
seu discretionis examen, indicabo breuiter vobis factum cuiusdam senis, id est, ab  
batis Apollinis, quatenus si intum cordis vestri examen indicauerit vos non esse infe  
riores virtute, propositoque illius præsumatis habitationem patriæ vestræ, viciniamque pa  
rentum absque periculo & iactura vestri profectus, certi quod propinquitas cognatorum,  
amicenitas quoque locorum non possint superare in vobis humilitatem restrictionis istius,  
quam in prouincia ista extorquet à vobis non solum voluntas, sed & peregrinationis ne  
cessitas. Cum ergo intempesta nocte venisset ad præfatum senem frater eius rogans, vt  
parum egrediens cellam præberet sibi auxilium ad extrahendum bouem, quem desleuit  
cæno esse infixum, quia nõ potuit solus boue eruere, eidem diutius obsecrans respōdit  
abbas Apollo: Cur nõ rogasti fratrem nostrum iuniorem, qui tibi in via propius occurre  
bat? Tunc germanus Apollinis putās quod esset oblitus mortem fratris sui iunioris diu  
sepulti. Quod item imposset rationis ex nimia abstinentiā & solitudine longiturna re  
spōdit. Quomodo potui illum rogare, qui obiit ante quindecim annos? Ad quod Apol  
lo: Ignoras, inquit, & me fuisse defunctum mundo annos viginti, nec posse me tibi con  
ferre solatiū aliqua ad ea quæ concernunt vitam præsentem egrediendo huius cellæ se  
pulchrum, cum Christus non permittat me relaxari ab adimplerione mortificationis arre  
ptæ, ad extrahendum bouem tuum, intantum quod non concessit discipulo breuissimas  
pro patre suo sepeliendo inducias, cum tamen sepelito illa fuisset multo celerius, honestius,  
religiosiusque agenda: Nunc ergo discutite secreta pectoris vestri, & prudenter pēate  
an possitis iugiter retinere circa parētes & propinquos vestros talem restrictionē. Cūque  
fenseritis vos similes seni præfato in mortificatione huiusmodi, tunc scitote quod parentū vic  
inia nõ obertit vobis, dñi sentitis vos mortuos esse illis, quàmuis in proximo cōstitutis, ita  
vt nec illos foueatis vestris solatijs, nec permittatis vos relaxari illorum obsequijs. ¶ I.

**G**ermanus, non reliquisti aliquem locum ambiguitati in hac re. Certi enim sumus  
nos nullatenus posse in illa prouincia exercere vilitatem præsentis habitus huius,  
nec nudipedalia ista quotidiana, nec simili labore procuraturos nos ibi necessaria  
vitæ, sicut oportet nos hic aquā deportare ceruicibus nostris à milibus multis, quia nec  
nostra nec parentum verecundia fineret nos ista agere coram ipsis, sed quid obesset pro  
posito nostro, si ex administratione parentum essemus penitus liberi à cura victus pa  
randi,

**A**randi, sic amplius insisteremus orationi ac lectioni, vt sublato labore hoc quomodo dis  
frāhimur, vacaremus attentius solis spiritalibus rebus. ¶ K.

**A**braham: Contra hoc proferam non meam, sed Anthonij abbatis sententiam, quæ  
ipse confutauit teporem fratris cuiusdam, ita quod etiam soluit modum vestræ in  
terrogationis. Cum enim iuuenis diceret ad beatum Anthonium anachoreticam vitam  
non esse mirandam, sed maioris meriti esse, si quis inter homines agat ea quæ sunt per  
fectionis, quæ si ea exerceat in eremo solus, interrogauit eum Anthonius: Vbi moraris? Qui  
ait: Apud parētes quæ prouisione liber sum ab omni solitudine diurni laboris, atque indefi  
nenter sine cordis distensione insisto orationi & lectioni. Cui abbas Anthonius: Dic mi  
hi fili, an ne cōtristeris in damnis & aduersitatibus parētū tuorum, an ne etiam parī modo  
læteris de prosperitate illorum. Quo respondēte quod imo, senex adiecit: Scias te in futuro des  
putandū cum illis, quibus nunc sociaris gaudio lucri, & moerore aduersi. Insuper pater An  
thonius nõ cōtentus ista sententiā, ingressus est sententiā maiorē. Hæc, inquit, cōuersa  
tio tua, atque hic tepidissimus status nõ solū te ferūt detrimento prædicto, quibus modo non  
sentias hoc, iuxta illud Proverbi. Percusserūt me, & nõ dolui, & deluserūt me, ego autē ne  
sciui. Et iuxta illud propheticū: Cōcederunt alieni robur eius, & ipse nefciuit. Nam & cū  
cūcīs diebus mutāt mentē tuā, secundū casuū occurrētū varietatē, & ad terrena eā demer

**B**gunt. Insuper fraudant te fructu manuum tuarum, ac iusta proprii laboris mercede, nec per  
mittūt te aliunde prouisum præparare tibi victum quotidianū manibus tuis secundum  
doctrinā Apostoli, qui cum daret vltima mandata Ephesitis, reserauit se proprijs labo  
ribus procurasse necessaria victui, non tñ modo sibi, verum etiā his qui erant necessarijs  
obsequijs impediti circa ministeriū suum, cum tamen & ipse occupatus esset actibus cū  
angelicæ prædicationis. Nam ait: Ipsi scitis, quoniam ea quæ mihi opus erāt, & ijs qui mecum  
erant, ministrauerunt manus istæ, quod tamen se pro nostra ædificatione fecisse alibi lo  
quē: Nõ otiosi fuimus inter vos, neque gratis panē māducauimus ab aliquo, sed in labo  
re & fatigatione nocte & die operantes manibus nr̄is, ne quæ vestri grauaremus. Non quæ  
nõ habuimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandū nos. ¶ L.

**E**t ideo cum & nobis nõ desset parentū subsidia, p̄tulimus tamen hanc nuditatem  
opibus cūctis, & maluimus acquirere quætidiana alimēta laboribus proprijs potius,  
quæ à parētibus prouideri, p̄ferentes laboriosissimā istā penuriā ociose meditationi scriptu  
ræ quæ prædicat, in fructuosæ quoque instantiæ lectionis, quam utique libentissimæ sectæ  
remur, si Apostolus suis exēplis docuisset hoc esse salubrius, aut instituta senioris hæc  
fuisse. Præterea scias te vltra prædicta feriendū detrimento non leuiori, quoniam cum sis sa  
nus robustusque corpore sustentaris alieno stipendio, quod iuste tributū est solis debilibus.

**C** Nam præter monachos, qui secundū doctrinam Apostoli viuunt, quotidianis manuum  
suarum laboribus, cæteri omnes expectant agapen fructum siue laborem alienæ operatio  
nis, de qua certum est sustentari nõ solū eos qui gloriantur se sustentari facultatibus su  
orum parētum, seu laboribus famulorum, aut fructibus suorum fundorum, sed etiam reges mū  
di. Denique determinatio maiorum nostrorum hoc habet, quoniam quicquid accipitur pro victu quæ  
tidiano, quod acquisitū non est proprio labore, ad agapen pertinet, iuxta Apostolum, qui  
ociofis penitus prohibet opem alienæ largitatis, dicendo: Qui nõ operatur, non mandu  
cet. His verbis vsus B. Anthonius contra quendam, informauit & nos magisterio sui ex  
empli, vt deuitemus perniciosissima blandimēta parentum, & agapen olim subministrā  
tū necessaria victui, & omne solatiū habitatiōis amcenæ, p̄ponamusque cūctis opibus mū  
di arenas amaritudine naturali squalētes, & regiōes falsa inuidatiōe puffas, atque ob hoc  
nullius dñationi aut iuri subiectas, vt declinemus frequētiā hominū nõ solū obtentu solitu  
dinis inuicē, sed etiā vt nequaquam solliciter nos qualicūque occupatiōe culturæ natura vberis  
terræ, per quam mens distracta ab illa principali cordis custodia redderet spiritali  
bus studijs minus apta. ¶ M.

**N**am quæ confiditis vos posse saluare, & alios, & spe lucri maioris festinat ad patri  
am reuiscendam audite super hoc fabulā abbatis Macharij incūditissime atque aptissime  
me editā quæ ipse pro mercedem narrauit cuidā similibus de fiderijs æstuatū. Erat in ciuita  
te quadā petriissimus tomfor, qui vnumquodque detondens pro tribus denarijs acquirēs  
vilem ac tenuem operis sui mercedem cōparabat ex eadem quantitate necessarium sibi  
victum, intulitque suo marsupio singulis diebus centum denarios, Dumque indefinenter re  
Aaa conde



conderet lucrum hoc, audiuit quod in vrbe quadam remota vnusquisq; tonsus daret tō. D  
 fori solidū vnū. Quo audito, q̄ diu, inquit, ero contentus hoc modico lucro, cū possim in  
 illa ciuitate ditari lucrādo tot solidos: Ita q; secū portās instrumēta suā artis cū grandī  
 labore puenit ad quāstuosissimā vrbe illā, consumens in via q̄ multo tpe congregauit.  
 Cumq; eadē die q̄ vrbe illā ingressus est, recepit ab vnoquoq; tonso t̄m sicut audierat,  
 vidēs ad vesperā se lucrātū solidos valde multos, latus transit ad macellum, emptus  
 rus carnes ad māducandū, quas cū cepisset emere pro plurimis solidis, exposuit pro via  
 etu ex quo quicqd fuit lucratus, nec quicq; inde retinuit. Cū itaq; cerneret se q̄tidie omne  
 lucrum suū cōsumere, nec quicq; recondere, imo vix posse sustentari ex solidis istis acquis  
 sitis, cogitauit apud se dicēs: Reuertar in vrbe meam, & promere hori tenuissimū quā  
 stum ex quo q̄tidie necessitatibus meis prouidi & abundaui. Et q̄uis quāstus ille videba  
 tur mihi nimis paruus ac tenuis, magnā tamē inulit mihi summā suo augmēto assiduo.  
 Lucrosior mihi fuit ille nūmus q̄ iste solidos imaginarius quāstus, ex q̄ non solū nihil  
 mihi superfluit q̄d tēcōdam, sed vix necessaria victūi quotidianū acquirō. Conformer  
 rectius nobis est indefinenter sectari tenuissimū istum solitudinis quāstum seu fructū  
 quem non corrodāt aliqua occupatio secularis, aliqua mundana distentio, aut glorię va  
 nā elatio, quē nullā sollicitudines necessitatis diurnāe diminuāt. Melius nanq; est mo  
 dicū iustum, sup̄ diuitias p̄cōriū multas, q̄ affectare lucra illa maiora, q̄ est fuerint acqui  
 sita quāstuosissima cōuersione multoꝝ, atq; cōsumūni necessitate cōuersionis mūda  
 nā, & distentionibus q̄idianis. Deniq; iuxta Salo. sentētiā: Melior est pugillus cū requie,  
 q̄ duo pugilli labore & p̄sumptione spūs. Quibus illusionibus atq; dispendijs necesse est  
 admodū implicari oēs infimos, q̄ cū sint adhuc de salute propij dubij indigeātq; magi  
 sterio & institutione alterius diabolicis illusionib; instigāt ad cōuertēdū regēdūq; alios.  
 Qui est potuerit aliqd lucrācquire ex alioꝝ cōuersione, p̄dūt p̄ impatiētā suā vt incō  
 ditos mores quicqd meruerāt. Euenit q; eis illud Haggei p̄pheta: Qui mercedes cōgre  
 gat mittit eas in sacculū ptulum. Vere em̄ lucra sua in ptulo sacculo ponit, q̄ per intēp  
 rantā cordis sui, & q̄tidianā sui animi distentionē disperdit, q̄cqd per alioꝝ conuersionē  
 acquirit. Vnde dum per alioꝝ conuersionem credunt vberiora lucra colligere, priuantur  
 etiam propria en: endatione. Sunt em̄ qui se diuites dicunt nihil habentes, & sunt qui se  
 humiliant in multis diuitijs. Et melior est vir in ignobilitate seruiliens sibi, q̄ qui dignitas  
 tem sibi acquirit, & indiget pane.

**¶ N.** Germanus: Disputatio tua satis congrue manifestauit nobis errores cogitationum  
 nostroz; cōparationibus p̄ductis, q̄z erroroz; causas & curationes optamus cog  
 noscere, & cupimus edoceri vnde acciderit nobis deceptio ista. Certum quippe est oīs  
 bus, neminem posse adhibere remedia morbis, nisi eum qui ante narrauerit, aut cognos  
 uerit ipsas morborum origines.

**¶ O.** Abraham: Oim vitioꝝ vnus fons est & vnū principij, sed fortit diuersa corruptio  
 nū vocabula scdm̄ qualitātē partis seu potētē, atq; vt ita dixerim, mēbri qd fuerit  
 vitiatū in aīa. Quod interdū probatur exemplo corporalium infirmitatū, quaz; cū vna  
 sit causa, nihilominus diuersa & ḡitudinū ḡna distinguuntur, iuxta infirmantū quali  
 tatem membrorū. Cum em̄ noxiū humor obsederit caput, p̄creat cephalalgicā pas  
 sionem; dum aut inuaserit aures & oculos, vertitur in otalgicū siue obtalmicū morbū  
 cum vero diffuderit se ad articulos extremitatū, vocat infirmitas articularis atq; ci  
 rragrica. Porro cum ad ima pedum descenderit, podagra appellatur, & ita vna ac eadem  
 noxiū humoris origo per tot distinguuntur noīa, quot occupant membra. Itaq; de visibi  
 libus ad inuisibilia transeundo, credamus eodē modo vim cuiuscunq; peccati inesse pos  
 sentijs aīe nīa; quā cum sapientissimi dicant esse triformis potentia, vt pote rationalis,  
 concupiscibilis & irascibilis, cōstat q̄ p̄ctm̄ corrumpat aliquam has; viriū eius. Ideo q̄  
 vis noxiā passionis obsederit aliquā potentia; istaz;, imponitur vitio nomen scdm̄ exi  
 gentiam aut dispositionē causā illius. Si em̄ pestis vitioꝝ infecerit vim rationalem, pro  
 creabit vitia vanā gloriā, elationis, inuidiā, superbiā, p̄sumptionis, contentionis ac  
 hāresis. Si vulnerauerit vim irascibilem, pariet furorē, impatiētā, tristitiā, acediam,  
 pusillanimitatem & crudelitatem. Si autem corruerit concupiscibilem, generabit ḡu  
 lam, fornicationem, auaritiā, concupiscentiasq; carnales.

**¶ P.** Ergo qui vultis agnoscere vestri erroris ac peccati originem, scitote rationale vim  
 animā

**A** animā vestrā fuisse corruptam, ex qua oriuntur p̄sumptio & gloria vana. Proinde hęc  
 prima vis animā vestrā, videlicet ratio curanda est vera discretione & humilitate. Quā  
 ratione vitiatā, dum creditis vos non solum iam peruenisse ad perfectionis fastigia,  
 sed & alios posse docere, & iudicatis vos idoneos ac sufficientes ad ceteroz; instructio  
 nem. Per elationē vanā gloriā agit animi vanitate euagationū quam prodidistis. Quas  
 poteritis de cetero amputare absq; difficultate, si in vera discretione & humilitate fun  
 detis vos atq; dicatis q̄ difficile & laboriosum vniciq; extet saluare animā propriam.  
 Intimo quoq; cordis affectu pensetis q̄ longe distetis nō solum ab illa autoritate, suffi  
 cientiā; docendi, imo q̄ etiam indigeatis adhuc doctoris & rectoris auxilio. Adhibete  
 ergo vīa & humilitatis medelam huic parti rationali, quam diximus specialiter vulnera  
 ram in vobis, quā cum appareat in vobis infirmior ceteris animā viribus, necesse est, vt  
 prima succumbat diabolicā tentationi, nisi modo p̄tracto curetur.

**¶ Q.** Vemadmodum etiam fieri solet in humanis corporibus vt ingruentibus lesioni  
 bus seu aduersis ex vehementi labore aut aeris coruptione infirmiora membra  
 seu partes teneriores primo lædātur atq; succumbant, in quibus cum moibus magis res  
 sederit tabefacit reliquas corporis partes, ita & anima vnus cuiusq; nostrum, flante vens  
 to peccati, tentatur p̄sertim illa passione cōtra quam minus munita est virtute cōtra

**B** ita, ita q̄ infirmior atq; tenior portio seu potentia animā nō tam fortiter reluctatur  
 validis impulsibus tentatoris & inde incurrit captiuitatis periculū, vbi incauta custodia  
 referat aditū faciliore prodicione. Sic nanq; Balaa pro certo cōsiderauit populū Israel  
 facilius decipi posse cōsulens, vt perniciosi laquei tenderēt ex illa parte, qua nouerat po  
 pulum illum esse ad vitia proniorē, quia sciebat vires cōcupiscibiles esse corruptas in il  
 lis. Vnde non dubitauit eos esse casuros in vitia carnis, oblata copia fecinaz;. Sic itaq;  
 spirituales nequitia; versuta malignitate tentant quemlibet nostrum obijciendo laqueos  
 insidiosos vitibus animā in quibus senserint eam amplius & grotare. Verbi gratia: Cum  
 viderint vim rationālē esse vitiatā in aliquo, conātur eum decipere modo ceu ordine q̄  
 scriptura cōmemorat Achab regē Israel fuisse dceptū a Syris dicētib;: Scimus q̄ reges  
 Israel clementes sint. Ponamus itaq; saccos in lūbis nostris & funiculos in capibus no  
 stris, & egrediamur ad regē Israel, & dicamus: Seruus tuus Benadab dicit: Vnat oro ani  
 ma mea. Quo audito, ille motus nō vera pietate, sed vana laude suā clemētiā, ait: Si ad  
 huc viuūt, frater meus est. Cauemus ergo ne simili modo nos errore rationis deceptos  
 faciāt dæmones incurrere dei offēnsam ex ijs, ex quibus credebamus nos adepturos mer  
 cedem, & recepturos p̄mia pietatis, ne & nobis dicatur in ceptione consimili. Quā di  
 missi i vīz dignum morte, erit anima tua pro aīa eius, & populus tuus pro populo eius.

**C** Rursus diabolus intēdit laqueū deceptionis per vim rationālē, quam nescit pronā ad de  
 ceptionē mortiferā, quādo ait: Egrediar & ero spūs mendax in ore oīm prophetaꝝ eius.  
 Sic callidissimus hostis induxit Herodē ad tantoz; innocētium necem tentādo irascibi  
 lem vim ipsius, quam sciuit in eo plus vitiatā. Deniq; tētor opinatus est Christo posse  
 idem accidere, tentādo eum in ijs tribus vitibus animā, in quibus nouerat totum genus  
 hoīm captiuari, sed nihil profecit versutus insidijs. Aggressus est quippe cōcupiscibilem  
 vim Christi, dic inueniens, vt lapides isti panes fiant. Irascibile quoq; quādo conatus est  
 Christū deum instigare ad expetēdum oīa regna mundi, potest atq; seculi. Rationalē  
 vero cū dixit: Si filius dei es, mitte te deorsum. In quibus omnibus nil ideo profecit, quia  
 nil reperit vitiatum in p̄dictis viribus saluatoris, scd̄m q̄ falsa opinione cōiectu  
 rauit. Hinc nulla vis animā Christi cōsensit insidijs hostis maligni, imo verissime dixit  
 Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

**¶ R.** Germanus, inter cetera genera deceptionum, errorumq; incitamenta, quā accende  
 rant nos ad desiderium patriā nostrā varia pollicitatione spiritualium commodorū  
 rum, sicut beatitudo tua solerter cōsiderauit, hoc fuit vnū principium quod non  
 valemus hic vacare indefinenti abstractioni seu secreto ac diuturno silentio, quia inter  
 dum frequentamus a fratrib; per quod necesse est aliquādo violare seu interciedere mē  
 suram & cursum abstinentiā; quōtidianā, quam cupimus indissolubiler obseruare pro  
 corporis castigatione. Quod credimus in provincia nostra nullatenus euenturum, quia  
 in eo nullus aut rarissimus huius p̄fessionis vir, videlicet Anachoriticā inuenitur.

**¶ S.** Abraham velle nequāq; ab hominibus visitari, signū est irrationabilis & indiscrētā  
 Aaa ij distis



distinctionis, imo potius summi teporis. Qui autem graditur passibus nimis tardis, & secundum primum seu veterem hominem conuersatur in hac vita quam arripuit, æquus est ut nullus sanctorum, imo nec aliquis hominum ad ipsum deueniat. Porro si flagrantis vera atque perfecta Christi dilectione, & pleno seruire sectamini deū, qui charitas est, necesse est ab hominibus visitari ad quæcunque inaccessibilia loca fuerint, & quanto ardor diuini amoris fecerit vos deo propinquiores, tanto maior sanctorum fratrum multitudo confluat ad vos. Nam iuxta sententiam domini, non potest ciuitas supra montem constituta abscondi. Et deus locus est: Diligentes me glorificabo, qui autem contemnant me, erunt ignobiles. Veruntamen scire debetis hanc esse subtilissimam diaboli calliditatem, & occultissimam foveam, in quam præcipit miserabiles & incautos, ut dum eis promittit maiora, subripiat eis necessaria quotidiani fructus emolumenta persuadens eis expetere solitudines remotiores ac vastiores quas depingit in corde eorum confitas esse amoenitatibus miris, confingit quoque quædam loca ignota, imo nec existentia quasi nota, & nostræ potestati iam præparata ac dedita & absque vlla difficultate iam possidenda, persuadet item mendaciter homines regionis illius esse tractabiles, atque ad viam salutis procliuēs, ut dum illuc pollicetur vberiores animæ fructus, auferat lucra virtutis præsentia. Nempe, cum quis hac vana spe soporatus à salutari contubernio seu consortio sanctorum, desitutusque fuerit omnibus quæ sibi frustra depinxit in corde, quasi de profundissimo somno consurgens expergefactus nihil inueniet. Ita que diabolus non permittit eum irretitum maioribus necessitatibus vitæ præsentis, & inextricabilibus laqueis respirare ad ea quæ ipse sibi promiserat, nec patietur eum iam obligatum visitationibus non spiritalium fratrum quas vitauit, sed quotidianis incursum secularium hominum redire saltem ad mediocrem quietem ac disciplinam anachoriticæ vitæ. ¶ T.

¶ Illa quoque intercapedo seu interruptio remissiuæ rigoris quotidiani ex humanitate proueniens quæ interdum admittitur propter fratres aduenientes, quamuis videatur molestia ac fugienda, breuiter tamen attingite, quam grata, vtilis ac salubris existat spiritui vestro ac corpori, sæpe accidit non solum nouitijs & infirmis, sed & expertissimis ac perfectis, ut labantur in cordis reporem, aut corporis ægritudinem grauem, nisi directio & mensura mentis eorum fuerit emollita vicissim relaxationibus aliquantulis. Ideo est non solum patienter toleranda, imo & gratanter amplectenda est à prudentibus & perfectis etiam crebra visitatio fratrum. Primo, quoniam prouocat nos desiderare semper auidius secreta solitariae mansionis. Dum enim interpolare videtur cursum nostrum conseruat & infatigabilem quodammodo reddit eundem. Qui nisi aliquando aliquo obice retardaretur, non posset indefessa viuacitate durare usque in finem. Secundo, quoniam exhibet corpori refectioem cum fructu seu merito humanitatis, cõferens nobis lucra maiora cum iucundo corporis reparamento, quam sint illa quæ fuerant acquirenda per abstinentiam fatigantem. Super qua re breuiter indicabo exemplum aptissimum. ¶ V.

¶ Fertur quod beatissimus Iohannes euangelista demulcendo cum manibus molliter perdidit, vidit venatorẽ quendam venientẽ ad se. Qui venator admirans quod vir tantæ reputationis ac famæ dedisset se ad oblectamentum tam parua ac vilia dixit: Tu ne es ille cuius insignis ac celeberrima fama, me quoque cum summo desiderio traxit ad te cognoscendum? Cur ergo occuparis oblectamentis tam vilibus? Cui apostolus: Quid inquit, est quod portas in manu? Respondit: Arcus. Et apostolus: Quare non gestas eum assidue tensum? Qui ait: Ne fortitudo rigoris mollescat ac pereat ex curuatione continua, sique rigore per nimiam tensionem amisso, violentior ictus non possit infligi cum opotuerit fortiora iacula in feram aliquam dirigi? Cui apostolus: Non ergo ð iuuenis offendat te tam parua ac breuis relaxatio animi nostri, qui nisi interdum remissione alia qua releuet vim sui rigoris ex irremisso rigore lassatur, & obtemperare non potest virtuti contemplationis; spiritus tempore oportuno. ¶ X.

¶ Ermanus: Quoniam contulisti nobis remedia contra nostras illusiones, & diabolicæ insidiæ, quibus agitabamur detectæ sunt, deo præstante, per tuam doctrinam, sciamur nobis exponi quod in euangelio dicitur: Iugum meum suauis est, & onus meum leue. Quod videtur satis cõtrariũ verbo illi Psalmistæ: Propter verba labiorum tuorum custodiu vias duras, cum &

¶ A cum & Apostolus dicat: Oēs qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Porro, quod durum est, & persecutionibus plenum, nõ potest esse suauis ac leue. ¶ Y.

¶ Abraham: Facili documento experientia demonstramus verissimam esse prædictam saluatoris nostri sententiam, si perfectionis viam aggressi fuerimus, legitime secundum voluntatem ipsius, mortificando oĩa desideria nostra voluntatesque nostras abscondendo, non permittentes in nobis residere aliquid de substantia mundi huius, per quam inimicus inueniat potestatem dilacerandi atque vastandi cor nostrum cum ei placuerit, sed sentientes nos non esse dominos nostri ipsorum, implentes veraciter illud Apostoli. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quid enim esse poterit graue aut durum ei, qui iugum Christi amplexus est tota virtute, qui in vera humilitate fundatus, & Christi passionem semper respiciens, lætatur in cunctis iniurijs sibi inflictis, cum Apostolo dicat: Propter quod complaceo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum: Quo inquam damno rei familiaris torquebitur, qui perfecta paupertate gloriosus, voluntarie respuit propter CHRISTVM vniuersas seculi facultates, & omnes concupiscentias eius arbitrat ut stercore, ut lucrifaciat Christum, despiciens & excludens cunctorum ætus arduiorum, seu feruores incommodorum, continua meditatione verbi illius euangelici: Quid enim proficit homo, si vniuersum mundum lucretur, animam vero suam detrimentum patiat, aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Insuper de cuius rei promotione tristabitur, qui fatetur sua non esse oĩa quæ possunt auferri ab alijs, illud proclamans virtute inuicta: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus? Aut quia inopia superabitur fortitudo ipsius, qui non vult habere peram in via, æs in zona, vestem superfluam, imo cum Apostolo gloriatur in multis ieiunijs & fame & siti, in frigore & nuditate? Qui labor, aut quod præcepum superioris quantumlibet arduum poterit conturbare tranquillitatem peccatoris sui qui non habens in aliquo propriam voluntatem, occurrit nõ solum patienter, sed & gratanter in omnibus sibi iniunctis aut iussis, quærens exemplo Christi facere voluntatem patris, non suam, dicens & ipse ad patrem suum: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Postremo, quibus iniurijs, qua persecutione terrebitur, imo quod supplicium non erit ei iucundum, qui in omnibus plagis cum apostolis semper exultat, cupiens dignus haberi pro nomine Christi contumeliam pati. ¶ Z.

¶ CVM autem iugum Christi videtur nobis non leue & suauis, ascribendum est hoc contumaciae nostræ, quæ deiectioni diffidentia & incredulitate, pugnamus peruersitate inepta, contra consilium saluatoris dicentis: Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa tua, & sequere me, quia retinemus nobis facultates terrenas, quarum vinculis cum diabolus teneat cor nostrum ligatum, quid restat, nisi ut dum voluerit nos separare à spiritalibus gaudijs, tristat nos diminutione aut ablatione earum, ad hoc laboramus versutis dolis, ut suauitas iugi Christi, & leuitas oneris eius graui nobis reddantur per concupiscentias prauas, sicque semper excruciet nos irretitos vinculis facultatum, quas nobis pro solatio referuamus ac requirere excruciet, inquam, nos secularibus curis, accipiens ex nobis spiritus id quod dilaniet nos? Nam funiculus peccatorum suorum vnusquisque confringitur. Vnde ut dictum est per Prophetam: Ecce omnes vos accedentes ignem accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis. Nam & Salomone testante: Vnusquisque per quæ peccauerit, per hæc & punietur. Ipsæ etenim voluptates quibus vtitur, sunt tormenta, & delicia carnis quasi carnifices, in suum retorquentur actorem, quia necesse est eum, qui suffultus est pristinis opibus humilitatem integrã nõ habere, nec plenam mortificationem noxiarum voluntatum acquirere. In re ea patrociantibus exercitijs istis virtutum, omnes angustia vitæ præsentis, & vniuersa dispendia, quæ potest infligere iniquitas noster, non solum patientissime, sed & incunctissime sustinentur. Quibus virtutibus deficientibus, succrescit tam perniciose elatio, ut etiam pro leuissima iniuria vulneremur mortiferis impatientia motibus, dicatque nobis per prophetam IEREMIAM: Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam, & quid tibi vis in via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est, te dereliquisse DOMINVM DEVM tuum, & non esse timorem eius

apud te, dicit dñs. Quia ergo mira suauitas iugi Christi sentitur amara, quod est, nisi quia amaritudo auersionis nostrae corrumpit nos. Quia item tam iucunda leuitas diuini oneris ingravescit, quid est, nisi quoniam contumaci praesumptione contemnimus cum a quo sustinebamur. Quod & scriptura manifeste testatur, quod ait: Nam si ambularet semitas rectas, inuenissent utique semitas iustitiae. Hinc manifestum est quod leues sumus, quod prauis ac duris desideriorum sentibus asperamus semitas domini rectas, quod infensatissime deferentes regiam viam, communiam tam apostolicis propheticisque filicibus, & complanata Christi vestigijs omniumque sanctorum, festinamus deuia ac damnosa, id est vitiorum obliqua itinera, praesentibus quoque illecebris excaecati, reptamus per calles obscuros vitiorum tribulis impeditos, curibus laceratis, & nuptiali veste disrupta, non tamen confingendi acutissimis aculeis veprium, sed etiam vulnerandi ictibus scorpionum atque serpentium ibi latentium. Tribuli enim & laquei in vijs prauis, quod autem timer dominum abstinet se ab eis. De talibus dominus loquitur per Prophetam: Oblitus est populus meus me libantes, & frustra impingentes in vijs suis in semitis seculi, ut ambularet per eas itinere non trito. Denique iuxta Salomonis sententiam: Via nihil operatum stratae sunt spinis, fortium vero trita sunt. Erunt deviantes ab itinere regio, ad caelestem illam metropolim, in qua cursus noster est inaueribiliter dirigendus, non poterunt peruenire. Quod & Ecclesiastes satis notabiliter exprimit: Labor, ingens, stultorum affligit eos, quod se non cognouerunt transire in Hierusalem illam caelestem, quod est mater omnium nostrum. Quicquid autem in ueritate renūciat huic mundo, & super se portat iugum Christi, atque quotidianis iniuriarum exercitijs eruditus ab ipso didicerit, quia mitis est & humilis corde, manebit spiritus in oitentatione immobilis, & oia cooperabuntur ei in bonum. Et etiam iuxta Michaeam Verba dei bona sunt cum eo, quod recte graditur. Et Osee testatur: Quia rectae viae domini, & iusti ambulabunt in eis. Prauaricatores vero corruent in ipsis.


**B**ENIGNA itaque misericordia saluatoris contulit nobis maiora praemia laudis per collationem tentationum, quam si oem talem impugnationem abstulisset a nobis. Sublimioris namque virtutis est, in persecutionibus & aduersis manere semper immobilis, & cunctis contra se feruentibus certum atque intrepidum perurare de dei auxilio, & accinctum humanis incursum tanquam armis inuictae virtutis impatientiam gloriosissime superare, de infirmitate quoque virtutum acquirere, quam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ad Ieremiam dominus loquitur: Ecce dedi te in columnam ferream, & in murum aeneum super oem terram regibus Iuda & principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terrae, & bellaturo aduersum te, & non praeualebunt, quia ego tecum sum ut etiam te dicit dominus. Itaque iuxta miram Christi sententiam, regia via suavis est, licet dura & aspera videatur. Qui enim pie & fideliter seruisunt deo, & super se ferunt iugum ipsius discunt ab eo, quia mitis est & humilis corde, & deponentes nunc sarcinam terrenae passionum, inueniunt deo praestante non labore sed requiem proprijs aiaibus, quemadmodum per Ieremiam dominus praestatur: State super vias & videte & interrogate diligenter de semitis antiquis, quod sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium aiaibus vestris. Nam praua fiunt eis continuo in directam, & aspera in vias planas, gustantesque vident quia suavis est dominus. Denique audietis dicentem in euangelio saluatorem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & deponentes pondera vitiorum confestim intelligent quae sequuntur iniqua iugum meum suauis est, & onus meum leue. Via igitur domini refrigerium habet, si synceriter obseruetur secundum legem ipsius: sed nos ipsi procuramus nobis dolores & tormenta turbulentis diffractionibus nostris, malentes sectari vias seculi huius peruersas ac prauas, etiam cum difficultate & summo discrimine. Porro cum hoc modo asserimus iugum graue ac durum, blasphemum spiritum iam causamur de asperitate atque duritia ipsius iugi, vel Christi, quod illud imposuit iuxta illud: Insipientia viri corrumpit vias eius, deum autem fauatur in corde suo, & iuxta Ezechielem, cum dixerimus, quia via domini non dirigit, seu non aequa via domini, nonne congrue dicitur nobis a domino: Nunquid via mea non est aequa, & non magis viae vestrae prauae sunt? Et certe, si comparare volueris splendidum florem virginitatis suauiterque olentem castimoniae puritatem tetris ac foedis voluptatum volutabris, quietem securitatemque monachorum periculis & erumnis hominum mundanorum requiem nostrae paupertatis edacibus tristitijs & peruigilibus diuitum curis, in quibus consumuntur diebus ac noctibus, non absque summo vitae periculo, comprobabis iugum Christi esse dulcissimum, & onus eius leuissimum.

Proinde

**P**ROINDE retributio praemiorum, qua perfecte abrenuntiantibus in hac vita centuplum condonatur Christo dicente: Omnis qui reliquerit domum aut fratres aut sorores, aut patrem, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet in praesenti, & vitam aeternam possidebit, eodem sensu accipit recte atque verissime absque vlla fidei perturbatione. Multi quippe occasione huius sententiae crasso asserunt intellectu, quod in ipse illo mille annorum restitueretur sanctis ista carnaliter, cum utique fateantur seculum illud quod dicunt futurum post resurrectionem, non posse intelligi seculum praesens. Multo ergo credibilis manifestusque tenetur, quod is qui propter Christum reliquit aliquid secularium affectuum, seu bonorum, recipiet etiam in hac vita charitate centuplo gratiorem a fratribus & confortibus suae vocationis, quod colligatur glutino spirituali. Hanc namque dilectionem, quam societas coniugalis aut consanguinitatis parit inter coniugatos aut propinquos, constat esse satis breuem ac fragilem. Nam & boni praecipue filij cum adoleuerint excluduntur interdum a domibus substantijsque parentum. Communio quoque consortij coniugalis se parat quicquid etiam ex causa honesta, charitate propinquo tollit contentio. Solum monachi perpetua seruant dilectionem, & oia possident in eo. Si ergo spiritualis nostra dilectio comparatur istis, quae carnalis amor coniugit centuplo diuicior sublimiorque consistet. Conformitas suauitas continentiae coniugalis centuplo maior erit ea, quae ex sexu commixtione praebetur pro laetitia quoque quae quibus habitus in possessione vnius agri aut domus per fructum gaudio spiritualium diuitiarum centuplo ampliore, quod transiens in adaptionem filiorum dei possidebit vniuersa, quae sunt praesentis caelestis, ut propriae. Ad imitationem quoque veri ac vni geniti filij dicit ex affectu & virtute. Oia quae habet pater, mea sunt, & securus ac laeius succedet vbiusque quasi in proprijs, non cum penali discentione & cura audiens Apostolus sibi quotidie praedicantem: Oia vestra sunt, siue mundus, siue praesentia, siue futura. Et Salomonem fidelis viri totus mundus diuitiarum. Habes ergo hanc centupli retributionem in magnitudine meriti, & in discretionem tam incomparabilis eminentiae designata, ut si quod pro caetero pondere grauius aut ferri aut alterius villioris metalli reddat aurum ponderis tantum, restituit utique plus quam centuplum. Ita dum pro contemptu voluptatum & terrenorum affectuum receduntur spirituale gaudium & praecipue charitatis iucunditas, spiritualia quoque charismata, plus quam centuplum reddit, etiam si illa sint plura quam centum. Praeterea, ut crebra repetitione fiat hac clarius, ecce ante habui coniugem in passione desiderij fragilis eandem nunc habeo in sanctificationis honore & vera Christi dilectione. Vna est vxor, sed centuplum creuit meritum sanctitatis & charitatis. Si autem appenderis pro passione furoris & irae assiduam lenitatem patientiae, pro labore discentionis & sollicitudinis quietem securitatis, pro infructuosa & penali tristitia mundi huius, fructum tristitiae spiritualis, pro vanitate gaudij temporalis vberitate solatijs interioris. Videbis in commutatione horum affectuum centupli retributionem. Quia si merita virtutum quarumlibet comparantur breui ac lubricae voluptati, vitiorum contrariorum multiplicata iucunditas demonstrabit haec centies meliora. Centenarius etenim numerus transfertur de sinistra ad dextram, & licet videatur eandem tenere figuram in supputatione digitorum, valde tamen excrecit in magnitudine quantitatis. Fiet enim, ut quod videbamur gerere formam hodi in sinistra, translatis ad dextram fortiamur meritum ouis. Nunc transeamus ad quantitatem rerum, quas Christus promittit nobis in vita hac pro contemptu mundalium commodorum, praesertim secundum Marcum in euangelio suo dicentem: Nemo est qui relinquit domum aut fratres aut sororem aut matrem aut filios aut agros propter me & propter euangelium, qui non accipiet centies tantum, nunc in hoc ipse domos & fratres & sorores & matrem & filios & agros cum persecutionibus, & in futuro seculo vitam aeternam. Centuplum enim quantitate parentum seu fratrum recipiet, quicquid transierit in sincerissimam charitatem omnium Christo deseruentium, pro contempto amore vnius patris aut matris seu filij intuitu Christi pro vno velle patre aut fratre inueniens tot patres & fratres, cum seruentiore ac praestantiore amore amantes. Dabitur quoque multipliciore agrorum & domorum possessione, quod vna domo propter Christum relicta habeat ad usum suum parata innumera monasteria tanquam sua in omni mundi parte, succedens ibi quasi iure domus suae. Quod non recipit centuplum, imo plus quam centuplum, si phas est adiacere aliquid promissioni domini nostri, qui relinquens x. & xx. obsequia seruorum infidelium & coacta, sulciatur seruitute spontanea tot ingeniorum atque nobilium. Quod verum esse potuistis probare proprijs experimentis, quod relictis parentibus & domibus proprijs, inuenitis innumeros praesentes, matres, fratres, sorores, domos, & agros & fidelissimos seruos, quod cum quod ingressi fueritis absque villo sollicitus

solicitudinis v̄ræ labore, q̄ vos vt proprios d̄nos humiliter suscipiūt, amplectunt, fouent & venerent suis obsequijs: hoc, in quā ministerio p̄sunt confidēt, q̄ prius subdiderūt voluntaria deuotione seip̄os & oīa sua in obsequia frat̄ū. Nam iuxta sententiā d̄ni recipiunt libere q̄d alijs impenderunt. Porro q̄ ista alijs nō impendit, qua ratione p̄mittit sibi ea ab alijs exhiberi, cum intelligat se grauari eor̄ obsequijs potius, q̄ foueri, q̄ magis voluerunt accipere famulatū fratrum, q̄ reddere. Veruntamen percipiet oīa ista non cum inerti delectatione aut securitate remissa, sed cum persecutionibus iuxta sententiā saluatoris. i. cum pressuris mundi & summis angoribus afflictionū, q̄ vt Salomon protestatur, q̄ suavis & sine dolore est in egestate erit. Regnū. n. ccelor̄ recipiunt violenti, nō desides, remissi, delicati aut teneri. Qui ergo sunt hi violenti, nisi q̄ p̄clara violentiā inferunt nō alijs, sed voluntatibus & desiderijs suis. Qui direptione laudabili fraudātes se voluptate oīm reꝝ p̄sentiū, pronunciantur a deo direptores egregij, atq̄ per talē rapinam violenter inuadunt regnum ccelor̄, q̄d Ch̄so testante vim patitur, & violenti rapiunt illud. Isti profecto sunt laudabiles violenti, qui cum vi quadā frangunt, & salubriter perdunt seip̄os, q̄ vt scriptum est, homo in doloribus laborat sibi, & vim facit perditioni suæ. Perditio etenim n̄ra, est oblectatio vitæ p̄sentijs, & vt clarius dicā, executio desiderior̄ & volūtātū nostrar̄: quas si q̄s sibi subtraxerit ac mortificauerit eas, gloriosam ac vtilem vim facit suæ perditioni, abnegans proprias voluptates sibi iucundas, quas E deus per Isaiam increpat dicens: Quia in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas v̄ra. Et iteꝝ: Si auerteris a sabbato pedem tuū facere voluntatē in die sancto meo, & glorificaueris deum, dum non facis vias tuas, & nō inuenit voluntas tua, vt loquaris sermonē, &c. Cui quanta beatitudo reddetur subiungit Propheta, dicens: Tunc delectaberis super d̄m, & sustollam te super altitudinē terræ, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Os enim d̄ni locutum est. Hinc d̄ns & saluator vt daret nobis formam propriar̄ voluntatum amputandar̄ saretur: Non veni facere voluntatē meam, sed voluntatem eius q̄ misit me. Et iteꝝ: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Quam virtutē sp̄cialiter implent, q̄ in cenobijs commorantes regūt imperio senioris, q̄ nihil agunt suo arbitrio, sed voluntas eorum dependet ex voluntate abbatis. Postremo, vt sermo collationis huius claudat, nō ne hi q̄ Christo fideliter seruiunt, consequuntur in hoc centuplam gratiam, dum a summis principibus honorantur propter Christum, & quis humanā gloriam non requirant t̄m in persecutionū angustijs fiunt venerabiles iudicibus ac potestatibus cunctis: Qui in mundo despiciabiles forte fuissent mediocribus hoibus ex vili seu modica parentela, aut conditione serui, si in conuersatione seculari mansissent, sed propter nobilitatē militiæ Christi, nemo apponit calumniā eis mouere, nemo audet generis obscuritatē opponere, imo famuli Christi gloriosius nobilitantur obprobrijs vili conditionis, q̄bus alijs solent deonestari atq̄ confundi. Quod euidentius possumus comprobare in abbate Iohāne, commorante in eremo iuxta oppidum Lico, qui ex ignobilibus parentibus natus, ita admirabilis factus est pene vniuerso humano generi pro noīe Christi, vt potētissimi imperatores metuendi cunctis potentibus ac regibus mundi, venerēt eum vt patrem ac d̄m, & requirentes oracula eius de regionibus tam longinquis cōmittant meritis & orationibus eius apicem sui imperij, statum suę salutis, & prouētus belloḡ. Tali sermone B. Abraham de me medela atq̄ origine nostræ illusionis, & oculis nostris manifestauit insidias cogitationum quas ingressus diabolus, nosq̄ accendit desiderio veræ mortificationis. Quo etiā multos confidimus inflammandos, q̄uis hæc oīa scripta sint sermone incompto. Nam licet tepida eloquij nostri fauilla operuerit ardentissimas summor̄ pat̄ū sententias, calefaciēdum t̄m speramus algorem multor̄, q̄ relictis verbor̄ cineribus voluerint suscitari viuacitate latentū sensuum. Sed o sanctissimi patres, nō elatus spiritu p̄sumptionis, nisi ad vos ignem istum, quē d̄ns venit mittere in terram, & quē desiderat nimis ardere, non vt feruentissimū proposti vestri calor accenderem hor̄ ad dictione, sed magis vt esset vobis maior autoritas apud filios vestros, dum p̄cepta ac documenta summor̄ & antiquissimor̄ patrum confirmant id quod ipsi docetis nō inani sonore verbor̄, sed viuo exemplo. Superest vt spiritalis aura orationū vestrar̄ comitet me hæcenus iactatum periculossima tempestate ad tutissimū portum silentij.

Finis libri secundi Collationum sanctor̄ patrum.

A  **VENERABILI DOMINO**  
**NO MERITO AMANTISSIMO**  
 Patri Mattheo, Ambrosius humilis monachus Salutem.



**I**ORTATVS ES DOMINE AMANTISSIME, & merito venerabilis pater, vt fratrum nostrorū commodis consulens, beatissimi viri Iohannis (cui ob insignem puto eruditionem Climaci cognomen fuit) opus illud egregium, in quo totius Monastice perfectionis norma rectissime traditur, meo labore & studio in Latinum noua traductione conuerterem. Aiebas enim priorem illam interpretationem tibi parum satisfacere, videriq̄ ad intelligendum difficillimā. Difficultatis ipsius causam prudentissime conijciēs, quod is, scilicet qui prior transtulit, quicūq̄ tandem ille fuerit (nam temere id definire nō audeo) nimium inhæsisset literæ, atq̄ contra veterem eorum ditorum p̄cepta, de verbo ad verbum transtulisset. Expectabasq̄ a me, vt sensum illius viri apertius atq̄ lucidius promerem, id ego negocium, & si p̄terquam erat laboriosum, plurimorum etiam patere moribus non ignorabam, (Neq̄ enim deerunt, qui me superfluum quendam, & quod grauius sonat, arrogantem & temerarium insinulet) qui post priorem illum interpretem, quem afflatum spiritu sancto id opus transtulisse pertinacius fortasse, quàm consideratus asseuerabunt, denuo transferre ausus sim. Ne tamen reluctando diu criminis in te siam reus, neve fratrum nostrorum, qui id tecum audissime expectant, quicq̄ mihi vita mea chariores sunt, votis deessem, fretus orationibus atq̄ autoritate tua, me totum ad obtemperandū contuli, ipsūq̄ opus ex integro conuertit, prioris illius interpretis vestigia omnino deserens, sensum eius lucide, quantum ingenij tenuitate licuit, exprimere conatus. Sane istiusmodi hominibus, qui labore hunc nostrum, siue charitatis instinctu mihi à vanitate metuentes, siue stomacho suo seruientes, inutilem & minime necessarium dicturi sunt, pro me ipso respondebis. Acquis simum enim meo quidem iudicio videtur, vt tibi curam hanc totam respondendū permittam, qui me ad id opus vel iubentis imperio, vel affectu blandientis hortatus es, vt scelus maximum existimarem votis tuis diutius reluctari. Sciant tamen qui erunt ad vituperandum proniores, me non sine ratione hoc fecisse. Cum enim sim (quod ingenue ac libenter confitebor) iuris tui, quid mihi minus integrum esse potuit, q̄ nō dicam iustioni, sed vel voluntati tuę contradicere? Aut igitur isti, qd fit virtus obedientiæ ignorant, aut calumniari irrationabiliter videntur. P̄terea traductionem illam esse obscurosimam, ne ipsi quidem negabunt. Quod ergo crimen meum est, si quod ille obscurius transtulit, apertius ipse & aliquanto etiam latinus conuere conatus sum? Porro q̄ fuerit ille interpres eruditus, quid attinet dicere? Contendant isti peritissimum in vtraque lingua extitisse. Ego ab illis longe dissentiens, in neutra satis peritum fuisse veraciter asseuerabo. Nam græca pleriq̄ non recte intellexisse, cui libet eius linguæ vel mediocriter perito facile constabit: & latina posuisse qui affirmat, sese imperitissimum esse haud obscure significat. Sanctissimum virum illum fuisse hi asserant, facile ac perlibenter consentiam. Non tamen quia sanctus fuerit, eruditum etiam fuisse sequitur, atq̄ idoneum ad transferendum. Aliud enim sanctitas est, atq̄ aliud eruditio. Imo vero si sanctus fuit, ne id quidem tentare debuit, quod commode implere non posset, neq̄ id onus subire, quod virum suarum excederet modum. Facit enim iniuriam doctissimo viro, qui illum imperite & rustice loquentem reddidit. Sed hæc fortasse liberius, q̄ verecundiæ meæ conueniebat. Necessario tamē vt reor à me dicta sunt, ne sine causa me transtulisse homines existimēt. Habes Pater optime qd huiusmodi hoibus (quantū ego arbitror) recte respondere possis. Tibi enim (vt dixi) curam istam delegauit. Reliquum est vt nos sicut verbis instruis, ita orationibus iuues, q̄ pelagus istius seculi vndosum, ac pcellis fauētibus inuiū, precum tuar̄ remigio tuto transire possimus. Sanctā venerandāq̄ caniciē tuā Christus d̄ns noster tuo longiore tranquillā tueatur. D̄ne venerabilis ac merito desiderabilis.

CVITA Iohannis Climaci, sub compendio à Daniele humili monacho  
conscripta.



Venam hūc virum diuinū ciuitas tulerit, atq; ante cœlestis militiæ gloriosam exercitationem educauerit, non facile dixerim, cum id mihi non satis diligenter exploratum sit. Quenam vero modo ipsum ferat, æternisq; & immortalibus delicijs pascat, longe ante nos Paulus expressit. Est enim & ipse penitus cœlestis illius Hierusalem effectus municeps, in qua Ecclesia primitiuorum est, quorum, inquit, conuersatio in cœlis est, vbi spiritu purgatissimo atq; ab omni materia remoto, diuina insatiabiliter hauriens, pulchritudines inuisibiles contemplans, digna sudorum præmia recipit, laborumq; mercedem quietissimā refert. Nam cœlestis regni hæreditate potitus, cum illis iam in æternum tripudiat, iungitq; lætitiā cum ihs, quorum pes stetit in directo. Quoniam vero modo beatitudinem istam sibi cōparauit, iam dicere instituiam: Hic cum per ætatem corpoream sedecim ferme esset annorum, seipsum obrulit Christo sacrificium gratum atq; acceptabile, monastica vitæ iugo colla subiiciens in monte Syna, eo puro consilio, vt ipsa visibilis loci commoratio ne admonitus, ad inuisibilem deum facilius dirigeretur & aptius perduceret. Atq; peregrinationem vt intellectualium adolescentularum magistrā in primis adamauit, per quā turpi, & noxia confidentia omni reiecta, humilitate honestissima assumpta, dæmonem illum, à quo nonnunquam, vt nobis ipsis placeamus nobisq; confidamus inducimur, à se penitus eliminans, ab ipso quoq; cordis aditu reiecit. Inclinans vero ceruicem, & confidens in domino, ac ei qui se susceperat patri veluti optimo cuidam gubernatori se totum mittens, altissimos atq; sæuissimos vitæ præsentis fluctus sine periculo traiecit. Adeo vero perfecte mundo proprijsq; voluntatibus mortuus erat, vt in expertem rationis ac voluntatis animam quandam habere videretur, atq; proprietate naturali omnino liberatam. Idq; cum ante hanc cœlestem simplicitatem mundanæ sapientiæ non fuerit imperitus, sane mirabilius est. Philosophiæ enim tumor, à Christi humilitate, vt plurima alia, longe remotus est. Decem igitur & nouem annis ita conuersatus est, ac beatæ subiectionis exemplar omnibus factus, cum is qui se exercebat senior sanctus migrasset ad Christum, & ipse ad vitæ solitariæ studium egreditur, illius orationibus vt armis potentissimis fretus ad destructionem munitionum Sathanæ. Quinto autem ab ecclesia lapide palestæ suæ domicilium constituit, loco cui Tholas nomen est. Ibiq; quadraginta annos summa animi magnanimitate & alacritate trāsegit, ardentissimo amore ac diuina charitatis igne semper estuans. Iam vero quis possit, quantos illic pertulit labores, diuine aut verbi, aut plausibus profequi? Quomodo enim id efferri in lucem poterit, cum omnis eius labor clam & sine arbitrio exactus sit? Veruntamen ex primitijs quibusdam & velut præuijs occasionibus beatissimi viri sanctum vitæ institutum audiamus. Edebat quidem ex omnibus, quæ sibi per professionis suæ votum edere licebat, sed modice omnino, vt & ex hoc factum atq; elationis cornu sapientissime deiecerit: breuitate quidem victus insanam gulæ rabiem penitus affligens, atque illi per mediam clamans, tace, obmutescere, & ex omnibus modice gustando tyrannidem inanis gloriæ sub iugum mittens. Sollicitudine præterea & raro hominum cōgressu fornacis huius flammam, luxuriam scilicet, adeo extinxit, vt omnino obstructa sedaretur, nullasq; molestias irrogaret. Cupiditate vero (quam idolorum venerationem Apostolus esse diffiniuit) misericordia dei rerumq; exiguitate fortissime fortis iste superauit. Acediam vero animiq; desidiā (quam merito iugem animæ mortem dixerim) mortis memoria, iugiq; pietatis exercitatione deuicauit. Cumq; nullius mortalīs rei affectione teneretur, æternorumq; solū sensu pasceret, noxiæ tristitiæ liber euasit. Iracundiæ vero tyrannidem in seipso per obedientiæ gladium occiderat. Raro præterea congressu corporis rarioreq; vsu sermonis, inanis gloriæ sanguisugam araneæ similimam mortificauit. Quid octauū vitij supremam diligentissimamq; emundationem superbiæ scilicet prosequar, quam cepit quidem per obedientiæ mansuetudinem nouus hic Beselael, perficit vero cœlestis Ierusalem dominus, præsentia sua adueniens, humilitatemq; aduersus illam exaltans, qua sine diabolum eiusq; conformem classē destrui possibile non est. Vbi vero in huius coronæ contextu ponam lachrymarum illius fontem, rem quidē raram, & quæ in multis

Atis non facile inuenitur, quarum hodie superest secreta officina, spelunca breuissima in extremitate quadam, ad radicem montis posita, tantumq; ab illius, atq; omni alia cellula remota, quantum ad obseruandas gloriæ inanis aures satis esse videbatur. Ad cœlum vero vsq; gemitibus, suspirijs, singultibus precibusq; & eiusmodi reliquis, quæ ab his fieri solent, qui gladijs cauterijsq; punguntur, & quibus effodiantur oculi, perstringens, Somniq; tantum capiebat, quatum sufficere posse arbitrabatur ad seruandam animi intellectusq; substantiam, ne per enormitatem vigiliarum contabesceret. Ante somnum vero vtpurimum orationibus vacans, libellos etiam conscribere solitus erat, quo solo opere acediæ languorem ab se fugabat. Porro cursus eius oīs perpetua erat orō, amorq; incomparabilis ad deum, hunc enim die noctūq; mundissimo castitatis speculo intuens fatietatem vllam capere nolebat, imo vero vt magis proprie eloquar, nō poterat. Huius aliquando diuini patris vitam imitari cupiens, eiusq; disciplinis imbuti, atq; ab eo veræ Philosophiæ elementa percipere, quidam ex his qui vitam solitariam delegerat, Moyses nomine, plerosq; sanctorum patrum precatores exhibuit, per quos vt se in discipulum susceperet, summis precibus orauit. Igitur illorum precibus fretus, à sancto viro vt optauerat susceptus est. Huic aliquādo sanctus pater præceperat, vt quodam ex loco pinguis glebæ materiam conueheret, pro lætiori hortuli olerumq; cultura. Perueniens igitur Moyses ad denotatum sibi locum, quod iussus fuerat impigre exequere. Sed cum iam meridiam tempus adesse, & solis incendio fornacis in morem locus ille ignesceret, (erat enim mensis Augustus) victus Moyses, & ex transectione fatigatus, aliquantula requie opus sibi esse decernit, atq; sub immanis saxi vmbra seipsum dimittens obdormire cepit. Sed clementissimus deus fideles seruos suos in nullo contritari permittens, cū iam periclitaretur Moyses, consueta illum misericordia hoc modo preoccupat. Magnus hic pater noster Iohannes cum in cellula sua degeret, sibi ipsi & deo vt cōsueuerat vacans, in somnum quandam tenuissimum incidit, viditq; per visum virum quēdam angustioris facie & habitu se excitantem, somnosq; sibi exprobatem, ac dicentem: Tunc Iohannes ita secure obdormis, & Moyses periculo proximus est? Citius itaq; euigilans orationem statim armatur pro discipulo supplicans. Quem postmodum ad vesperam reuertentem, interrogat num aliquid sibi aduersum atq; insperatū contigisset? Tunc ille: Saxum inquit micæ magnitudinis parum abfuit quin me demoliretur & penitus contereret, cum sub illo profunde obdormirem, nisi vocem tuam me audire existimans, ex loco concito saluti timore plenus desissem. Quo facto continue saxum illud e ripa euulsum ac terræ affixum conspexi. Quo audito, vir dei vere mente humilis, nihilq; ex his quæ viderat & audierat discipulo annuncians, occultis clamoribus & intime charitatis vocibus huiusmodi dicens, gratias vberissime retulit deo. Erat etiam vir sanctus occultorum vulnerum medicus. Monachus enim quidam Isaac nomine, quum aliquando graui carnis æstualet incendio, cursu ad illum peruenit, vndiq; merore circumfusus, intestinūq; belulum singultibus & lachrymis patefecit. Eius itaq; fidem & humilitatem vir dei admiratus, blande his vocibus consolatur dicens: Stemus, inquit, ambo ad orationem sili, & omnino clemens & misericors dominus preces non despiciet nostras. Quod quum factum fuisset, necdum oratione completa, adhuc prono in faciem infirmo fratre prostrato, voluntatem serui sui dominus fecit, vt ex hoc prophetā suū vera dixisse ostenderet. Serpensq; carnis effugit, flagellis intentissimæ orationis edomitus. Porro is qui hæcenus fuerat eger, liberatum se ægritudine conspiciens, omniq; iam huiusmodi perturbatione curatum, obstupuit valde, deoq; & inclito eius famulo gratias retulit. Cum vero præterea hic venerandus pater verbo gratiæ ad se venientes affatim exaciaret, ac doctrinæ fluente largissime profunderet, maligni quidam homines inuidiæ facibus inflammatis, tantamq; frugem, quanta ex illius doctrina gignebatur cohibere molientes, loquacē illum ac nugacem vocare cœperunt. Quod ille animaduertens, cunctaq; in eo qui se cōfortabar C H R I S T O posse edoctus, nec solum per sermonis exhortationē, eos qui ad se vtilitatis suæ causa veniebant erudire volens, sed multo potius per silentium & per operum Philosophiam, vt sicut scriptum est, absconderet quærentiū occasiones, vsq; ad certum tempus tacere instituit, mellissimumq; doctrinæ fluuium compefcere. Sarius esse & melius existimans hoc interim detrimento affici studiosos bonorum amatores, quibus fortasse per silentium amplius profuturus erat, quàm ingratos illos iudices am-



plius irritari, ne ulterius eorum malitia & maliuolentia excresceret. Quocirca & illire: D  
ueriti humilitatem ac modestiam viri, conscripserunt sibi eiusmodi vtilitatis fontem obtu-  
rauerant, quantūq; detrimenti omnibus extiterant, ad virum supplices adueniunt, doctrinā  
nāq; sermonem communi voto cum alijs exposcunt. Cessit igitur statim, vt qui contra  
dicere non norat, & denuo prioris status arripuit normam. Cum igitur ita bonis omni-  
bus excelleret, vt similis inueniri non posset, vno simul omnes voto vnōq; affectu, tanq̄  
nouum quendam Moysē inuēitum illum ad fratrum magistratū & regiminē asūm-  
pserunt, lucernam (vt ita dixerim) super principatus candelabrum eleuantes, optimi sa-  
ne talium iudices, nec spe sua frustrati sunt. Ascendit enim & ipse ad montem, sacratāq;  
caliginem subiens, dei manibus conscriptā legem suscipit, deiq; contemplatione fruens,  
& intellectualibus gradibus scandens, verbo dei aperuit os suum, & spiritum attrahens  
eructauit verbum bonum de bono thesauro cordis sui. Sic igitur impleuit finem visibilis  
lis vitæ in principatu Israhelitarum monachorum, in hoc solum à Moysē differens, quod  
supremam Hierusalem summa facilitate conscendit. Ille enim nescio quo modo, etiā ter-  
rena frustratus sit. Attestantur autem his quæ diximus, quotquot per eum spiritus san-  
cti eloquijs & gratia potiti sunt, plurimiq; ex his eius gratia saluati sunt, hodieq; saluan-  
tur. Testis optimus sapientis huius salutis simulq; sapientiæ nouus Dauid. Testis item  
& pastor noster optimus Iohannes, à quo magnus ille exoratus de Synai monte ad nos E  
vsq; animæ cognitione descendens, veluti nouus aliquis dei speculator, suas à deo tabu-  
las inscriptas ostendit nobis: extrinsecus quidem actiue vitæ, intrinsecus vero contem-  
platiue doctrinam continentes.

Epistola Iohannis abbatis Raychu, ad Iohannem abbatem montis  
Synai, cognominatum Climacum.

**D**OMINO singulariter mirabili, æquali angelis, patri patrum, & doctōri eximio,  
Iohanni abbati Montis Synai, Iohannes peccator, abbas Raychu in domino salu-  
tem. Agnoscentes nos à perfectione longius remoti, tuam discussionis gnaram singu-  
laremq; ac virtutibus cæteris ornatam obedientiam, in ea præfertim parte, in qua te cū  
talento tibi adeo tradito lucrari conuenit, huiusmodi supplicatione vtimur, Prophetici  
illius dicit memores: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicet  
tibi. Quocirca tibi, veluti communi omnium patri, cunctisq; in exercitationis lucta se-  
niori, mentisq; acumine ac virtutibus omnibus & perfectione doctrinæ prædico, per nos  
stras literas procidimus, virtutumq; tuarum culmen exoramus, vt nobis imperitis ac ru-  
dibus ea præscribas, quæ in diuina speculatione, sicuti ille olim Moyses, in hoc ipso mon-  
te vidisti, ac veluti tabulas quasdam diuinitus scriptas librum ad nos à te dimittas, atq;  
in doctrinā nouo Israhel proponas eis, scilicet q̄ perfecte atq; integre de spiritali Aegy-  
pto atq; vitæ huius mari exierunt. Sicut igitur de illo quia lingua instar virgæ fretus mi-  
rabilia in mari gessisti, ita nunc quoq; exoratus, ne declines monasticæ perfectioni con-  
gruentia, vt es reuera summus magister, impigre summaq; cum moderatione describe-  
re in salutem & consolationem omnium, qui sanctam hanc atq; euangelicam conuersa-  
tionem eligere. Neq; assentandi gratia istud à nobis dici arbitreris. Nosti quippe o fan-  
ctum caput, istiusmodi adulationes alienissimas esse à proposito atq; instituto nostro.  
Sed illud nos dicere existima, quod certissime omnes & vident, & intelligunt, & dicunt.  
Idcirco confidimus in domino cito suscipere atq; complecti, quod speramus insculptos  
tabulis venerandos apices, quibus hi veraciter ducantur, qui sine errore sequi eos cupiunt  
ac veluti quandam scalam vsq; ad cœli ianuam erectam, eosq; qui cupiunt ascendere in-  
no cuos illæfosq; perducentem transcendentem libere, & absq; vilo impedimento spiritali  
lia nequitia & mundi, retores tenebrarum, & principes aeris. Nempe enim, si Iacob il-  
le pastor ouium cum esset, adeo terribilem scalam in visione conspexit, multo profecto  
magis rationabilium pecorū magister non visione solum, sed veritate quoq; ascensum  
ad deum tutum, & errore omni liberum ostendet. Vale in domino charissime, ac nimis  
venerande pater.

Iohannes

Iohannes Iohanni gaudere.

**A**CC E P I Conuenientissimam honestissimo tuo atq; impassibili instituto,  
mundōq; & humili cordi, quam ad nos pauperes & virtutibus inopes scripsisti,  
venerandam epistolam tuam, imo vero præceptum ac vires nostras excedentem iustissimam.  
Tuum enim erat reuera, tuum tuāq; sanctæ animæ proprium, nobis rudibus ver-  
bo & opere imperitissimis doctrinæ atq; correptionis præcepta præscribere. Familia-  
re enim tibi semper fuit, nobis per te ipsum proponere humilitatis exempla. Sed nos, vt  
id fateamur quod verissimum est, nisi metus & periculum esset iugum sanctæ obediē-  
tiæ, quæ virtutum omnium mater est, à nobis excutere, nunquam profecto ea, quæ su-  
pra vires nostras sunt, tentare ausi fuisset. Oportebat enim, o admirabilis pater, con-  
ueniensq; erat, hæc te ab illis potius quærere, qui ea iam dudum calluissent. Nos enim in  
discipulorum adhuc ordine annumerandi sumus. Quoniam vero Dei veri patres nostri  
veracisq; scientiæ magistri obedientiam diffiniunt in his rebus, quæ supra vires sunt, ni-  
hil discernendo obtemperare præcipientibus, imbecillitatem nostram pie oblit, ea quæ  
supra nos sunt audacter tentare aggressi sumus. Non quidem vt aliquid, quod tibi pro-  
futurum sit, nos dicturos putemus, aut certe aliud explanaturos, quod ipse longe meli-  
us non noris, quam nos, o diuinum sacramentū caput. Mihi enim persuasum est (puto aus-  
tem, quod & prudentium singulis mundissimum tuæ mentis oculum, ab omni terrena  
& tenebrosa purificatum conspersione, libere & absq; vilius obicis retardatione diuinā  
intueri lucem, atq; ab ipsa omnino illustrari. Cæterum (vt dixi) inobediētiæ notam  
reformidans, & veluti metu ad obediendum impulsus timore simul ac desiderio tuæ fan-  
ctæ iussioni obtemperare institui, vt gratus obediens, atq; pictoris optimi inutilis filius,  
exili & admodum tenui scientia mea gracilisq; oblatione, solo atramento simpliciter vis-  
uentia eloquia adumbrans. Tibi vero iam relinquens, o magistrorum summe & con-  
gregationis princeps, ista & ornare & clarius differere, atq; ea quæ desunt implere, tan-  
quam seruatori spiritalis legis. Hunc tamen sane conatum nostrum non ideo misimus  
ad te, tanquam tibi futurum emolumento. Absit id penitus (hoc enim esset extremæ des-  
mentia, cum ipse in Christo idoneus sis non solum alios, verum etiam & nos ipsos mori-  
bus sacris & doctrinis erudire) sed illum vocatæ à Deo congregationi, quæ vna vobis  
cum abs te doctorum optime instituitur transmisisimus. Quorum precibus, quia si quis  
busdam spei intellectualibus manibus imperitiæ mole leuiatus, iamq; calami velum ex-  
plicans, atq; optimo gubernatori nostro C H R I S T O verbi gubernacula pro-  
mittens, votis omnibus fretus iussione tua, huius ad illos sermonis iam initium facio.  
Obsecro autem omnes, quorum in manus liber iste venerit, vt si quid in illo vtile fortas-  
sis inuenerint, id optimi præceptoris nostri esse non ingratis intelligant. Nobis vero for-  
tassis conatus remunerationem à Deo donari intentissima oratione deposcant.  
Non his quæ dicuntur intendentes. Sunt enim reuera vilissima, atq; omni  
ignoratione & simplicitate plena. Sed propositum & alacritatem, vt  
illius ex Euangelio viduæ suscipientes. Neq; enim numero  
& laborum multitudini D E V S mercedem reddit, sed  
alacri proposito atq; feruentissimæ voluntati.  
Epistolæ finis.

Bbb ij D. Ios



**D. IOHANNIS CLI-**  
**MACI DE INANIS VITAE**  
 fuga. Gradus Primus.



**VM SUMME INCOMPREHENSIBILIS**  
 atque incircumscriptae honoris Deus noster & Rex sit,  
 (Est enim conuenientissimum, ut ad Dei seruos loqui  
 instituentes, a Deo ipso sumamus orōnis exordium), cum  
 ceteras ab se conditas rationales creaturas, liberi arbitrii  
 dignitate honorauerit. Alij quidem amici illius sunt.  
 Alij vero fideles ac legitimi serui. Quidam penitus inu-  
 tiles. Alij vero ab ipso profus alieni. Nonnulli vero  
 quamuis imbecilles, tamen aduersarij. Et amicos qui-  
 dem **D E I** proprie (O sacrum caput, nos iustiores)  
 esse arbitramur eas, quae circa illum sunt intellectuales in-

corporeasque substantias. Fideles autem seruos eos, qui sanctissima illius voluntati ob-  
 temperauerunt, & impigre ac infatigabiliter obtemperant. Porro inutiles seruos, quos  
 quot diuino baptisate dignari, pacta & conuenta cum illo legitime non obseruaue-  
 runt. Alienos vero adeo atque inimicos intelligimus, quoscumque a recta fide deuiasse cere-  
 nimus. Hostes autem sunt ij, qui praecipua Dei non solum repulerunt, atque a semetipsis  
 abiecerunt, verum eos quoque validissime oppugnant, qui ea perficere contendunt.  
 Quamuis igitur singulis, quos modo memorauimus, proprius & peculiarius debetur  
 sermo, nobis tamen imperitis ad praesens de omnibus prosequi utile non est. Age, iam  
 age ad eos, qui nos pio violentissimo charitatis iure subegerunt, & fideliter coegerunt  
 fidelissimos Dei indignam manum nostram per obedientiam indiscussam extendentes,  
 & ab illorum scientia susceptum verbi Dei calamum subtristi & per lucidam humiliati in-  
 tingentes, huiusmodi in illorum lenibus & candidissimis cordibus, velut in chartis quibusdam,  
 imo vero spiritalibus tabulis condentes, diuinae eloquia pingentes, hoc orationis nos-  
 trae initium sumamus. Omnibus qui voluntate & libero arbitrio vtuntur, Deus comu-  
 niter proponitur omnibus vita, oibus salus, fidelibus & infidelibus iustus, iniquis pijs,  
 impijs vitiosis, vitijs carentibus secularibus, monachis sapientibus, rudibus sanis, imbe-  
 cillibus iuuenibus, provecioribus, non aliter quam in fusio lucis, & solis aspectus, temporumque  
 vicissitudines. Neque enim est personarum acceptio apud Deum. Impius est homo, igitur  
 rationalis mortalisque naturae sponte vitam fugiens, creatorem suum qui semper est, ve-  
 luti non esse existimans. Iniquus est, qui legem Dei ab intellectu suum malum violent-  
 ter intorquet, & cum sit contrariae haereseos Deo se credere putat. Christianus est, qui  
**C H R I S T V M**, quantum homini possibile est, imitari nititur verbis & operi-  
 bus, & tota intentione animi in sanctam Trinitatem recte atque incomprehensibiliter  
 credens. Dei amator est, qui naturalium omnium rerum, & earum quae per leges sine pec-  
 cato permittuntur particeps, bona quae potest operari non negligit. Continens est, qui  
 in medio tentationum & laqueorum versatur, moresque tranquillos, turbisque actumultu-  
 bus liberos viribus omnibus imitari & assequi contendit. Monachus est ordo & status  
 angelicus in corpore materiali & fordido consummatus. Monachus est, qui solum ad  
 Deum acie mentis intentus, illum semper orat in omni tempore, & loco, & re. Mona-  
 chus est, perpetua naturae violentia, sensuumque vigilantissima & indefessa custodia. Mo-  
 nachus est castificatum corpus, expiatum os, animusque semper diuino lumine irradi-  
 tus. Monachus est afflicus & merens animus, qui iugi mortis memoria, siue vigilans,  
 siue obdormiens seipsum semper exercet. Mundi derelictio, est spontaneum odium abs-  
 negatioque naturae ex desiderio fructu eius rebus, quae supra naturam sunt, tanquam ex sua  
 stirpe progenita. Quicumque praesentis vitae commoda sponte alacriterque relinquunt pro-  
 sus, aut futuri regni gratia, aut ex peccatorum multitudinis memoria, aut sola diuinae  
 charitatis causa istud faciunt. Porro si quis nulla ex praedictis intentionibus duce id fa-  
 ciat, huius irrationabilis est renuntiatio, verum tamen finem cursus qualemcumque inuenie-  
 rit agonothea noster optimus approbat. Imitetur is qui peccatorum suorum onus deponere  
 festinat

**A** festinat eos qui extra ciuitatem ante sepulchra sedent, nec desistat effundere feruidas & igne  
 as lachrymas guttas cordisque tacitos mugitus, quod ipse quoque venientem videat Iesum las-  
 pidemque nostrae caecitatis a corde remouentem & Lazari animam, scilicet peccatorum vasculis libe-  
 rantem, ministris angelis iubentem. Soluite illum vitiosum non odis, & finite ad beatam placidamque  
 tranquillitatem ire. Sin vero alias fecerit, nihil omnino proficiet. Quicumque ex Aegy-  
 pto egredi Pharaonemque cupimus effugere, profus Moysen aliquo ad deum ac post deum  
 mediatore nobis opus est, qui pro nobis medius inter actionem & contemplationem suam  
 manus extendat ad deum, ut hoc duce directi peccatorum traiciamus mare atque amalech, vi-  
 tiosum principem fugemus. Seducti igitur sunt qui sibiipsis confidentes, nullo sibi duce os-  
 pus esse arbitrati sunt, & illi quidem qui ex Aegypto egressi sunt Moysen, qui vero ex So-  
 domis fugerunt angelum dei habuere ducem. Atque hi quidem qui ex Aegypto profecti sunt,  
 eos significant qui aiarum suarum morbos per medicorum curam & diligentiam sanare cupiunt.  
 Qui vero ex Sodomis fugere, illos designant, qui miseri immunditiam corporis excurrere  
 votis oibus desiderant. Quo circa angelis etiam videlicet aequali, ut ita dixerim, adiutore  
 hominis opus habent. Nam secundum vulnere putredinem peritissimo etiam artifices & medicos  
 egemus. Summa reuera violentia indefessisque, & iugibus laboribus illi opus est, qui in coe-  
 lum ascendere cum corpore nituntur, idque maxime in principio renuntiationis suae, donec  
**B** mores nostri assueti voluptatibus, & cor nostrum haecenus sine doloris sensu, in amore  
 dei castitatisque sanctificationem per intentissimum luctum conuertantur. Labor enim res  
 vera & ingens labor summusque amaritudo proponitur, eis maxime qui negligentius affe-  
 cti sunt, quae macello & voracitati assuetum canem nostrum animum scilicet speculatio-  
 nis & castitatis studiosum per simplicitatem & profundam ire extinctionem cautissimamque  
 diligentiam efficiamus. Confidamus tamen quotquot vitis pulsamur, etiam si nondum  
 satis virium contra haec adepti sumus. Fidei firmissima infinitatem nostram & animae  
 languorem Christo supplici confessione offeramus, & omnino ipsius ad iudicium ultra  
 merita nostra reportabimus, si tamen nosmetipsos iugiter in humilitatis profundum de-  
 iecerimus. Non ignorant, qui ad honestissimum istud durumque & arduum, sed leue cer-  
 tamen accedunt, quod in ignem insilire pergunt, siquidem diuini amoris ignem in seipsis ha-  
 bitare cupiunt. Probet vero seipsum vnusquisque, & sic de pane illius cum amaritudinibus  
 comedat, & de calice illius cum lachrymis bibat, ne ad iudicium sibi ipsi militet. Si non ois  
 qui baptisma consequitur saluum est, fletu reliqua. Cuncta abnegabunt. Omnia despici-  
 ent. Omnia iridebunt, vniuersa excutient, qui fundamentum optimum iactare pergunt.  
 Porro fundamentum optimum triplex est, tribusque columnis fulcitur. Innocentia, ieiun-  
 io, & pudicitia. Omnes qui in Christo infantes sunt, ab his tribus incipiunt, atque infan-  
 tes per etatem sibi ad exemplum sumant. Nihil in illis inuenitur callidum, nihil durum,  
**C** nihil simulatum. Non auiditas insatiabilis, non venter inexplebilis, non ardens in corpo-  
 re libidinis commotio. Ceterum secundum escarum incrementa fere etiam libidinis in-  
 centius succrescit. Odiosum sane periculique plenissimum est, ab ipso statim conflictus  
 congressu lassescere luctantem. Est enim futurae necis non obscurum argumentum. Erit  
 nobis omnino perutile, forte, & validum renuntiationis initium arripere, etiam si post-  
 modum mollescere contingat. Anima enim quae viriliter pugnare coeperit, rursus que  
 debilitata cesserit, antiquae virtutis & studij memoria quasi stimulo quodam & flagello  
 vulneratur, atque ex hoc nonnunquam plurimum pristinum vigorem receperunt prioresque pen-  
 nas resumserunt. Quoties igitur anima seipsam prodierit caloremque amabilem, ac bea-  
 tissimum amisit. Inquirat diligenter qua ex causa id sibi contigerit, atque aduersus illam  
 bellum omne ac studium summis viribus resumat. Neque enim poterit per aliam portam  
 illum reuocare, nisi per quam egressus est. Qui ex timore initium renuntiationis accepit  
 timiamati ardenti similis fortasse videatur, quod initio quidem ab odoris suauitate coe-  
 pit, postmodum vero in fumum defuit. Qui vero ob mercedis speciem, mola asinaria profes-  
 cito est, quae semper similiter mouetur. Qui autem ex diuina charitate seculo abrenunci-  
 at, ab ipsis statim initijs ignem promeruit, qui fortassis in syluam iniectus, rogam semper  
 vehementiorem ulterius excuscat. Sunt nonnulli qui supra lapides, lateres aedificant. Sunt  
 item alij qui super terram columnas erigunt. Et sunt alij qui cum modicum itineris pe-  
 dibus fecerint, cum calefactis iam artubus & neruis, ocius postmodum proficiunt. Qui  
 legit intelligat, quid sermo iste significet. Tunc a deo & rege nostro vocati curramus alas

riter, ne si forte paucio tempore vixerimus, in die mortis infructuosi inueniamur, & facta me pereamus. Ita deo & domino nostro placere satagamus, ut regi suo milites. Nam post militiam tunc demum a nobis diligentissima seruitus exquiritur. Metuamus dominum, sicut metuimus bestias. Vidi enim viros furari cupientes, qui cum dei metu a seclere non reuocarentur, canum latratibus perterriti statim reuersi sunt, quodque dei timor non fecerat, id canum metus effecit. Diligamus dominum, sicut amicos colimus, vidi enim saepe nonnullos qui cum deum suis secleribus ad tristitiam prouocassent, nullam reconciliationis curam habuerunt. Cui vero charos suos in aliqua vel leuissima re irritassent, omni industria, omni intentione, omni afflictione, omni confessione delicti per seipos, per cognatos, per amicos, per munerum largitionem contra moliti sunt, ut illos in anti quam charitatem reuocarent. Prorsus vero in ipsis abrenunciacionis iniitijs non deficiamus in laboribus, non sine labore & violentia & amaritudine virtutes operamur. Cum autem iam proficere ceperimus, sine merore vel certe cum minimo merore exercemur. At vero cum mortalis sensus noster penitus fuerit absorptus, atque ab alacritate nostra superatus, tunc iam cum omni eas gaudio & studio & desiderio & diuinæ charitatis flamma perficimus. Quanto sunt laudibus dignissimi, qui ab ipsis confestim iniitijs cum gaudio & alacritate summa virtutes omnes arripiunt, & dei mandata perficiunt tanto sunt miserabiles estimandi, qui cum in hac exercitatione diutius vixerint zgre adhuc & cum labore eas subeunt, si tamen vel tadem subeunt. Ne illa quidem renunciacionum genera vituperemus aut condemnemus, quæ casu fiunt. Vidi enim quosdam fugientes cum procedenti regi inuiti occurrissent, repente in illius obsequium atque inter illius milites ascribi, regiamque aulam vna ingredi atque inter illius conuiuas numerari meruisse. Vidi semen in terram de agricolæ manu negligenter lapsum, fructum letissimum ac plurimum tulisse. Sicut e contra etiam vidi nonnunquam in taberna medicorum quædam aliterius cuiuspiam necessitatis causa aduenisse, ibique medici solertia & comitate deprehensum, luminibus esset suis iniectam amisisse caliginem. Sicque fit ut in plerisque ea & firmiora sint, & magis rataque inuitis accidunt, quam quæ illis ex sua sententia prouenerunt. Nemo pondus multitudinemque peccatorum attendens, indignum se monastica professione dicat, nec se ita decipiat, ut seipsum humilem existimet, si ut fruatur voluptatibus, arduam virtutis semitam ingredi detractat, præ tendens occasiones in peccatis. Nam ubi putredinis plurimum est, ibi maxima medicorum arte opus est, ut ea putredo omnis depuratur. Qui enim sani sunt, medicorum tabernas non adeunt. Si vocante nos terreno & mortali rege, & in suum obsequium militare nos iubente, nihil moraremur, neque occasiones quaeremus, sed omnibus dimissis illi summa alacritate pareremus; attendamus nobis ipsi caueamusque diligenter, ne forte regere regem & domino dominatum & deo deorum vocante nos ad cælestem hunc ordinem, per nostram desidiam & negligentiam obtemperare recusamus, & postmodum ante tribunal illud horrendum inexcusabiles inueniamur. Fieri quidem potest, ut is qui seculi negocijs & ferreis curis se deuinxit, incedat, sed tamen non libere. Nam & hi quorum pedes ferro compediti sunt, saepe incedunt, & semper offendunt vulneraque suscipiunt. Is quidem qui sine vxore in mundo degit, solis negotijs obligatus, ei similis est, cui ferreis nexibus manus circumligatæ sunt. Ideoque si ad solitariam vel monasticam vitam currere voluerit, non prohibetur. Qui vero vxori coniunctus est, ei qui vincas habet manus & pedes similis videtur. Audiuimus ego quosdam in mundo negligenter permanentes dicere ad me: Quomodo possumus coniugibus vna cohabitantes, curisque reipublicæ circumuallati, vitam monasticam arripere? Ad quos ego Omnia, inquam, bona quæ facere potestis facite, maledicta in nullum iaciatis, nemini mentiamini, furto abstinete, contra nullum eleuimini, ne minem oderitis, ecclesias & collectas frequentate, indigentibus misericordiam præstate, neminem scandalizetis, alienis parietibus ne propinquetis, contentique estote vxorum vestrarum stipendijs. Ista si feceritis, non longe eritis a regno cælorum. Cum gaudio & metu ad egregium istud certamen accingamur, inimicos nostros nulla ratione formidantes: inueniunt enim illi, & si non videantur a nobis, animarum nostrarum vultus. Et si illos viderint formidine contrahi vel immutari, contra nos acerbius armantur. Intel ligunt enim veritissimi timorem nostrum. Magno igitur animo aduersus illos arma

capias

**A** capiamus contra eum enim qui alacriter pugnat, nullus oppugnando praualeat. Mira dispensatione dominus rudibus adhuc militibus suis bella temperarit, ne initio statim prælii magnitudine deterriti ad seculum redirent. Quo circa gaudete in domino semper omnes serui dei, hoc in vobis signum primum superne aduersum vos pietatis & charitatis, quodque ille vos vocauit agnoscentes. Et hoc item facere deus saepius agnoscitur. Cum enim fortes animas viderit ab exordijs statim bello vehemēiori pulsari permisit, eas celeriter coronari cupiens. Abscondit dominus a secularibus statim difficultatem, imo vero facilitatem. Si enim hanc nouissent, nunquam profecto abrenunciasset omnis caro. Da labores iuuentutis tuæ Christo, & in senectute gaudebis super pacatissimæ quietis opibus, ea quæ inuentute congregauerimus cum in senectute postea debiles fuerimus, nos nutriūt & consolantur. Laboremus iuuenes ardentē, curamus sobrie & vigilanter, mors enim incerta horis omnibus iminet. Hostes reuera nequissimos habemus, acerrimos, versutos, callidos, validissimos, nunquam dormientes, inuisibiles omni materiæ impedimento liberos, ignem in manibus tenentes, templumque dei per flammam, quæ in eis est, incendere omni studio desiderantes. Nemo cum iuuenis est, inimicos suos demones audiat, dicentes: Noli carnem tuam ita atterere, ne morbos & ægritudines incurras; vice enim reperietur hac præcipue ætate, qui hanc mortificare delegerit, etiam si se multis & lautioribus cibis priuauerit. Hæc enim sane est demones astutia, idque nisi omnibus cõtentidit, ut ingressum certaminis nostri mollem & negligentiam plenissimum faciat, sine quo post medium initio consentientem. Ante omnia istud & inquirent qui Christo fideliter seruire cupiunt, ut loca, mores, sessiones, ac studia quæ sibi ex patrum spiritualium sententia, & ex cognitione propria cõpetere præuiderint, eligant. Neque enim omnium est in cenobijs degere, atque eorum maxime qui gula illecebris pulsantur. Neque rursus omnium est vitæ solitaria quietem sequi, & eorum in primis qui ad iracundiam procliuiores sunt. Vnusquisque diligenter inspiciat cui statui aptior sit. In tribus maxime principalibus statibus monastica continetur vita.

**¶** In anachoreseos. In vnus vel duorum contubernio. In cenobijs cum tolerantia commoratione.

**¶** In anachoreseos vel cessionis certamine & solitudine. Ne declines, inquit Ecclesia Prover. 4. stes, ad dexteram vel ad sinistram, sed via regia ingredi.

**¶** Medius enim prædictorum statuum aptissimus plurimis fuit. Væ enim soli, inquit, Eccles. 4. quoniam si in acedia ceciderit, aut somnum, aut desidiam, aut desperationem, non est in hominibus qui illum erigat ubi vero sunt congregati duo vel tres in nomine meo, ibi Matth. 18. sum in medio eorum, ait dominus. Quis ergo est fidelis & prudens monachus? Qui feruorem suum seruauit inextinguibilem, & indies vsque ad finem vitæ suæ ignem igni ad iicere, feruorem feruori, desiderium desiderio, ac studium studio nunquam desit.

## De uacuitate affectionum, gradus II.

**Q**uidem in veritate diligit, qui futuro regno perfrui veraciter querit, qui pro peccatis suis veraciter dolet, qui reuera supplicij futurique iudicij memoria tangitur, qui reuera metum mortis assumpsit, nihil iam in præfenti seculo diligit, nullius rei curis angetur, non pecunia, non prædiorum, non parentum, non mundanæ gloriæ, non amicorum, non fratrum, non vilius oino terrenæ ac mortalis rei. Sed oem huiusmodi affectum, omnem hæc rege curam ab se excutiens & execrans, prætera & carnem suam odio habens, nudus, securus, impiger Christum sequitur, in cœlum semp aspiciens, atque inde adiutorij expectans secundum David ysaia, dicentis: Ad hæc sit anima mea post te. Alteriusque memorabilis viri sententia quæ dixit: Ego autem non laboravi te sequens & die aut requie hominis non desideravi dicit. Psalm. 62. Ierem. 17. Cõfessio sane maxima est his omnibus, quæ prædicta sunt omissis, post uocationem qua non homo, sed deus vocauit nos, alicuius alterius rei curam gerere, quæ nobis in hora vltimæ necessitatis, videlicet obitus nostri prodesse non possit. Hoc enim est quod dixit deus conuerti retro, nec inueniri aptum regno cælorum. Non ignorans deus lubricum nostri tirocinij, quodque facit se si secularium contubernio & familiari congressu utamur, rursus ad seculum conuertimur, ad quem quædam qui sibi dixerat mitte mihi ut ab ea & sepelias patrem meum, ait: Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. Solent demones cum iam seculo abrenunciauerimus, nobis misericordes ac pios ex secularibus proponere, atque ut illos beatos, nos contra miseris existis

existimemus ingerere, qui omni eiusmodi virtute destituti sumus. Ea utique intentione **D**  
 inimici nobis ista ingerunt, ut per adulterinam humilitatem nos aut ad seculum res-  
 uocent, aut si permanserimus monachi in desperationem precipitent. Sunt qui secula-  
 res homines elationis causa despiciant & nihil existiment. Sunt item & qui ut desperati  
 onis praecepta diffugiant & spem ampliorem sibi acquirant, absentes eos similiter conte-  
 mnunt. Audiamus quid adolescenti illi qui cuncta sepe mandata impleuerat dixerit do-  
 minus: Vnum deceit tibi, vade & vende omnia quae habes & da pauperibus, & te ipsum  
 pauperem constitue, alienaque misericordia indigentem. Si prompte & celeriter curre-  
 re volumus, intentius inspiciamus quomodo oēs in seculo manētes & viuētes, dñs mor-  
 tuos dixerit, dicens ad quendam: Sine seculares sepelire mortuos suos seculariter mortu-  
 os, Nihil adolescentem illum quo minus baptismatis gratia dominus illi diuitias vendere prae-  
 cepit: Sufficiat nobis ut gloriam professionis nostrae certius nouerimus, huiuscemodi te-  
 stimonium. Qui in mundo degunt vigiliisque & ieiunijs & laboribus alijsque afflictio-  
 nibus seipfos conterunt, cum ad vitam monachorum veluti ad quandam probationis  
 officinam vel stadium secedāt. Priorem exercitationem suam in adulterinam & fictam  
 non ulterius arripiant. Vidi plurima variaeque virtutum germina ab his qui degunt in  
 seculo plantari, & ex inani gloria tanquam ex cloacha & coeno irrigari, & ex ostentatio-  
 ne circumfodi, atque ex laudibus humanis stercoreari, quae tamen translata postmodum  
 in desertum solum atque seculi hominibus inuium, omnisque inanis gloriae cenulenta  
 aqua vacuum, confestim exicata sunt. Neque enim solent aquis proximae arbores in  
 duris & in aquosis exercitationum locis fructum afferere. Si quis mundum omnino odit,  
 hic tristitiam effugit. Porro si quis qualibet visibilibus rerum affectione mordetur, tristitia  
 nondum liberatus est. Quomodo enim non contristabitur, si eo quod diligit priuetur?  
 In omnibus quidem grandi vigilantia nobis & sobrietate opus est, sed hoc ante oia vigi-  
 lantissime attendere & cauere debemus. Plurimos in seculo aspexi pro sollicitudinibus &  
 curis occupationibusque & vigilijs mundanis, proprijs corporis insanos motus effugisse eos  
 ipsos, tñ cū exuti curis oibus vigilijs ad monasticam conuolassent, turpiter ac miserabi-  
 liter corporis commotione sordidatos. Attēdamus nobis ipsis, ne forte dum angustiam  
 & arduam viam nos pergere asserimus, latam & spatiosam teneamus, nosque ipsos se-  
 ducamus. Angustiam viam tibi indicabit ventris afflictio: pernoctatio stabilis, aquae mē-  
 sura, panis inedia, ignominie salubre, & purgatiuum poculum, subsanationes, irisiones,  
 ludibria, abscissiones propter arum voluntatum: offensionum tolerantia, contemptus no-  
 stri, sine murmuratione toleratio, vim sibi in tolerando contumelias inferre, iniurias for-  
 titer perpeti, detrahentibus non indignati, contemnentibus non succensere: cōdemnan-  
 tibus humilitatem exhibere. Beati qui praedictam viam pergunt, quoniam ipsorum est  
 regnum caelorum. Nemo in caelestem thalamum coronatus ingreditur, nisi qui primam  
 & secundam & tertiam abrenuntiationem impleuerit. Ut scilicet primo abrenuntiet re-  
 bus omnibus & hominibus & parentibus. Secundo voluntati propriae. Tertio inani glo-  
 riae, quae solet obedientiam subsequi. Exite de medio eorum & separamini & immundi-  
 tiam seculi nolite tangere dicit dominus. Quis enim apud illos miracula vnquam fecit?  
 Quis mortuos suscitauit? Quis daemones expulit? profecto nullus. Haec enim sunt mos-  
 nachorum insignia quae mundus capere non potest. Nam si posset, superflua esset exerci-  
 tatio videlicet secessio. Quotiens post abrenuntiationem nostram daemones parentum  
 aut fratrum memoria corda nostra importune concalescere ceperint, tunc maxime ad-  
 uersus eos orationis arma capiamus, atque sempiterni ignis memoria, nos ipsos incendamus  
 & huius consideratione improbum & importunum cordis ignem extinguamus. Si  
 quis eius rei nulla se affectione tangi putat, cuius priuatione tristatur, hic perfecte decipi-  
 tur. Quicumque iuuenes corporum amoribus & delictijs insane addicti post modum vitam  
 monasticam adire cupiunt, tota intentione animi omnique vigilantia seipfos exercere stu-  
 deant, sibi que delictijs omnibus & vtijs abstinentium persuadeant, ne forte fiant illorum  
 nouissima deteriora prioribus. Portus enim & salutis & periculorum causa est, atque hoc  
 nouere qui intellectuale istud mare nauigant. Miserabile sane spectaculum, eos in portu  
 naufragium passos aspiceret, qui in mari seruati fuerint.

Marc 10

Luc 9

Istae 13

Math. 12

## De peregrinatione &amp; somnijs, Gradus tertius.

A

Peregrinatio est omnium quae sunt in patria constantissima desertio, quibus a piera  
 tis destinatione atque exercitatione impedimur. Peregrinatio est omni confidentia  
 noxia vacuum affectus, ignota sapientia, publicum fugiens prudentia, secreta via, iniustis  
 bilis destinatio, occulta cogitatio, vilitatis appetitus, angustiae desiderium, diuini affe-  
 ctus argumentum, amoris copia, inanis gloriae abnegatio, silentij profundum. Solet fe-  
 re & ista cogitatio in initijs sedulo ac vehemēter perturbare amatores dei velut diuino  
 igne, videlicet elongatio a patria & suis, intentione prosequendae vilitatis atque afflictio-  
 nis prouocans huiusmodi amatores. Veruntamen quanto eo maior est & laudibus di-  
 gnior: tanto discernenda cautius est. Neque enim omnis peregrinatio si summis (vt ita  
 dixerim) laudibus vel labijs fiat probabilis est. Nam si omnis propheta sine honore est  
 in patria sua, vt ait dominus, caueamus ne forte peregrinatio fiat nobis inanis gloriae oc-  
 casio. Peregrinatio enim vera, est omnium prorsus rerum desperatio, ea ratione suscep-  
 ta vt nunquam cogitatio nostra a deo separetur. Peregrinus est luctus perpetui & peni-  
 tus in memoria conditi amator. Peregrinus est qui omnem suorum alienorumque affe-  
 ctum ac memoria fugit. Cū ad peregrinationem vel ad solitudinem properas, noli expectare dñm  
 tecū ptrahas affixas seculo aīas. Fur enim ex improviso subrepat. Multi quippe cū negligē-  
 tes quicquid desideriosos seculi seruare molirent cū illis vna periere extincto ex diuturnitate  
 diuini amoris igne. Statim vt susceperis flammam curre. Nescis enim vtrum breui extingue-  
 da sit, ne forte in tenebris te deserat. Seruare alios non exigimur, ait enim sanctus Apo-  
 stolus. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem fratres reddet. Et iterum: Qui doces ali-  
 um, te ipsum non doces. Tanquam dicat, de alijs quidem nescimus, seipfos autem omni-  
 no norunt omnes. Qui peregrinationem amplecti instituitis, caue gyroagum & studios-  
 sum voluptatis daemone. Solet enim peregrinatio ei praebere occasionem. Praeclarum  
 est, nulli rerum mortalium affici, sed huius virtutis peregrinatio mater est. Qui propter  
 deum peregrinatur, habitus omnesque affectus seculi deponat, ne perturbationibus ludib-  
 rio sit. Qui a seculo peregrinatur, mundum iam nullatenus attingat. Solent enim diu sos-  
 pita vitia facillime reuiuiscere. Eua in paradiso inuita exulat, monachus patria sua se spō-  
 te abdicat. Illa enim rursus ad concupiscendum inobedientiae lignum pertracta fuisse,  
 hic autem periculum profecto a carnalibus propinquis sustinuisse. Fuge non segnius quā  
 infestimum flagellum ruinae proxima loca. Eius enim fructus qui non adest, non vsque  
 adeo desiderio mouemur. Neque hic fallaciae furum modus te velim lateat. Suggestunt ple-  
 runque nobis, vt a secularibus non separemur, mercedem inde maximam nos consecutu-  
 ros asserentes, si videntes foeminas nos ipsos contineamus, ac reluctando concupiscen-  
 tiam superemus. Cum annos aliquot remori a patria egerimes, parumque religionis alia  
 quid vel compunctionis vel continentiae nobis ipsis adquisierimus, tunc iam cogitatio-  
 nes vanitatis acris incumbunt. Vtque iam reuertamur in patriam importune suggerunt  
 ad aedificationem formamque & vtilitatem plurimorum, qui actus nostros & opera illicita  
 nouerunt. Quod si quam docendi facultatem aut tenuem scientiam fuerimus adepti,  
 tunc iam vt animarum seruatores & magistros ad seculum redire persuadent, vt quae in  
 portu bene congregata sunt pessime in pelago dispergant. Nō vxorem Loth, sed ipsum  
 imitari studeamus. Anima quippe quae illuc vnde exierat conuersa fuerit, vt sal infatua-  
 bitur iamque immobilis manebit. Fuge Aegyptum atque ita fuge vt nunquam illuc reuer-  
 taris. Corda enim, quae illuc reuersa sunt, pacatissimam quietissimamque terram Hierusa-  
 lem non aspexerunt. Illicitum tamen non est, vt hi qui in initio conuersionis ob tuendam  
 spitaliam infantiam suam, omnia patriamque reliquerunt, cum perfecte purgati fuerint  
 ad eam vtiliter redeant, ea scilicet intentione, vt cum ipsi salute potiti fuerint, nonnullis  
 etiam causa salutis fiant: Siquidem & Moyses ille qui deum viderat, ad salutem gentis suae  
 a deo missus, plurima in Aegypto pericula, videlicet in mundo renebras pertulit. Vtilis  
 us est parentes moerore afficere, quā deum. Ille enim nos formauit simul & redemit. Illi vero  
 quos dilexerunt nonnunquam perdidit. Peregrinus ille est, qui veluti alterius linguae inter igno-  
 te sibi linguae homines in sui agnitione secū habitat. Nō quod propinque nostros & patrios agros os-  
 derim. Idcirco ab illis secedimus. Abstit id penitus. Sed vt detrimētū quod ab illis in nos ma-  
 mare

Math. 23

Roma. 14  
Roma. 2

Gene. 79

mare solet fugiamus. Quia in re sicut fere in omnibus alijs dominus noster magis dicitur & documentum est, qui & ipse saepenumero parentes reliquisse deprehenditur. Et cum à quibusdam audisset: Ecce mater tua & fratres tui quaerunt te, mox praceptor noster optimus impassibile nobis odium subinsinuauit, dicens: Mater mea & fratres mei sunt hi, qui faciunt voluntatem patris mei, qui in caelis est. Ibi tibi pater sit, qui ad depouendam peccatorum sarcinam conlaborare tibi & potest & vult. Mater vero compunctio facta, quae te possit foetidibus abluere. Frater autem is, qui tecum ad caelestem cursum perficiendum laborat & certat. Sociam tibi & uxorem quare, quae nunquam à te separatur, memoriam mortis. Porro filij tibi amantissimi sint, gemitus cor dis. Seruum possit fide corpus tuum. Amicas vero, sanctas virtutes angelicas, quae tibi exitus tui tempore auxiliari poterunt, si eas modo tibi amicas familiarius feceris. Haec est sane generatio quaerentium dominum. Affectus dei, parentum excludit affectum. Qui vero utrunque se habere dicit, ipse se decipit, cum audit dominum dicentem: Non potestis deo seruire & mammonae. Et: Non veni, inquit dñs, pacem mittere in terram & charitatem parentum ad filios & fratres, qui mihi seruire delegerunt, sed gladium & pugnam. Separare enim amatores dei ab amatoribus seculi, Terrenos & materiales ab his, qui terrena omnia omnino materiam superauerunt. Gloriam audios ab humilibus. Latatur enim dñs in hac contentione & separatione, dum sit propter illius charitatem. Caue obsecro, ne forte cuncta aquarum tibi plena videantur, si propinquo affectu & amore tenearis, atque diluuiis amoris seculi cum eis vna pereas. Noli misereri parentum & amicorum lachrymis, alioqui in aeternum lachrymaberis. Quotiens te ut apes circumdederint, imo vero ut vespa, ac super te lametari coeperint propinqui tui, constanter ac celerrime ad mortis atque operum tuorum considerationem conuenire, ut dolore dolorem possis excludere. Pollicentur nobis subdole nostri & non nostri amici laeta omnia & iucunda se exhibituros, ea sane intentione, ut cursum nostrum optimum praepediant, sicque inde iam ad suam voluntatem pertrahant. Sit autem nostra secessio ad eas partes, quae humiliores sint & minus celebres, & ab omni consolatione seculi remotiores. Absconde quantum potes, nec praeter feras ingenuitatem & claritudinem generis, ne aliter in ore, aliter in rebus affectus inueniaris. Nullus ita seipsum peregrinationi exposuit, ut magnus ille patriarcha cui dictum est. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, cum profecto in barbaram atque alterius linguae terram vocaretur. Cuius tamen peregrinationem mirabilem, qui pro magnis viribus imitari studuerunt, eos non nunquam dominus insigni gloria affecit, & si hanc diuinitus concessam gloriam conueniat per humilitatis clipeum fugere & declinare. Quotiens nos daemones peregrinationis alicuius ut magna virtutis gratia laudat, totiens illius qui de caelis ad terras propter nos peregrinationem intenditissima cogitatio: ne meminerimus, inueniemusque nos ipsos in saeculum saeculi tantae propter nos assumptae peregrinationi non posse satisfacere. Grauis est & omnino vitabilis ad propinquo rum vel etiam extraneorum aliquem immoderata affectio, cum ea nos ad saeculum sensum possit attrahere ignemque compunctionis nostrae penitus extingueret. Sicut impossibile est vno oculo in caelum, alterum in terram aspicere, ita fieri non potest, ut in his animam non periclitetur, qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigatione, mores graues & optimos acquirimus, & quos multo temporis labore quaesierimus, fieri potest ut vno momento temporis amittamus. Corruptum enim mores bonos colloquia mala secularia simul & turpia. Qui post abrenunciationem cum secularibus versatur, siue iuxta illos commoretur prorsus aut in eosdem laqueos incidit: aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit: aut certe si non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicans atque condemnans & ipse inquinabitur.

## DE SOMNIIS.

Quod noster cognitionis intellectus imperfectus sit, atque omni ignorantia repletus occultari non potest. Guttur enim cibos, auris autem intelligentias diiudicat. Et tiam inbecillitatem quidem oculorum manifestat solignorantiam vero animae patefaciunt verba. Veruntamen charitatis lex etiam ad ea quae vires nostras superant differenda nos cogit. Reor igitur & si certe statuere non audeo, consequens esse etiam de somniis hic

A hic pauca inferere, ut huius quoque fallaciae malignorum non simus penitus ignari. Somnium est animus in immobilitate & quiete corporis. Fantasia est oculo seductio, insopita mente. Fantasia est animi excessus vigilante corpore. Fantasia est speculationum loco substituta. Causa ob quam in hoc nobis de somniis dicendum esse arbitrati sumus, aperta est. Cum enim relictis domibus, & propinquis nostris, diuinæ charitatis causa nos ipsos peregrinationi exposuimus tunc iam daemones in somniis nos perturbare mouentur. Propinquis nobis subinsinuat aut plorantes, aut morientes, aut nostri causa languore aliquo vel etiam detrimeto fatigatos. Qui igitur somniis credit, similis est ei, qui post umbram suam currit & eam apprehendere nititur. Daemones inanis gloriae in somniis propheticæ quæ futura sunt ut astutissimi nobis iniiciunt, atque ea nobis per somnium pronunciant, ut cum impleta fuerint, quæ per quietem vidimus, stupore maximo detineamur. Et quasi iam propheticae gratiae proximi cogitatione tumescere incipiamus. In his qui sibi credunt daemones saepe propheta sit. Porro is, qui se spernit semper meritis est. Spiritus enim cum scit quæ intra hunc aerem sunt, videt omnia, & cum intellexerit mortuum aliquem, id per visum leuioribus praedicat. Nihil futurorum ex praescientia nouerunt, namque & venefici mortem nobis praedicere utique possent. In angelum lucis se transfigurantes & martyrum speciem saepius transfigurantur, accedentesque seipsos nobis per somnium ostendunt, excitantes vero elatione & gaudio praecipitant. Hoc autem tibi erit deceptionis signum: Cruciatu & iudicia & separationis per visum nobis angeli ostendit, atque experectos tremefactos, mectosque relinquunt. Cum in somno daemonibus credere coepimus, tunc iam & vigilantes ab ipsis illademur. Qui somniis credit, per omnia reprobus est & stultus. Qui vero eis nulla ratione credit, hic vera philosophus est habendus. Solis eis crede, qui tibi cruciatu & iudicium denunciant. Quod si te deperatio conturbat & istud est à daemonibus.

## De obedientia gradus III.

Nunc iam nobis ad Christi pugiles ac pietatis athletas procedens sermo deinceps aperitissime occurrit. Omnem quippe fructum praecedit flos, omnemque obedientiam peregrinatio aut corporis aut voluntatis. In his enim duabus virtutibus veluti in aureis pennis ad caelum impigre se sancti viri anima sustollunt. De qua spiritu sancto afflatus quidam fortasse concinit. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo & res. Psal. 74 quietisamper actiuam & per contemplationem & humilitatem. Ne ipsum quidem fortissimorum bellatorum habitum, negligenter praeterendum existimemus. Ut illi clypeum teneant fidem, scilicet ad deum atque ad exercitationis suae magistrum, per ipsum, ut ita dixerim, omnem infidelitatis, omnemque praeruaricationis cogitationem repellentes. Gladiumque spiritus assidue vibrent, voluntates suas omnes sibi propinquantes necaturi. Loricasque ferreas patientie scilicet ac mansuetudinis se induant, per quas omnem contumeliam ac aculeum, sermonisque iaculum repellant. Habeant & galeam salutis orationis partis spiritualis praesidium. Stent praeterea non vincis pedibus, sed altege quidem ad ministeria praetendant, altege vero fixum in orationibus atque immobilem teneant. Obedientia est animae propriae perfecta abnegatio, per corpus certius ostensa. Aut forte versa vice, obedientia est mortificatio membrorum in viuente animo. Obedientia est inexaminatus atque indiscussus motus, spontanea mors, vita curiositate carens, securum periculum, immeditata ad deum excusatio, metus mortis contemptio, tuta nauigatio, confectum dormienditer iter. Obedientia est sepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis: nihil resistit, nihilque discernit mortuus in bonis aut ijs quae videtur mala. Nam qui pie animam suam mortificauerit, securus pro omnibus ratione reddet. Obedientia est discretionis depositio inter diuitias discretionis. Initium quidem mortificationis vel membrorum corporis vel animae voluntatis labor est. Medium vero interdum labor, interdum requies. Finis autem iam omni motus perturbatione, omnique laboris sensu vacat. Tunc demum labore & dolore fatigari deprehenditur, viuens hic beatus mortuus, cum se animaduertit voluntati propriae obtemperasse, metuens. s. propriae voluntatis onus. Quicumque ad intellectualis congressionis stadium exte conamini, quicumque iugum Christi tollere super ceruices vestras cupitis & sarcinam vestram alterius collo imponere fatagitis, quicumque venditiones vestras sponte scribere curatis, ut pro illis in aeternam libertatem conscribamini, quicumque aliorum manibus sublatis, & natantes mare hoc magnum traicitis: scitote quod breuem quam



clam & aspectu viam pergere conamini, in qua vnus & solus later error, quem Græci dicitur <sup>id est</sup> *quod* nos sumet moderationem dicere possumus, cum, si quisq; sibi idoneus ad ferendum & moderandum videtur. Quem qui effugerit, ad ea quæ honesta & spiritalia sunt, ac diuinæ maiestatis oculis gratissima, fere ante veniet q̄ ire coepit. Obedientia est enim nunq; sibi, ne in his quidē quæ videntur optima, vsq; ad consummationem vitæ credere. Cum igitur ceruicem nostram in dño inclinare atq; alteri credere desiderio acquirendæ humilitatis ac propriæ salutis insitimus, ante huius militiæ ingressum, si qua in nobis est calliditas & prudentia, gubernatorē cautissime examinemus & discernamus, atq; (vt ita dixerim) tentemus, ne forte nautam pro gubernatore, languentem pro medico, vitiosum pro vitij carere. Postremo, in festum pelagus pro placidissimo portu ignari deligamus, nobisq; ipsis parati, promptumq; naufragium ingressi, minime iam optimū institutorem nostrū in aliquo peccato dijudicare licebit, etiā si in illo (homo enim est) modica aliqua delicta animaduertimus. Si vero alias fecerimus, nihil nobis obedientia prodesse poterit. Necessè omnino est, vt qui fidē certam & immobilē ad magistros suos habere cupiunt, eorū recte facta profundo corde hauriāt, eaque indebiliter memoriæ cōmendant, vt cum dæmones infidelitatem aduersus eos vllā nostris cordibus inferere conati fuerint, ex his quæ memoria tenemus, illos ora obstruamus. Quanto enim fuerit in corde viridior fides, tãto corpus ad officia oīa & ministeria promptius occurrit. Qui vero per infidelitatem offenderit, lapsus est. Omne enim quod fidei caret fundamento, peccatū est. Cum tibi cogitatio suggererit, vt prelatū aut diiudices aut damnos, ab ea nō secus q̄ a fornicatione desidi. Neq; profusus huic serpenti requiē præstes, nō locum, nō ingressum, nō initium, loquere ad huiusmodi draconē atq; cum his verbis incesset: O malignissime seductor nō ego ducē meum iudicā dum suscepi: sed ille me, nō ego illius: sed ille mei iudex est. Arma quidē iuuenum, psalmodi cantus inuicem: vero orationem. Lauacrum autē mundissimas lachrymas esse patres diffiniunt. Beatā vero obedientiam, confessionē, qua sine vitio loq; nemo deū videre merebit. Qui subiectus est atq; alterius paret imperio, ipse aduersus seipsum sententiā fert. Nam si quidē propter deū perfecte obedierit, etiā si non perfecte obtemperare videat omnī iudicio se exiit: Quod si in quibusdā suam implere voluntatē voluerit, etiā si obedire visus fuerit, ipse sibi onus luit vel addidit. Quem tamē si platus arguere nō destitit, rectissime omnino fecit, si autē tacuit nescio qd inde dixerim. Qui in simplicitate dño subiiciuntur, felicē cursum peragunt, dum nō per superstitiosas cauillationes in se dæmonū versutias iritāt. Ante oīa vero culpas nostras p̄claro iudici nostro soli cōfiteamur, omnibus que sita ille iusserit cōfiteri, parati simus. Nam in lucē educā vulnera nunq; in deterius proficiunt, sed sanabuntur. Cum in cenobiū quoddam deuenisse aliquādo, animaduertit iudicis, pastorisq; optimi terribile iudiciū. Nam dum illic morā traherem, cōtigit quendam ex latronū ordine ad monasticæ cōuersationis gratiā venire. Quē optimus ille pastor, peritissimusq; medicus per dies VII. quieti omni per se iussit, vt monasterij statū, normamq; omnē perspiceret. Post diē vero septimū seorsum accitit pastor interrogat: Num sibi cēseret optimū, cum illis vnā habitare. Cum vero illū sibi cum omni sinceritate annuētis voce respōdisse cerneret, rursus: Quid in seculo iniquū operatus esset, interrogat. Postq; ergo illū sibi prompte & rationabiliter oīa confessum vidit, iteq; ad illū tendandi gratia, dicebat: Volo, inquit, vt hęc omni cœtu fratruū astante cōfitearis & detegas. Ille reuera sua detestās scelera, omnīq; cōfusione calcata in dubitāt id se factū: pollicitus est. Et si vis, inquit, etiā in Alexādrig ciuitatis medio id faciā. Deinde collectis in ecclesia pastor omnibus ouibus suis (erant autē in numero CCXXX. Cum cōsummarentur diuina mysteria (erat enim dies dñicus) lecto Euāgelio inferri illum reū illum nihil contra querentē iubet, quibusdā illum ex fratribus trahētibus, modicēq; verberātibus, vincum post terga manus, asperrimōq; cilicio amictum, conspersumq; cinere caput p̄ferentem, adeo, vt ex ipso aspectu oēs stupefacti, protinus exorto gemitu ingenti proclamaret ac mugitū redderent. Neq; enim quisq; illoz quid fieret sciebat. Cum vero iam ecclesiā inuis appropinquaret, magna illū & terribili voce cōpescuit. Sacruū illud virum clemētissimū iudicist. Sta, ingens, es enim indignus vt huius loci limē attingas. Tum ille pastoris voce percussus, quæ ad illū ex intima veri medici, sapientissimāq; ratione sonuerat, videbatur enim sibi vt nobis postea sub iureiurādo firmabāt, non vocātis hoīs, sed terribilis tonitruū

**A** nitruū vocem audiuisse, tremebūdus & omnino pauore turbatus in faciem protinus corruit. Cum vero iaceret humi & pauimentum madefaceret lachrymis, permittitur ab admirabili medico, qui cūcta ad illius salutē moliebatur, formamq; salutis ac certissime militatis omnibus dari cupiebat, cūcta quæ gesserat singulatim & per species dicere. Ille vero cum horrore ingenti oīa singulatim cōfessus est, quæ audiens oīs cœtus penitus exhorreret. Non tñ quæ per corpus præter naturā, ac secundum naturā in irrationabilibus & mutis animātibus deliquerat, verum etiam veneficia & homicidia, &c. quæ audire aut scripturæ tradere fas nō est, omnino nihil reticens. Cōfessum igitur, statim ronderi, fratribusq; aggregari permisit. Ego vero sancti illius admiratus sapiētiam, seorsum interrogauī illum secretius. Cuius rei gratia tam peregrinā iudicij formā exhibuisset. Ille autē vt verus medicus, duaz, inquit, reze gratia. Primum quidē vt confitentem per præsentem, temporalemq; cōfusione æterna cōfusione liberarem, qd & factum est. Neq; enim ex paūimento surrexit o Iohannes quin peccatorū omnium remissione potitus est. Neq; vllō huius rei scrupulo velim mouearis. Nam vnus ex fratribus, qui illic aderant mihi procerum quendā ac terribilem se vidisse asseueravit, cōscriptam cartam & calamū tenentem & cum frater ille humi prostratus peccatum cōfitemens pronūciaret, hoc ille calamo debebat, & merito sane, dixi, inquit, pronūciabo aduersum me iniquitatē meam dño, & tute, im <sup>Psalmo 11</sup> pietat. cor. mei. Secūdo sane, quæ habeo nōnullos qui peccata quidē necdū cōfessi sunt. Quo circa iam & illos ad confessionem hoc exēplo prouoco, qua sine nullus remissione potietur. Et alia igitur plurima admiranda & memorabilia in illo dignissima, semperq; memorādo & grege & pastore perspexi, ex quibus plurima nobis referare animus est. Per mansi enim apud illos tēpus non modicū, illoz assidue cōuersationem ac viuēdi genus explorans. Stupens quomodo terrestres illi cœlestes angelos imitarentur. Charitatis quidem oēs sibi inuicem insolubili vinculo cōstrangebantur, & qd est omnino mirabilis, nulla apud illos inepta cōfidentia, nullus ociosus sermo deprehēdi poterat. Obseruabāt vero id cautissime vt in nullo fratris vulneraretur cōscientia. Quod si q; inter eos quēquē odisse inueniret, hunc pastor vt damnatū ad separatū huiusmodi reis monasteriū veluti in exiliū mittebat. Maledixerat aliquādo vnus ex illis proximo suo, quē protinus pater sanctus eliminari iussit, æquum nō esse asserēs in monasterio visibilē atq; inuisibilem diaboliū perpetrū. Vidī ego apud sanctos illos res maxime sane vtiles atq; admiratione dignissimas, fratruū cœtū in vnum collectū Christiūq; charitate deuinctū in vtrāq; vita, actiua. f. & cōtemplatiua mirabilē, adeo enim seipsos singuli diuinis rebus exercebat, vt fere nihil opus haberēt a patre admoneri, sed se inuicē vltro ad diuinā euigilationē excitarent. Erant enim statuta illis & meditata & solidata sancte quædam & diuine exercitationes. Nam si quādo cōtingeret, vt eorū aliquis absente abbate quicq; maledici aut alias noxiū vel ocioso sermonis loqui cepisset, occulto nutu latenter eum frater alius gratitatis admonēs, illum a cœpto sermone retrahebat. Quod si ille fortassis minus animaduerteret, iam qd admoneret prostrato ante illū toto corpore abibat. Si qd vero necessario loquēdum erat, oīs illoz collocutio iugis erat mortis collocutio vel admonitio, æterniq; iudicij cōsideratio. Nō præteribo silētio coci monasterij illius abmirabilē, singularēq; virtutem. Cum enim illum animaduertē in tam frequēti, perpetuoq; ministerio, iugiter secum habitare, gratiamq; possidere lachrymarū orauī supplex vt mihi qdammodo meruisset istiusmodi gratiā reuelare dignaret. Qui tandē p̄cibus fatigatus meis, ita respondit: Nunq; me hominibus seruire arbitratum sum, sed deo & indignū meipsum quieti omnī iudicās ex huius ignis cōtemplatione sempiterni incēdij, iugi memoriā cōpungor. Aliud iteq; singulare virtutis illoz genus referre placet. Nam ne ad mensam quidē sedentes a spiritali opere cessabāt. Cæteroz signo quodā, nutuq; incognito occulte in animo orationis semetipsos, beati illi viri admonebant. Neq; vero ad mensam solum residētes, hoc eos facere animaduertes, vtz & cum sibi obuiarēt, cum simul cōuenirent, id faciebāt. Porro si quis ipsoz in aliquo vnq; deliquisset, videres fratres alios notis omnibus ab illo flagitare, vt sibi curā reddendæ patri rationis relinqueret, atq; ab illo debitā increpationis vehementiam perpeti sinneret. Quod tamen discipuloz opus maximus ille vir cum explorasset leuiore iam increpationis genere vtebatur, sciēs eum qui corripiebat in fontē esse. Neq; tamen q; proprie deliquisset inquirebat. Quādo vero apud illos locū inueniret aut ocioso sermonis aut scurrilicis memoriam, si quis autē ex illoz numero aduersus fratrem



contendere vnq̄ cepisset, præteriens alter aduoluebatur illoꝝ genibus, sicq̄ iracundiæ motum mitigabat. Quod si seruare illos iniurię memoriã scripsisset, rem protinus ad eum referbat, q̄ post abbatē secūdos monasterij in regimine præerat, eosq̄ ante occasum solis in gratiã reuocare nitēbatur. Sin vero illi obdurati amplius exasperarētur aut cibum fumere vsq̄ ad reconciliationem non permittebātur, aut certe monasterio expellebātur. Laudabilis sane, memorabilisq̄ diligētia, ex qua fructus vberimus gignebatur atq̄ nascēbatur. Plurimi apud sanctos illos viros deprehēsi sunt actū & speculatione, districtio neq̄ & humilitate mirabiles. Videres in eis terribile quoddā, angelicūq̄ spectaculum, senes canicie verēdos, augustiore facie infantium in morem ad obediendum semper paratos, huc illucq̄ discurrere, gloriāq̄ sibi maximā per humilitatem cōparare. Vidī illic viros L. fere annos in obedientiæ certamine egisse, à quibus cum addiscere orarē quam ex labore isto cōsolationem quem profectum inuenissent. Alij quidem in abyssum humilitatis iam se peruenisse dicebant, per quam bellum omne semper excluderent ac superarent. Alij sensum omnē laboris & doloris in maledictis & cōtumelijs se perfecte exuisse dicebant. Vidī alios ex illis æterne memorandis viris, angelico aspectu, venerandāq̄ canicie ad profundissimam innocētiam, simplicitatemq̄ sapientię plenissimam, summa alacritate proposti, deiq̄ adiutorio quesitā non irrationabilem quandā & inspidam vt in seculi senibus cōtingit quales deliros vocare solent, peruenisse extrinsecus quidē mites totos, blandos, placidos, lætos, nihil fictum, nihil adulterinū in suis verbis aut moribus habētes, rem quidē quæ in paucis negligens, Interius vero in anima deum ipsū ac prælatum infantum in morem ambientes, mentisq̄ aciem aduersus dæmones & vitia audacem, firmissimamq̄ intendentes. Deficere me vitæ mæc tempus, o sacrum caput & deo dilecta congregatio si voluero beatorū illoꝝ virtutes & ad cœli vsq̄ pertingentem vitæ sanctitatem enarrare. Sed tamen existima nos tutius in illoꝝ sudoribus ac laboribus sermonem hunc nostrum exornare, quo acrius ad huiusmodi gratiam deo imitationem excitemini q̄ proprijs, vilibusq̄ monitis. Nam absq̄ vlla controuersia id qd deterius est à præstatiore adornatur. Illud autē in primis rogo, vt nihil nos fictum scribere existimetis. Solet quippe infidelitas corrumpere vtilitatem. Igitur ad ea quę cepimus rursus accingamur. Vir quidā Isidorus nomine, Alexandrię ciuitatis primarius, in ipso cœnobio ante hos annos seculo abrenunciavit, quem & ipse illic videre merui. Hūc pastor ille mirabilis suscipiens, aspectuq̄ ex ipso aspectu, quendam & intractabilem, superbumq̄ ac seculi dignitate tumidū, coniciens humana arte dæmonum fastum sapiētissimē deiecit, atq̄ ad Isidorū: Si reuera Christi iugum tollere decreuisti, volo vt ante oīa te obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille sicut, inquit, fabro ferrum subiectū est. Ita & ego o sanctissime me ipsum obedientiæ expono. Quo ille respōso, gratissimēq̄ exemplo curatus, continuo Isidoro exercitij manus admouit, vt ferro, volo, inquit, fratum ante monasterij ianuam existas, omniumq̄ ingredientū & egredientū prouolutus genibus dicas. Ora pro me pater, qm̄ peccator sum. Sic autē ille obediuit sicut angelus dño. Itaq̄ cum VII. annos ille peregrisset, atq̄ ad profundissimam humilitatem, cōpunctionemq̄ peruenisset. Voluit pater post incomparabilem viri tolerātiā, cuius superiori tempore aptum documentū dederat hunc fratribus cōnuerare. Et vt reuera dignissimū etiam ordinatione honorare, vtz ille plurimis multoꝝ & me ipsū precibus apud patrem egit, vt ibidem illum sineret, sicuti hætenus fecerat degere, cursumq̄ suum perficere intelligens, neq̄ obfure his verbis significās finem suum iam ac uocationis diem imminere. Quod & factū est. Nam cum in ipso ordine illum permanere magister permisisset, post decimū diem per abiectionē & ignominiam gloriosissime migravit ad Christū. Postq̄ septimum dormitionis suæ diem ianitorum quoq̄ monasterij assumpsit. Dixerat autē et beatum ille, pollicitusq̄ fuerat, qd si post excessum suum cōfidentia ad dominum frui mereretur, inseparabilis ille sibi comes fieret, idq̄ celeriter. Quod & factū est, vt certissime nobis meritoꝝ eius & perfectæ obedientiæ, sacraq̄ ac diuinę humilitatis esset indicium. Interrogauī ego eum cum adhuc superesset magnum hunc præclaz virum, quam exercitationem mens eius habuisset cum ad portā moraretur. Neq̄ abscondit à me cum prodesse mihi cuperet, memorabilis ille ac dulcissimus pater: Initio, inquit, hoc existimabam qd pro peccatis meis essem venditus. Vnde cum amaritudine summa & violentia & sanguine prouoluebar omniū pedibus impleuerā vix annum cum sine mœre iam ac tristitia id fac

A id faciebam, mercedē adeo tolerātiæ expectans. Impleto autē rursus anno alio, toro affestu cordis indignum me ipsum existimare cepi cōuersatione monasterij, patrumq̄ affestu & cōtubernio, diuinorumq̄ participatione sacramentoz, indignum item qui in alie cuius faciem intenderem. Quo circa defixis in terra luminibus, nec ab oculis discrepante animo, intrātes atq̄ exeuntes vt pro me orarēt, deprecabar. Cum ad mensam aliquādo cōsedissemus, summus ille magister inclinās suum sanctū os ad aurem meā, vis, inquit, tibi ostendā in extrema profundāq̄ canicie diuinū sensum atq̄ prudentiam. Cumq̄ id summis precibus orarē. Aduocat ex proxima mensa quendā Laurentium noīe, qui XL. fere & VIII. annos in monasterio degerat, sedensq̄ erat sacrarū presbyter. Qui cum venisset atq̄ abbatē genibus flexis astaret ab illo quidē benedicitur. Sed cum surrexisset nihil illi penitus dixit, sed sic ante mensam sine cibo stare permisit. Erat autē tunc prandij initium, itaq̄ prolixam horā atq̄ fortasse duas immobilis stetit, adeo vt ipse quoq̄ erubescerem. Neq̄ em̄ in illius facie intueri præverecūdia possem. Erat em̄ canus totus, octogessimūq̄ iam agebat ætatis annum. Māsit autē sine responso vllō vsq̄ ad refectionis finem. A qua cum surgeremus mittitur iam à sancto illo, vt memorato Isidoro diceret XXXIX. Psalmi initium. Nō omisi ego, vt sum verusitissimus, quin senē illum tentarē. Ita que cum eum postea interrogarem, qd astans cogitasset, Christi, inquit, imaginē pastori imposui, neq̄ em̄ ab illo hoc penitus pceptum exisse, sed à deo existimaui. Quare o pater lohānes non coram mensa hoīm, se coram altari diuino astare me putans orabam. Nullamq̄ penitus malignā cogitationem aduersum pastore admitterebam, pro synccra in illū fide mea & charitate, dictum est em̄, charitas nō cogitat malū. Sed & illud scito pater, qd cum qs innocentiæ ac simplicitati se omnino dediderit, nullū iam maligno cōtra se aut tēpus aut locū dabit. Reuera autē qualis erat ille iustus rationabiliū peccoz pater, ac per deum pastor, talē etiam habebat à deo sibi traditū monasterij dispēsatorem pudicū & moderatū, vt quis alius mitem vero, vt admodū pauci. In hunc aliquādo ad ceteroz vtilitatem magnus ille inuectus est absq̄ vlla causa, iussitq̄ de ecclesia projici intēpeste sane. Ego cum scire eum eius criminis qd sibi pater obiecerat infonstem, seorsum magno illi dispēfatoris cōmendabam innocētiam. Ad quem & ille sapientissime. Scio, inquit, pater, sed sicut crudele est ex ore famelicū infantis panem rapere, ita & seipsum & operariū lædit, qui animas suscipit regēdas, nisi illi coronas quātas illum sustinere posse nouit horis singulis prouidere fatagat, siue per cōtumelias, siue per ignominias, siue per obiectiones, siue per ludibria. Tria em̄ maxime cauenda cōmittit. Primum, qd ipse increpationis mercede priuatur. Secundum, qd alijs ex alterius virtute prodesse posset id agere misit. Tertium vero qd est grauissimum qd nō nunq̄ qui videntur esse probatissimi & laboris patientissimi, si ad tēpus negligantur atq̄ iam vt virtutibus præditi à prælato non corripiantur, siue probris atq̄ iniurijs afficiantur, ea quæ in eis inerāt modestia & tolerātia destituuntur. Nam & si bona & frugifera, pinguisq̄ terra est, cōsuevit tamen aquæ. i. ignominia defectus illā infructuosam, ac syluestre efficere, spinasq̄ fornicationis & noxię securitatis in ea germinare: Hoc nō ignoras magnus ille Apostolus Timotheo scribit: In ista, inuehe, argue illos opportune importune. Ego cum illi spectatissimo duci adhuc refisterem, infirmitatemq̄ ætatis huius allegarē, vtq̄ plurimi fere frustra increpiti, imo & fortasse nō frustra à grege abrūperentur. Ita rursus obiectioni mæ, sapiētia dōmiciliū occurrat: Anima, inquit, quæ propter deum pastori fide & charitate deuicta est vsq̄ ad sanguinē sustinens nunq̄ recedet. Et maxime si antea ab ipso in suis vulneribus fuerit adiuta, solatioq̄ & beneficijs affecta, memor illius, qd dixit: Neq̄ angeli neq̄ principatus neq̄ virtutes neq̄ creatura vlla à charitate Christi nos separare poterit. Quæ autē ita colligata & solidata agglutinataq̄ nō fuerit, misē valde si nō frustra in loco morā facit. Nō em̄ veræ, sed fictæ obedientiæ annexa est. Nec sane magnus ille vir spe sua frustratus est, sed direxit & perfecit atq̄ obtulit Christo immaculatas hostias. Audire libet sapiētia dei, admirariq̄ in vasis fictilibus inuentā. Admirabar ego illic p̄sens nouiter ex seculo venientium fidem & tolerātiā atq̄ in ignominijs & cōtumelijs & aliquādo etiā persecutionibus insuperabilē patiētiam, quas non tm̄ ab abbate, sed ab ijs quoq̄ qui lōge inferiores erāt perpetiebātur. Itaq̄ ædificationis gratia quendā ex fratribus sciscitatus sum, qui annos XV. in monasterio egerat, Abbacyz nomine, quem maxime affici iniurijs fere ab omnibus videbā. Nonnunq̄ vero etiam à ministris ex mēsa fugari. Erat em̄ frater ille natus

turaliter lingue aliquantulum incōtinens, dicebā itaq; ad illū: Quid est frater Abbacyre, q; te quādie a mēsa expelli video, ac nonnunq; dormire incenatū? Qui ad hæc ita respondit: Crede mihi pater, probāt me patres mei vtrū monachus esse cupiā, nō aut vere id faciūt. Quā ego patris alioq; intentionē nō ignorans, leuissime ac sine vlla molestia oīa tolero. Et ecce XV. iam annū ego istud cogitans sicut & ipsi, quādo monasteriū intraui, disxerunt mihi q; vsq; ad XXX. annū renunciātes probare solerēt. Erēctē quidē pater Iohannes, sine probatione em̄ aux; non perficitur. Hic igitur egregius Abbacyrus secūdo anno postq; aduenerā migravit ad dñm in monasterium hoc, patribus cum deficeret, dicens: Gratiās ago dño & vobis patres, q; me ad salutē meam tentastis iugiter, hæc em̄ ex causa immunis a tentatione dæmonū hæctenus māsi. Quem etiam tanq; confessorē & cum his qui illic obierant sanctis dignissime æquissimus pastor sepeliri iussit. Detrimēto nō minimo officio probitatis æmulos, si virtutem certamenq; Macedoniū, qui primus erat monasterij diaconus, monumento silentij sepeliā. Hic dilectus dñi aliquando imminente Epiphaniæ sanctæ solennitate, abbatē ante duos dies obsecrat, vt se propria necessitatis gratia ad Alexandriam proficisci sineret. Citius tamē se ob diei festi ministeriū preparationem redituꝝ spondens. Igitur infestus bonis omnibus diabolus, diacono in impedimento fuit, vt dimissus ab abbate ad monasteriū die sacro sanctæ solennitatis non rediret. Igitur post diem vnum peractæ festiuitatis, reuertētē abbas amouit a monasterio, atq; in vltimo incipitium constituit ordine. Suscepit bonus patientij diaconus, fortissimusq; tolerantia archidiaconus patris verbum, ac sententiam adeo absq; mōerore, vt quasi nō ipse, sed alius videretur increpatus. Igitur cum in tali ordine dies XL. peregrisset, rursus illum ad pristinum gradum reduxit sapientissimus pater. Quem item post vnum diem archidiaconus obsecrat, vt se in eadem ignominia humilitate restituat, deliquisse se graue quoddam atq; infandum in ciuitate asserens. Sciens autem sanctus hunc non vera prosequi, sed humilitatis gratia hoc inquirere, cessit parere honesto desiderio. Vidisset canicem venerandā degerē in incipientium ordine, sincere omnes vt pro se orarent, deprecantem. Cecidi enim, aiebat, in fornicationem in obedientia. Mihi tamen humiliter referavit hic magnus Macedonius, cuius rei gratia ad hanc propositi humilitatē ita sponte accurisset. Nunq; enim, inquit, ita me bello omni leuigatum sensu, diuiniq; luminis dulcedine in me ipso vidi. At qui naturæ angelorū est nō cadere, vt aiunt quidā, forte non valentium hoīm vero cadere, rursusq; cum hoc cōrigerit surgere: dæmonū vero cum tm̄ semel ceciderint nunq; penitus resurgere. Is autē cui monasterij dispensatio tradita erat hoc mihi enarrauit Iuuenis, inquit, cum essem atq; in cura animalium degerem, contigit vt in grauissimam animæ ruinam præcipitarer, mihiq; cōsuetudo erat nihil vnq; in cordis foruea tectū seruare. Igitur apprehensa cauda (quam finem operis appello) medico mox facinus meū denudaui. Qui serena facie subridens, leuiterq; maxillā meam feriens, abiit, inquit, fili, ministeriumq; tuū, vt prius exequere, nil penitus metuēs. Ego itaq; fide firmissima roboratus, paucisq; diebus sanitatis meæ certior factus, viā meā gaudio simul & tre more plenus curebām. Habet oīs creaturæ ordo, vt aiunt quidā, differentias plurimas. Itaq; qm̄ & in illo fratrum cœtu erant profectuum, sententiarumq; differentia. Si quos forte pater sanctus ostentationi studere denotasset, cum seculares ad monasteriū veniebant, hæc eos arte curabat. Cōtumelijs illos in cōspectu aduentantium afficiebat, ministeriaq; illis ignobiliora iniungebat. Quo illi increpationis genere ita sanabātur, vt iam si qui ex seculo ad monasteriū venissent, aspectum eorū cursu fugerent. Eratq; iucundum spectaculū videre ipsam inanem gloriam seipsam persequētē, hoīes quia fugientem. Noluit me dñs ex eo monasterio absq; viatico orationum sancti cuiusdam viri demigrare, assumpsitq; inde septimo die anteq; proficiscerer viæ per cuncta mirabilem, Mennam nomine, secundū post abbatem in monasterij regimine, qui annos iam quinquaginta & nouem egerat in monasterio, omnemq; cœnobij administrationē executus fuerat. Tertio igitur die celebrātibus nobis pro dormitione tanti patris officium consuetum, subito locus ille vbi sancti viri corpus iacebat, miri odoris fragrantia impletus est. Permissit igitur magnus ille loculum, in quo repositū erat corpus, detegi, quod cum factum esset vidimus omnes ex illius preciosissimis plantis veluti ex duobus fontibus vnguenti manare suauitatem. Tunc ad oēs monasterij magister cōuersus, videtis, inquit, vt fatigationē eius ac laborum sudores quasi reuera vnguentum preciosissimum oblatis, susceptiq; deo-

A sunt. Multas quidem & alias huius beatissimi Mennæ virtutes nobis loci eiusdem patres referebant. Dicebant vero & istud quod volens aliquando insignem illius pater monasterij probare patientiam, reuersum ad monasterium prostratumq; abbati & benedictionem secundum consuetudinem suscipere orantem a vespera vsq; ad collectæ horam ita illum humi iacere prostratum permisit. Tunc vero iam illum benedicens & veluti ostentationis gratia cuncta facientem, ac impatientissimum obiurgans erexit tandem. Sciebat enim sanctus quam id fortiter ferret, quo circa & istud ad cunctorum ædificationē spectaculum edidit. Huius vero sancti Mennæ discipulus qui magistri omnia plenissime nouerat & de his certiores nos reddere solebat. Cum illū curiosius interrogarem an ante abbatem ita prostratus somno depressus fuisset, asseuerabat illum sic humi iacentem, psalterium omne cecinisse. Non omitam sermonis nostri coronam & præsentium illustrare smaragdo. Moui ego aliquando quibusdā ex illis fortissimis senibus desolitariae vitæ queire questionem, illi vero serena ac subridenti facie læto atq; placidissimo gestu aiunt ad me. Nos o pater Iohannes terrenicum sumus, terræ etiam propius vitæ institutum cepimus: illud conuenire iudicantes, vt pro mensura infirmitatis nostræ etiam bella lubitamus, satius esse existimantes cum hominibus luctari qui aliquando quidem efferantur, aliquando vero mansuecunt & resciscunt, quam cum dæmonibus qui aduersum nos semper armantur & sæuiunt. Alius vero ex illis rursus sempiternæ memorandis viris, cū me in domino plurimum diligeret meq; familiarissime vteretur, mihi semel placidissime dixit. Si reuera sapientissimus cum sis effectum virtutemq; verborum eius qui dixit. Omnia possum in eo qui me confortat, si Christum tota animi intentione complexus es, si spiritus sanctus castitatis rore vt olim in virgine ita superuenit in te, si virtus patientiæ obumbravit tibi, accinge sicut vir lumbos tuos obedientiæ linteo, & a quietis cœna consurgens, in spiritu contrito fratrum pedes laua, imo vero abiecta mente fratrum pedibus aduolere. Statue in cordis tui ianua seuetos ianitores & vigiles. Tene insuperabilem atq; immobilem mentem in corpore huc illucq; distracto. Exerce in membris agilibus ac mobilibus intellectualem quietem. Atq; id quod miracula excedit omnia, esto in medio tumultuum impavidus animo. Restringe insanam linguam, ne ad contradicendum facile desiliat. Pugna aduersus hanc rabidam don iam dies septuagies septies. Affige in animæ ligno (quam crucem dicimus) in eodem vihelicet mentem, vt per aternos maledicorum ictus, & crepitus percussa ludibrijs, & maledictis, irrisionibusq; lacerata, iniurijs affecta in fracta & in nullo læsa seu dissoluta perseverans, tota lenis & plana immobilisq; persistat. Exue te voluntatibus tuis, vt confusionis amictu, atq; his nudus stadium pietatis ingredi. Indue quod rarum & difficile inueniri potest ad certaminis magistrum immobilem vel inuolabilem sicut lorica, quam nulla iam infidelitas dissoluere & violare possit. Contine freno pudicitia tactum impudenter profluentem. Reprime perpetua meditatione mortis oculum, ne horis singulis magnitudines ac pulchritudines corporum curiosus intueri velit. Refrena iugi tui ipsius cura curiosum animum, qui dum sui negligens est, fratrem semper condemnare vult, omnemque dilectionem & misericordiam affectum ad proximum sincere semper ostende. In hoc enim amantissime pater vobis cognoscent homines quod Christi discipuli sumus, si in vnum congregati dilectionem habuerimus ad inuicem. Irrisiones horis singulis vt aquam viuam bibe. Huc huc rursus aiebat amicus optimus, accede hic nobiscum vna morare. Nam cuncta quæ sub cœlo sunt perferutatus, iucunda & læta sanctus Dauid, nouissime omnium hæsitans vel exultans aiebat. Ecce nunc quid bonum aut iucundum? Nihil sane aliud, quam habitare fratres in vnum. Quod si nondum huiusmodi patientiæ & obedientiæ tam præclaro bono digni sumus, reliquum est vt infirmitatem agnoscentes nostram, procul a certaminis stadio in solitudine stemus, atque huiusmodi athletas beatos confiteamur eiq; patientiam imprecemur. Victus sumi fateor verbis optimi patris ac præstantissimi magistri, qui mihi euangelicā, & prophetica autoritate, ac longe amplius sincerissimi amoris iure repugnauerat. Ex quo factum est vt sanctæ obedientiæ absq; vlla controuersia iam palmā non inuitus dare. Vnā adhuc perutilem illorū beatorū virtutem memora bo, ac veluti ex paradiso exiēs ad ineptā rursus & inutilem ac spinosam orōnem nostrā remeabo. Ad orationē plerumq; stantibus nobis, aduertit pater sanctus q̄sdā inuicē colloquētes, q̄s a fores ecclesię statūes iussit, vt p. 7. dies cūctis intrātibus & exētib; p̄sternerentur.

tur sine clerici siue presbyteri fuissent. Considerans ego quendam ex fratribus ad psallendū attendens attendens astantem, atq; in principio maxime hymnorum veluti ad quosdam nutibus suis & facie loquentem, rogabam vt mihi quid sibi mos ille & nutus ille vellet aperire. Qui prodesse mihi cupiens nihilq; abscondere decernens, ego (inquit) pater Iohannes cogitationes meas & mentem atq; animum colligere à principio collectæ consueui, & coram conuocatis eis acclamare, venite adoremus & prociadamus Christo regi ac deo nostro. Eum vero qui parandæ fratribus refectioni præerat, cum curiosus inquirerem, hoc facere animaduerti. Ad cuius latus cum appensum cingulo breuem libellum conspicerem, didici eam quotidie cogitationes suas in eo notare, hæc omnes nuntiare pastoris solitum. Non solum autem illum sed & alios quamplures id facere ibidem prospexi. Erat enim vt comperi patris sancti mandatum. Expulsus est aliquando à patre vnus ex fratribus, qui apud illum proximum suum, vt nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monasterij ianuam septem dies perseueras orabat vt ingressu, simul & venia potiri mereretur. Quod cum didicisset studiosus animarum custos, nihilq; omnino sex illis diebus illum comedisse explorasset, hoc illi denuntiat, vt si habitare omnino in monasterio vellet, statuendum se sciret in poenitentium ordine. Cum igitur hoc libenter amplecteretur poenitens, iubet eum pastor ad separatam peccata lugentibus monasterium deduci, quod & factum est. Quoniam vero se obtulit occasio, vt dicti monasterij metionem faceremus, pauca de illo necessario dicenda sunt. Locus erat vno tantum lapide à magno monasterio distans, carceri appellatus omni mortali cōsolatione destitutus. Non illic vnquam fumi vapor apparebat, non vinum, non oleum, ad cibum non aliud quicquid præter panem & minutata olera. In hoc si qui post supernam vocationem deliquissent, ista eos claudebat pater vt procedere inde nusquam valerent. Nō quidē oēs simul, sed seorsum singulos aut certe multum, duos simul ibiq; tādū morabantur, quo ad eum dñs de singulorum remissione certiores faceret. Constituerat autem illis, qui præesset loco, magnum & singularem quendam virum Isaach nomine, qui perpetuam fere orationem ab his qui sibi seruandū tradebantur exigebat. Erant illis etiam ad acidiam vitandam plurima palmarum folia. Hæc vita hic status hoc propositum est faciem dei Iacob reuera inquitentium. Est quidem præclarum labores sanctorum admirari, imitari vero instituta salutem præstat. Porro illorum conuersationem velle quempiam repente totam imitari, irrationabile est simul & impossibile. Quotiens reprehensi mordemur atque angimur, tangat nos memoria nostrorum delictorum, donec violentiam nostram, quam vult à nobis perpetui, intuens dominus, & peccata nostra & angentem cor nostrum dolorem vna deleat & in gaudium conuertat. Secundum enim multitudinem dolorum meorum in corde meo, inquit: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Tempore idoneo non obliuiscamur eius qui dicit ad dominum: Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas & cōuersus viuificasti me, & de abyssis terræ cum corruissem iterū reduxisti me. Beatus qui propter deum quotidie maledictis & cōuitijs læcessit sibi vim fecerit. Hic enim cum martyribus tripudiat, & angelis parem cōsidentiam & gloriam merebitur. Beatus monachus qui seipsum omni ignominia omniq; abiectione dignum horis singulis existimat. Beatus qui voluntatem suam ad finem vsq; mortificauit, suiq; ipsius curam omnem atq; diligentiam spiritali magistro permisit. Nam ad crucifixi dexteram constituetur. Siquis increpationem siue iustam siue iniustam ab seipso abijcit hic salutem suam abnegauit. Qui vero hanc siue cum labore, siue sine labore suscipit cito suorum delictorum venia & remissione potietur. Deo eam quam ad patrem tuum habes fidem sinceramq; charitatem in intimis ostende. Et ille hunc occultæ certiores faciet tui in illum affectus integerrimæq; dilectionis, vt tibi post hac vberiori beneuolentia & familiaritate iungatur. Is qui serpentem omnem semper prode re paratus est, certissimæ de se fidei argumentum dedit, qui vero illum in sui cordis latebris occultat adhuc vagus errat. Siquis amorem suum ac propriam dilectionem quam ad fratres habet explorare cupit, tunc inde certior fit, cum se in fratris delictis lugere intentius prospexerit, rursusq; in illius profectibus & gratijs lætari. Is qui dum loquitur verbū suum quāuis illud sit verum firmitate voluerit, sciat se diaboli morbo ægrotare. Quod si cum suis æqualibus colloquendo id facit, fortasse, aliquando maior increpatione curabitur. Sin vero in maiorum & sapientiorum sermone contra sententiam pertinax in sua opinione pseuerat, hūana arte

Psalm. 93  
 Psalmo 70

A arte nunquā sanari poterit. Qui in verbo humilis non est, nunquam profecto erit in opere. Nam qui in modico infidelis est in magno quoq; infidelis erit, neq; cuiusquā cedet auctoritati, frustraq; laborabit, neq; sancta obedientia quicquā sibi præter iudiciū reportabit. Siquis conscientiam suā mundissimam in patris spiritalis subiectione seruauit, hic iam mortē vt somnū, imo vero vt vitam quotidie intrepidus expectat, certissime sciens obitus tempore sui ipsius non à se sed à patre rationē esse requirendam. Siquis in domino nulla vi impulsus à patre ministracionem suscipit, atq; in ea præter spem & expectationem suam lapsus in aliquo fuerit, non ei qui dedit arma sed sibi qui suscepit ruinæ causam imputet. Suscepit enim arma ad pugnandum contra inimicum: conuertit autem ea in cor. Quod si coactus id fecit, infirmitatemq; suam iniungenti ministerium prædixit, bono animo sit nam & si ceciderit non morietur. Nescio quomodo me pene fugerat, o amantissimi & hunc vobis apponere suauissimum virtutis panem. Vidi enim illic obedientes in domino qui seipos iniurijs & contumelijs atq; ignominijs quotidie afficerent, vt cum illi sibi ab alijs irrogarentur hoc exercitatio parati inuenirentur tanquam affueri non angere ignominijs. Anima quæ semper confessionem delictorum meditatatur, hoc veluti freno à peccatis coercetur. Nam quæ confiteri detrectamus ea veluti intenebris sine villo metu perpetrari consueuimus. Quotiens absente patre eius nobis faciem fingimus, ipsūque nobis astare putamus, congressumque omnem aut sermonem aut cibum aut somnū, aut aliud quodlibet eiusmodi quod sibi ingratum, fore putamus fugimus & auersamur, tunc reuera obedientiam liberam & minime adulteram nos arripuisse sciamus. Nam pueri segnes & ignaui ex magistris lætantur, quam ardentis & industrii summum detrimentum sibi arbitrantur. Interrogauimus quendam ex illis probatissimis patribus, quomodo obedientia virtus humilitatem possidet. Qui ait etiam si mortuos suscipit gratos obediens & si lachrymarum possideat donum, etiam si à bellorum se erudit perueniat liber, omnia penitus spiritalis patris precibus consecutum se arbitrabitur, atq; ita ab inani timore permanebit liber. Quando enim in illa re effertur, atque gloriari poterit, quam non suo studio vel merito, sed solo patris adiutorio se egisse constanter tenet. Non nouit solitarius huiusmodi virtutis munus. Quippe plus in illo iuris habet inani timor, cum sibi suggerit proprio illum labore ac studio virtutes parturisse. Cum is qui subiectus est duos euaserit laqueos, manebit deinceps seruus Christi perpetuus obediens. Contentus dicit dæmon obedientia deditos, hunc quidē sordidis inquinare humoribus, hos vero duos corde, & præter morem solitum turbulētos aridosq; & fructuosos gulas deditos, ad que orationem pigros somnolentosq; & tenebris plenos efficere, vt eos ita affectos veluti qui ex obedientia virtute nil proficiant, imo vero etiam retroceant ab instituto certamine retrahat. Neq; enim eis in mentem venire permittit, quod dum ista quæ videntur optima nobis singulari dei dispensatione subtrahuntur, materia nobis profundissimæ humilitatis datur. Repulsus est sæpenumero quorundam tolerantia huiusmodi deceptio onis auctor, cum post paululum adhuc isto loquente, alius angelus post modicum astant altero nos modo seducere nititur. Vidi populos obedientia deditos facile compungi, placidos esse, continentis, studiosos, feruētes, quos patris præsidium bello seruauerat immunes. Quibus astantes dæmones eos iam esse idoneos qui ad solitudinē properarent suggererunt, veluti per eam possent ad fastigium summæ ac placidissimæ quietis euadere, his illi persuasi ac seducti atq; e portus fida statione ad pelagi profunda transeuntes, tæpestate ingruente solatio gubernatorū destituti, sordido salsosq; mari miserabiliter absorpti sunt. Necessè est enim conuerti mare & turbari atq; efferrari vt tunc materiam omnem quam perturbatio & vitiorum flumina in ipsum deduxerunt, omnemq; putredinem & herbam per eadem rursus in terram deiciat. Inuenimus si diligentius inspiciamus, post feros fluctus maris maximam tranquillitatem sequi solere. Qui patri spiritali, nunc quidem obedit, nunc vero inobediens est, is ei comparandus est qui oculis suis modo colirij modo calcem imponit. Vnus eum, inquit, si edificet & alius destruat, quid nisi labores ac quiescerunt. Noli o fili atq; domino obediens spiritu elationis decipi, neq; peccata tua veluti ex persona alterius magistro denuncies. Neq; enim licet absq; verecundia rubore æterna confusio liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuū. Dic age noli confundi. Meum vulnus est pater, mea plaga, cuius mihi causa fuit non alterius sed mea negligentia. Nemo huius auctor extitit, non homo, non spiritus, non corpus, non aliud quicquam

quam, nisi desidia mea. Esto dum confiteris habitu, spem, cogitatione, vt condemnatus D.  
 reus dimissis in terrā luminibus, atq; si fieri potest magistri aut medici pedes: vt Christi  
 pedes lachrymis riga. Solent nonnunquam dæmones nos vt aut non cōfiteamur horta-  
 ri, aut certe vt hoc veluti ex alterius persona faciamus, siue vt alios quosdam peccati nos-  
 tri infimulemus auctores. Sicut certum est, cōsuetudo plurimum valet, & cuncta ex ea  
 pendent eamq; sequuntur, oīno longe amplius ea valebit in bonis, cum potentissimum  
 habeat adiutorem deū. Noli o fili annis plurimis laborās lassescere, donec in te ipso bea-  
 tissimam inuenias requiem. Quod si te ipsum in initio toto animo ignominij expulsi-  
 sti, ne indignum putes adiutori ac magistro tuo tanq; deo vultu animoq; dimisso culpas  
 tuas confiteri. Vidi enim reos quosq; miserabili omnino habitu, vehementioriq; confes-  
 sionis & supplicationis vi duritiam ac feueritatem emollisse iudicis, illiusq; iracundiā in  
 misericordiam conuertisse. Quo circa Iohannes quoq; domini præcursor antequam bap-  
 ptismi lauacra donaret, ab accedentibus confessionis humilitatem requirebat. Non quid-  
 dem villo eorum ipse indigens, sed eorum saluti modis omnibus consulens. Nec metu vl-  
 lo, aut magna admiratione teneamur, si etiam post confessionem oppugnamur, præstat  
 enim cum iniquatione carnis quā cum elatione mentis habere consiliū. Noli citius  
 accedere neq; eleuetis facile, cum enarrari audis solitariorum atq; anchoritarum pa-  
 trum vitas, tu enim protomartyris militā incedis. Neque si cadere in conflictu contin-  
 gat, fraterna ex acie excedendum est. Nam tunc maxime indigemus medico, cum vulne-  
 ra susceperimus. Is enim qui adiutorio subnixus pedem in lapidem offendit si adiutorio  
 destitutus esset, non offenderet solum sed oīno moreretur. Quoties lapsi ceciderimus o-  
 cius dæmonis atq; acrius instant, ac veluti rationabilem, imo vero irrationabilem occa-  
 sionem nasci, tunc iam nobis quietem solitudinis suggerunt, ea intentione vt ruinā nos-  
 træ ruinam etiam adiciant. Cum se medicus de virtum suarū impotentia excusat, tunc  
 ad alium necessario eundem est. Nam sine medici peritia pauci curantur. Quis ille erit q;  
 aduerferur ita diffinientibus nobis eam nauem, quam gubernator optimus ac peritissi-  
 mus regit si naufragium incidat omnino perituram si gubernatore destituta esset: Ex o-  
 bedientia humilitas, ex humilitate vero placida animi tranquillitas nascitur. Quippe in  
 humilitate nostra memor nostri dominus, & redemit nos de inimicis nostris. Nihil  
 igitur dicere prohibet ex obedientia tranquillitatem nasci, per quam finis humilitatis ac-  
 quiritur. Hæc enim illā inchoat sicut Moyses legem, perficit autem filia matris: sicut Ma-  
 ria synagogam. Supplicio re vera omni digni apud deum sunt illi egressi, qui medici peri-  
 tiam vtiliter experti antequam perfectæ reddantur sanitati, hunc deserunt alterumq; illi  
 præferunt. Noli eius manus fugere, qui te obtulit domino. Neque enim alium ita vt il-  
 lum in vita tua reuerberis. Nequaquam tutum est imperito & gregario militi ad gladi-  
 atorium certamen descendere: Ita ne monacho quidē tutum est, animæ ignaro, rudi ad-  
 huc perturbationum, neq; in his antea exercitato ad solitudinem contendere: Ille enim  
 in corpore, hic vero in anima periclitabitur. Boni enim (inquit scriptura) sunt duo super  
 vnum. Hoc est bonum est filio vna cum patris adiutorio per operationem sancti spiri-  
 tus aduersus anticipationes siue viciosa consuetudinem pugnare. Qui cæcum duce pa-  
 store, gregem viæ ignarum ductori, infantem patre suo, ægrotum medico, gubernatore  
 nauem destituit, & fraudat, vtriusq; periculum parat. Qui vero sine patris auxilio contra  
 spiritus nequam pugnare nititur, ab illis occiditur. Hi quidem qui ad medicorum taber-  
 nas in initio adueniunt dolores suos, qui vero ad subiectionem accedunt, eam quæ in se  
 est humilitatem notent. Nam illis quidem dolorum lenigatio, istis vero suæ reprehensio-  
 nis adiectio certissimum signum sanitatis est. Sit tibi conscientia subiectionis speculum  
 & satis est. Hi quidem qui in solitudine patri subiecti sunt, dæmones tantū aduersari-  
 os habent, qui vero in congregatiōe sunt dæmonibus atq; vna hominibus colluctatur.  
 Et priores illi quidem ex iugi conspectu præceptoris illius illius mandata custodi-  
 unt, sequentes vero nonnunquam per illius absentiam ea paululum transgrediuntur. Ves-  
 rum si studiosi laborumq; patientes, fuerint per offensionum tolerantiam defectum il-  
 lum copiosissime suppleant coronasque duplices referunt. Omni custodia seruemus nos-  
 metipsos. Portus enim nauibus repletus eas facile conterere ac demoliri solet atque  
 maxime illas quæ ab iracundiā veluti à verme aliquo latentur perforatæ fuerint.

Dum sub magistri manu sumus, silentio supremo ignorantiam semper prætendemus

tes

A tes nos ipsos assuefaciamus. Vir enim tacitus philosophiæ filius: plurimamque semper  
 scientiam possidet. Vidi cum qui subditus erat verbum ex ore magistri rapuisse, deq; ei-  
 us subiectione desperari animaduertens illum ex eo superbiam potiusquam humilitatē  
 acquisisse. Omni vigilantia prospiciamus, omni diligentia obseruemus, omniq; custodia  
 provideamus, quando aut quomodo ministerium orationi præferendum sit. Neq; enim  
 sane id semper faciendum est. Attende tibi ipsi quando in conspectu fratrum tuorum as-  
 stas, vt non velis eis iustior videri in nullo penitus. Duo enim mala facis dum & illos ex  
 hoc tuo falso ac ficto studio conturbas & tibi ex omni loco arrogantiam & superbiam  
 conquiris. Esto animo studiosus ac sollicitus, neque id penitus corpore fingens, non habi-  
 tu, non sermone, non signo, istudq; si proximum tuum spernere ac minimum vel mini-  
 mi existimare quieuisisti. Quod si hæcenus ad id pronus ex istis, esto fratribus tuis per o-  
 mnia similis neq; per elationem dissimilis. Vidi plerumque improbum discipulum cum  
 de magistri virtutibus coram hominibus quibusdam loqueretur gloriantem, qui tamen  
 dum sibi ex aliena fruge gloriam videretur acquisisse, ignominiam potius retulit, cunctis  
 ad illum conuersis ac dicentibus. Et quomodo arbor bona ramum infructuosum tulit?  
 Non tunc nos patientia deditos, aut virtuti existimemus cum patris obiurgationem  
 fortiter tulerimus, sed cum à cunctis hominibus contempti at verberibus etiam affecti  
 constanter tolerauerimus. Patrem enim idcirco toleramus, quia reueremur, illique pro  
 impensa nobis cura debitores sumus. Bibe summa alacritate obiurgationes atq; irrisio-  
 nes, à quouis homine tibi propinatas non aliter, quam aquam vitæ. Potare enim te quæ-  
 rit salubri potione & per quam omnis animi lasciuia & luxuria purgetur. Nam huiusmo-  
 di reuera haustu orietur intima & profunda castitas in anima tua, luxq; dei candidissi-  
 ma ex corde tuo non deficiet. Nemo cum sub seipso viderit fratrum ceterum requiescere,  
 in mente sua incautus gloriatur. Fures enim iuxta sunt. Recoletis recole, quid dominus  
 dixerit. Cum omnia feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inuitiles sumus quod  
 debuimus facere fecimus. Porro qua iudicij subtilitate labores nostros deus examinet,  
 in exitu nostri tempore sciemus. Cenobium & terrestre cœlum. Idcirco quasi angeli mi-  
 nistrantes domino affici in corde studeamus. Nonnunquam hi qui eiuismodi cœlo sunt  
 corde fere lapidei fiunt. Nonnunquam vero per compunctionem molliuntur, vt per hu-  
 iusmodi duritiam elationē fugiant & per lachrymas labores consolentur. Modicus ignis  
 plurimum cere molliuit. Modicumq; contingentis ignominia omnem saepe cordis feru-  
 ritatem, omnem duritiam, omnemq; cæcitatem repente molliuit, obducauit, deleuit, nisi ali-  
 quando duos latenter obfidere, certantiumq; gemitus, ac labores obseruando auscultas-  
 resed alter imitandi studio id faciebat, alter vt cum tempestiuum cerneret, ista cum ex-  
 probatione publicaret, ac dei famulum à sacra ista exercitatione retraheret. Noli præter  
 rationē filere, ne ex tui silentij improbitate alijs turbationis & amaritudinis author fias.  
 Neq; moribus tardus incessusq; celer sis, alioquin turbulentis & insanis deterior eris. Vi-  
 di, vt ait Iob huiusmodi nonnunquam morum tarditate, interdum vero etiam ex dexte-  
 ritate animas parere & perire malitiaq; varietatem admiratus sum. Qui in fratru medio  
 consistit non tam ex psalorum modulatione quam ex oratione lucrari poterit. Nam se-  
 pe ex alterius vocibus & modulationibus ne virtutē intellectuq; psalmus consequi pos-  
 simus, impedimur. Certa tota animi intentione mentēq; semper inquietā ac vagam infa-  
 tigabiliter contine, te ipsum ad te ipsum colligens. Neq; enim ab his qui obedientie legibus  
 viuunt orationem sine vilo cogitationū strepitu quietam requirit deus. Noli tristari aut  
 mœrore vilo affici si dū oras subtilissime inimicus irreperit, animiq; intentionē clam vt  
 fur auertit, sed bono animo esto dum semper lubricam reuocas mentē. Angelis enim so-  
 lis datum est huiusmodi non parere furibus. Qui sibi ipsi latenter peruersit nunquam si-  
 bi ab huiusmodi conflictu recedendum vsq; ad extremum spiritum imo si mille mortes  
 vt ita dixerim animæ & corporis imminceant nihil huiusmodi facile incurrit. Nam cor-  
 dis hæsitatio & infidelitas, locorumq; mutatio offendicula semper atq; calamitates para-  
 re consueuerunt. Qui enim promi ac faciles ad migrationem mutationemq; locorum sunt,  
 improbi omnino iudicantur. Nihil ita boni operis fructus consuevit obtundere, vt loco-  
 rum crebra mutatio. Si ignotum tibi hæcenus medicum siue medicinæ offerendis taber-  
 nam, esto vt præteriens viator, cunctorumque illic degentium clam experimentum sus-  
 me. At si ex opificibus & ministris quidquam auxiliij & emolumentum in tuis ægritudi-  
 nibus

Matth. 3

Psalm. 117

Lucia 17



nibus te accepisse penseris, maxime vero in timore animæ, quem euacuare quæris tunc iam securus accede, teq; ipsum vende illic humilitatis auro, sub obedientiæ chirographo & administrationis litteris, testibusq; angelicis horum in conspectu disrumpe atq; conscinde propriæ voluntatis cartam. Nam si huc illucq; circumneas, scædus iam & precium quo te Christus emerat violas. Admoneat te iugiter sepulchri memoria, Nemo e monumento progreditur ante communem resurrectionem omnium, Sin vero exierint aliqui considera quia & mortui sunt. Quod nos vti ne patiamur dominum intenti oremus. Cui senserint fragiliores quicq; ac festiores grauias sibi imperari, tunc orationes præferre contendunt, cum vero leuiores tunc ab hac veluti ab igne diffugiunt, Sunt nonnulli qui postquam administrationis officium susceperint, pro consulatione & quiete fratris requisiti, illo se abdicant atq; id ei concedunt. Sunt item qui ex pigritia id faciunt. Sunt qui ex inani gloria facere id volunt. Et sunt qui ex alacritate animi. Si te rapuit quodlibet genus viuendi videsq; in eo, animæ oculum absque profectu persistere, disungi ab instituto quam celerius satage. Verum is qui probatus est æque in omnibus probatus est sicut etiam e contra. Maledicta in seculo atq; iniuriæ multa sæpe diffusia fecerunt. Ita & in religiosis congregationibus gulæ illecebra, ruinam omnem & negligentiam atq; contemptum operantur. Hanc tu rabidam dominam si subigere volueris, omni in loco placidissimam quietem acquirere valebis. Illa vero si tibi dominetur, extra monumentum omni in loco periclitaberis. Dominus quidem illuminat cecos obedientium oculos ad contendas magistri virtutes. Idemq; eos excecet ne defectus videant, e contra vero bonis omnibus infestus dæmon facere conatur. Sit nobis o fili forma optimæ subiectionis arguentum, quod viuunt dicitur quod quamlibet in omnia voluatur manet tamen omnifordium commixtione liberum. Qui solliciti ac studiosi sunt seipsum cautissime attendat, ne dum negligentiores quosq; iudicant, seuerius quam illi condemnentur. Idcirco enim vt reor iustificatus est Loth qui cum in flagitiorum medio versaretur nunquam illos penitus iudicasse deprehensus est, semper quidem conseruandus est quietus animus atq; ab omni perturbatione liber, sed attentius tamen cum domino psallimus. Studente enim maxime dæmones perturbationibus orationem nostram impedire atq; demoliri. Is reuera minister idoneus censetur, qui cum hominibus corpore assistat, mente tamen per orationem celos pulsat. Iniuriæ quidem atq; contumeliæ obiectionesq; & huiusmodi cætera in obedientis anima absinthij amaritudini similia sunt, laudes vero honores, gloriosiq; rumusculi in his qui talia studiose aucupantur in morem mellis fauilitatem maximam gignunt. Inspiciamus ergo diligentius naturam vtrarumq; rerum. Absinthium quippe omnem intestinorum fecem purgare certum est. Mel vero bilem augere solet. Secure eis credamus in domino qui curam nostræ susceperunt, etiam si quædam imperent quæ contraria ac salutari nostræ videantur aduersantia. Tunc enim fideles ad illos nostra veluti in fornace humilitatis comprobatur. Hoc enim est verissimæ fidei indicium, si contraria quam sperabamus aspicientes præcipientibus absq; vlla hæsitatione obtemperamus. Ex obedientia vt diximus humilitas nascitur, ex humilitate discretio, vt à magno quoq; Cassiano in eo sermone quem de discretionem conscripsit, venustissime atq; altissime disputatum est. Ex discretionem vero animo clarissimum lumen infunditur, ex quo etiam præuisio nascitur. Quis igitur ad hoc tam præclarum iter obedientiæ non laeto animo accurat, cum ante se tantam bonorum copiam videat? De hac singulari virtute cantor ille optimus aiebat. Parasti in dulcedine tua pauperi obedienti deus, præsentiam tuam in corde ipsius. Nunquam excidat tibi in tota vita tua. Maximus ille athleta qui totis decem & octo annis auribus exterioribus nunq; à magistro audiuit. Salueris, interioribus vero quotidie audiebat à domino, non quidem salueris, quod optatum est ac pro incerto ponitur, sed saluus factus est: quod firmum simul ac diffinitum est. Pleriq; ex obedientium grege cum facilitatem patris animaduertunt, sensim dum nesciunt ad suas voluntates eorum nutus inclinant. Sciant autem huiusmodi se confessionis corona omnino excidisse. Obedientia est simulationis proprijsq; desiderij omnimoda renunciatio. Sunt qui suscepto imperio cum imperantis intentionem in hoc parum gratum animaduertent, id repudiauerunt. Sunt item qui cum idem persentirent tamen instanter ac sine vlla hæsitatione obtemperauerunt. Quærendum qui nam ex his religiosius fecerunt, possibile non est vt diabolus suæ ipsius resistat voluntati, idq; tibi persuadent qui in negligentia

Psal. 145

Aria viuunt, & in vna solitaria cellula siue in cœnobio perseverant. Cum vt loco excedamus oppugnatur, sit ea pugna nostræ illic virtutis indicium. Nam si oppugnatur, quis pugnat nos ambigat: Nō ero occultator iniquus, nec fraudator inhumanus, vt ea quæ vos fileam quæ filere omnino nephas est. Iohannes Opanij Osabaitis vir mihi charissimus res mihi retulit auditu mirabiles, & memoratu dignissimas. Quod autem is vir perurbationibus & passionibus sit liber atque à mendatio procul, verboq; & opere mundus, cum eius experimentum ceperim noui pater optime. Hic itaque mihi ista narrauit: Erat, inquit, in monasterio meo quod est in Asia (inde enim iustus ille aduenerat) senex quidam negligentissimus ac parum moderatus, quod nō iudicandi causa, sed veritati studens dico. Huic erat discipulus minor Achatius nomine, quem nescio quo pacto sibi acquisierat, simplex quidem animo ac voluntate, sed sensu accogitatione prudentissimus. Qui tanta ab huiusmodi sene passus est, quanta si referre voluero plurimis forte videbitur incredibilia. Non enim iniurijs solum atq; contumelijs & ignominijs, verum etiam verberibus cum quotidie afficiebat. Erat autem hæc illius tolerantia non sane irrationabilis. Ego igitur cum illum quotidie vt emptitium seruum suprema in ærumna degere aspicerem, obuians illi sæpissime dicebam: Quid est frater Achatii? Quomodo tibi est hodie? Ille vero continuo nunc quidem liuentem tumidumque oculum, aliquando vero faciem fractam & ceruicem, sæpe ictum caput ostendebat. Ego itaque sciens cum patientiæ operatum aiebam illi: Bone sustine viriliter & proderit tibi. Cum igitur egisset annos nouem sub immiti & acerbis sene migravit ad dominum, sepultusq; est in patrum cimiterio. Post quinque autem dies abijt ad magnum quendam illic senem Achatij magister, dixitq; illi: Pater Achatius mortuus est. Quod cum audisset senior, respondit: Vere senex non id mihi persuades. Qui ait: Veni, & vide. Continuo surrexit senex, venitq; cum beati pugilis magistro ad cimiterium. Clamauit tanquam viueret ad eum, qui vere in beata requie viuerebat. Dicens frater ACHATII Putas ne mortuus es? Tum vero gratus ille obediens, etiam post mortem obedientiam ostendens magno illi ita de sepulchro respondit: Et fieri quod potest pater, vt moriatur homo obedientiæ deditus: Tunc senex ille, qui pridie illius magister appellatus fuerat, territus in faciem cum lachrymis cecidit, atq; à monasterij abbate petijt, vt sibi iuxta tumulum eius cellulam construere liceret. Illicq; iam sobrie vixit, dicens patribus semper: Homicidium feci. Mihi quidem Pater Iohannes videtur hunc senem, qui cum mortuo locutus sit, esse magnum Iohannem. Aliud enim quoddam veluti de alio mihi enarrauit beata eius anima: fuit aut ipse, vt postea certior factus sum, cum id explorassem diligentius. Alius quidam aiebat in eodem Asia monasterio quidam monacho miti atq; mansueto in discipulum est datus. Hic cum videret se à sene quasi honorari, ac præstari sibi requiem, quod plurimum periculosum esse solet, bene & prudenter excogitat. Obsecrat senem, vt illum ab se dimittat. Quod idcirco non valde molestum fore videbatur, quia habebat senior alium discipulum. Profectus igitur ab illo est, literisq; commendatijs magistri, sistitur in quodam Pontico cœnobio. Prima aut nocte, qua cœnobium ingressus est, vidit quosdam per somnium ab se rationem exigere. Tandem post terribile id horrendumq; examen, debere se reperit centum auri libras. Experrectus itaq; visumq; dijudicans, ait: Humilis Antioche (hoc enim erat ipsi nomen) vere graui ære oppressi sumus alieno, plurimamq; persoluenda restat. Sic igitur in cœnobio, inquit, permansi annos tres, obediens omnibus, nihilq; discernens cum me omnes spernerent, atq; vt peregrinum iniurijs afficerent. Neq; enim erat ibi præter me peregrinus alius monachus. Post triennium vero rursus in somnis aspicio quendam, qui decem debiti mei libras abolitas ostendit. Expergefactus itaq; intellexi visionem, & dixi: Decem solummodo libras persolui, & quando impleturus sum reliquum debiti? Tunc ad me ipsum dixi: Humilis Antioche, ampliore labore & ignominia opus habes. Ex tunc itaq; me a mentem & fatuum simulare ceppi, nihil tamen ministerij mei penitus omittens. Quocirca in tali me ordine atq; alacritate cernentes, immites patres cuncta mihi monasterij grauias opera iniungebant. Cum vero in hoc instituto vitæ xij. annis perdurassem, vidi eos qui mihi antea apparuerunt rursus ad me venire, totiusq; debiti solutionem impletam ex integro ostendere. Cum igitur in aliquo me vexabant ministerij monachi debiti mei, statim reminiscebar atq; ita fortiter ferebam. Ista mihi sapientissimus Iohannes, veluti ex alterius persona enarrauit, ideoq; se esse Antiochum cognominis

Ddd nauit.



nauit. Hic autem fuit reuera qui chirographum suum per patientiam fortiter conscidit. D  
 Qualem vero discretionis gratiam sanctus iste pro suprema obedientie virtute adeptus sit, referre libet. Cum aliquando sederet in monasterio sancti Sabbe, accesserunt ad eum tres adolescentes discipuli illius fieri volentes. Quos continuo hospitio lætissime suscepit, omnibusq; humanitatis officijs prosequutus est, volens illos ex itinere labore recreari. Post die ergo tertium dicit eis senex: Ignoscite mihi fratres, quia homo malignus sum, nec possum ex vobis quempiam suscipere. Illi vero nihilominus scandalizati non sunt, sciebant enim senis opera. Sed cum maximis precibus ut se susciperet obtinere non possent, prostrati iam ante pedes eius obsecrabant ut vel viuendi normam eis traderet, quo in loco & quomodo habitare debuissent. Cessit senior sciens quod cum humilitate ad obtemperandum parati id peterent. Atq; vni: Vult dominus te de fili in solitarijs locis cum patre in subiectione persistere. Secundo autem dixit Abi vende voluntates tuas & domino da, & tollens crucem tuam persiste in conuentu & cœnobio fratrum, & omnino thesaurum habebis in celo. Deinde dicit & tertio: Assume in animo tuo inseparabiliter, & tota intentione verbum illud: Qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. In intimis visceribus reconde, abiensque si fieri potest cum exercitationis tuæ in domino duccem ac magistrum quere: quo in omnium mortalium natura nullus sit asperior aut grauior, sub quo perseverans iugiter obiurgationes & irrisiones quotidie, ut mel & lacte hibe. Ad quem frater ille inquit: Si huiusmodi negligens fuerit, quid facio pater? Et si fornicari, inquit, illum videris, noli discedere, sed ad te ipsum conuersus dic: Amice ad quid venisti? Tunc aspicias tumorem tuæ mentis dissipari ex candescenti amiq; mitescere. Contendamus totis viribus omnes qui dominum metumimus, ne in virtutis gymnasio nequitiam nobis ipsi acquiramus, malitiamq; & acerbiteriam & astutiam, per quæ cursus impeditur noster. Solet enim id contingere, nec mirum. Quam diu enim homo aut priuatus, aut nauta, aut agricola fuerit, non vsque adeo aduersus inimici regis armantur. At cum illum a rege sigillum accepisse viderint, scutumq; & gladium & arcum & frameam, vesteq; indutum militari, tunc maxime aduersus eum inscendunt dentibus ac modis omnibus necare contendunt. Quo circa non dormiamus, vidi plerumq; infantes pueros simplicitate ac decore mirabiles, sapientie & eruditionis atq; vtilitatis acquirendæ gratia ad magistros proficisci, nihilq; inde eruditionis consequi, nisi tantum fastum & nequitiam ex reliquorum cõtubernio. Qui sensum habet intelligat. Impossibile est, ut qui artem aliquam totis animis addiscunt, non in illa quotidie proficiant, verum alij quidem ex his profectum suum agnoscunt, alij vero dei dispensatione ignorat. Optimus ille trapezita est, qui quotidie vespere lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cum calculi singulis horis ponuntur totius diei ratio postmodum clarius agnoscitur. Quoties exprobratur & condemnatur stultus dolet atq; angitur, volensq; arguenti citius silentium imponere, veniam prostratus postulat, non humilitatis gratia, sed ut ille exprobare desinat. Cũ obiurgaris tace, ac suscipe animæ cauterium, imo vero castitatis luminaria. Cum cessaue rit medicus adurere, tunc demum ut tibi ignoscat suppliciter obsecra. Nam in illo seruo re increpationis fortasse poenitentiam nõ suscipit. Quicumq; in congregationibus degimus, aduersus oia quidem, sed contra hæc duo præcipue vitia horis singulis pugnare debemus aduersus insaniam ventris atq; iracundiam. Hæc enim in turba fratrum proprijs materijs abundant. Solet diabolus eis q; in subiectionis humilitate viuunt, virtutũ quas sequi nõ possint desiderium immittere, similiter & in solitudine viuentibus, aliena & ad se nihil pertinentia suggerere. Euolue diligenter & explica subditorum reproborum mentem, inuenies illic vagam & variam intentionem, solitudinis desiderium, ieiunij enormitatem, orationis insuperabilis affectum, summam gloriæ cõtemptum, memoriã mortis indelebilem, perpetuam cõtunctionis imaginem, iracundiã oimodã sedationem, altissimi filij castitatisq; excellentissimæ studiũ. Quibus rebus cũ ex dispensatione dei initio carerent, nonnulli decepti frustra acceptis studijs desilierunt. Ista enim idcirco ante tempus inimicus eos fecit inquirere, ne perseverantes cũ tempestiuũ esset eis fruerentur. Contra his qui solitariã vitam delegerunt seductor astutus obedientium gloriam ingerit, hospitem ac peregrinorum curam ministracionemq; fraternitatis studiũ, contubernij familiaris dulcedinem, infirmantium obsequia, &c. q; sui studiũ nõ sunt, ut istos quoq; sicut & priores verus ille instabilis faciat. Paucorum reuerentia est fo

**A**ra est solitudinem, ut dignum est, prosequi, eorumq; solummodo qui ad laborum tolerantiam atq; ad auxilium bellog; diuina consolatione recreatur. Pro qualitate autem nostrarum passionum subiectione quoq; discernamus ac prompte eligamus. Si te ad libidine ac lasciuam pronum animaduertis, is te pater exerceat qui ventri indulgere non norit, non qui miraculis coruscet, paratusq; sit semper ad suscipiendos peregrinos. Porro si elata ceruice es, feruidus atq; inclemens, non mitis ac blandus moderetur. Non eos inquiramus qui futura prænotant ac præuident, sed ante omnia penitus humiles, nostrisq; ægritudinibus ac moribus atq; habitatione congruentibus. Imitare iustum illum Abba Cyriacius cuius antea mentionem fecimus, & hic enim optimus ac præclarus ad prompte obtemperandum modus est, si semper ita tecum reputes. Tentat te pater, neq; unquam penitus salueris. Si cum iugiter a patre obiurgaueris, ampliore in eum fidem & charitatem assumis, habitat in anima tua spiritus sanctus inuisibiliter, & obumbrabit tibi virtus altissimi. Noli ergo gloriari ac lætari si contumelias & ignominias fortiter toleras, sed luge magis, q; aliquid omnino dignum contumelia egisti, patrisq; animam cõtra te commouisti. Rem dicurus sum mirabile, sed vide omnino ne hæsites, cuius habeo sententiã patrum Moysen: Expediit in deum magis peccare, q; in patrem nostrum. Nam si deũ ad iracundiam prouocauerimus, dux noster illum recõciliare nobis poterit. Si vero ducem ipsum perturbauerimus, nullum iam qui nobis illum propitium faciat habebimus. Quæ utraq; mihi in vnum recurrere videntur. Inspiciamus diligenter & discamus sobrietat; ac vigilanter attendamus quid quo tempore seruandum sit. Nonnunquam enim cum a patre inculamur gratifice tolerare ac tacite debemus, nonnunquam vero facti nostri rationem reddere. Mihi quidem in his omnibus silendum videtur, quæ nobis vllam ignominiam afferat, lucri enim tempus est, in his vero quæ in personam alterius redundat rationem reddendam ob vinculum charitatis atq; insolubilis pacis. Quicumque ab obedientia defilerunt, hi tibi postmodum vtilitatem eius enarrabunt. Tunc enim in quo cœlo stabant agnouerunt. Is qui ad placidissimam animi quietem atq; ad deum currit, die omni qua maledicta non sustinet, ingens detrimentum se sustinuisse arbitratur. Sicut enim arbores quæ a ventis agitantur altioribus semper radicibus nituntur, ita & qui in obedientia degunt validas atq; inconcussas animas possident. Qui in solitudine residens agnouit imbecillitatem suam, migransq; seipsum obedientie vendidit, hic cæcus cum esset, sine labore respexit ad Christum. State, state, dicam iterum, state fratres, currentes athletæ audientes, quid de vobis ille Sapiens clamat: Sicut aurum in fornace dominus, imo vero in cœnobio probauit eos & sicut holocausti hostia accepit illos in sinibus suis.

## De accurata poenitentia, Gradus V.

**P**oenitentia est reuocatio baptismatis. Poenitentia est secundæ vitæ cõuentio ad deum. Poenitens est humilitatis emptor. Poenitentia est corporeæ consolationis perpetua & iugis repudiatio. Poenitentia est seipsum semper condemnans cogitatio, securaq; cuiusq; sui cura. Poenitentia est spei filia infidelitatisq; & desperationis abnegatio. Poenitens est reus confessione liber. Poenitentia est recõciliatio domini per bona operacatis repugnantia. Poenitentia est conscientie emendatio. Poenitentia est voluntaria eorum reg; omnium quæ affligant tolerantio. Poenitens est cruciatuum sibi semper opifex. Poenitentia est valida ventris afflictio, animæq; in sensu firmissimo iugis reprehensio. Concurrite & accedite, venite & narrabo vobis omnes qui deum irritastis. Cõgregamini & videte quanta ad ædificationem ostendit deus animæ meæ. Præferamus ordine atque honore eorum narrationem qui per ignominiam serui atq; operarij venerabiles sunt. Audiamus, obseruemus, faciamus quicumq; præter spem ruinam vllam passi sumus. Surgite & sedete qui per ruinam scelestæ iacetis. Attendite fratres mei verba mea. Inclinate aurem vestram qui deum rursus vobis ipsi per veram conuersionem reconciliare cupitis. Cum audissem ego imbecillis magnum quendam esse & peregrinum statum, atq; humilitatem eorum qui separatim illud monasterium (quod carcer appellatur) incolebant, quodq; illi luminari luminarium de quo ante mentionem fecimus adiacebat, obsecraui iustum illum, ut me illuc visendi gratia perducere faceret. Cessit precibus meis summus vir, nolens animam meam in vllò contritari omnino. Cum igitur peruenissem ad poenitentium monasterium, imo vero ad religionem fugietium, vidi reuera (si dicere id audeam)

quæ negligentis oculus non vidit, aurisq; desidiosi non audiuit, & in corpore hominis non ascenderunt, res & verba quæ deo vim inferre possent, habitus & studia quæ ipsius clementiam celerime fleterent. Quosdam enim ex reis illis vidi noctibus totis vsque mane sub diuo stare peruiigiles, pedesq; immobiles tenere, tumq; somno miserabiliter de pressis agitari, vim naturæ inferre, nullaq; sibi ipsis requiæ oïno indulgere, sed seipsos increpare, ignominiosq; & cõtumulis afficere atq; excitare. Alios miserabiliter in cœlũ in crepare, ignominiosq; & cõtumulis afficere atq; excitare. Alios miserabiliter in cœlũ in tuentes, & illic adiutorium cum gemitu & suspirijs & vocibus inuocantes. Alios in oratione existentes, ac reorum in morem vincis post terga manibus humi luridas facies suas inclinantes, indignosque qui se in cœlum aspiceret vociferantes, nec quicquam ad deum dicere orando præ cogitationũ & conscientia hæsitacione præsumentes, neque quomodo vel vnde orationem facerent præsumentes, solamque animam tacitam mutamq; mentem deo offerentes, tenebris ac desperatione plenam. Nonnullos in pavimento strato cilitio & cinere sedentes, ac faciem genibus operientes, frontemque in terram solidantes. Alios iugiter pectora tondentes, animamque suam ac vitam suspirio ingentireuocantes. Ex his alij quidem pavimentum madefaciebant lachrymis, alij vero quia lachrymarum imbres non haberent, seipsos miserabiliter lamentabantur. Plurimi, vt fieri in moribus solet super animabus suis vlulatum diræ vocis emittebant, angustiam cordis ferre non valentes. Alij ex intimo corde rugiebant, atque intra os gemitus sonum cohibebant. Interdum vero cum se continere non possent, repente exclamabant: Vidi ego illic nonnullos habitu & cogitatione & actu quasi à semetipsis excessissent, ac stuporem mentis incurrissent, veluti æneos quosdam summo ex mœrore effectos, totos tenebris obfictos, & ad omnia vitæ huius veluti insensibiles factos. Mentem quippe iam in humilitatis abyssum demerserant, ac mœroris igne oculorum lachrymas fixerant. Alios ite mœrtos federe, atq; in terrâ fixis obtutibus stare pspexi, caputq; assidue mouere & leonẽ in more ex imo corde rugitũ ac gemitũ emittere. Ex his alij pleni spe remissionẽ omnimodã ingrentes orabãt. Alij ex ineffabili humilitate indignos se remissione iudicabãt, nec omnino posse deo rationem reddere clamabant. Quidam hic ex cruciari, vt illic misericordiam consequerentur à domino supplices poscebant. Pleriq; ex conscientia onere attriti ac de pressi, satis sibi ex intimis esse dicebant, si vel supplicij eximerentur, regnare non poterant. Vidi illic animas humiles contritas, & præ graui pondere incurtuas ac deiectas, quæ vocibus illis suis ad deum emissis lapides quoq; ipsos ad compunctionis sensum emolliere potuissent. Ita enim defixis in terram luminibus aiebant: Nouimus sane, nouimus, omnibus iam pœnis atq; cruciatibus nos esse dignissimos. Et merito quidem, neq; enim idonei iam sumus, qui pro debitorum nostrorum multitudinis satisfacere possimus, etiã si orbẽ vniuersum vt pro nobis luceat cõuocauerimus. Illud solũ oramus, istud deprecamur, id tota animi intencione supplicamus, neq; in ira tua arguas nos, neq; in furore tuo corripas nos, neq; iustissimi iudicij tui legibus excrucies nos, sed parcius & misericordius. Satis enĩ nobis est ingenti illa tua ac terribili cõminatione, supplicijq; illis occultis, ignotis atq; inauditis liberari. Neq; enĩ vt pœnis oïno liberemur petere audemus. Quia enĩ facie, quo animo id audeamus, qui professionẽ nostrã violauimus, eamq; post priorem clementissimamq; remissionem fordidauiamus? Illic profecto ò dulcissimi amici, illic verba David rebus ipsis cerneretis impleta, erumnis affectos homines, atq; vsq; in finẽ vitæ incurtuos, totisq; diebus mœrtos incedentes, & ex putrefactis corporis partibus fetorem exalãte, qui quasi sine vlla carnis cura degerent obliuiscerantur comedere panẽ suum, potumq; aquæ cum gemitu miscebant, & cinerem cum pane manducabant. Ad hæserant illorum ossa carni, ipsiq; vt fœnum exaruerant, nec quicq; apud illos audiuisset, nisi hæc verba: Væ, væ me miserum, me miserum, iuste, iuste, parce, parce, domine. Nonnulli miserere dicebant. Alij vero rursus miserabiliter clamabant: Ignosce, ignosce dñe, si possibile est. Vidisses in illis æstuantem linguam instar canum ex ore procedentes. Ex his alij sub ardentissimo solis æstu seipsos cruciabant. Alij contra acerrimo frigore se affligebant. Quidam modicum aquæ degustantes ne omnino siti exarescerent ita quiescebant. Nonnulli cum panis exiguum quid accepissent, reliquum manu longius projiciebant, indignos se qui rationali cibo vescerentur asserentes, quippe qui irrationabiliter egissent. Quem apud illos locũ risus habere poterat? Quem ociosus sermo? Quæ iracundia? Quem furor? Nec enim quod in hominibus iracundiam esset sciebant, adeo luctus

A furorem omnem penitus extinxerat. Vbi apud illos cõtradictio? vbi festiuitas? vbi confidentia? vbi corporis obsequium & cura? vbi vel vestigium inanis gloriæ? vbi deliciarum expectatio? vbi tenuis vtri cogitatio? vbi pomorum degustatio? vbi feruentis ollæ solacium? vbi gula vlla illecebra? Horum enim oim apud illos spes nulla erat. Nõ terrenæ cuiusquam rei cura angebantur. Non iudicare vllum omnino hominum didicerant. Nihil horum penitus in illis inuenisses. Cæterum iugiter ad dominum clamabãt solasq; orationis vox audiebatur. Alij enĩ pectus valide manibus cædentes: quasi iam ad ipsam astantem cœli ianuam ad dominum dicebãt: Aperi nobis iudex ianuam. Aperi nobis ex quo illam nobis ipsi per peccatum clausimus. Clamabat alius: Ostende faciem tuam tantum & salui erimus. Alius contra. Appare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent humilibus tuis. Alius rursus: Cito anticipent nos misericordia tua, quia pauperes perimus, quia desperauimus, quia nimium defecimus. Nonnulli autem aiebant: Putas ne apparebit dominus vltra super nos? Alij vero: Num pertransiit anima nostra debitum intolerabilem? Alij, Putas ne adiciet dominus vltra consolari in nobis? Putas illum audire dicentem nobis, qui sumus in vinculis insolubilibus: exite, & qui in inferno pœnitentia sedemus, laxamini. Putas ne clamor noster ad aures domini ingressus est? Cuncti vero sedebant semper ante oculos suos mortem attendentes ac dicentes: Quid putatis continget? Quæ nam erit illa sententia? quis finis noster? Putas erit reuocatio? Num superest vlla spes veniæ mœrtis humilibus reis? Num valuit oratio nostra ingredi ante cõspectum domini? aut merito repudiata est, abiecta atq; cõfusa? Aut si forte intrauit quæcumque peregit? quantum placuit deum? quantum profecit? quantum operata est? Emissa quippe ex immundis corporibus & labijs, parum virium habere potuit. Putas omnino reconciliauit iudicem? An ex parte? An vulnerum vel medietas deleta est? Quippe maxima cum sint plurimis & laboribus & sudoribus & doloribus indigent. Putas appropinquauerunt nobis angeli custodes nostri? An adhuc longius à nobis stant? Nisi enim illi appropient nobis, inutilis & infructuosus est omnis labor noster. Neq; enim habet vim confidentia oratio nostra, neque munditia pennas, vt ingredi ad deum possit, nisi hanc è proximo assumant angeli qui nobis præ sunt, eamq; offerant domino. Nonnunquam vero hæsitantes huiusmodi ad inuicem dicebãt: Num fratres aliquid proficimus? Num petitione nostra potiemur? Num iterum suscipit? Num aperit? Alij vero ad ista respondebant: Quis nouit, vt dixerunt Niniuitæ, fratres nostri, si forte pœniteat deus atque ab ingenti illa pœnitentia nos liberet? tamen quod nostri muneris est non negligamus. Et si quidem ille aperiuerit, bene est. Si vero alias benedictus dominus iuste exclusit nos? Veruntamen perseueremus pœnitentia, vsq; ad finem vitæ nostræ. Forsitan improbitati nostræ ac perseuerantia cædens aperiet, benignus quippe & misericors est. His atq; huiusmodi seipsos exhortãtes atq; excitantes aiebant: Curramus fratres curramus, cursu enĩ opus est & vehementi cursu, quoniam cetero nostro decoro atq; optimo excidimus. Curramus neq; huic carni nostræ fordidæ atq; nequam parcamus fratres, sed occidamus illam sicut prius occidit nos. Sic beati illi rei faciebant. Genua illis ex perpetuo orationis vsu obcalluerant. Oculi defecti atq; defatigati intus profunde recesserant, pilis omnibus ciliorum amissis. Genæ ardentium feruore lachrymarum adustæ videbantur, facies marcescentes ac pallidæ squallebant, nihilq; à mortuis in comparatione differabant. Pectora tonsonum icibus dolebant, saluæq; sanguinis ex pectoris illis omibus emittentibus. Vbi lecti vsus? vbi indumenti munditia & firmitas? Omnia ibi discisa erant & fordidata ac pediculis operata. Quid autem est eorum qui à dæmonibus arripiuntur, si illis cõferatur afflictio? Quid mortuos plangentium amaritudo? Quid mœror in exilio degentium? Quid partidij reorum pœna? Nihil sane est illorum pœna suppliciumq; quo inuiti afficiuntur, si voluntaria istorum pœna conferantur. Sed quæ so fratres ne ea quæ dicta sunt fabulas existimemus. Rogabant nonnunquam isti magnũ illum iudicẽ pastorem dico, inter homines angelum, vt ferrũ ac torques collo ac manibus imponeret, pedesq; patientium confringeret ligno, nec eos prius inde solueret, quam sepulchrũ succederet. Imo vero nec sepulchrũ quidem. Neq; enim profecto hanc quoq; beatorum illorum reuera mirabilem ad deum charitatem atq; pœnitentiam abscondam. Quoties ad dominum profecturi & incorrupto tribunali iudicis sistendi erant, felices illi regionis pœnitentium ciues, hoc per eum qui sibi præerat ad iurantes ab magno illum summis pres

cibus petebant, ne sepultura humana dignarentur sed brutorum instar, aut fluuijalibus vndis traderentur, aut in campum proiecti bestiarum deuorandi permitterentur. Quod etiam nonnunquam fecit illorum precibus obtemperans discretior lucerna, iubens illos omnimodiam omnium honore priuatos proijci. Cum vero extrema illorum hora aduenisset terribile omnino miserandumque spectaculum cerneret. Nam cum cum qui se precedebat efflare, iam animam sensissent socii adhuc sensu integro vigente, circum stabant illum siti aestuantes & lugentes ac desiderio pleni, miserabili omnino habitu mortuorumque sermone capita sua conuolentes, efflantem iam animam interrogabant misericordiamque flagrantem aiebant ad illum: Quid est frater? Quonammodo tecum agitur? Quid dicis? quid speras? quid suspicaris? percepisti ne ex labore tuo quod quaerebas? aut non valuisse peruenisti ad portum, aut nondum potitus es libertatem an agitur, ambiguntque cogitatio? Sensisti aliquam in luce in corde tuo lucem, an tenebris adhuc & ignominiae confusione plenum est? vlla ne tibi vox intrinsecus facta est, dicēs: Ecce sanus effectus es, aut dimituntur tibi peccata tua, aut fides tua te saluum fecit? Illam ne tibi adhuc vocē audire videris, qua dicit: Cōuertat peccatores in infernū: & ligaris manib. & pedib. mittite illū in tenebras & tollat impius ne videat gloriā dei? Quid ais frater? Dic nobis, oramus vt & nos scire possimus, qd nā illic nos maneat. Tuū quippe tps in clauis est, aliudque de cetero in eternū nō inuenies. Ad hęc qdē alij dormientiū, bñdictus aiebāt dñs, q nō dedit nos in captione dētib. eoz. Alij vero illud gemētes dicebāt forsītā pransibit aīa nra aquā intolerabilē. Qd nōdū cōfidentes aiebāt, sed cōsiderātes q sit pauēdū illud terribile incertūque iudiciū. Alij vō etiā mortuus qdā rēbant ac dicebāt: Vā aīa illi q nō seruauit professionē suā integrā & immaculatā, hac em̄ hora tm̄ sciet, qd illi pparatum sit. Quæ ergo oīa cū apud illos audissem & vidissem, page abfuit qn desperatioē absorberet, cū meā in tuerer malitiā & negligentia eamque sanctorū illoz afflictioni cōparatē. Quæ nā vero q̄lis ve erat eius loci facies & habitatio: tota tenebrosa erat informis, fœtida, sordida squalida. Carcer em̄ & cōdenatio rectissime appellabat. Ipsa denique vel sola loci cōtēplatio pfe ēq̄ penitentię ac luctus magistra erat. Sed ea q̄ alijs difficilia atq; impossibilia vidēt, etiāq; virtute ac spiritualibus diuitijs se excidisse meminerunt, grata sunt & amabilia, sitq; eoz perfacilis assumptio. Anima enim quæ priori confidentia priuata, spe consequentię beatæ tranquillitatis excidit, sigillumque castitatis aperuit, diuitijsque gratiarum spoliata, & diuina consolatione destituta est, pactumque & placitum domini violauit, extinxitque; iam in se decorum lachrymarum ignem, quoties horum memoria tangitur, quæ suam negligentiam se amississe retinet, acerrimo dolore compuncta & vulnerata, non solum quos præ diximus labores, cum omni studio & alacritate suscipit, verum etiam seipsum maculare per exercitacionis magnitudinem contendit, si tamen in illa charitate animæ timoris domini fauilla vlla derelicta est. Huiusmodi profecto erant beati illi, hoc enim secum in animo volentes, virtutisque qua exciderant altitudinem considerantes, memorati sumus (aiebant) dierum antiquorum, ignitiq; illius studij nostri. Alij ad dominum clamabant Vbi sunt misericordie tuæ antiquæ, quas ostendisti animæ nostræ in fortitudine tuæ? Memor esto obprobrij & laboris seruorum tuorum. Alius vero: Quis me ponat, aiebat, secundum mensuram dierum meorum priorum, in quibus me custodiebat deus, quando lucebat lucerna lucis eius super caput cordis mei? Sicque priores omnes virtutes suas memorabant, atq; ista in fantium more plorabant dicentes: Vbi est orationis puritas, vbi huius certissima fiducia? Vbi dulces lachrymę in amaritudine? Ecce, vbi sunt? Vbi intimitas munditię & castitatis spes? Vbi beatissimæ ac placidissimæ quietis expectatio? Vbi synœcra ad pastorem fides? Vbi orationis illius in nobis efficacia & virtus? Perierunt ista omnia, & quasi nunquam visa defecerunt, vtq; nunquam fuerint ita delicta sunt & perditia. Ista cum gemitu & lamentatione prosequentes, ita demum alij vt a dæmonio arriperentur orabant. Alij vt morbum inciderent precibus a domino posebāt. Plurimi oculos amittere, miserandumque omnibus spectaculum fieri optabant. Nonnulli paralytici fieri, & languorem corporis contrahere, solum ne futura supplicia experiri cogere cupiebant. Ego autē o amici nescio, quo pacto diutius inter lugentes versatus sum, totoque animo in illorum admiratione suspensus meipsum continere non potui. Sed vt ad id vnde aberrat redeat oratio, cū triginta dies in custodia illa perseverassem impatiens in magnū illud cœnobium, ad magnum patrem reuersus sum, q vt me aspexit immutata facie totūque

A veluti attonitum, agnouit sapiētissimus immutationis causam, & ait ad me: Quid est pater Iohannes? Vidisti ne laborantium certamina? Ad quem ego: Vidi inquam pater, vidi & admiratus sum, felicioresque existimaui, qui post lapsum ita lugent, q̄ qui nunquam lapsi sunt, & seipfos non sic desunt. Illis enim ruina sua causa fuit beatissimæ ac tutissimæ resurrectionis. Tum ille: Sic (ingit) est, ac protinus adiecit veracissima illius lingua. Erāt hic ante decem annos frater quidam nimium sollicitus atq; studiosus, talisque operarius, vt cum ego illum cernerem ita spiritu feruentem tremere ceperim, illique a diaboli iniuria nimium metuere, ne forte dum vehemētius currit, offenderet ad lapidem pedem iussu, qd fere eis euenire solet, q̄ celerius vadunt. Quod & factum est. Cum vero profundo vesperere regrederetur ad me, nudat vulnus, quærit emplastrum, petit cauterium, perturbatur vehementius. Cum vero medicum aspiceret, se vt durius nolentem (erat enim misericordie dignus) proiecit se in pavementum, apprehendit pedes, multisque illos lachrymis vbertim rigans, petijt se ad eam quam vidisti custodiam damnari, impossibile esse clamans illuc non proficisci. Quid multa? Egit vi sua vt clementia medici in duritiam vertetur, quod in languentibus perarum est atq; omnino mirabile, aduolat ocyus penitentia, additurque illis socius ad luctum promptus atq; meroris particeps. Igitur doloris gladio percussus in corde, quem diuina charitas acuerat, octauo postquam eo peruenerat die migrat ad dominum, id petens ne sepultura frueretur. Quem ego vt sane dignissimum & huc retuli, & in patrum sepulchro sepeliui. Idcirco & post seruitutis septimum octauo die liber euasit. Nec defuit qui id certissime cognosceret, non illum ante a sordidissimis pedibus meis resurrexisse, quam sibi deus propitius ignosceret. Nec mirū sane, sumpta enim in corde illius meretricis fide eadem & ipse spe & confidentia lachrymis pedes meos inutiles rigauit. Omnia vero possibilia esse credenti dominus prædixit. Vidi in puras animas corporum amoribus ad insaniam vsq; feruentem, quæ ex amoris experimento sumpta occasione penitentia, eundem amorem transtulerunt ad dominum, omnique protinus timore reiecto in dei charitatem inexplicabiliter amplectendam incitatae sunt. Quocirca pudicæ illi meretrici non dixit, quia timuit, sed quia dilexit multum, potuitque facile amore amorem repellere. Non autē ignoro admirabiles viri fore, vt ista quibusdam videantur incredibilia, alijs vero ad credendum difficilia, nonnullis etiam desperationem parientia, quæ modo enarraui beatissimorum illorum certamina. Porro vir fortis ex his stimulum magis, igneumque iaculum sumpsit sitque conceptum feruorem in corde ferens abiit. At qui illo alacritate minor est, cognita imbecillitate sua, atq; ex hac cognitione & reprehensione sui facile humilitatem possidens, post primum occurrit, nescio an apprehenderit vir autem negligēs, ista quæ dicta sunt, ne audivat quidem, ne forte in modicum quod interim operatur omnino desperans dissipet, compleaturque in illo quod dominus dicit: Ab eo autem qui non habet alacritatē & ipsi quod habet auferetur ab eo. Fieri non potest, vt qui in lacum cecidimus iniquitatum, inde vnquam emergamus, nisi nos in abyssum humilitatis penitentium deiciamus. Alia adhuc peccantium conscientia reprehensio, & alia quæ perfectis per dei operationē prouenit diues ac lætifica humilitas. Alia est tristis merentium humilitas. Ne quæso hanc tertiam verbis inuenire studeamus, alioquin inaniter erremus. Quæ vero humilitatis signum est ignominia perfecta toleratio, lugenti quoque nonnunquam præcedēs, consuetudo violentior dominatur. Nec mirum, iudiciorum atq; ruinarum ratio obscura est atq; tenebrosa, nullaque hanc aia facile animaduertit, difficillime em̄ comprehendit ac discernit potest quænam nobis per nostram negligentiam, quænam per diuinam derelictionem, qua nonnunquam deus humanam animam providentissima dispensatione deserit, quænam per auersionem dei nobis ruina contingant. Verum id mihi quidam assueuerunt, eas quæ per diuinam providentiā contingunt celeri conuersione solerē aboleri, neque enim permittit nos deus illis diutius teneri, quibus nisi profectus grā ad tempus traditi sumus. Quicumque lapsi sumus, ante oīa spiritui meroris resistamus, ipse em̄. orationis tempore assistens, priorisque confidentia nos admonens, orationē nostram impedire nititur. Noli turbari si quotidie laboris, neque resiliat sed ista vitiliter, profusus. ne reuerbitur tolerantia tuā custos tuus angelus. Dum adhuc recens atq; in sanguine est vulnus facile curari solet. Nam quæ dura & neglecta atq; obdura vetustate sunt, difficillime sanant, ingētique labore & cautio & igni visibili vt curari possint indigent. Plurima sunt, quæ tempore sūt insanabilia,

Deo tamen omnia sunt possibilis. Anteq̄ corruamus clementem esse deum demones D suggerunt, post ruinam vero durum & immitem dicit. Noli ei credere, qui post grauiorem lapsum in minimis defectibus ingemiscens, dicit: Utinam id nō fecisset. Nam istud quidem nihil est. Sæpe enim parua munera ingentem iudicis iram mitigarunt. Qui reuera reatus sui pœnam dat, is omnem diem qua non luget se amisisse arbitrat, etiam si qua fortassis bona alia in illo fecerit. Nullus eorum, qui se pœnitentiæ lamentis attriuit, in exitu securus fieri expectet. Nam quod incertum est, id satis firmum non est. Dimitte mihi per certam securitatem ut refrigeret, anteq̄ hinc incertus abeam. Vbi spiritus domini, ibi nexus soluti sunt. Itidemq; ibi humilitas profunda & inuolabilis. Nam qui sine his duobus hinc proficiscuntur, non se fallant, vincti sunt: qui seculo feruunt, soli huiusmodi certis securitatibus & maxime priore alieni sunt. Nonnulli tamen per elemosinā & pietatis opera currentes, lucrum suum in exitu cognoscunt. Qui seipsum pœnitentiæ lamentis afficit, alterius lamentum aut casum, aut querimoniam nō facile agnoscit. Cœnis si à fera vlla mordeatur, aduersus ipsam vehementius accensus, animatur ex dolore vulneris, incomparabili ferocia insaniens. Cauemus ne forte non ex munditia, sed ex falsa confidentia seipsam conscientia desistat reprehendere. Id erit solutionis delictorū certissimum indicium, si semper quisq; debitorem se existimet. Nihil dei miserationibus æquale aut maius est, atq; ideo qui desperat sibi ipsi mortem conscium, dignum item diligenti atq; accurate pœnitentiæ est, si omnibus contingentibus inuisibilibusq; tribulationibus atq; etiam pluribus dignos nos non esse, constanter teneamus. Moyses cum deum vidisset in rubo, rursus in Aegyptum, id est, ad seculi tenebras, ad faciendos lateres intellectualis fortasse Pharaonis rediit. Verum rursus ad rubum, imo vero ad montem dei protinus regressus. Qui intelligit quid sibi hæc velit speculatio, nunq̄ omnino desperabit. Magnus ille lob ex diuite pauper effectus est, sed rursus illi opes duplicatæ sunt. In his qui negligentis sunt, grauior omnino post vocationem ruina est, quæ spem placidissimæ tranquillitatis consequendæ obtundit, beatumq; & maxime optabile existimare per suadet posse omnino vel ex hac fouea resurgere. Attende quæso, diligentius attende. Neq; enim penitus per quam viam aberrauimus, per eandem reuertemur, sed per aliam longe breuiorem. Vidi duos eodem modo eodemq; tempore currentes, ex quibus vnus erat senior, laboribus excellens, alter discipulus, atq; is fere celerius currit, priorq; ingressus est in humilitatis monumentum. Cauemus omnes, sed in primis qui cecidimus ne impij Origenis morbo cor nostrum egrotare incipiat. Is enim scelestus doctrinæ morbus, cum nimiam dei clementiam præferat, voluptatum amatoribus maxime acceptus esse cōsuevit. In meditatione mea, imo vero in pœnitentiâ mea exardescet orationis ignis omnem adurens materiam, finis tibi & forma & exemplar & imago ad pœnitentiâ sancti illi rei, quos paulo ante memorauimus, atq; ita in omni vita tua libris omnino opus non habebis, donec tibi illucescat Chrs filius dei, & deus in resurrectione studiosæ & accuratæ pœnitentiæ. Amen.

## De memoria mortis. Gradus VI.

**O**Mne verbum præcedit cogitatio, mortis autem & scelerum memoria stertum præcedit & luctum. Quocirca & in hoc opusculo in suo ordine ponuntur. Memoria mortis est quotidiana mors, memoria vero exitus iugis per horas singulas gemitus. Formido mortis, naturæ est proprietas, quam intulit inobedientiæ peccatum. Timor autem mortis, peccatorum, quæ nulla pœnitentiâ deleuerit, certum argumentum est. Formidat Christus, non tremat mortem, ut duarum naturarum proprietates apertissime ostendat. Sicut cibus omnibus panis vilior est & magis necessarius, ita præstat omnibus operibus mortis cogitatio. Memoria mortis his, qui fratrum in medio versantur, labores & exercitationes parit, imo vero ignominia dulcem appetitum, eis vero qui in solitudine ab otumulto remoti degunt, deponere curas oēs persuadet, & orationi perpetuæ insistere, metemq; diligentissime seruare, quæ sane virtutes oēs huius & matres sunt & filia. Sicut stannū si argento propius admoueat quolibet aspectu similimū sit, manifestissime agnoscitur, ita & his qui discernere nouerunt, aperta & manifesta est naturalis, & ea q̄ præter naturā est exitus formido. Id aut verissimum eorum, q̄ toto corde mortis meminerunt, argumentum est. Si sponte totius creaturæ affectionem abnegent, voluntatem propriā omnino

**A** omnino derelinquant. Probatus ille quidem est, qui mortem diebus singulis expectat sed ille sane sanctus, qui hanc horis singulis desiderat. Non omne mortis desiderium probabile aut bonum est. Sunt enim qui iugiter consuetudinis violentia ad acti, peccatū, mortemq; cū humilitate oprant. Sunt item qui pœnitere nolunt, & eam ex desperatione aduocant. Et sunt qui per operationem sancti spiritus, suum e corpore excessum quaerunt. Hæsitant nonnulli religiosi, cuius rei gratia cum tantum nobis beneficij & emolumentū conferat mortis memoria, ipsius præcognitionem à nobis absconderit deus, non aduertentes, q̄ mirabiliter deus salutem nostram molitur. Nemo enim si præscisset mortem suam, ad baptismam siue ad monasticam vitam protinus accederet, sed omnes dies suos in iniquitatibus conterens, ad ipsum iam exitum suum ad baptismum & ad pœnitentiā se conferre festinaret, sed cum per longam temporis moram vitij iam esset assuetus, misgrasset utiq; sine vilo emendationis fructu. Caue qui luges, ne vnquam canem illum suscipias, qui misericordem deum pollicetur. Agit enim hoc, ut abs te interim luctum ac securissimum expellat metum. Tunc vero solum clementiam eius tibi pollicetur, cum te desperatione absorberi videris. Qui mortis diuiniq; memoriam iudicij semper in se ipso continere cupit, curisq; secularibus distractum se exponit, is ei similis est, qui dum natat plaudere manibus ambabus vult. Memoria mortis valida & efficax, ciborum abscedit appetitum, quibus per humilitatem excisis passiones simul exciduntur. Cordis indolētia excecauit animum, ciborum autem multitudo excidit fontes. Sitis & vigiliæ attriuerit cor, attrito autem corde exillierit aqua. Dura gulæ deditis quæ diximus videtur, & negligentibus incredibiliter porro vir exercitatus tentabit alacriter, & cum periculum fecerit subridebit in his vero quæ adhuc inquirat, mœstior abibit. Sicuri perfectam charitatem sine lapsu esse patrum autoritas diffinit, ita & ego perfectum mortis sensum sine timore esse denuncio. Plurimæ quidem sunt actiue mentis operationes, puta intentio charitatis ad deum, memoria dei, memoria regni, memoria ipsius presentis dei, secundum illius verba qui dixit: Providebam dñm in conspectu meo semper, memoria sanctarum intellectualiumq; virtutum, memoria exitus occursumq; siue cruciatum. A magis quidem cepimus, in his vero quæ præter lapsum sunt desinimus. Monachus quidam Aegyptius mihi aliquando narrauit, q̄ cum in intimo corde memor mortis penitus fixisset, velletq; aliquid necessitate urgente carnis huius luto solarij quiddam indulgere, ab huiusmodi memoria veluti à quodā iudice prohibitus sit. Quodq; mirabilis est, cū vehementer vellet hanc memoriam expellere à se, non potuerit. Alius quidam hic iuxta commanens, loco qui Collas dicitur, ex huiusmodi sæpe cogitatione repente obstupescebat, ac animo deficiens veluti insensibilis fiebat, repertusq; à fratribus nonnunq̄ ab eis, vt qui fere efflasset animam baiulabat. Non omittam etiam solitarij illius, q̄ in Chores habitabat referre historiam. Hic cum diutius negligentissime vixisset, nullamq; animæ suæ curam penitus haberet, morbo tandem comprehensus ad extrema deductus est. Cumq; iam corpore perfecte migrasset, post vnā horam in seipsum rediit. Orauitq; nos omnes, vt inde protinus abscederemus, & cellæ aditu lapidibus obstructo, per mās intus annis xij, nulli omnino quicq; loquēs, nec aliud qcq; præter panē & aquā degustās. Sedens autem ea tantum quæ in excessu viderat attonitus voluebat, atq; in his adeo fixo semper erat cogitatu, vt nunq̄ iam vultum immutaret, sed semper sic attonitus per durās vim lachrymarum seruetum tacitus profunderet. Cum vero iam morti esset proximus, rupto ac patefacto aditu ingressi sumus. Cumq; ab illo doctrinæ verbum supplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiuimus: Ignoscite mihi. Nemo, qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare nunq̄ poterit. Nos vero nimium mirati sumus, intuetes eum, qui pridie ita negligentem fuisse repente mutatum, ac beatissima transformatione alterum effectum. Illo igitur in proximo cimiterio sepulto, cum post dies aliquot facras illius reliquias requireremus, non inuenimus, dño in hoc quoq; nos certiores faciente, sollicito illius & accurate laudabilisq; pœnitentiæ, atq; omnibus fiduciam præstante, qui etiam post summam vitæ negligentiam seipsos emendare norunt. Sicuri abyssum quidam infinitam esse diffiniunt, locum em sine fundo eam vocant, ita & mortis intera cogitatio ineffabilem & incorruptā castitatē atq; operationem parit. Quod firmat factum huius quæ modo memorauimus iusti. Huiusmodi sane timorē timori iugiter adiungunt, nec vnquam desinunt quo ad ipsa quoq; ossium virtus consummatur. Et hoc autē cum

Psalm 15

bonis



bonis eius reliquis donum dei esse nobis ipsi persuadeamus. Qui ad ipsa quoque monumenta nonnunquam proficiscentes, duri quodammodo ac sine lachrymis persistimus, cum vero ab huiusmodi spectaculo remoti sumus, sapientius compungimur. Qui ad omnia mortuus est, is mortis memoriam tenuit: qui vero adhuc ad aliquid afficitur, hic vacare sibi ipsi non poterit, suis se insidijs appetens. Ne velis verbis omnes certiores facere tuæ ad illos dilectionis, sed à deo postula, ut hanc illis secretius reuelat, alias non sufficere tempus, ut illud affectibus & compunctioni impartiri possis. Noli falli stulte operari, ut tempore reparari præsumas. Neque enim sufficit dies quæque vel sui ipsius debitum dominino persolvere. Non est (ait quidam) non est præsentem diem perpetrare, nisi hanc esse ultimam totius vitæ nostræ existimemus. Et quod fit mirabilis, certe Gentiles quidam tale aliquid locuti sunt. Nam & summam Philosophiâ, mortis meditationem esse diffiniunt.

## De luctu gaudij opifice. Gradus VII.

**L**VCTVS secundum deum, est meror animæ, afflicti cordis affectus, semper id quod sitit ardentissime inquitens, quo non potitur summo id cum labore persequitur, atque post ipsum anxie merens ululat. Vel ita Luctus est stimulus animi, omni afflictione & affectione nudatus, atque ad seruandum cor à sancta tristitia immobiliter fixus. Compunctio, est iugis conscientie excrutatio, quæ per intellectualem confessionem igniti cordis refrigerium molitur. Confessio, est obliuio naturæ, siquidem ex hoc oblitus est quidam comedere panem suum. Pœnitentia, est voluntaria & læta totius corporeæ delectationis vel consolationis repudiatio. Proprium illorum est, quod in beato luctu proficiunt, continentia, labiorumque silentium, eorum vero qui iam profecerunt, non irasci, iniuriasque omnino obliuisci. Eorum vero qui perfecti & consummati sunt, profunda animi humilitas, ignominie, sitis, vexationumque inuitis aduentum spontanea eferies, peccantium non condemnatio, sed ultra vires miseratio. Suscipiendi sunt primi, sed laudabiles secundi: sed illi beati, qui esuriunt afflictionem, & ignominiam sitiunt, quam cibo insaturabili saturantur. Qui luctum acquisisti, illum viribus tene. Solet enim, nisi firme moliderit, auolare à tumultibus curis; corporeis ac delictis fugatus, maxime vero facile à multiloquio & scurrilitate dissoluitur, non secus quam ab igne cera. Maior ac potentior baptismate post baptismum (& si audax dictum id videatur) fons lachrymarum est. Illud enim præcedenti delectatione nostra purgatur, illud vero posteriora. Atque illud quidem omnes ab infantia accepti inquinamus, per hoc autem & illud repurgamus. Quod nisi diuino munere datum esset omnibus, rarissimi omnino qui saluarentur inueniri potuissent. Mestitia & gemitus ad dominum clamant, timoris autem lachrymæ legatione funguntur. Porro illæ quas sancta charitas effundit, susceptas atque exauditas esse preces nostras indicant nobis. Sicut humilitati nihil æque congruit, ut luctus, ita nihil reluctatur ut risus. Contincens pro viribus beatæ compunctionis beatam lætificamque tristitiam retine, neque in ea operari nullatenus cesses, quo ad sublimem te, atque ab humanis contagijs purum Christo domino sistat. Persecutori ne desinas, atque in teipso imprimere abyssum sempiterni ignis, crudeles ministros feruorem crudelemque iudicem nemini tunc ignoscentem, inferni ignis chaos, infinitum, subterraneorum terribiliumque locorum ac voraginum terrificos descensus, atque eorum omnium imagines, ut si qua est in anima nostra luxurie lasciuia, ingenti tremore percussa transeat in corruptam ac perpetuam castitatem, & per gratiam luctus igne omnidarius illucescat. Sta in orationis prece tremens, nec aliter quam reus iudici assistens, ut & interiori & exteriori habitu fauorem iusti iudicis concilies. Neque enim animam patitur despicere viduam sibi anxie astantem, molestiasque inuolabiliter parientem. Si quis animæ lachrymas possedit, huic omnis locus aptissimus est ad luctum, quod si solis adhuc exterioribus occupatur, loca moresque eligere ac discernere non desinat. Sicut thesaurus occultus eo qui in foro propositus est, & inuolabilior est, & minus fures sollicitat, ita & ea, quæ prædiximus intelligamus. Noli eis esse similis, qui mortuos sepeliunt, qui nunc quidem super eis lugent, nunc ipsorum gratia inebriantur, sed esto ut vencti ad metallum damnati, qui horis singulis à carnificibus caduntur. Is qui modo lugere, modo delictis & risu solui deprehenditur, ei similis est, qui canem volupatis cum pane lapidat, qui hunc quidem persequi actu videtur, reuera autem sibi assidere horratur. Esto subtristis, ostentationis inimicus, ac iugiter ad cordis tui custodiam attonitus. Meruunt quippe severam

tristi-

**A** tristitiam demones haud secus, quam canem fures. Non est fratres eadem nostra, quæ ad nuptias vocatio. Prorsus enim ut nos ipsos lugeamus vocati huc à deo sumus. Quiddam dum lachrymas profundunt in illo ipso beato tempore, ut nil omnino cogitent, sibi ipsis vim faciunt. Improbe id quidem, non enim intelligunt, lachrymas absque cogitatione & intentione animi profusas, brutæ non rationabilis naturæ esse proprias: ex cogitatione lachrymæ procedunt. Pater enim cogitationis, rationalis animus est. Cum in lectulo decubas, sit tibi ipsa iactans habitus figura in sepulchro clausi, minusque dormies. Ipsa quæque mensæ delibatio lametans dæ sortis vermium illoque te admoneat, minusque delicias requirit. Sed & in ipso aquæ potu flammæ illius sitim ne obliuiscaris, atque ita vim naturæ omnino facies. Quoties vero præceptor noster honorificans nos contumelia, & terrore & ignominia affecerit subeat mentem nostram terribilis illa iudicis sententia, sicque insit nobis irrationabilem tristitiam & amaritudinem, mansuetudine & tolerantia, veluti gladio ancipiti, omnino iugulabimus. Tempore (ut ait Iob) arefcit mare, sic & tempore & tolerantia quæ dicta sunt fiunt in nobis & perficiunt. Memoria æterni ignis tecum singulis noctibus dormiat, recedatque euigilet, nec unquam tempore psalmodiæ dominabitur tibi negligentia. Ipsum quoque indumentum tuum te ad exercitium luctus hortetur. Omnes enim qui mortuos lugent, nigris vestibus operiuntur. Si igitur non luges, propter hoc luge. Sin vero luges propter hoc, maxime te lamentis affice, quod ex honorabili & tranquillitate ordine te ipsum per tua scelera in humilioribus & laboriosum deiecit. Sicut in cæteris omnibus, ita & in lachrymis iudex quoque noster opimus atque æquissimus naturæ vires omnino diiudicat. Vidi modicas guttas instar sanguinis cum labore effundi. Vidi & fontes absque labore perfluere. Ego denique merentium dolorem ac gemitum pluris æstimavi, quam lachrymas, puto quod & deus sic iudicat. Non conuenit lugentibus theologiæ sermo, nam ex eo maxime solui illorum fletus consuevit. Is enim qui de theologia differit in folio doctori pompam præferenti, qui autem luget in silentio vel cilicio & sterquilino sedenti comparatur. Atque hoc est, ut reor, quod David maximus interrogantibus respondit: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena, id est, vitiosa: Sicut creatura motum aliquando ex se gignit, nonnunquam vero aliquid suscipit, ita & de compunctione quoque sentiendum est. Quoties anima nihil etiam curantibus, vel studiose operantibus nobis in lachrymas vel secretæ compunctionis excitata, in solo fletu requieuerit curamus sollicite, dominus enim non vocatus aduenit, spongiæ amque diuini meroris & refrigerij piarum lachrymarum aquas nobis clemens porrigit, quibus deleantur scelera chirographi nostri. Serua eam ut pupillam oculi tui, donec spongete abeat. Longe enim maior est huiusmodi compunctionis vis, quam eius quam studio nostro & labore acquisiuimus. Non qui quando vult luget, is gratiam luctus adeptus est. **C** sed hic magis, qui in quibus vult luget, ne is quidem, qui sicut vult luget. Nonnunquam enim luctui, qui secundum deum est, inanis gloriæ miscetur ingrata lachryma. Quod tunc fieri pie & prudenter animaduertimus, cum lugere nosmetipsos, & tamè malignari viderimus. Compunctio proprie est animi dolor, omni elatione carens, nec vllam sibi omnino consolationem indulgens, solamque resolutionem suam horis singulis meditantis consolationemque dei, qua humiles monachos visitat, ut aquam frigidam expectas. Quia cumque toto cordis sensu luctum possederunt, hi vitam quoque ipsam suam, ut laborum plenissimam, lachrymarumque & dolorum iugiter materiam sibi ministrantem oderunt, corpusque suum ut inimicum aduersari sunt. Quoties in his qui secundum deum luges re videntur, superbiam aut iram deprehenderis, horum scito lachrymas non ex eis esse, quas compunctio salubris elicit. Quæ enim societas, inquit, lucis ad tenebras? Solet adulterina compunctio elationem gignere: ea vero quæ laudabilis & probata est, consolationem. Sicut ignis stipulam inflamat & consumit, ita castæ lachrymæ sordes omnes & visibiles & inuisibiles consumunt. Lachrymarum rationem plerique patrum non patere & esse obscurissimam, atque ad inueniendam difficillimam definiunt, idque in his potissimum, qui rudes imbuunt. Ex multis namque eas & varijs occasionibus gigni, puta ex natura, ex deo, ex afflictione vituperabili, itaque ex laudabili, ex inani gloria, ex fornicatione & dilectione, ex mortis memoria alijsque plurimis. Verum omnibus his lachrymarum modis diuino timore discussis & cognitis ex iugi nostræ resolutionis memoria mundissimas, & ab omni fraudis suspitione alienas lachrymas nobis comparare studeamus. Neque, non est in eis elationis & furtiue suspitio, sed emulatio magna profectusque charitatis in deum peccati; abolitio & candida

Psal. 136

2. Corin. 6



candidissima, & ab omni perturbationum strepitu remota, ac felicissima requies. Eos facit ne qui lugent, nonnūq̄ ab optimis lachrymis inchoasse, & in deterioribus desinere, nec nouum, nec mirum est, sed à contrarijs aut etiā naturalibus in spirituales transferri lachrymas, & singulare est, & laudibus reuera dignissimum. Hoc autem probema manifestius nouerunt, qui circa inanem gloriam proniores sunt. Noli anteq̄ perfecte emundaris, lachrymarum tuarum imbribus credere. Neq̄ enim habet fidem uinū statim e torcularibus expressum. Omnes quidem lachrymas nostras, quas secundum deum profundius expressimus, esse mirum vtilis, nemo est qui refragetur. Quānam vero sit utilitas earum, in tempore nostrae migrationis agnoscamus. Qui ex iugli luctu in deum proficit, is epulari quotidianis & festa celebrare non desinit. Qui vero corporaliter epulari non desinit, hūc semper piterius luctus recepturus est. Non enim reis est in carcere latitatio, ita ne monachis quādem vera in terra solennitas. Atq̄ idcirco forsitan honestus ille stertus emaculator ingens miscens aiebat: Educ de custodia animam meam, ut exultem iam de tua ineffabili luce. Esto sicut rex in corde tuo sublimis, in humilitate residens, & risui iubens: Vade, & vadat, dulci stertus: Veni, & ueniat, seruoq̄ & tyranno corporis: Fac hoc, & faciat. Si quis beato gratiosoq̄ luctu se veluti sponsali indumento vestire curauit, hic specialem animę cognouit risum. Quisputas erit huiusmodi, qui tempus suum omne tam pie ac religiose in monastica conuersatione consumpsit, ut nullum diem, nullam horam, nullum momentum aliquando perdiderit, q̄d nō in diuino seruitio religiosissq̄ operibus expendere, id apud se iugiter ac solite reputās, possibile non esse eundem diem bis in vita conspiceret: Beatus quidem is monachus, qui cœlestibus ac intellectualibus virtutibus defigere animi obtutus valet. Sed ille sane absque metu ruinae est, qui ex mortis scelerumq̄ memoria, genas suas uiuentium aquarum imbribus rigat. Facile autem adducor, ut credam priorem illum statum per hunc secundum profecisse, atq̄ ad illam felicitatem peruenisse. Vidi ego mendicos ac pauperes improbos, facies quibusdam verbis ipsa quoq̄ regum corda ad misericordiam inclinasse. Vidi item pauperes, ac virtutibus inopes, non vrbanis quidem, sed humilibus, tenebrasq̄ ac hæsitationem festinantibus verbis, ex profundo corde ad cœlestem regem summa improbitate atq̄ perseverantia clamantes, inuiolabilem illius naturam atq̄ clementiam violasse. Qui lachrymarum suarum gratia in animo inflatur, eosq̄ qui non lachrymantur damnat, is ei similis est, qui ab imperatore contra inimicos suos accepit arma, hisq̄ ipsis semetipsum necat. Non indiget deus lachrymis nostris, o socij, neq̄ hominem ex cordis angustia lugere vult, sed magis ex insigni ad deum charitate, in hilaritate animæ lætari. Peccatum remoue, & superflue iam erunt iam sensibilibus oculis fusæ mœstæq̄ lachrymæ. Neq̄ enim cauterio opus est, si vulnus desit. Non erant in Adam ante præuaricationem lachrymæ, sicut nec post resurrectionem iam destructo peccato erunt. Si quidem tunc aufugit dolor & tristitia & gemitus. Vidi in quibusdam luctum, vidi item in alijs, eo q̄ luctu indigerent luctum: his autē & si luctus non desit, tamen ut qui illum non habent ita affittuntur, per quam hanc animi decoram castitatem inuiolabiles furibus permanent. Atq̄ hi sunt, de quibus dictum est: Dominus sapientes facit cæcos. Solent enim ipsæ quoq̄ lachrymæ leuiore quosdam nonnūq̄ attollere, quocirca quibusdam diuina dispensatione subtrahuntur, ut dum se ipsos priuatos viderint, studiosius eas requirētes miseros se ipsos agnoscant, gemitibusq̄ & mœrore ac dolore animi profundaq̄ tristitia & hesitatione se conterant, quæ omnia lachrymarum vices implere solent. & si ab ipsis nimium viliter nihil æstimetur. Inuenimus nunnūq̄, si obseruemus diligentius, ridiculum quiddam dæmones in nobis moliri. Nam cum saturitate distenti fuerimus, compungunt nos, rursus cum ieiunauerimus obdurant, ut seducti lachrymis parenti vitiorum gulæ ac delictijs nos ipsos exponamus. Quibus ut temperandum non est, sed omnino contra faciendum. Equidem ipsam compunctionis vim considerans stupeo, quo nam modo ea, quæ luctus & mœror dicit, gaudium intrinsecus & lætitiā, veluti mel & fauam, comesta possideat. Quid igitur ex hoc nobis inuitur? Id profecto, quod proprie dei donum huiusmodi compunctio esse pro confesso habeatur. Est tunc in anima iucunda voluptas, deo latenter mœros & contritos corde consolante. Verum ut occasio efficacissimi luctus dolorisq̄; perutilis nō desit, historiam omnino miserabilem ad ædificationem animarum referre libet: Stephanus quidam hoc in loco habitans, solitariam & quietam vitam adamauerat. Hic cum annos

P salm 144

A plurimos in monastico certamine egisset, ieiunissq̄; maxime & lachrymis esset ornatus, alijsq̄; præterea virtutum priuilegijs floreret, cellulam ad radicem montis, in quo sacra illam diuinamq̄; visionem specularis olim fuerat Helias sibi construxerat. Hic igitur tam venerandus moribus, intensione maioris laboriosiorisq̄; penitentia profectus est ad Anacharitarum locum, cui Fides nomen erat. Quo in loco cum annos aliquot a Chiffis mo vitæ instituto peregrisset: erant enim hic locus ab omni consolatione morali penitus remotus, omnibusq̄; fere hominibus inuis (septuaginta enim fere milibus passuum ab omni humana habitatione disunctus erat, rursus extremo vitæ tempore redijt, cupiens in cellula sua priore sancti illius montis habitare. Erant autem ibi duo ex Palestina discipuli admodum religiosi, qui etiam pridie obseruabant cellulam senis, in qua cum paucos egisset dies languorem incurrit, ex quo & mortuus est. Igitur ante vnum exitus sui diem repente animo obstupuit, apertissq̄; oculis ad dexteram atq̄; ad sinistram partem lectuli circumspiciebat, & quasi rationem quidam à se exigerent cunctis qui astantibus aiebat, aliquando quidem ita sanet: Sic reuera est, sed pro hoc tot annis ieiunaueri, Aliquando vero: Non certe, sed mentimini, hoc non feci. Deinde rursus: Ita vere est, hoc ita est, sed fleui, sed ministravi. Accursum: Vere me accusatis. In quibusdam etiam alijs quando aiebat: Ita sane, & quidem ad hæc quid dicam non habeo, ideo misericordia est.

B Et erat profecto spectaculum horredum ac terrificum, inuisibile illud sanissimumq̄; iudicium, in quo etiā (q̄d terribilissimum est) & quod non fecerat illi obijciant (me miserum) quietis ac solitudinis sectatori, in nonnullis vero peccatorum suorum quid ad hoc respondere possit se non habere dicebat, qui iam fere quadraginta annos monachus fuerat, & lachrymarum gratiam habuerat. Væ, væ, vbinam erat Ezechielis vox, quam illis obijceret? In quacunq̄; hora ingemuerit peccator, saluus erit. Et illud: Quia in quo te inueniam, in eo te iudicabo dicit dñs. Vere nihil huiusmodi respondere potuit. Cuius rei gratia illi gloria, qui solus agnouit. Quidam vero mihi veraciter affirmauerunt, q̄ hic dum esset in eremo, leopardum quoq̄; ex manu sua nutrebat. Hic ipse tamen cum adeo infeste ratio à se exigeretur, carne solutus est, quod iudicium, quis terminus, quæ sententia, quis ratio nis eius finis fuerit, incertum penitus relinquens. Sicuti vidua, quæ viro suo fuerat orabata, si filius sibi sit vnigenitus, illi soli vnitur, eiusq̄; post dominium solatio potitur, ita anima si lapsa fuerit nullo alio solatio exitus sui tempore tam secure nititur, ut abstinentia labore ac lachrymis. Huiusmodi nunq̄; conciner, neq̄; in hymnis secum iubilabit, hæc enim luctum interrumpunt & perimunt. Q̄; si tu per ea luctum tibi constituere studes, adhuc ea res abs te remotissima est. Luctus quippe certus fixusq̄; dolor est animæ peritæ præcursor beatissimæ tranquillitatis, in plerisq̄; præptans & immudans consumensq̄; oim vitioꝝ syluam. Quidam honesti huius boni probatus operarius, ista mihi de se narravit. Cum, inquit, sæpius studiose instituerem aduersus inanem gloriam siue iracundiā siue ventris saturitatem omnino bellum gerere, luctus ratio subclamans mihi intrinsecus attestabatur: Noli inani gloria efferi, nam recedam abs te. Similiter quocq̄; in alijs perturbationibus dicebat. Cui ego aiebam: Nunq̄; tibi ero inobediens, donec me Christo domino sistas. Luctus quidem profunditas consolationem aspicit, cordis vero munidita illustrationem suscipit. Illustratio ineffabilis est quædam efficacia, quam ignote intelligimus, & inuisibiliter aspiciamus. Consolatio, est refrigerium afflicti animi, in fantasia in morē in seipso vagientis, simulq̄; grate & iucunde subridētis. Suffragatio est aīæ q̄; in mœrore ceciderit innoatio, afflicta lachrymas in eas quæ sunt pacatissimè mirabiliter transferens. Lachrymæ solent metum excludere, vbi vero timor excussit timorem, continuo serena lux gaudij illuxit. Cum autem indeficiens id gaudium deserit, nos sanctæ charitatis orietur. Humilitatis manu adueniens gaudium abs te, ut indignus abijce, ne forte dum nimium facilis ad suscipiendum es, lupum pro pastore suscipias. Noli prope ad contemplationē currere in alieno tempore, ut hæc humilitatis tuæ pulchritudinē insequens tibi in seculo seculi castissimo iungatur amplexu. Principio quidē in fans cū agnoscit patrē, gaudio penitus impletur: si vero ille certa ratione per egre profectus fuerit atq̄; iterum redierit, gaudij simul & mœroris infans plenus efficitur. Gaudij quidē, quæ eum quem cupierat videt. Mœroris, quia tanto tpe honesta illa pulchritudine priuatus est. Abscōdit seipsum infantis mater, quæ si se viderit anxie inquirere, gaudio afficitur, sicq̄; illum instruit sibi adherere iugiter, affectumq̄; suum altius infanti imprimit, eumq̄;

Ecc ad

ad se ardentius amandū inuitat. Qui habet aures audiendi audiat, ait dñs. Non angetur D  
spectaculorum ordinandorum cura is reus, in quem fuerit lata sententia: ita ne is qdem  
qui attentius luctui studet, delictis aut gloria aut furore aut iracundia vnde cunq; capiet.  
Luctus est pœnitentis aīæ certus & fixus dolor. quotidie dolores doloribus adijciens.  
Luctus & sanctus dñs, qui & cum qui ratione sectatur quietem, ratione compungit, & cū  
qui ratione subditur quotidie lætificat. Qui horum alterq; non legitime arripit, hic luctu  
priuatum se intelligat. Abijce abs te eum, qui in profundissimo luctu ad te accedit canē,  
deumq; tibi inclementem & immisericordem suggerit. Nam si diligenter obserues, inue  
nies illum cum ad peccatum te hortatur clementem & misericordem, atq; ad ignoscen  
dum facilem deum tibi polliceri. Exercitatio assiduitatem gignit, porro assiduitas in sen  
sum infirmissimum definit. Quod aut in sensu fit, difficile auferri potest, etiamsi quodlibet  
bet magnum atq; electissimum vitæ institutum arripueris, id quasi externū & nothum  
existimare debes, nisi cor afflictum micerensq; possideas. Oportet em̄ reuera maximēq;  
necesse est, vt qui post salutare lauari iniquitati sunt, igne cordis infatigabili ac mise  
ratione dei manus suas (vt ita dixerim) pice excutiant. Vidi quosdam quosdam supr̄mū  
terminum luctus, sanguinē em̄ eos præ afflictio & percusso corde profundere ex ore con  
spexi, recordatusq; sum eius qui dixit: Percussus sum vt fenem, & aruit cor meum. Illæ  
quidem lachrymæ, quas metus gignit in seipsis custodiam possident: quæ vero ex chari  
tate prodeunt anteq̄ ipsa perficiatur in quibusdā facile fortassis auolant, nisi forte ignis  
ille sempiternæ memorandus operis tempore cor penitus incendat. Et est sane mirabile  
quō id quod vilis & indignus est, certius atq; securius sit suo in tempore. Sunt mate  
riæ quæ fontes nostros exiccant, sunt item quæ in ipsis & cenum & feras beluas pariant.  
Per priores quidem illas, Loth filiabus suis nequiter conuersus est: per feras vere diabo  
lus cecidit. Ingens in hostibus nostris versutia, summa nequitia est, vt virtutū materias,  
materias vitiorum & humilitatis authores, materias superbæ opifices faciant. Solent  
nonnunq̄ ipsæ etiam sedes nostræ & locorum species animū nostrum ad compunctio  
nem excitare. Doceant te hoc Iesus & Helias & Iohannes soli apud se orantes. Animade  
ueri plerunq; in ipsis quoq; ciuitatibus medijsq; tumultibus moueri nobis lachrymas,  
ea profecto arte dæmonum, vt putantes quidam nihil se ex his tumultibus lædi, seculo  
propinquare non metuerent. Verbum vnum nonnunq̄ dissoluit luctum, mirum vero si  
vnum quoq; verbum rursus illum reuocare, postq̄ auolauerit, possit. Non accusabimus  
o socij, neq; nobis crimen dabitur in separatione animæ à corpore, q̄ non miracula egis  
mus, q̄ non de theologia disseruimus, q̄ non contemplationi operam dedimus, sed ob  
hoc maxime rationem omnino deo reddituri sumus, quia lugere vnq̄ destitimus.

## De iræ uacuitate &amp; mansuetudine. Gradus VIII. F

Sicut aqua, si paulatim igni adijciatur, flammam penitus extinguit: ita & veri luctus  
lachrymæ omnem flammam iracundiæ ac furoris extinguere consueuerūt. Quocir  
ca nos quoq; ista consequēter suo ordine subiiciemus. Iræ uacuitas inexplabile est igno  
minie desiderium: sicut contra in his qui inani gloriæ student, infinitus est laudis ap  
petitus. Iræ uacuitas, est naturæ superatio absq; vilo iniuriarum sensu, ex certaminis  
bus & sudoribus proueniens. Mansuetudo, est animi immobilis status inter vituperat  
iones & laudes eodem modo perseverans. Initium quidem iræ uacuitatis, est labios si  
lentium in perturbatione cordis, medium aut, silentium quoq; ipsa: cognitio in ani  
mi tenuissimo metu: finis vero est inter immundorū spirituum status stabilis ac fixa tran  
quillitas. Iræ, est toleratio occulti odij, memoria sc̄q; iniuriarū alte animo impressa. Iræ est  
desiderium, q̄ eum qui nos irritauit affligi cupimus. Iracundia, est subita cordis excā  
descendia, nec diuturna. Amaritudo est iniucundus atq; inuisus motus in animo cons  
fidens. Furor, est morum inconstans motus animiq; turpitudine. Sicut cum sol apparuerit  
fugantur tenebræ, ita cum afflare ceperit suauissimus humilitatis odor, ois amaritudo,  
oisq; furor ex aīo exterminat. Quidā em̄ sint nimii ex furore mutabiles, negligēiores  
ad hunc saluandū curandūq; fiunt, nō intelligētes miseri qd scriptura sacra cōmomo  
ret dicens: Momentū furoris eius ruina est illi. Velox est motus molæ vno sæpe momen  
to amplius triticū aīæ, & fructum vite conterens atq; demoliens, quā faceret die alias in  
regro. Quocirca prudenter & toto aīo attendendū est. Ea sæpe flamma, quā subito ve  
hemens

A hemens vitiorū status accenderit, fructum cordis amplius adurit & perimit, q̄ ea quæ &  
lentius excitata est, & diutius viger. Ne istud quidem vos latere debet amici, q̄ ad tem  
pus iniqui se dæmones astu subducūt, vt dum maxima vitia veluti minima negligimus,  
iam insanabiliter ægrotemus. Sicut lapis acutus angulis asper, si alijs lapidibus contum  
datur & collidatur, omne illud acumen amittit, solidaq; eius asperitas contrita dissoluit,  
fitq; rotundus atq; leuis: ita & anima dura atq; ad iracundiam prona, si duræ & iracūde  
vitorum multitudini admisceatur, atq; cum eis vna degat, alterum e duobus sustinens  
aut enim ex tolerantie virtute proprium curabit vulnus, aut si iniurijs fatigata cesserit,  
suam penitus infirmitatem noscet, quam sibi ignauia hæc fuga veluti speculum quoddā  
ante oculos ponet. Furibundus, est caducus voluntarius, qui dum anticipat, inuitus cas  
dens, colliditur atq; disrumpitur. Nihil minus pœnitentibus conuenit, q̄ concitatus fu  
ror. Quippe conuersio, summa indiget humilitate, hic vero maximi timoris argumentū  
est, si is demum supr̄mæ humilitatis terminus pro confesso habetur, vt eo etiam præsen  
te à quo iritamus, sereno illum ac tranquillo corde diligamus, is sine dubio finis furoris  
erit, si solum degimus, aduersus eum qui nos in aliquo læserit, & verbis & gestibus res  
pugnantes vtamur. Si spiritus sanctus animæ pax & diffinitur & est, nihil æque vt furor  
eius à nobis præsentiam segregare poterit. Cum per multas atq; diras furoris species  
B agnouerimus vnam ipsius solamq; progeniem (& si adulteram) vtilem tamen esse depre  
hendimus. Vidi em̄ nōnullos, qui cum vsq; ad insaniam excanduisent, diuturnamq; adeo  
ac penitus in medullis insitam iniuriarū memoriam euouissent, per vitium illius come  
motionis fuisse liberatos, cum is qui eos læserat prioris diuturniq; doloris, illos vel pœ  
nitentia vel satisfactione curasset. Vidi item alios, qui irrationabili longanimitatis spe  
cie ex silentio memoriam illatæ iniuriæ in intimis recondiderunt, eosq; infanis deterio  
res atq; infeliciores esse iudicauit, quippe per atramentum columbæ candorem demoliri  
essent. Summa igitur aduersum serpentem istum cura & diligentia pugnandum est, &  
ipse enim naturam habet aditricem non secus, q̄ turpis concupiscentiæ coluber. Vidi nō  
nullos iracundiæ furis succensos, præ amaritudine animi cibum ab se omnino reieci  
sse, qui tamen ex hac irrationabili continentia venena venenis adiecerunt. Vidi item alios,  
cum veluti rationabilem causam furoris nacti essent, gulæ illecebris seipos addixisse, ac  
veluti ex fouea in præcipitium corruere. Alios item aspexi prudentiores, qui peritorum  
more medicorū, vt risq; cōmixtus ex æquabili & moderata consolatione maxima emo  
lumenta consecuti sunt. Nonnunq̄ moderata melodia furorem optime lenit & mitigat,  
sæpe vero ea quæ immoderata est & importuna cum voluptate coniungitur. Ea igitur  
sic demum optime vtetur, si tempora aptissime ad normam dirigamus. Cum sederem  
C aliquando cuiusdam necessitatis causa iuxta quorundam solitariorū cellulam, audiui il  
los perdicum more intus summa amaritudine & furore apud se corrixantes, atq; in eius  
personam qui se læserat tanq̄ is præfens esset petulantissime insipientes, Quos ego ne vlt  
tra in solitudine sederent pie & fideliter monui, si nollent ex hominibus dæmones fieri.  
Vidirursus alios corde lasciuo ac lubrico es carum nimietate distendi, qui mites se esse &  
blandos, atq; (vt ita dixerim) amatores fratrum simulantes, personam sibi sanctitatis &  
honestatis imponerent, quos vt solitudinem sectarentur hortatus sum, veluti ferramen  
tum quoddam luxui & escæ nimietati inimicum, si nollent ex rationali in brutam nas  
turam miserabiliter decidere. Cum vero quidam mihi vtriusq; se miserabilis effert, dis  
cerent, eos ego suæ uolūtatis arbitrium sequi profusus inhibui, eosq; præceptoribus hoc  
amicè suggesti, vt hunc aliquando, nonnunq̄ vero illum ordinē eos sequi permitterent,  
dum illi per oīa rectori atq; gubernatori ceruice submissa perfecte obtemperarēt. Is et  
enim, q̄ voluptatibus studet, seipsum fortassis aut alterū suorū morum disciplinam corrū  
pere ac perdere solet: iracundus vero lupi in morem gregem totum sæpe perturbat, an  
masq; plurimas humilians vulnerat. Graue qdem est, oculum cordis præ furore turbare,  
scdm̄ Psalmo testimonij dicentis: Turbatus est à furore oculus meus, longe vero gra  
uius & labijs etiam animi impetum exprimere, grauisimū autē ac totius monasticæ &  
angelicæ diuinæq; conuersationi alienū atq; omnino inimicum, manibus d̄q; furori sa  
tisfacere. Si festuca alterius sanare vis, vel magis tibi velle videris, noli pro scalpello tra  
bem hanc velle recidere atq; retundere. Trabs quippe sermo durus est gestusq; indecor  
tus, scalpellum vero mansueta doctrina mitisq; responsio. Argue em̄, inquit, increpa, obs.  
T. 4.  
Ecc ij lecta,

Psalmo 101

Prou. 23

Psalmo 6

T. 4.

secra, non autem etiam percutere. Si vero & hoc fieri oporteat, raro omnino, ne tunc quidem D  
per teipsum facere debes. Si diligentius inspiciamus, animaduertemus plerosque ex his, qui  
iracundia facibus agitantur, prompte ieiunare, vigilare, quietem solitudinis sectari.  
Est enim ea verutissimi demonis intentio, idcirco summopere inquit, ut veluti per rationa  
bilem occasionem penitentiae & luctus, eas materias, quae morbo huic incrementa da  
re possint, sequendas illis persuadeat. Si lupus vnus (vt antea diximus) gregem totum auxi  
lio demonis perturbare potest, & vnus profecto sapientissimus frater, velut vter oleo res  
pletus, angeli adiutorio fretus, fluctuum rabiem inferentis tranquillitatem conuerteret,  
mauemque seruabit illaefam, ac pro magnitudine iudicii, quod prior ille promeruit, merces  
dem a deo referet, profectus forma omnibus factus. Initium beatae tolerantiae est, in ama  
ritudine & dolore animae, ignominias suscipere: medium vero, eas tolerare sine mero  
resinis aut & consummatio, summam illas laudem existimare. Gaudeas prior, valeas ses  
cunde, sed tu felix ac beatus tertie, quippe qui in dño exultas. Notavi miserandum offi  
no spectaculum in his, qui iracundiae inferunt, quod illis latenter ex elatione contingit: in  
dignati enim eo quod ira fuissent superati, rursus irascebantur. Admiratusque sum cum intuerer  
illos, ruina ruinam viciscentes, ac peccato peccatum persequentes, miseratus sum, demon  
numque versutiam stupens, parum abfuit quin de mea ipsius vita desperarem. Si quis se  
ipsum tum ore & iracundia, nequitiaque & simulatione facile superari perspicens, contra E  
haec mansuetudinis & tolerantiae ancipitem gladium educere instituit: hic profectus ve  
luti fullonum salutarem officinam fratrum monasterium ingredi laboret, atque eorum qui  
maxime duri & immites sunt, siquidem haec vitia perfecte exuere cupit, ut illic ex conu  
melijs & ignominijs, dum fratrum vexationibus extenditur atque intellectualiter pulsatur,  
fortassis vero etiam fuissent superati, rursus irascebatur: fordes quae animae  
illius vestes macularunt, diluat. Ipsa te plebeia vox persuadeat, probum & contumeliam  
lauachrum esse vitiorum animae. Solent enim seculares, cum aliqui in faciem ignominijs  
& contumelijs resperferunt, gloriantes ad alios dicere: Laui illum. Quod profecto verum  
est. Alia in his qui adhuc rudes imbuuntur ex fletu, est iracundiae necatio: & alia in his  
qui perfecti sunt, commotionis commoda cessatio. Quippe prior illa lachrymis veluti  
freno quodam ligata est, haec velut serpens a beata tranquillitate veluti a gladio quoda  
acutissimo necata est. Vidi ego tres vna monachos iniurijs affectos, ex quibus vnus mor  
debatur quidem iniurijs, atque perturbabatur, sed tamen silentio premebat iracundiam  
alius vero gaudebat quidem ex lucro suo, sed eius qui se maledictis insectatus fuerat pec  
cato angebatur: tertius vero proximi tibi damna secum voluens, vim ardentium lachry  
marum perfundebat. Eratque suauis spectaculum timoris & mercedis & charitatis opera  
rios aspicere. Sicuti corporis febris cum vna sit, non vnam, sed plures habet sui occasiones F  
ardoris, & furor atque commotio, fortassis vero & aliarum species perturbationum nostrarum  
plurimas ac varias occasiones & causas habere noscuntur. Quod circa possibile non  
est, tantam rerum varietatem eodem modo diffinire, sed magis consiliū ex animo meo  
do, ut pro sollicito aegrotantium studio quisque medicinam compendium inquiramus. Pri  
mum itaque remedium erit, ut quisque causam sui doloris agnoscat. Causa quippe cogni  
ta contra hanc medicamentum etiam auxilium ex prouidentia dei spiritualiumque virorum  
diligentia suscipimus. Qui nobiscum in domino vna ingredi cupiunt, nostro exemplo  
admoniti in illud propositum nobis intellectuale iudicium ingrediantur, praedictasque  
urbationes suae causas quodammodo subobscurae simul examinentur. Vincitur iam ty  
rannus iste mansuetudinis nexibus, flagelloque longanimitatis verberatus, atque a charitas  
te pertractus sistatur tribunali rationis, atque vt conuenit examinetur & ita discutatur.  
Dic nobis o stulte & turpissime genitoris tui, & eius quae te male peperit appellationem,  
filiorumque tuorum, & sceleratissimae filiarum, praeterea & eorum qui te debellant & neca  
turi sunt nota edicito. Ille vero sic interrogatus, ita respondere videbatur: Plurimae gene  
rationes meae sunt, nec vnus mihi pater est. Matres vero meae sunt, inanis gloria, cupiditas  
tas, gastrimargia, nonnunquam vero & fornicatio. Qui autem me genuit, fastus appellatur. Porro  
filiae meae, memoria iniuriarum, inimicitia, disceptatio, & odium. Aduersariae vero  
meae, quibus nunc vincens teneor, quae his obiectae sunt, mansuetudo & inirascencia. Ea  
autem quae mihi infidatur, humilitas dicitur. Quis vero illam genuerit, loco suo illam  
interrogate.

Deme

## A De memoria iniuriarum. Gradus IX.

SANCTAE quidem virtutes Iacob scalae comparantur, vitia vero nepharia ei qui cecidit  
se legitur ex Petri summi apostoli manibus catenae. Et illae quidem simul nexae, atque  
altera ad alteram transmittentes in caelum sustollunt amatores suos, vitia vero seculi  
gignere atque arctissime complexi conseruerunt. Quocirca cum iam audierimus in pla  
bilem furorem, progeniem suam memoriam iniuriarum appellatam, de ea nunc inuitate  
nos tempore loquamur. Memoria iniuriarum, est furoris complementum, peccatorum custos,  
iustitiae odium, virtutum perditio, venenum animae, mentis assiduus vermis, orationis  
confusio, deprecationis excisio, charitatis alienatio, clauus infixus animae, iniucundus  
sensus, qui in amaritudinis suauitate diligitur, iuge peccatum, nunquam dormiens iniquitas,  
horis singulis admittit malitia. Est istud quoque tenebrosum ac molestissimum vitium. Di  
co vero iniuriarum memoria, vnum ex his quae generant, nec gignunt, siue etiam gignunt,  
atque ideo plura de illo loqui volumus. Qui iracundiam sedauit, is huiusmodi memoria  
peremit. Dum enim viuunt pater, filios generare non cessat. Qui charitatem possidet, iracundiam  
ab se fugauit. Qui autem inimicitias exercet, importunos sibi labores congregat. Charita  
tis mensa dissoluit odium, & dona mundissima emolliunt animam. Mensa neglecta mater  
confidentiae, & per fenestram charitatis ventris ingluuius ingreditur. Animaduertit odium,  
vinculum fornicationis diuturnum dirupisse, memoriaque iniuriarum, illic iam mirabiliter &  
praeter spem perseuerasse. Mirandum sane spectaculum, daemone a daemone sanari con  
spiceret sed hoc fortassis est ex dispensatione opus dei, non daemone. Longissime a chari  
tate valida & naturali remota est memoria iniuriarum, eiusque facile appropriabit fornicatio,  
videatque latenter in columba corruptionem. Ideo quem mordet iniuriarum memoria, aduer  
sus demones id magis patitur: & quem delectat blandum inimicitiae venenatumque podium,  
corpori suo semper infestus inimicus sit. Amicus ingratus ac dolosus, caro est: & si fos  
ueatur, amplius laedit. Solet scripturas differere memoria iniuriarum, atque ad propriae affe  
ctionis sensum sancti spiritus eloquia violenter attrahere. Confundat huiusmodi lesu  
oratio, quam si iniuriarum memoria seruemus, cum illo dicere non possumus. Si post ingre  
tem luctum huiusmodi peruersitatem omnino destruere non valeas, saltem verbis & cor  
poris habitu inimico tuo te penitenter significas, vt vel hanc ad illum simulationem diutius  
veritus, perfecte tandem illum diligere cogaris, a conscientia veluti ab igne quodam assidue  
admonitus. Hac vero putredine ac peste tum demum perfecte te curatum intellige, non  
cum pro eo quod contristauit oraueris, non cum illum muneribus affeceris, non cum ad mem  
sam tuam eum perduxeris: sed cum cognita illius aliqua calamitate, siue corporali, siue  
spirituali, quasi ipse eam perpeffus fueris, ita te angere dolore atque illachrymari persue  
ris. Monachus solitarius, qui hanc seruat in semetipso memoriam, a seipso significans est, lethar  
le virus secum vbiq; circūferens. Memoria passionum lesu huiusmodi curabit animam, dum  
in illius clementiam ac tolerantiam intuens, valide confusa erubescit. Ligno putrido in  
trinfecus gignuntur vermes, & mitissimis moribus quietique adulterinae cohaeret iracun  
dia. Qui hanc efficit, remissionem reperit: qui vero illi agglutinator est, miseratione priuatus.  
Laboribus se quidam ac doloribus, vt veniam mererentur exposuerunt: hos tamen vir, qui  
iniurias obliuiscitur, facile anticipauit. Siquidem illud verissimum est quod dicitur: Dimit  
te celerius, & copiose dimittet tuis vobis. Verae germanaeque poenitentiae certum argumen  
tum est, obliuio iniuriarum: qui vero inimicitias tenet, & se poenitere existimat, similis est ei,  
qui se in somnis currere putat. Vidi iniuriarum memores, dum se huiusmodi salutari obli  
uione admonerent, verba sua reueritos ab hoc quicuisse vitio & peste. Nemo huiusmo  
di obtenebrationem simplex esse ac tenue vitium existimet. Solet enim ad ipsos quoque  
spirituales viros saepius ostendi.

## Dedetractio. Gradus X.

Nullus reor prudentium & recte sentientium ex odio & iniuriarum memoria detractio  
nem nasci refragabitur. Quocirca & post maiores suos, veluti in serie constituta  
est. Detractio est proles odij, tenuis languor, pinguis & occulta ac latens sanguifuga,  
quae charitatis oem consumit ac demolit sanguine, dilectionis simulatio, cordis fordes,  
ac duritia patans, castitatisque exterminatio. Sicuti quaedam sunt adulescentiae, quae mala sine  
vilo verecundiae rubore operantur: nonnullae vero, quae grauiora his, clam ac verecundius fa  
Ecc iij ciunc

ciunt, ita & in passionibus ignominiae fieri videas. Huiusmodi vero adulescentulae sunt, D  
 simulatio, nequitia, meror, memoria illatae iniuriae, cordisq; detractio, quae alias sugges-  
 rere vident, & ad alia intentae sunt. Audiui detrahentes quosdam, eosq; protinus increpas-  
 sione coercui. Qui cum mihi satisfacere vellent, hoc se ex eius charitate & cura, cui detra-  
 hebant facere, dixerunt. Ego vero eis, quiescite inquam, atq; ab huiusmodi charitate cessate,  
 ne ille mentiatur, q ait: Detrahente secreto proximo suo hunc persequebar. Si te dicis  
 diligere, clam ora, neq; oburges: hunc quippe charitatis modum deus libentissime suscipit.  
 Neq; istud cogitare obmittas, si te a iudicando peccante, sobrius omnino seruare cus-  
 pis, qd & ludas in choro discipulorum fuit, & latro in homicidiaz numero: mira tñ in vno  
 temporis momento vtriusq; facta est retributio & commutatio. Si qs detractiois spiritum  
 superare cupit, non peccanti fratri, sed suggerenti daemone causam sceleris ascribat. Nul-  
 lus enim est, q in deum peccare velit, & si oēs non coacte, sed sponte peccemus. Vidi aperte  
 peccantem, atq; occulte poenitentiam agentem, & quē vt nequissimum iudicaueram, inueni  
 pudicum ac sobrium apud deum existimari, cum illum per conuersionē & poenitentiam  
 sibi propitium fecisset. Noli eum vereri, q apud te proximo detrahit, imo vero dicito eis:  
 Quiesce frater, ego in his quae grauiora sunt quotidie delinquo: illum ergo quō damnare  
 possum: Hoc enim vnico medicamento duo ista lucraberis, q & te ipsum & proximum cura  
 bis. Est inter reliquas quae ad remissionē peccatorum ducunt, & ista admodum compediola  
 via, scz a iudicando abstinere. Siquidem id verissime dicit: Nolite iudicare, & non iudicabis  
 mini. Alienissimus est ab aqua ignis, ita & iudicare ab eo q poenitere cupit, etiam si in ipso  
 aiaē a corpore digressu quempiā peccare videris, ne tum illum quidem damnare audeas.  
 Incertum est enim hoibus iudicium dei. In magnis quidem delictis aperte lapsi sunt, maiora  
 vero clam operati sunt. Seducti sunt ergo, q libenter aliorum mores corripiunt, sumū pro  
 sole amplectentes. Audite me obsecro, audite pessimi aliorum iudices. Si verum est, vt  
 est profecto verissimum, q in quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, proculdubio in quibus  
 causati fuerimus proximum, in eadē qz ipsi incidemus, siue spiritalia illa iudicant, siue  
 corporalia, neq; aliter fieri potest. Qui celeres nimisq; diligentes proximi iudices sunt,  
 hoc idcirco patiuntur, qa nondum peccatorum suorum fixam ac perfectam memoriam curamq;  
 susceperunt. Nam si quis amoto proprii amoris velamine mala sua diligenter inspiciat,  
 nullius iam rei alterius in hac vita curā geret, id apud se reputans tempus sibi sufficere nō  
 posse, q seipsum luceat, etiam si centum annos vixerit, etiam si totum Iordanē fluiū in  
 lachrymas versum ex oculis suis manare perspexerit. Notauit Iudith, nec vllum in eo de-  
 tractationis aut condēnationis vestigium inueni. Aut itaq; peccare nos demones vrgēt,  
 aut cō nō peccauerimus iudicare peccates, vt per hoc scdm primū illud homicidā inquisi-  
 ment. In hoc scito eos, q memoriam illatae sibi iniuriae seruant, atq; inuidos aperte dignos-  
 sci, q doctrinam & opa virtutesq; proximi libenter & facile vituperant & calumniatur,  
 spiritu odij miserabiliter precipitati ac demersi. Vidi quosdam clam ac sine arbitris scelera  
 penitus horrenda perpetrare, q q putarent se esse mundissimos, eis q publice leuia admit-  
 tunt aliqua, grauissime imminabant. Iudicare, est impudens direptio diuinā dignitatis  
 condemnare alit, aiaē propriae interitus. Sicuti elatio sola absq; alio vitio comite perdere  
 se habentem potest & iudicandi vitium, & si solum in nobis fuerit, perfecte nos perdere  
 valebit. Siquidem & pharisaeus ille, ex hoc solo condēnatus est. Bonus & probus vltor  
 matura acina comedens, acerba legere nunquam patiet: porro grati viri ac prudē-  
 tis aius quotq; in alijs virtutibus inspexerit, studiosissime notabit: insipiens vero quere-  
 las defectusq; perscrutabitur, de q & dictū est: Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scruta-  
 tantes scrutationes. Neq; si oculis tuis peccatum videris, cōdemnes, neq; illis credas: qz  
 pius enim falluntur & ipsi.

De loquacitate. Gradus XI.

Diximus in praecedentibus breuiter, q sit periculi plenissimum, vtrq; eos qz qui spūas  
 les videntur, nonnunq; subrepat iudicare proximos, imo vero iudicari, atq; a lin-  
 gua cruciari: nunc vero causam iam & ianuam per quā ingredit & egredit, consequens  
 est paucis eloqui, suoq; loco statuere. Loquacitas, est inanis gloriae sedes, p quā seipsum  
 iudicare atq; in publicū producere solita est. Loquacitas, ignorantiae est certū argumētū,  
 detractiois ianua, scurrilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, aedae  
 author

A author siue euocatrix somni praecursor, intentae fixaeq; cogitationis dissipatio, custodiae  
 exterminatio. Contra vero faciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis  
 reuocatio, ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligens inspectio, captiuitatis  
 stium, carcer luctus, lachrymarum amica, memoriae mortis operatrix, suppliciorum pictor,  
 iudicij indagatrix, sagax meroris subministratrix, inimica fiducia, quietis coniunx, am-  
 bitiosa doctrinae aduersatrix, scientiae adiectio, speculationis opifex, secretus in deū pro-  
 fectus, oculus ascensus. Qui peccata cognoscit, cōtinet linguam suam, qui vero loquax  
 est, nondū seipsum, vt optet, agnouit. Studiosus filietū appropriat deo, ipsiq; iugiter in ab-  
 dito cordis afflatus, illustratur ab eo. Iesu silentium admirationi & reuerentiae Pilato fu-  
 it. Viriq; queta & silens vox profligauit inanem gloriam. Verbum dixit Petrus & fleuit  
 amariter, quia illius immemor fuit, qui ait: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam  
 in lingua mea. Alteriusq; dicitis: Melius est ē sublimi cadere in terram, quā ex lingua  
 cadere. Plura quidē de his scribere nolo, & si plures me huius vitij astutiae id facere hor-  
 tentur. Audiui tamen aliquando vitium quendam cuius apud me plurimum valebat au-  
 thoritas, cum de solitudinis quiete loqueretur asserentem, loquacitatem ex vno horum  
 penitus gigni, aut, s. ex peruersione & iniqua intemperantiq; cōsuetudine. Lingua enim  
 membrum corporis cum sit. n. q iam erudita fuerit eius cōsuetudinem requirit. Aut rursus  
 in his qui in certamine sunt, maxime vero ex inani gloria, non nunquam vero ex in-  
 gluuie ventris. Quocirca plurimi saepe cum frenarent ventrem violentia iam ac debilita-  
 te quadam & linguam & eius verbositatem concluderunt. Qui curam sui exitus gessit,  
 circumcidit verba, & qui possidet animi luctum, vt ab igne ita fugit a loquacitate. Qui di-  
 liget solitudinis quietem, elauit os suum. Qui vero processionibus gaudet, hunc vitium  
 hoc cella perturbat. Qui altissimi diuiniq; ignis flagrantiam sentit, is non secus q apis su-  
 mum, omnem fugit hominū cœtum. Apem quippe fumus exagitat, huius vero proposita  
 cœtus hominum est cōtrarius. Paucorum reuera est aquam nullis aggetum molibus se-  
 ptam suis meatibus arcere, sed multo paucorum est incontinens edomare os.

De mendacio, Gradus XII.

EX lapide quidem ac ferro excutitur ignis, ex loquacitate vero ac locis mendacium  
 nascitur. Mendacium est charitatis exterminatio, periurium vero dei abnegatio. Nul-  
 lus recte sentientium parum esse mendacij peccatum existimat. Quippe contra nullū vi-  
 tium terribiliori sententia spiritus sanctus usus est. Sicut ait David ad deum: Perdes oēs  
 qui loquuntur mendacium, quid iam illi passuri sunt, qui iuramentis mendacia coniungunt  
 & consumunt: Vidi nonnullos mendacij gloriari, eisq; se honestari putare, qui cum  
 C locis ociososq; sermoni ridicula nonnulla subtexerent, audientium luctus miserabiliter  
 demoliti sunt. Quoties demones ab huiusmodi facetiarum auditu, velut a pestilentiali  
 morbo statim post inchoationem grauis ac molesti authoris nos fugere velle perspexerint,  
 tunc iam gemina nos ista cogitatione illaqueare nitūt, nobis ita suggerentes. Noli cō-  
 tristari fratrem talia narrentem, aut certe noli te ipsum ceteris astantibus meliorem diu-  
 narumq; rerum studiosiorem iudicare. Exi citius nec moram vllam ibi feceris. Sin aliis  
 as, in oratione tua ridiculosarum rerum tibi imagines finges. Neq; inde fugias solū vere  
 & inquit cœtū religiose fuerit dissolue mortis atq; iudicij mentionem in mediū addu-  
 cēs. Est quippe p̄stātius ex hoc fortasse modicū inani gloria respergi, vt plurimis ita inue-  
 niaris vtilitatis author, quā per ignauū & improbū filietū tibi pariter & alijs detrimenti  
 causa fieri. Simulatio, mendacij mater est, saepe vero etiā materia. Quippe quidā simulari  
 onem nihil aliud esse definiunt, q mendacij meditationē atq; opificem agglutinatam sibi  
 bi atq; connexum habentem iusiurandum. Qui timorem domini possidet alienissimus  
 est a mendacio, iudicem habens incorruptum, conscientiam suam. Sicut in purbationi-  
 bus reliquis dāni differentiā agnoscimus, ita & in mendacio quoq;. Aliter enim ille iudicat  
 qui per supplicij timorem, aliter qui nullo proposito mentitur. Alius deliciae mentitur  
 causa. Alius voluptatis gratia. Alius vt astantibus moueat risum. Alius vero vt infidie-  
 fratri eumq; detrimento aliquo afficiat. Ex cruciatibus principum deletur mendaciū, ex  
 lachrymarum vero multitudine in finem perimitur. Dispensationem allegat, qui mendaciū  
 suggerit, & perditionem animae saepe iustitiam existimat. Raab se imitari argumēta-  
 tur qui mendacia cōtingit, per quae perditione sua aliorum salutem se moliri dicit. Ait qdā  
 Eec iij Cum



Cum à mendacio mundi fuerimus, tum si ita aliquando necesse sit tempore admoniti D ipsum cum timore subeamus. Nescit puer mendacium ita ne anima quidē quę fuerit ab iniquitate omnino aliena. Qui vino exhibitatus fuerit, & si nolit, vera in omnibus dicit. Qui vero compunctione fuerit inebriatus, mentiri non poterit.

## De acedia, Gradus XIII.

**V**Nus & hic nonnūquam ex loquacitatis ramis est, vt iam in prioribus diximus, patriarq; progenies, acedia est. Quocirca congruum illi ordinem in nequissima cahe na distribuimus. Acedia est animi remissio, mentis resolutio, neglectio vitę monasticę, professionis odium, & cellula item prodire hortatur, sonitum aliquem, aut fragorem pedumq; strepitum excitans. Qui seipsum luger, acedia nescit, hęc seculares beatos dicit. Deum vt inclementem & immisericordem calumniatur, est in psalmodia inualida. In oratione imbecillius. In ministerio ferrea, in opere manuum impigra, in obedientia improva. Vir bene subiectus alienus est ab acedia, & per ea quę sensibilia sunt ad intellectusua lia proficit. Ccenobium acedię resistit, viro autem solitario, hęc in diuidua in æternum comes est, neque illum ante mortem deseret, quotidieque dum vixerit illum oppugnabit. Hęc anachoritę cellulam intuita subrisit atque appropinquans iuxta sibi tabernaculum fixit. Mane primo languentis medicus visitat, acedia vero monachos circa meridie. Hospitium susceptionem acedia suggerit, atque per laborem manuum eleemosynas fieri precatur. Visitare infirmos hortatur alacriter, illius admonens qui in euangelio dixit: Infirmus eram & visitastis me. Ad merore aliquo affectos ac pusillanimes vt proficiantur inducit, cõsolari pusillanimes, ipsa pusillanimitas suggerens. Ad orationem stantes necessitate cuiuspiam rei admonet, omnemq; mouet artem vt inde nos aliqua, veluti rationabili fune ipsa nos irrationabilis attrahat. Tribus horis horrorem, dolorem capitis, febremq; ac vertiginem acedię spiritus fecit. At vbi hora nona superuenit cõuulsus modice, mensa vero posita astratu exiit, & cum orõnis tẽpus remeauit, rursus corpus gauari cepit, in oratione assistentes iterũ somno demersit, importunisq; ossitatio nibus versum ex ore diripuit. Vitia quidem perturbationesq; reliquę, vna aliqua virtute singulę euacuantur, acedia vero monacho mors est, quam in se iugiter continet. Virilis ac robusta anima mortuam efuscitauit mentem: acedia vero ac desidia totas virtutum opes simul dissipauit. Cum sit hoc vnum ex octo vitijs principalibus omnino grauissimum, quod in illis fieri consequens est, in isto quoq; faciamus, & illud tñ præterea addamus, nisi agatur psalmodia, non apparet acedia, consummataq; synaxi aperti sunt oculi. Acedię maxime tempore violenti elucent. Nihil enĩ æque vt acedia monacho tot coronas parat. Si consideres diligentius, inuenies eam stantes pedibus oppugnare lassitudine sedentibus vt super parietē se reclinent persuadere. Vincitur & hic tyrannus à peccatorę memoria, cædatur ab opere manuum, trahatur à futuroꝝ bonorum intenta cogitatio, ne, astansq; vt conuenit interrogetur. Dic nobis ò tu remisse & dissolute, quis te male genuit, aut qui sunt nepotes tui, qui ve te oppugnantes, vel qui sit interfectoꝝ tuus? Ille vero percunctantibus ita respondeat. Qui vero mihi per solitudinis quietem cædunt, cum his vna dego. Ego in his qui vere obedientes sunt, non habeo vbi caput reclinem. Quę mihi nomen dederũt, plurimę sunt. Interdum enĩ insensibilitas aĩę, quandoq; vero iremissi sentia quędam atq; obliuio cœlestium, nonnūq; etiam immensa laborę magnitudo. Stipes vero meę locorę mutationes sunt, quę mecum sunt, inobedientia spiritalis patris, futuri iudicij obliuio. Nonnūq; vero etiam professionis derelictio. Porro aduersarię meę, à quibus nũc vincens teneor, psalmodia, operi manuũ coniuncta mortisq; memoria. Quę vero me penitus necat, oratio est adiuncta futuroꝝ bonorum firmissima spei. Quis vero orationem genuerit ipsam interrogate.

## De gula. Gradus XIII.

**D**E gula loqui instituentes si nunq; alias, nunc maxime contra nos ipsos philosophari proposuimus. Mirum enĩ, si quis vnq; hacliber euasit, nisi forte q sepulchrum habitauerit. Gasticmargia, est simulatio ventris: cum enĩ satius fuerit, indigere se clamare & cum distentus atq; disruptus, vociferat esuriē. Gasticmargia, est saporę varioręq; liquorę minum opifex, suauitatis fons. Obstruxisti venam & aliunde prorumpit, hac quoq; aggeribus

**A**geribus obruta viam sibi aliam viam fecit. Exstinxisti flammam, & aliunde reuixit. Ista q; rursus extincta superatus ab alia es. Gasticmargia est oculorum seductio, modica suscipiens, & vniuersa simul absorbere suggerēs. Aduersus gasticmargiam sepe inanis gloria in imicitias gerit, & super infelicis monacho quasi veniali mancipio inuicem pugnant. Hęc illum vt ieiunium soluat, impellat. Illa vt virtutem abstinentia prodar modis omnibus virget. Sapiens monachus vtrumque vitabit, & suo tempore alteram altera arcebit, & à se penitus abiciet. Carnis igne crescente illam puniamus, atque in omni tempore & loco, abstinentiam seruemus. At cum sedatus extinctusq; fuerit, quod quidem dum in viata sumus fieri vix posse puto, tunc iam opus nostrum atque abstinentiam celemus. Videt nonnunquam illusione demonum seniores aliquos benedictione sua iuuenes non sibi subditos ad potandum vinum atque ad remittendum abstinentiam reliquias hortari. His si fuerint probate vitę atque autoritatis, habuerintque testimonium in domino, obtemperandum est, moderate tamen, si vero negligēiores sint, huiusmodi illorum benedictionem non curemus. Atque potissimum si adhuc carnis ardoribus infestamur. Putauit E V A G R I V S sapientissimum se omnium alacritate in festum fieri, sed fraudem passus sibi mentitus est. miser, insipientiumque insipientissimus ex hoc ipso ostensus est. Quod vt in plerisque alijs, ita & in hoc quoque animaduerti potest. At enim quondam cum varios delicatosque cibos anima concupiscit, pane angustetur & aqua. Simile enim quiddam dicere videtur, ac si puero præciperet vt scalarum gradus omnes vno passu repente conscenderet. Quam nos ipsius irrationabilem sententiam verentes ita dicimus: Cum varios delicatosque cibos anima concupiscit & querit, naturę proprium aliquid videtur inquirere. Quocirca summa industria contra huiusmodi calidissimam insidiatricem vigilandum est, alioqui grauissimum contra nos excitabit bellum, ruinęque laqueos parabit. Primum itaque abscindamus à nobis eos cibos qui inuicem pugnant, tum vero etiã calidos ne oleum flammę adiciamus. Deinde vero suas ues quoque ac delicatos, si fieri potest, cibos corpori indulgeamus, qui facile replent, & maxime leues vilesque & exigui sunt, vt ex repletionem faciemus. Per exiguitatem vero leuitatem atque vilitatem celeri digestionem secuta, cito respirare, possumus animo atque à calore tanquam à flagello liberari. Si diligentius intueamur, anima duertemus quotquot sunt ex rebus spirantibus cibi, eos omnes suo calore in nobis incetium excitare libidinis. Ride eum spiritum qui tibi post cibum, vt consueta refectiois horam differas improbe suggerit, cum enim nona hora superuenit priorem, abnegavit concordiam. Alia in fontibus, alia reis continentia conuenit. Illis enim corporis motus insignum est, isti vero vsque ad mortem & finem aduertent. Cuius hoc inexorabiliter atque irreconciliabiliter se habent. Ac priores illi iugum quidem per animi moderationem seruare volunt, sequentes vero D. E. V. M. per animę merorem perpetuamque compunctionem sibi placare student. Tempus lætitię & consolationis perfecto quidem viro est, cum nulla rerum mortalium angitur cura, ei vero qui adhuc in certamine est fluctuans tempus, vitiosus autem festiuitas festiuitatem, celesbritasque celebritatum. Insomnia ciborum & dapum in corde, gulę deditorum, iudiciorumque, & cruciatuum in corde lugentium. Escarum facietas fornicationis est mater. A fastidio autem ventris, charitatem parit. Qui leonem blanda demulcet manu, nonnunquam illum mansuefacit. Qui vero corpus obsequijs fouet, ipsum amplius efferauit. Gaudet ludæus sabbato, & diem festum facit. Monachus vero gulę deditus sabbato die & dominico. Ante tempus cõputat pascha, & ante plurimos dies escas parat. Secum voluit attonitus famulus ventris, quibus cibis epulabitur. D. E. I. autem seruis quibus gratijs dabitur. Mox vt aduenit hospes, in charitate totus ex gulę concupiscentia mouetur, detrimentumque suum consolationem fratris existimat. In aduentu quorundam vinum bibere statuit, & dum virtutem abstinentię sibi videtur occultare, vitij seruis efficitur. Contine ventrem, ne ipse ab eo tenearis, tuncq; incipias cum rubore confusionis cõtinere. Norunt quid dixerint, qui in secretam foueam inciderunt, vtri autem eunuchi hoc experti nõ sunt. Ventem cogitatione sempiterni ignis circuncidamus. Quidam enim cum huic obtemperassent, postremo membra sua absciderunt duplicemq;



cemq; mortem sibi conscuerunt. Animaduertimus si inquiramus diligentius, naufragia nostra omnia ab isto fieri. Mens ieiunantis cum sobrietate orat, imperantis autem impletur immundis imaginibus. Ventris saturitas exsiccauit fontes: sin vero ille sicetur, pariet latices. Qui ventri dum obsequitur fornicationis spiritum vincere vult, is ei similis est, qui oleo incendium extinguere nititur. Si affligat venter, humiliabitur cor: sin autem ille foueatur, superbit cogitatio. Considera teipsum prima diei hora, meridie, & vespere antequam sumas cibum, atque ex hoc addisces ieiunij utilitatem. Exultat namque mane atque appropinquat cogitatio. Sexta vero cum aduenerit, aliquanto remissior fit. Circa vero solis occasum, prorsus humiliatur. Afflige ventrem & omnino frenabitur lingua. Quippe multitudine escarum hæc neruos accipit. Pugnās pugna aduersus ventrem, & sobrietati propter hunc maxime stude. Nam si modicum laboraueris, continuo erit dominus adiutor tuus & cooperabitur tibi. Laxi & molli vires capacio res sunt, sin autem negligatur minus capiet. Qui ventrē ingurgitat, dilatauit intestina. Qui vero aduersus hunc pugnat contraxit ac restrinxit illa, his autem restrictis nil opus est pluribus cibis, tuncq; iam naturaliter ieiunantes efficiuntur. Sitis nonnunquam sedauit sitim, fame vero famem abscondere & durum est & impossibile. Si quando te vicerit, hunc doma laboribus. Quod si per infirmitatem id fieri non potest, vigilijs aduersus rursus pugna. Si grauantur oculi, opus manuum arripe. Si vero nõ adit somnus, noli id tangere. Nam possibile non est deo & mammone, hoc est, deo & operi manuum mentem assistere. Neque illud te lateat quod plerunque dæmon stomacho insidet nostro, factiq; vt homo nunquam satietur, etiam si vnnerfam comederit Aegyptum, totumq; Nilum biberit. Post cibum gulæ iniquus spiritus abscedit, fornicationisq; in nobis spiritum immittit. Illiq; quid fecerit nūcians apprehende, inquit, illum, occupa & conturba, nam ventre distento non multum in deiciendo laborabis. Qui cum venerit, continuo subridet, somnoscq; deuinctis nostris manibus & pedibus omnia quæcunque voluerit facit atque animam nostram corpusq; contaminabit phantasis, inquisitionibus, obscenijs, liquoris egestionibus. Et est sane mirandum spectaculum, videre in corpoream mentem sceda corporis colluione maculari atque obseruari, eademq; rursus per carnis huius luctum emundari atque in tenuissimam naturæ suæ redire substantiam. Si angustam duramq; viam pergere Christo promissisti, reprime ventrem. Hunc enim si foueas atque distendas, pacta & conuenta cum domino tuo irrita sunt. Intende animo vt audias dicentem. Lata & spatiosa est via ventris quæ ducit ad perditionem fornicationis, & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Et quam angusta ianua atque arcta est via ieiunij, quæ ducit ad viam castitatis, & pauci sunt qui per eam ingrediuntur. Princeps est dæmonum qui cecidit lucifer, & princeps vitiorum concupiscentia gulæ. Cum ad mensam epulis instructa discumbis, procedat in medium iudicij mortisq; memoria, vix enim vel sic parum concupiscentiæ obstitet. Dum calicem bibis, memento item aceti & fellis, domini tui, prorsusq; aut continebis aut certe per gemitum sensu humilior eris. Noli errare, nunquam à Pharaone liberaberis, neque supernum pascha celebrabis, nisi semper amaritudines & azyma comederis. Amaritudines sunt ieiunij violentia & afflictio. Azyma vero sensus minime inflatus. Inprimatur omnino respirationi tuæ sermo ille dicentis: Ego autem cū mihi dæmones molesti essent. i. c. & hu. in. i. a. m. & o. in. in sinu animæ meæ adhæsit. Ieiunium est naturæ violentia, circuncisio suauitatis faucium, incontinentiorum omnium abscisio, malorum cogitationum amputatio, insomniorum liberatio, orationis munditia, insigne lumen animæ, mentis custodia, obsecrationis solutio, compunctionis ianua, suspirium humile, læta contritio, loquacitatis abdicatio, quietis occasus, obedientiæ custos, somni leuatio, sanitas corporis, tranquillitatis auctor, peccatorum remissio, paradisi porta & delicta. Interrogemus vt alios ita & hunc imo vero præ alijs omnibus hunc nostro hostium nequam præceptorem, vitiorum ianua, ruinam Adam, Esau pernitentem, inerritum Israelytarum, Noe turpidinem, Gomorrhoeorū proditorem, Loth crimē, filios rē Heij exterminatorē, inquisitionū ducem vnde gignatur, qui nam sint eius nati, quis item sit à quo cõteratur, & à quo in finē perimatur. Dic nobis ò mortaliū hoim nimiti violenta domina, quæ omnes auro inexplebilis emisti, vnde tibi introitū in nobis parat: quidve post ingressum tuū parare cõsueuisti & quæ nam sit tuus ex nobis exitus, q̄ nã modo

A modo scilicet abs te liberamur, illa vero agitata cõtumelijs, nobis ita tyrannice cruenta ferocq; respondit: Quid me maledictis inceffitis, qui mihi estis obnoxij, aut quõ separari à me itudetis quæ naturæ connexa sum? Ianua mea natura ciborum est, consuetudo vero inexplebilis mihi causa est. Porro materia perturbationis meæ, cõsuetudo quam dixi, atq; indolentia animæ mortisq; ireminiscentia. Stirpium vero mearū nomina quæ modo queritis addiscere: Dinumerabo eas & super arenam multiplicabuntur. Primogenitus meus fornicationis incensor est, secundus ab illo est obdurationis auctor, somnus est tertius. Mare cogitationum, inquinatum fluctus, profundumq; secretarum atq; ignotarum immunditiarum ex me procedunt. Filia vero meæ sunt desidia, loquacitas, confidentia, scurrilitas risum mouens, contradictio, cernicis duritia, tarditas ad audiendum, insensibilitas, captiuitates, elatio atq; tumor, temeritas, mundi amor, oratio immunda, cui succedunt fluctus cogitationum, nonnunquam vero calamitas quoq; præter omnem spem & expectationem, quas necessario desperatio sequitur omnibus acerbior & grauior. Oppugnat quidem me, sed non superat peccatorum memoria, inimicitias per omnia contra me gerit mortis intenta cogitatio, nihil vero in hominibus est quod me perfecte destruat. Qui paraclerum possidet, interpellat aduersum me, illeq; exoratus non permittit me operari vitiose. Qui vero nullum illius gustum susceperunt omnino dulcedinis ac suauitatis meæ rapiuntur illecebris.

## De incorruptibili castitate, Gradus XV.

A vdiuimus modo vesaniam gulæ concupiscentiam suam esse progeniem libidinis & fornicationis pugnam asserentem. Quod sane mirum non est, docet enim nos hoc ipsum vetus ille noster pater Adam. Nam nisi gulæ illecebris superatus fuisset, nunquam quid esset coniunx agnouisset. Qui igitur primum mandatum seruauit, in secundum non incidunt præuicationis malum, sed permanent filij Adam medicij quid ab angelis minorati, atq; istud ne immortale maneat malum (vt ait vit ille summus cui cognomen theologia dedit). Castitas est incorporeæ naturæ familiaritas, castitas est Christi iucundum diuersorium terrestrijsq; clipeus cordis. Castitas excessiua naturæ, abnegatio, corporisq; mortalis atq; corruptibilis reuera ad incorpoream spiritualemq; substantiam contentio. Castus ille est qui amore amorem excludit, ignemq; igni spiritus extinguit. Pudicitia generale virtutum cognomen omnium est. Pudicus est ille, qui ne in somnis quidem vllum motū vllamq; status sui mutationē sentit. Pudicus est ille qui & in somnis quidem perfectam semper insensibilitatem in corporum specie & varietate possedit. Hæc regula huiusmodi finis est perfectæ consummataq; castitatis, vt ita animata sicut inanimata intueamur, atque ita rationalibus vt brutis corporibus afficiamur. Nemo ex his qui se studio castitatis exercent suis hanc laboribus aut sua industria se acquiescere putet. Nam possibile non est, vt quispiam naturam suam vincat, vbi deniq; natura superata est illic is qui supra naturam est aduenisse, cognoscitur. Nam sine vlla controuersia id quod deterius est à potentiore destruitur. Initium quidem castitatis est, cogitationibus sordidis non acquiescere, atq; per interualla temporum obsceno liquore illo simpliciter & absq; vlla imaginis illusionē respergi, mediū vero naturalibus motibus ex repletionē ciborum aduenientibus absq; imaginibus inquietati, ita tamen vt ad fluxum vsque illi non perueniant. Finis autem mortificare corpus, iam antea mortuis cogitationibus sordidis. Felix reuera est qui ad omnem calorem corporis atque aspectum perfectè insensibilis effectus est, non qui carnis lutum sine sordē seruauit huiusmodi castus est, sed qui huius membra animæ perfecte subicit. Magnus quidē & ille est, qui nulla ex tactu passione mouetur. Maior vero qui nullo aspectu vulneratus est, atque cogitatione supernæ pulchritudinis igneum spectaculum vicit. Is quidem qui per orationem immundum canem à se abigit, pugnantem leoni comparatur. Qui autem reluctando fugat, ei similis est qui adhuc persequitur inimicum suum. Porro qui huius impetum omnino resigit ad nihilum, is & si in carne superste, iam tñ ex acervo surrexit. Si istud verè castitatis certū argumentū est, immobilē in eis phantasmibus q̄ somnū videmus p̄stere eis profecto erit luxuriæ finis, si vigilans quispiam ex immundis cogitationibus fluxū patitur. Qui sudoribus suis ac laboribus aduersus huiusmodi aduersarium pugnat, is ei similis

in illis est qui inimicum suum papyro ligauit. Qui vero continentia ac vigilis pugnat, ei D  
 similis est qui cathenis hunc torquibusq; deuinxit. Porro is qui altissima humilitate &  
 vacuitate iracundiæ sitiq; depugnatis ei comparatur, qui occidit inimicum atq; in are  
 na occuluit. Aranam vero intellige humilitatem. Neque enim vitorum gregem pascit,  
 sed terra & cinis est. Alius qui est ex certaminibus, alius vero qui est ex humilitate pro  
 funda, alius item qui ex diuina reuelatione tyrannum vinculum tenet atq; captiuum, atq;  
 que ex his alius quidem lucifero, alius magnæ fulgentiq; lunæ, alius vero spendidissimo  
 soli comparatur. Omnium tamen conuersatio in cælis est. Ex aurore quippe candore,  
 lux prodijt, ex luce vero solis, iubar accenditur. Ita & in his quos modo memorauimus  
 intelligendum est. Somnum vulpes simulant vt auem fallant, dæmon vero & corporis  
 pudicitiam fingit vt animam perimat. Ne credas in vita tua luto carnis tuæ, neq; tibipfi  
 omnino fidas, donec Christo domino obuiam pergas. Noli confidere si per continentia  
 am non laboris, nihil enim comedebat quidã & de cælo deiectus est. A breuitatem  
 quidam doctissimi viri pulchre ita diffiniunt. Aiunt quippe illam inimicitiam esse aduer  
 sus corpus atq; aduersus gulæ concupiscentiam inexorable bellum. In his quidem qui  
 rudes imbuuntur lapsus corporis ex delicijs maxime fieri solet, in mediocribus vero etiã  
 am ex elatione animi. Porro in his qui perfectioni proximiores sunt, solummodo ex cõ  
 demnatione contemptuq; super bo proximi. Quidam eos beatos dixerunt eunuchos, q  
 ita sunt geniti tanquam violentissima carnis dominatione liberatos. Ego vero eos ma  
 xime beatos dico, qui ex quotidiana pugna eunuchi sũt. Hi em ratione veluti gladio q  
 dam abscondere se ac mutilare solent. Vidi quosdam nõ sponte ruere, vidi item alios spõ  
 te ruere velle, nec posse, eosq; ijs qui q̄tidie corruunt infeliciores existimaui, vt q non poss  
 sent corpore etiã appetere. Miserabilis quidem & ille q corruit, sed ille lōge miserabilior q  
 alteri ruinæ causa fuit. Duoq; em lapsuũ alteriusq; voluptatis onus ipse sustinet. Ne velis  
 fornicationis spm̄ disceptando vel cõtradicendo in fugam cõuertere. Ille em persuadere  
 probabiliter potuit. Quippe qui aduersum nos naturaliter pugnat: Qui sua industria car  
 nẽ suã vincere vel debellare vult, inuanum currit. Nisi dñs domum carnis deleuerit, do  
 mumq; animæ ædificauerit, frustra quispiam hanc ieiunando ac vigilando destruere  
 nititur. Offer ante oculos domini carnis naturalem infirmitatem & tuã humiliatus im  
 becillitatem agnoscens, prorsus suscipies in intimis castitatis donum. Est in his qui libidi  
 nis vruntur ardoribus iugis corporeæ coniuentionis appetitus (vt mihi quidam retulit,  
 qui hoc fuerat expertus) postea quam respuerat & iam continentissime vivebat. Immũs  
 sane spiritus, inuerecūsus, impudicus, immanis, est & atrox, qui dum cordis sensum  
 impudenter occupat, facit quoq; vt is qui impugnatur in corpore dolore sentiat, atq;  
 in morem fornicacis vratur, deum deniq; non timet, æterni supplicij memoriam nihil ex  
 timat, orationem execratur, mortuorum reliquias ac si lapides intuetur in animatos, at  
 que in ipsa nephariæ actionis consumatione infelicem hominem mentis impotem ac to  
 tius rationis expertem facit, ingiq; concupiscentia inebriat. Cuius nisi breuiati essent die  
 es, non esset salua omnis anima, luto isto ex sanguine limoq; sordido concreto vestita.  
 Nec sane mirum. Omne enim quod factũ est, cognationem suam audivissime appetit, vt  
 puta sanguis sanguinẽ, vermis vermem, limus limum. Et caro igitur appetit carnem  
 & si nos qui ne nostrę vim inferre, ac cælestẽ regnum concupiscere satagimus, arte & as  
 itu, seductorem ludere ac fallere conamur. Beati sane sunt qui hoc pugnæ genus experti  
 non sunt. Nos quoq; vt ab huiusmodi piculo immunes simus deũ suppliciter oremus.  
 Qui enim in huiusmodi foveam lapsi sunt, ab ascensu & descensu scalæ illius, quam vidit  
 iacob longeremoti sunt, his vero qui eiusmodi sunt vt surgere possint, sudoribus, dolori  
 bus, afflictionibus laboribus fame, siti ac summa rerum omnium penuria opus erit. Aduer  
 tamus diligenter & videbimus ipsos spirituales inimicos nostros, vt sit in bello visibili,  
 & in ipso prelio & pugna, quam aduersus nos instruunt, singulos muns aliquid subire  
 proprium. Quod sane mihi est: Anima duert in his qui tẽptantur casus casibus crudelio  
 res. Qui habet aures audiendi audiat. Consuetudo est dæmoni eos maxime qui in certa  
 mine sunt constituti, quiq; solitariam vitam delegerunt, toto malignitatis suæ impetu,  
 omni studio, & arte omninq; tentatione & astu, ad ea vicia, quæ præter naturam sunt im  
 pellere, eisq; inde amplius oppugnare. Vnde & hij qui nunq̄ cum sceminis degunt cũ nul  
 la huiusmodi concupiscentia vruntur se beatos dicunt, ignorantis miseri quod vbi maio  
 ri inten

A ri intentus est illic minore opus nõ est. Duabus reor ex causis homicidæ illi atq; miseris  
 mi in his quæ præter naturam sunt maxime oppugnare nos miseris atq; visitare cõsue  
 uerunt, & quia ruinæ materia vbiq; prompta ac parata sit & quia huic sceleris supplicium  
 grauius debetur. Nouit quod dictum est iuuenis ille, qui prius onagris imperans ad extre  
 mum à spiritualibus ac seuissimis onagris miserabiliter deiectus atq; illusus est: & qui  
 pridie cælestẽ nutriebatur panẽ postremo tanto ac tam singulari munere priuatus est.  
 Quodq; mirabilis est post penitentiam suam amarissime ingemiscens præceptor nos  
 ter Anthonius, columna (inquit) magna cecidit, neq; th ruinæ illius referans modum.  
 Sapientissime sane, nouerat enim fornicationem esse, quæ corporaliter sine alterius cor  
 poris iunctione admitteretur. Est quippe in nobis mors quædam ac ruinæ pernicijs, quã  
 in nobis ac nobiscum semper circumferimus, in iuuentute maxime, quã equidem scriptu  
 ra tradere ausus non sum. Continuit enim manum meam is, qui ait. Quæ enim in ocul  
 ro à quibusdam fiunt, turpe est & dicere & scribere & audire. Hanc meam, nec meam, in  
 micam, amicam carnem, mortem quidem Paulus appellauit. Infelix enim homo, inquit,  
 quis me liberabit de corpore mortis huius? Alius vero theologus, vitiosam: & ancillam  
 & nocturnam eam vocat. Annuebam aut addiscere cuius rei gratia talibus aduersus il  
 lam appellationibus vitur. Si ergo (vt prædictum est) caro mors est, profecto qui hanc  
 vicit oino non moritur. Et quis oro ille homo est, qui viuet & nõ videbit mortem in qui  
 nationis carnis suæ? Quærendum censeo quis maior sit, ille qui cum mortuus est resurre  
 xit an qui omnino mortuus non est. Nonnulli secundum beatam dicunt: sed ij profes  
 cto falluntur. Nam Christus cum mortuus fuisset resurrexit. Qui autem primum beatũ  
 putant, nullam volunt ineffe morientibus, imo vero cadentibus desperationem. Clemẽ  
 tissimum deum esse immanis ille inimicus fornicatiõis author dicit, hinc vitio quippe na  
 turali facile ignoscere. Si vero fraudes dæmonum obseruemus diligentius, inuenimus  
 eos post scedam actionẽ, iustũ illum iudicem durũ atq; inclemẽtem appellare. Nam pri  
 us quidem vt nos ad peccatum hortarentur clementiam illius suggerebant, post lapsum  
 vero illius inuolabile iustitiã suggerunt, vt nos in desperationem præcipitent. Cum ve  
 ro merori & desperatio coniungitur nos ipsos miseris agnoscere & dicere aut accusare  
 vel vlcei pro culpa non possumus hac vero amota & extincta rursus qui nimiam Dei  
 clementiam suggerebat tyrannus insequitur. Quia incorruptibilis atq; incorporeus deus  
 est, idcirco maxime castitate atq; integritate corporis nostri delectatur. Aũt quidã nul  
 la re, ita vt feotore dæmones delectari. Itaq; vitio nullõ ita delectatur, vt in gnatione cor  
 poris nostri: Castitas hoĩem deo maxime familiarẽ & quantũ possibile est hoĩ, similem  
 facit. Mater quidẽ dulcedinis terra perfusa rore, castitatis aut mater est, quies obedientie  
 conuicta. Nonnunq; corporis beata illa immobilitas: ex quiete acq̄simus nõ in cõcussa  
 permanet, ea vero q̄ ex obedientia peruenit vbiq; pbalis firma atq; immota pdurat. Vidi  
 plerunq; superbiam humilitatis authorem, venitq; in mentem ille, qui dixit. Quis agnouit  
 sensum dñi. Ruinæ foueã factus ac superbia gignitur ruina volentibus sæpe fuit humilita  
 tis occasio. Qui concupiscentia gulæ ac facierate fornicationis spm̄ vincere vult, is ei simi  
 lis est, qui oleo extinguit incendium. Qui vero sola cõtinentia bellũ hoc sedare vel suppa  
 re nititur, ei similis est, qui vna manu natans: pelago liberari contendit. Sit ergo humilita  
 tas continentia cõiuncta. Non sine illa prior hæc inutilis agnoscitur. Is qui se vno quos  
 dã vitio amplius vrgeri cõspicit, cõtra ipm̄, & solũ ante oia seipm̄ armet: & maxime si hoĩ  
 stis intestinus sit. Nisi em̄ iste profigit fuerit, nihil nobis reliquos vicisse proderit. Cum  
 vero Aegyptium hunc nos quoq; pcusserimus oio deũ in humilitatis rubo intuebimur.  
 Sensi ergo aliquñ cõtenter, gaudiũ quiddã irrationabile, & cõsolationem aĩ lupum istũ  
 ad me fallendũ excitasse, pueriliterq; nimiu fructum me, nõ corruptionẽ, tenere putabã.  
 Si omẽ pctm̄ q̄dcunq; homo peccauerit extra corpus est, qui aut fornicatur in corpus su  
 um peccat (qd idcirco ita dictũ est, quia ipsius carnis substantiã fluxu in gnare confueit)  
 quid est q; in alijs pctis reliquis seductos homines cõsueuimus dicere, cũ vero quempiã  
 fornicatũ fuisse audierimus, cũ dolore dicimus, ille cecidit. Fugit hamũ celeriter piscis,  
 ita & aius voluptati deditus aduersatur solitudinis quietẽ. Quotiens aliq; sibi inuicẽ tur  
 pi & nephario vinculo diabolus ligare voluerit, vtraq; partes diligenter explorans, illic  
 ignẽ immittit incipit, vbi concupiscentie flãmam facilius excitare posse aduertit. Non  
 nunq; hij qui circa voluptatem proni sunt, cõpati, misereri, ac facile compungi videntur,  
 fff qui

qui vero castitati student non sic talia possident. Vir quidam scientissimus problema terribile quæsit ex me. Quod inquires pectus oibus grauius est: homicidio, Christi quæ abnegatione, execris. Cuius illi respondisse in heresim labi. Et quo nã, inquit, modo catholica ecclesia hæreticos quidẽ, cum hæresim priorem toto aïo repudiauert atq; anathemati zauerint, suscipit ad sanctorum mysterioꝝ cõmunionem vt idoneos admittit, cum vero qui in fornicationem lapsus fuerit contentẽ atq; pectus ipm oïno deserentem intrusus suscipiens, per annos aliquot eum à venerandis immaculatisq; mysterijs ex traditione apostolica separare permittit. Hac ego ambiguitate percussus stupui, ambiguumq; illud permanit ambiguum. Persecutemur & diligẽter metiamur atq; obseruemus, quæ nobis dum psallimus iucunditas ac suauitas ex fornicationis spiritu, quæ nam vero ex spiritualibus eloquijs atq; ex eorum virtute & gratia obueniatur. Noli o iuuenis tibi ipsi occultus & ignotus esse. Vidi enim quosdã dum ex aïo pro suis charis ac dilectis orarent, ex huiusmodi memoria in nequitia concupiscentiam præcipitatos, charitatis legem se implere putauisse. Fit nonnunq; vt ex solo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius nihil periculosius. Admoneat te is qui matris manui palliũ circumdedit, atq; ab his, quæ vel naturalia vel præter naturam sunt proprio atq; alieno corpore comprime manum. Nemo (vt reor) omnino sanctus dicitur, nisi prius lutum hoc in sanctificatione traduxerit, si tamen traduci potest. Cum in lectulo decumbimus, tunc maxime sobrijs ac vigilantes simus, tunc enim mens exuta corpore, cum dæmonibus luctatur, & si inueniatur voluptatibus addicta libenter in proditorem labitur. Memoria mortis tecum semper quiescat, tecumq; simul euigilet, solaq; semper ruminanda oratio Iesu. Nullum enim adiutorium in somno his præstantius atq; efficacius inuenies. Sunt nonnulli qui sola ciborum causa huiusmodi bella aduersum nos excitari; atq; obsceni humoris profluuiũ fieri putant, atq; assueuerant, ego autem extrema fatigatos ægritudine, & ad summum icunantes valide huiusmodi aspergine scedari cognoui. Interrogauit aliquando proaptissimum quendam ac discretionis gratia ornatum monachum, quid de his sentendum esset, mihiq; ad modum lucide beatus ille respondit. Est, inquit, quidem in somnis quædam feminis emissio, quæ ex ciborum multitudine & reuicæ est. Et alia q; ex superbia conuulgitur cum. s. diutius mundi à scæda hac resperione perstititerimus, & per hoc in superbiam efferimur. Fit rursus plerunq; cum iudicamus atq; condemnamus proximũ. Horum inquit generum duo contingere etiam infirmis possunt, fortassis & omnia. Porro si qui se ipsum prædictis omnibus causis mundum esse conspicit, hic ex huiusmodi tranquillitate beatus est. Qui vero ex dæmonum inuidia id patitur, deo id fieri ad tempus permittente fit vt per hanc calamitatem quæ sine peccato est, altissimã tuto possideat humilitatem. Nemo nocturna phantasmata quæ in somnis viderit per diem secũ voluere ac retractare velit. Id enim dæmones idcirco moluntur, vt ex huiusmodi somnijs vigilantem inquent. Aliam quoq; hostium nostrorum audiuimus astutiã, sicut cibi qui corpus lædunt: post annum siue diem infirmitates in nobis gignere consueuerunt, ita nonnunq; & in eis causis fit quæ animã inquinant. Vidi quosdã cum delicatius viuerent non statim oppugnari. Vidi item alios cum mulieribus cibum vna sumere ac degere continuo vnq; cogitatione pulsari, qui tñ hac fiducia decepti ac negligentiores facti, cū in cellula sua pacem atq; securitatem esse putauissent, continuo in interitũ præcipitati sunt. Cuiusmodi autem iste interitus sit, qui singularitatem in ijs solis & in corpore & in aïa contingit, is q; experto est nouit, qui vero experto non est scire nõ pot. Quo in tpe summum nobis in adiutoriuũ præstabit ciliuicium & cinis, totisq; noctibus statio immobilis, panis desideriu ardens lingua modice que irrotata, sepulchroꝝ habitatio, atq; oia ante humilitatis cordis, & si fieri pot pater spũalis aut frater sollicitus cautusq; sensu ad auxiliũ adhibeat. Miror em si quisquam solus ex huiusmodi pelago nauem seruare integram possit. Eidẽ vero sceleris non eadem semper debetur poena, neq; idem indifferenter à quocũq; admittitur, sed ex eodẽ lapsu centupli alius q; alius puniri merebitur. Intelligitur autem hæc differentia ex locis, profectibus, moribusq; alijsq; plurimis. Mirabile mihi quidam supremumq; castitatis infinuauit culmen. Quidam aiebat cum pulchritudinem atq; venustatem intueretur corporum, ex ea admodum magnifice glorificauit opificẽ, atq; ex solo huiusmodi spectaculo in amorem dei, fontemq; lachrymarum excitatus est. Eratq; stupor ingens, videre quod alteri fouea ruinae fuisset id alteri coronaru causa pter naturã fieri. Huiusmodi vero si semper hoc sensu atq; actione

A actione perdurat, ante cõmunem resurrectionem iam in incorruptionem transijt. Eadem regula & in melodis & canticis vtetur. Nam hij quidem qui deũ diligunt in hilaritate diuinamq; dilectionem atq; in lachrymas & ex mundanis & ex spiritualibus canticis excitati solent, contra aut, qui voluptatibus addicti sunt, vndiq; sibi perditionis materiam colligunt. Quidam vt supra iam diximus in remotioribus locis oppugnari amplius solent. Quod mirum non est, habitant enim illic libentius dæmones: quippe qui à dño in desertis atq; abyssis ad salutem nostram relegati sunt. Solitarium acerrime oppugnat nequitia spiritus, vt ex desperatione profectus, e deserto ad seculum reuocent. A nobis si in seculo degimus discedunt: vt dum illis nos minime oppugnari perspicimus, secularibus rebus iam securi immoremur, vbi sane oppugnatur, illic profecto aduersus inimicum pugnamus, nam nisi oppugnatur à nobis ipse quoq; amicus noster efficitur. Dum vero alicuius necessitatis gratia in seculo versamur, manu dñi protegimur, fortassis per orationẽ spiritualis patris ne dñs per nos blasphemetur, nonnunq; vero id fit p indolentiam nostram: qd his q; dicitur, ac geruntur in seculo diutius affuefacti occalluerimus, siue q; dæmones sponte secesserint, nobisq; elationis ac tumoris locum reliquerint, quo vno vitia omnia implentur. Audite astum alium: atq; versuriam seductoris huius, omnes qui castitatem exercere atq; seruare delegissis. Enarrauit mihi quidam ex his qui fraudẽ hanc experti fuerant, quod is fornicationis spiritus seipsum ad finem vsq; subducit, summamq; monacho interim religionis reuerentiam suggerit, fortassis vero etiam lachrymarum flumina, per id maxime tempus quo cum mulieribus sedet ac loquitur: suadetq; vt eas de memoria mortis, de iudicij die, de pudicitia admoneat, vt per hos sermones, si cõtraque religionis speciem ad lupum tanquam ad pastorem infelices ac misere accurrant, factaq; iam fiducia & confuetudine, demum tunc infelix monachus inflagitij ruina præcipitatur. Solerter queso fugiamus, caueamusq; eum fructum vel videre, vel audire quẽ vitra gustare non institimus. Miror enim si Dauid sublimi illo propheta nos ipsos fortiores arbitremur, quod fieri non potest. Nepe adeo sublimis ac singularis castitatis laus est, vt eam pleriq; patrum impassibilitatem appellare ausi sunt. A iunt quidam post peccati gustum impossibile esse quenq; castum nominari. Ab his ego longe dissentiens ita diffinio, & possibile esse & facile ei qui syluestrem & inferacem oleam, indecoram ac frugiferam velit inferendo conuertere. Nam si corpore ille virgo fuisset, cui ccelorum credite sunt clauis, iuste fortassis isti prudenterq; discernent, sin vero, ille eos confundat: qui & focrum habuit, & castus fuit, & regni clauis à dño suscipere metuit. Varius ac multiplex est fornicationis serpens, eosq; qui concubium nunq; experti sunt, vt solummodo experiantur ac desinant importune sollicitari, eos vero qui iam experti sunt ex memoria obsecni facti, vt iterum experiri velint infelix hortatur. Plurimi ex prioribus per ignorantiam mali huius minus impugnantur, at qui iam sceleris hoc periculum fecerunt, per turbationes infestius & bella patiuntur, veruntũ contra nonnunq; contingit. Quotiens ex somno pacifici quidam & tranquillitatis exurgimus, scilicet nos angeli latenter cõsolantur, idq; tñ maxime fit cum in summa orationis ac sobrietatis intentione obdormierimus. Plerunq; vero etiam ex iniquis somnijs & visionibus lecti somno expergiscimur. Vidi impiũ super exaltatum & eleuatum & perturbatum in me sicut Cedros libani & transiui per continentiam: & ecce non erat, vt prius furor eius, & quesiui eum dum humiliassem cogitationem meam & non est inuentus locus eius, aut vestigium. Qui corpus vicit is etiam naturã superauit, qui vero naturam superauit is profecto supra naturã effectus est. Porro is id cui contingit modicum quid minus q; angeli habet: vt non dicam nihil. Mixte non est ab incorporeo & omni materia remoto eum qui ex corpore & materia consistat oppugnari atq; etiam vinci, sed illud sane mirum atq; admiratione dignissimum, si is qui corpore indutus est cum hac inimica & infidiosissima materia pugnant, incorporeos hostes in fugam cõuertat ac superet. Summam circa nos deus in hoc quoq; prouidẽtiam gerens, pro cacitate fœminæ quasi freno quodam, pudore refrinxit. Nam si hæc ad marẽ sponte accurreret, non fuisset salua ois caro. Pleriq; patrũ discretionis gratia maxime insignes alii esse diffiniunt primũ impetũ, aliud in cogitãdo morã, aliud cõsensum, aliud captiuitatẽ, aliud luctã, & aliud eã q; passio siue perturbatio in aïo dicitur. Impetũ em illi beati esse a iunt sermonem simplicem siue imaginẽ cuiuscunq; rei cordi recenter iniectam. Moram vero cum quis ei imagini siue cum passione aliqua siue præter passionem immoratur.

Consensum vero nutum atq; inclinationem animæ ad eam imaginem cum voluptate. Captiuitatem vero violentam inuiti cordis abductionē siue iugem ad quæcunq; ingressum atq; optimi nostri status exterminium. Luctam vero esse diffiniunt cum pari virtute pugnatur & sponte sua quisque vel superatur vel vincit. Passionem autem eam propriam esse dicunt, quæ tempore longiore in animo viciosius incedit, eumq; iam sui consuetudine in suum habitum transfudit adeo vt sua sponte propriamq; iam voluntate ad eam currat. Ex his omnibus gradibus prior quidem sine peccato est, secundus non ita, sed cum aliquo peccato est, tertius vero pro certantium colligitur statim porro lucta vel coronæ, vel supplicij causa est. Nempe captiuitas aliter orationis tempore, aliter præter orationis tempus iudicaturaliter item in medijs atq; in omnibus malis cogitationibus extimatur. Sed passio sane in omnibus absq; vlla controuersia vel dignæ penitentia, vel futuro cruciatui substantia subiecta est. Ita is qui primum illum ineptum sine vilo passionis sensu auersatur extrema illa omnia penitus abscedit. Est apud diligentissimos & maxime discretos patrum, alia quoq; horum subtilior ratio & notio, quam peraripissimum quidam appellari dicunt, id est, subtilissima animi quædam latensq; subreptio, quæ status instar tenuis sine vlla temporis mora, dictoq; omni & imaginatione celerius passionem patienti insinuare consuevit. Nullum hoc spiritu celeriore, nullum occultiore inuenies, quippe qui tenui mora absq; vlla consensu immoratione, absq; tempore absq; actu, apud quosdam vero absq; notione vlla aduentum suum animo indicat. Si quis igitur huiusmodi subtilitatem per gemitum comprehendere potuit, hic nos instruere iam ac docere poterit, vt solo oculo, simpliciq; aspectu, & tactu manus, audituq; cantici cuiusdam. Præter intentionem oem atq; cogitationem fornicari anima, latentem voluptate sit. Autem quidam ex cogitatione fornicationis, ad actum nephariū corpus deduci, alij contra ex corporis sensibus intus cogitationes gigni asseuerant. Atqui priores quidem illi, hac rōe nituntur, qd nisi mens, atq; animus occurrerent, nunq; sequi poterit corpus, esse enim id subditiōe animi. Sequentes vero corporalis vitij malignitatem ita pro affirmatione sensus sui allegant, vt dicant nonnunq; ex venustissimo aspectu vel tactu manuum vel olfactu di suauitate vel suauissimæ vocis auditu, cogitationibus nequitia aditum patere ad cor. Sed de his qui in dño post doceat. Sunt enim ista his qui discretionis actione imbui cupiunt, nimium & necessaria & vtilia. Nam eis quidem qui in simplicitate ac rectitudine cordis operantur, nulla horum ratio habenda est. Neq; enim est oim sciētia, neq; rursus est omnium beata simplicitas certa ac ruta contra hostiles nequitias lorica. Nonnulla quidem vitia ex intimis progrediuntur ad corpus, quædam vero contra per corporis sensus ad animam penetrant. Atq; hoc vltimū sæcularibus maxime, primum vero illud eis qui solitariam vitam delegerunt qd eis materia non ad sint contingere videas. Ego de hoc illud interim dixerim. Quæres apud malos prudentiam & non inuenies. Quotiens intentius aduersus fornicationis spiritum impugnant, hunc ex corde per ieiunij lapidem atque humilitatis gladium excruciatū eiecerimus, tunc iam corpori nostro velut vermis quidam insidens, improbos quosdā ac irrationabiles motus miser ille pellicinas nos inquirere conatur. Quod illi maxime perpeti solent q inanis gloriæ spiritum sequuntur. Dum enim se hac peste liberatos gloriantur, nulla etiam cogitationum nequā assiduitate pulsati, in morbum illum prolapsi sunt. Atq; quod id verum sit, cum se isti ad solitudinis quietem contulerint, se ipsos diligenti inquisitione discunt, inuenient profecto cogitationē quandā in cordis abditijs, veluti serpentem in sterquilinio deliuisse quæ proprio illos studio atq; alacritate virtutem intimæ castitatis acquisisse suggerit. Non intelligunt miser illud Apostoli: Quid habes qd non acceperis vel gratis, vel ex deo, vel ex alterius opere, & oratione. Inspiciant ergo isti diligenter, atq; omni studio p̄dicum colubrum ex cordis sui latebris summa humilitate mortificatum abstrahat, vt ab ipso liberati, possint & hñ fortasse aliquando tunicas pelliceas exuere, triumphalemq; castitatis hymnum vt illi castissimi infantes, deo canere, si tamen exuti non inueniantur illoꝝ humilitate nudi. Obseruat & hic ipse spiritus longe amplius cæteris, tempora, & cum corporis habitu aduersus ipsum orare non possumus, tunc maxime nos impurus oppugnare nititur. Conuenit illis qui nondum veram cordis orationem possiderunt, corporeæ, exercitatio orationis, videlicet manuum extensio: tuncio, pectorum gemituum singultuumq; perturbatio, syncerum ac iugis in cælum conspectus, perpetua genuum curuatio. Quæ omnia dum nonnun-

1. Corin. 4.

A nonnunquam propter præsentem facere nō possumus: tunc maxime nos oppugnant dæmones. Cum nec dū mentis soliditate orationisq; secretissima virtute, contra hostes nostros insurgere valemus, necessario fortassis illis cedimus. Exili cito, si possibile est abscedere modicum secretius, eleua animæ aciem si potes, sin vero, vel exterioribus luminibus in cælum aspice: extende in figuram crucis immobiles manus, vt per ipsam quoq; formam & habitū orantis Amalech confundas & superes. Clama ad eū qui saluare te potest, non in sapia oraturq; verbosè, sed in simplicitate atq; humilitate sermōnis, ante omnia ita semper exordiens. Miserere mei, qm̄ infirmus sum. Tunc experieris altissimi virtutē atq; inuisibiliter inuisibiles per inuisibile persequeris auxilium. Qui sic pugnare assuefactus est cito, ac solo nutu animi persequi hostes ac fugare poterit, sed prioris illius laboris hoc extremū in remunerationē datur dei operarijs & merito sane. Cum aliqui in congregatione quadā essem, notavi sollicitum atq; studiosum fratrem, dū à malis cogitationibus molestiā pateretur, nec inueniret illic locum idoneum orationi, ad naturæ necessaria simulata necessitate exisse, atq; illic aduersus hostes validissima oratione conflagere. Cum vero loci in dignitate permoueret. Cur inquit, loci huius, q. minus idoneite facies mouer: Persequebantur me immundæ cogitationes, ego in loco immundo vt sordibus mundarer orauī. Omnes quidem dæmones primo intellectū nostrū obnubilare cōtentunt, atq; ita demū ea quæ sibi amica sunt suggerunt. Nisi enim mentis nostræ claudantur oculi, thesauri nostrum furari non poterunt. Sed fornicationis spūs multo cæteris velocius instat. Hic deniq; cū nōnunq; principem mentem tenebris obduxerit, ea homines facere inducit quæ solt amentes operantur. Quæ cum post aliquod interuallum temporis mente resipiente agnosceris, non eos solum qui viderunt, sed nos ipsos quoq; erubescimus, turpes actus nostros vel locutiones vel habitus recolentes, priorēq; nostrā obcaecationem obstupescimus. Deniq; plures sepe ex hmōi discretiōe ab hac peste quidē tū. Auerfate totis viribus eū hostem, qui te post actū scdum orare vel religiose agere vel vigilare prohibet, memor eius qui dixit. Iccirco autē qd mihi molesta sit aia mea, anticipacionibus violenter oppressa, faciam vltionē eius ex inimicis eius. Quis est qui corpus vitiat: Qui contriuit cor, qui seipsum abnegauit. Nam quō non conteretur is, qui voluptati mortuus est: Est inter vitiosos alius alio vitiosior, videasq; nōnullos ipsas quoq; sordes, ac scelera sua suauiter & cum voluptate confiteri. Solent immundæ turpesq; cogitationes à seductore cordis, fornicationis spiritu suscitari. Quarum tamen medicina contentia est, atq; eas nihil existimare. Quo nam autem more & modo meum hunc amicū vinciens in morem cæterorum diiudicem nescio. Prius enim quam illum vinciam, soluitur & antequam diiudicem, cum illo in gratiam redeo, & antequam puniam flector. Quo illum vinciam: quem vt amem à natura suscepi: Quomodo ab eo liberabor, cui in seculum colligam sum? Quomodo mecum etiam surgentem destrua? Quomodo in corruptibilem ostendam, qui naturam accepit corruptibilem? Quid illi rationale dicā, qui per naturam mille rationibus ac persuasionibus mentitur: Si enim ipsum ieiunio vitam rursum illi, proximum iudicans, trador, si & iudicare desitens hunc superem, elatus corde in eundem præcipitor. Estq; cooperatoꝝ & hostis, adiutor atq; aduersarius, auxiliator simul & insidiator. Si foueatur oppugnati affligatur debilior sit, lasciuat per quietem, rursus verbera, & flagella non sustinet. Si illum contristem periclitor, si foueam, p quem virtutes acquiram non habeo. Quid sit circa me sacramentū: quæ nam sit meæ concretionis ratio, quomodo mihi & amicus sim & inimicus: quis videat: qs intelligat: Dic tu, dic mihi o coniunx meo natura mea, neq; enim de te ab alio quam abs te discere curabo, quomodo ex te vulneratus maneam, quomodo possum naturale periculum effugere, quando iam bellum aduersum te gerere Christo pollicitus sum, quomodo tuam tyrannidem superem, ex quo vim tibi inferre delegi: Illa vero aduersus seipsam (vt ita dixerim) respondens ita dicere videbitur. Non tibi id loquar, quod ipsa non nostit: sed quod simul ambæ cognouimus. Ego in me ipsa dilectione glorior matre. Exterioris quidem incendijs genitrix, & causa in primis est cura nimiatq; immodica requies. Porro interioris flammæ, motusq; cogitationum ex præcedente requie actibusq; præteritis occasio gignitur. Ego cum iniqua concepero, pario sceleraq; simul vt nata fuerint per desperationem generant mortem. Si meam tuamq; profundam infirmitatem noris, penitus meas vinxisti manus. Si gula concupiscentiam frergeris: meos obligasti pedes, ne gradi in ante

Psalmo 76



seriora possint. Si obedientiæ collum submittas à me disunctus es. Si possideas humili-  
tatem amputasti caput meum.

## De auaritia, Gradus XVI.

**P**Lurimi. Sapientissimi doctores post præfatum tyrannum hunc auaritiæ millecipis  
tem spiritum statuere consueuerunt: Itaq; ne insipientes nos sapientiū immutemus  
ordinem, eandem regulam terminumq; secuti, pauca prius de morbo ipso, ac sic postmo-  
dum de ipsius curatione loquemur: Auaritia siue cupiditas est idolorum veneratio in fi-  
delitatis filia, infirmitatum occasiones præfert, senectutis est vates, terræ siccitatem præ-  
cinit, venturæ fami prospiciendum suadet. Auarus est euangeliorum irrisor, transgressor  
que voluntarius: Qui charitatem possidet, pecunias spargit. Qui vero vtranq; rem se te-  
nere dicit ipse se fallit. Qui semetipsum luget etiā corpus abnegauit. Nam si ad id se tem-  
pus vacet neq; illi parceret. Ne dixeris, pauperum gratia pecunias cōgrego. Duobus enim  
minutis celeste regnum venit hospitalis & auarus sibi inuicem obuiauerūt, postremus  
que priorem indiscretum appellauit: Qui vicit hoc vitium, amputauit curas, qui vero il-  
lo deuinctus est, nunquam orabit pure. Auaritiæ initium, elemosynas præterdit, finis  
vero est odium pauperum. Dum congregat quisq; misericordis efficitur, at cum fuerit pecu-  
nia cum copia, contrahit manus. Vidi nonnullos pecunijs pauperes, qui prioris suæ pau-  
peratis obliiti, in conuersatione pauperū spiritu diuites effecti sunt, Monachus cupidus  
nunq; pater acedias, horis em singulis illud apostoli volunt. Qui ociosus est nec mandu-  
cet. Ac rursus: Manus istę ministrauerūt mihi & his qui mecum sunt. Nuditas rerum o-  
mnium, curarum est depositio, securitas vitæ, viator omnibus impedimentis liber, mœ-  
roris alienatio mandatorum fides. Nudus monachus mundi totius est dominus. Deo es-  
nim curam sui credidit, & per fidem omnes possidet seruos. Non dicit homini necessita-  
tem suam, sed quæ afferuntur quasi de manu domini suscipiet. Nudus operarius totius  
mortalis affectionis inimicus, quæ sibi adsunt quasi non sint ita existimat & si apprehen-  
dit. Anachoresis omnia arbitrabitur vt stercora, sin vero contristetur in aliquo, nondum  
quæ sit vera nuditas agnouit. Vir nudus purissimam orationem emittit. Qui vero cupi-  
dus est, materiæ imagines in oratione versat. Qui in sancta subiectione durat, à cupiditate  
longissime remoti sunt. Quid enim iam habeant proprium, qui ipsum quoq; corpus  
suum alieno imperio exposuerunt? Huiusmodi vno hoc tantum detrimento affici con-  
sueuerunt, quod ad migrandum proprii semper ac parati sunt. Vidi plerunq; mona-  
chos in loco ex aliqua materia sibi tolerantiam acquisiuisse, quibus tamen eos ego bea-  
tiores censui, qui propter dominum virtutem illam sectantur. Qui superna gustauit faci-  
le terrena contemnet. Qui vero sine gustu illorum est terrenis lætatur possessionibus. Is  
qui sine ratione nuditatem hanc sequitur, duabus ex partibus læditur. Nam & presentis  
bus abstinet, futuris priuatur. Caueamus ergo o monachi ne auibus infideliores videamur.  
Illæ enim non sollicitæ sunt, neq; congregant. Magnus & ille quidem est qui pecu-  
nijs gratis renunciat, sed ille profecto sanctus est, qui voluntati suæ abrenuntiauit. Nam  
alter quidem centuplum siue per pecunias siue per gratias accipiet, alter autem sempiternam  
vitam hæreditario iure possidebit. Neq; fluctus vnquam deerunt mari, neq; auari  
iracundia & mœror deesse poterunt. Qui auaritiæ materiam contempnit, hinc lite omni  
& cotrouersa liber euasit. Qui vero possidere amat, pro acu esiet vsq; ad mortem corru-  
sabitur. Fides confans recidit curas, porro mortis memoria corpus ipsum quoq; abne-  
gabit. Non fuit in Iob vllum auaritiæ vestigium, atq; priuatus omnibus sine turbatione  
perstitit. Merito radix malorum omnium & est & dicitur auaritia. Hæc enim & scelera  
& furta, inuidias, cedas, diuortia, inimicitias, procellas, iniuriarum memoriam, crudelita-  
tem, mala deniq; omnia inuenit. Modica ignis scintilla ingentem sylvam pleriq; succens-  
derunt, vna virtute qua. s. nullis mortalium rerū afficimur, vniueria vitia illa diffugunt.  
Porro huiusmodi virtutem experimentum gustusq; dei parit, & cura sollicita reddendæ  
à nobis in fine rationis. Non ignorat qui intentius legit matris malorum rationem. At  
enim in sua nequam & execrabili stirpe secundam suam esse progeniem lapideam insens-  
sibilitatem. Sed prohibuit me proprium illi ordinem distribuere serpens ille multiceps  
idolorum seruitus: qui nescio quo pacto tertium ordinem apud patrum discretissimos  
in octo principalium vitiorum cathena sortitus est. Quem nos cum mediocriter tetige-

AG. 20

i. Timo. 6

**A**mus, loqui iam de insensibilitate volumus, quippe quæ tertia ab ea dicitur, quæ secunda  
in ordine generationis est. Post quæ rursus de fomno & vigilijs, præterea etiā de puerili  
atq; ignaua formidine paucis differemus. Hi enim morbi proprie illorum sunt, qui ad  
huc rudes imbuuntur.

## De Insensibilitate, Gradus XVII.

**I**nsensibilitas & in corporibus, & in spiritibus est mortuus sensus ex diutino languo-  
re in insensibilitatem desinens. Indolentia est quæ in habitu transiit negligentia se-  
gnis ac torpens animi intentio, præsumptionis germen, alacritatis impedimentū, fortitu-  
dinis laqueus, compunctionis ignoratio, desperationis ianua, obliuionis mater, quam  
cum genuerit ipsius filia suæ sit filia, timoris exclusio. Indolēs est stultus philosophus ab  
seipso damnatus, expositor sibi met, contrarius locutor, cæcus videndi magister de sani-  
tate vulneris disputat atq; id fricando exasperare non desinit. Contra morbum loquitur,  
& quæ sunt noxia manducare non cessat. Aduersus seipsum orat, & protinus ad opus su-  
um proficitur. Id dum perficit sibi ipsi indignatur, nec verborum suorum pudet misere.  
Male facio clamat, & tamen acrius instat. Os contra vitium orat, & corpus pro vitio lu-  
stat, de morte philosophatur, qui quasi non sit moriturus ita viuuit. De separatione cor-  
poris & animæ seuerius admonet, & quasi sempiternus futurus sit dormitat. De contin-  
entia disputat, & pro gula concupiscentia certat. Cum de futuro iudicio legit, subride-  
re incipit. De inanis gloriæ fuga meditat, & eadem in ipsa lectione capitur. De vigilijs  
dum loquitur & ipse fomno protinus immergitur. Orationem collaudat & eam non se-  
cus q̄ flagellum vitat. Obedientiā summis laudibus effert, primusq; ipse contra eā agit.  
Eos qui nulla mundi affectione compediuntur extollit, nec erubescit ipse pro vili pāno  
contendere atq; pugnare. Intus amaricatur atq; in ipsa amaritudine rursus proficitur, nec  
sentit dum ruinam adijcit ruinæ. Saturatus poenitentiam agit, modicumq; progrediens  
rursus saturitate distenditur. Silentium beatum dicit, ipsumq; per loquacitatem laudat.  
De mansuetudine admonet & in ipsa doctrina nonnunquam irascitur. Cum respuerit,  
ingemit, atq; egitans caput rursus perturbatione corripitur. Vituperat risum ac subridēs  
de gemitu docet. Semetipsum vt inanis gloriæ cupidum in plerisq; accusat, & per eā sui  
vituperationem sibi gloriā quærit affectu libidinis in faciem respicit & de pudicitia dis-  
putat. Desertit & quietis sectatores ipse in sæculo degens collaudat. Misericordes glorifi-  
cat & pauperes exprobat. Semper sui accusator est, & th̄ rescipiscere non vult, ne dicam  
non potest. Vidi ego huiusmodi plurimos cum de exitu æternōq; iudicio verba fieri aus-  
dierent, illachrymari, & cū adhuc essent in oculis lachrymæ, ad mēsam sollicitè accurere.  
Admiratusq; sum quomodo luctum quoq; hæc perniciofa & male olens domina capti-  
uare potuit, ingenti insensibilitate captiuata vel roborata. Sed lapide huius & præcipitis  
insanæq; simul & fatuæ dominæ vulnera, & dolos, quam satis visum & pro tenui cog-  
nitione & facultate mea denudaui, neq; diu aduersus illam verbis pugnare consilij est. Por-  
ro si quis in domino est, qui experimento suo possit vulneribus afferre remedia, non illū  
pigeat id exequi. Ego enim imbecillitatem in hoc meam ingenue confiteor, quippe qui  
ab huiusmodi peste forte detineor. Nam neq; fraudes illius & artes à meipso potuissim  
deprehendere, nisi hanc summam vi tenuissim, eamq; diligenter examinans quæ prædicta  
sunt confiteri fecissim, timoris domini & insatigabilis orationis illā duplici flagello cæ-  
dens. Quo circa & hoc dicere videbatur violenta illa & nequissima domina. Hi qui mihi  
scedere deuincti sunt, mortuos videntes ridet, in oratione stantes lapidei toti & duri  
tenebrisq; pleni sunt, sacramq; intuentes mensam quasi ad gustandum communem pas-  
nem, cum venerint affecti sunt. Ego cum aliquos conpungi video, irideo. Cuncta quæ  
ex affectus alacritate signuntur bona is qui me genuit pater necare me docuit. Ego risus  
mater, ego fomni sum nutrix, ego satietatis amica, ego cum reprehendor non doleo, ego  
falsæ religioni specialiter connexa sum. Itaq; stupore percussus atq; insanæ sermonibus  
territus, interrogabam quod esset eius genitoris nomen. Illa vero ad me, Ego inquit, nō  
tantum vnam natiuitatem habeo sed numerabilis quoddammodo instabilis ratio meæ  
conceptionis est. Me facietas roborat, me tempus auget, me pessima consuetudo conso-  
lidat. Ea vero quæ detinetur à me nunquam liberabitur. Insiste ingentibus vigilijs.  
Iudicium sempiternum insatigabili studio meditare, ita tibi forsam parumper cæ-

Fff iij dam



dam. Intuere diligentius occasionem ex qua tibi nata sum, & aduersus matrem meam D  
constanter certa. Neq; enim vna mihi indifferentem est mater. Inter sepulchra frequenter  
ora, eorumq; indelebilem imaginem in corde tuo pinge. Hanc enim nisi ieiunij stilo ti-  
bi descriperis, me in æternum vincere non poteris.

## De somno, oratione, psalmodia in conuentu, Gradus XVIII.

Somnus est naturæ ex parte constantia, imago mortis, sensuum feriæ. Vnus quidem  
est somnus, habet autem plurimas sicut & concupiscentia occasiones, siue causas. Fit  
enim verbi gratia ex natura, ex cibis, ex dæmonibus, fortassis vero ex somnio immoder-  
tatoq; ieiunio, ex quo dum caro lasciscit se ipsam iam per somnum consolari querit. Si-  
cut immoderatus potus ex consuetudine pender, ita & de somno sentiendum est. Quo  
circa in inijs renunciationis, contra hoc vigilantissime pugnandum est. Per difficile est  
enim longam consuetudinem curare. Obseruemus diligentius & inueniemus cum inso-  
luit signum spiritualis tubæ, visibiliter quidem congregari fratres vero inuisibiliter con-  
uenire inimicos atq; hos quidem cum experrecti fuerimus, astare lectulo nosq; vt iterũ  
decubemus lectulo hortari. Expecta inquit dum compleantur principales hymni, sicq;  
demum in ecclesia proficisceris. Alij cum ad orationem assistere cœperimus, nos in so-  
mnum præcipitant. Alij præter consuetudinem ventrem immoderate stimulant, Alij vt  
inuicem colloquamur hortantur. Alij mentem nostram in turpes cogitationes protrahe-  
hant. Alij super parietem reclinare nos vt debiles admonent. Nonnunquam vero ossi-  
tare etiam immodice faciunt. Nonnulli illorum orationis tempore risum nobis mouet,  
vt per hunc ad indignationem cõtra nos deus prouocetur. Alij per summam desidiam  
festinare nos in versum pronunciatione impellunt. Alij contra psalmodiam protrahe-  
re, voluptatis causa hortantur. Nonnunquam vero ori esset assidentes nostro ita illud  
claudunt vt vix aperiri posse videatur. Is qui dum orat deo se assistere intimo cordis affe-  
ctu existimat, vt columna perstabit immobilis, nec ab vlllo horum irridetur quos modo  
prædiximus. Verus obediens mox vt ad orationem stare cœperit, illustratur totus, non-  
nunquam vero etiam exultatione perfunditur. Est enim huiusmodi pugil præparatus &  
per integerimum purissimumq; ministeriũ iam antea ignitus. Omnibus quidem possi-  
bile est cum multitudine orare, plurimi vero cum vno solo vnanimè fratre conuenientis-  
us orant, paucorum vero valde est solitaria oratio. Si cum multitudine psallas, purgatis-  
simam & ab omni materia remotam orationem offerre non poteris. Cæterum pro exer-  
citatione mentis ea quæ canuntur eloquia tunc speculari vel rursus dũ vt versum proximi-  
mus finiat expectus intentius ora. Nihil dum oras immiscere orationi decet, siue illud in F  
utile sit & otiosum, siue vile & necessarium. Sed orationi & operi distribuenda sunt tem-  
pora. Quod manifeste docuit is qui magnum Antonium erudiuit angelus. Probat quis-  
dem aurum fornax sed studium & charitatem in deum, monachorum probat oratio-  
nis intentissima qualitas.

## De Vigilijs, Gradus XIX.

Terris quidem ac mortalibus regibus qui astant alij expediti ac nudi fere sunt, alij  
faces, alij clipeos, alij gladios tenent, est aut ingens atq; incomparabilis primorum  
ad sequentes differentia. Quippe alij proprie cognati regis esse atq; familiarissimi solent,  
hi vero serui & ministri & ista quidem ita se habent. Age vero iam nos quoq; quo nam  
modo in vespertinis diurnisq; conuentibus & orationibus deo & regi nostro assistimus  
solertius inspiciamus. Quidam enim in vespertinis pernoctationibus expeditissimi ab om-  
ni cura nudi, puras ad orationem extendunt manus. Alij cũ psalmodiũ modulatiõe ab-  
sistunt in hac. Alij lectioni magis incubunt. Quidã per opus manus ex infirmitate virtus  
liter aduersus somnũ repugnant. Nonnulli mortis meditatione se exercent ex hmoi con-  
sideratione, cõpunctione sibi acgrere studetes. Ex his oibus primi & postremi diuini ex-  
cubijs insistant, secundi vero monasticæ vitæ propiores sunt, tertij vero inferiorẽ ambu-  
lant viã. Vez deuotione & virtute offerentiu deus munera suscipit & estimat. Vigilã or-  
culus expiauit mentẽ, immodicus somnus obtudit & excœcauit aĩm. Peruigil monachus  
fornicationis inimicus, somniculosus vero cõubernalis eius est. Vigiliã incendiu libidinis  
nis frangit atq; a somnijs liberat. Suffusus lachrymis oculus teneq; cor ad sui custodiã  
erectum

A erectum cogitationes cautissime obseruat, cibos fornicis in morem consumit, passiones  
edomat, linguam restringit & reprimat, fugatq; phantasmata. Vigilans monachus pisca-  
tur cogitationes easq; per tranquillitatem noctis facillime & considerare & capere potest.  
Dei amator monachus mox vt sonus tube increpauerit, ad orationem vacans, letus & hi-  
laris dicit: Euge euge, negligens vero, vae mihi, vae mihi. Mensæ præparatio gulæ deditos  
arguit, orationis autem exercitatio dei amatores. Probat prior ille dum instructam cons-  
picit mentem, gemit lætitia. Sequens autem mœstior fit somnus multus obliuionis opor-  
tet, vigilie vero memoriam emundant. Diuitias agricolæ ex area & torculari colligunt.  
Monachi vero suas opes & sciam vespertinis maxime nocturnisq; orationibus, & ani-  
mi exercitationibus congregant. Somnus multus, iniquus est focus, & dimidium vitæ  
negligentibus, siue amplius diripit improbus monachus in colloctionibus vigil & fa-  
bulis, cum aut oratiõis hora superuenerit somno illi grauantur oculi. Mollis & lasciuus  
monachus in loquacitate probatus, vbi lectio illata fuerit aspiciere præ somno nõ valet.  
Cum nouissima tuba insonuerit, mortuorũ erit resurrectio, ita cũ sermo otiosus psonare  
cœperit dormientiũ erit euigilatio. Amicus fallax soporis tyrannus, nonnunquã postq;  
fatiati fuerimus cædit, fameq; & siti nos acriter oppugnat, opus manuum cum orare per-  
gimus ferre nobiscum suggerit. Aliter quippe vigilantium orationem demoliri nequit.  
B Primus hic rudibus oppugnando subrepsit siue vt eos initio negligentiores faciat, siue vt  
spũ fornicationis viam paret. Quousq; ab eo liberi sumus cum multitudine psallere nõ  
deitemus. Sæpe enĩ fit vt astantium oculos veriti dormitare erubescamus. Inimicus est  
leporibus canis ita & somno inanis gloriæ spiritus. Finita die venditor, monachus vero  
psalmodia finita residens computat lucrum. Pe mane post orationẽ sobrius, ac vigilans  
eunq; cateuas dæmonum aspiciet. Nam quia nobis in oratione expugnati fuerunt, post  
orationem iniquis nos phantasijs circumuenire moluntur. Residens obserua diligenti-  
us, inspicietq; eos qui consueti sunt primitias animæ diripere. Fit nonnunquã, vt in somnis  
ex assiduitate exercitij laudabilis, psalmodum meditemur eloquia. Plerunq; vero dæmo-  
nes ea suggerunt nobis, vt nos ad superbiam eleuent. Tertium genus dicere nolebam ni-  
sime quidam cogesset. Anima quæ verbum dei quotidie sine intermissione meditat, solet  
per soporem quoq; in eodem morari, est enim hoc secundum primi proprie remus-  
neratio: qua, scilicet spiritus phantasmata, euitantur.

## De ignaua formidine, Gradus XX.

Q Vi in cenobijs, siue conuentibus virtutem arripit, nõ valde consuevit oppugnari  
tri formidine, qui vero in remotioribus locis solitarius degit, caueat ne vnquam  
sibi formido dominetur, cenodoxiæ germen, & infidelitatis filia formido puerilis est  
mos in vetula ab inani gloria appressa anima. Formido est fidei conuersio in expectatio-  
ne earum rerum, quæ non videntur. Timor est, præmeditati præuisumq; periculum: Si-  
ue ita timor est sensus tremulus cordis, qui de incertis calamitatibus iugiter agitur in-  
dignans. Timor est certæ confidentiæ ac securitatis priuatio. Superba anima est formi-  
dinis ancilla, sibi ipsi fidens, sonitusq; & vmbra rerum quarumlibet metuens. Hi quidem  
qui amant nec dolent, formidine omnino carent, qui vero formidolosi sunt lugent & de-  
sperant, stuporem mentis plerunq; paciuntur & merito sanctiustus enim cum fit deus,  
superbos deserit, vt relictis non extolli doceamus. Cuncti quidem formidolosi sunt, qui  
inanem gloriam sequuntur. Non autem ideo omnes quoq; qui carent formidine sunt  
humiles. Nam & latrones & qui sepulchra violant, nulla formidine trepidant. In quibus  
locis consuevit expaulescere, ad ea non te pigeat noctu proficisci. Nã si his quæ praua sunt  
cædas: consuecet tecũ puerilis ista & ridiculosa perturbatio. Dum vero ad ea proficisce-  
ris, orationis arma accingere. Et cum perueneris extende manus: & Iesu nomine cæde in-  
imicos. Nulla enim neq; in cælo neq; in terra sunt arma potiora. Liberatus ea peste libe-  
ratorum tuum collauda. Nam si illi gratias referas, in æternum proteget te. Nunquam  
poteris ventrem subito implere, ita ne formidinem quidem statim vincere valebis. Pro-  
miseria luctus formido citius vel ferius recedit. Inhorruerunt pili carnis meæ (inqt Ely-  
phas) dæmonis astutiã enarrans. Aliquid quidem anima nonnunquã vero corpus ante for-  
midare incipit: atq; alteri passionem non cõmunicat. Quotiens formidine cõcepta in  
carne, metus improbus in aĩam erũpere nõ potest, iuxta est infirmitatis huius liberatio. At  
cum

cum per contritionem cordis in sperata omnia promptly expectamus: tunc reuera formi d' d' sine fumo liberati. Non tenebræ, non locorum solitudo; dæmones cōtra nos roborāt: sed animæ sterilitas; plerumq; vero etiam disciplina diuina nobis dispensatione permittit. Qui verus seruus est domini: proprium solumq; dominū timebit, qui autē nec dum meruit vmbra suam sæpius extimuit. Instante quidem inuisibiliter spiritu terretur corpus, astante vero angelo exultat humilium animus. Quo circa ex affectu huius præsentiam agnoscens otyus ad orationem recurramus. Nam vt nobiscum oret nosq; adiuuet clementissimus custos ad nos aduenit.

## De Cenodoxia, Gradus XXI.

**S**olent pleriq; dum de vitij disputant inanem gloriam seorsum diffinire à superbia, vnde & octo esse principalia & primaria vitia dicunt. Theologus vero Gregorius alij que plurimi doctores septem ista esse tradiderunt, quos ego maxime sequor. Quis enim inanem gloriam deicit, & superbus fuit? Ea vero est ambarū adinuicem differētia, quæ est naturaliter pueri ad virum & tritici ad panem: hoc enī principiū est, illud finis. Nunc igitur de initio plenitudine passionum, nephario, s. tumore: tempore admoniti, paucis loquamur. Qui enim de his longissime philosophari nititur, is ei similis est, qui de ventorū pondere in cassum curiose quærit. Cenodoxia est specie quidem immutatio naturæ, morumq; peruersio, & obseruatio querelæ: qualitate vero laborum dissipatio, sudorum perditio, thesaurorum infidiæ, perfidiæ alumna, superbiæ præcursor, in portu naufragium, in area formica. Quæ & si tenuis est, laboribus omnibus & fructibus infidiatur. Expectat formica dum perficiatur triticum. Cenodoxia vero dum cōgregentur opes, Gaudet illa vt furetur, hæc autem vt dissipet: Gaudet desperationis spiritus cum videt multiplicari vitia. Cenodoxia vero cum virtutem multiplicari videt. Prioris inania multitudo vulnerum. Secundæ vero diuitiæ laborum. Obserua diligenter & vsq; ad mortem & sepulchrum inuenies hanc nefariam labem quoridie vestibus, vnguentis, pompis, aromatibus & alijs florere. Lucet omnibus affatim sol, omnibusq; studijs cenodoxia aggaudet. Verbi gratia, ieiunio, inaniter glorior, si latendi causa soluo ieiunium, tanquam prudens itæ glorior. Si splendide vestitus, vincor ea peste. Si vilis induar, denuo glorior. Si loquar, hæc superor. Si taceam, itæ superatus sum. Quocunq; hunc tribulum ieceris, erecto persitit aculeo. Eiusmodi vero gloriosus est fidelis idolorum cultor, qui deum quidem colere & venerari videtur, hominibus vero nō deo placere studet. Omnis autem huiusmodi est, qui ostentationi obsequitur. Eius vero ieiunium absq; effectu mercedis erit, eius item improba oratio, vtraq; ad hoīm laudē captandum opatur. Monachus inanis gloriæ, duabus ex partibus læditur. Corpus enī per afflictionem conterit, nec vllam inde mercedē recipit. Quis nō rideat cenodoxiæ operarium, qui dum ad psallēdum stat ab ea exagitatus interdum in oculis omnium desert? Abscondit deus nonnunq; ab oculis nostris etiam quæ possidemus bona, vir autē laudator, imo vero seductor per laudes oculos aperit nostros. His autem apertis à nobis euanere diuitiæ. Adulator est dæmonum minister, superbiæ dux, compunctionis exterminator, bonorum demolitor, errorum ductor. Qui enim beatos nos dicunt, inquit ille, nos seducunt. Sublime est quidē illatas cōrumelias fortiter, libenterq; perferre, sanctum vero ac iustum laudes absq; læsione transire. Vidi lugentes, dum laudarentur iracundiæ facibus succendi, & veluti in mundo passione passionem commutare. Nemo quæ sunt hoīs nouit, nisi spiritus hoīs qui in ipso est. Erubescant igitur & obmutescant, qui nos beatos in faciem dicere nituntur. Cum audieris q; te vel proximus vel amicus tuus maledictis insectatus sit absentē siue & præsentem, tunc ostende charitatis opus atq; illū ipse collauda. Magnum quidē est laudes hoīs ab anima excutere, sed longe maius auerfari dæmonum laudes. Non ille humilitatem ostēdit, qui seipsum deiecit & vilem dicit, quid enī mirum si seipsum toleret, sed qui ab alio probris respersus charitatē in illum integrā atq; inuolabile seruat. Animaduerti cenodoxiæ dæmonē dum cogitationes fratri suggeret, alteri quoq; prius eas reuelasse, vt cum ab eo quæ in corde suo versarētur, audiret, hunc veluti præcognitorē ac beatum diceret. Ipsa quoq; corporis membra carpere, repētinosq; corpori tremōres excitare cōsuevit impurus hic spiritus. Non illū audias, cum tibi vt episcopatiū vel monasterij principatum suscipias, ingerit. Est enī laboris immodici canē à macelli mēsa amouere. Solet cum vide-

Istaie 3

1. Cor. 8

**A** viderit aliquos vel modicum in quietis proposito ac tranquillo statu proficisse, mox vt relicta heremo ad seculum proficiscantur horrari. A binquiens in salutem animæ per euntium. Alia Ethyopum est: & alia statuarum forma, ita & alius modus est inanis gloriæ eorum qui in seculo morantur, alius eorū qui in desertis degunt. Secularium aduentus præuenit inanis gloria, leuioresq; monachos aduentibus obuiam progredi hortatur, eorumq; prouolui pedibus. Itaq; cum sit superbia plenissima, humilitatem simulat, mores, habitum, incessumq; moderando cōponit, submissaq; loquitur voce, atq; ad manus peruenientium vt aliquid accipiat respicit, Dominos ac patres & primarios appellat, & qui post deum sint vitæ illorum causa. Ad mensam residentes abstinere hortatur, & inferiores absq; misericordia exagitat. Eos qui in psalmodia negligentiores esse solent fortiores facit. Mutisq; & sine voce venustatem vocis adijcit somniculososq; vigilantes efficit adulator. Mutisq; & sine voce venustatem vocis adijcit somniculososq; vigilantes efficit adulator. Et dum hospites abscendant patrem illum & magistrum nominat. Eos qui honorati sunt superbos facit, & qui despecti iniuriæ memores ostēdit. Cenodoxia nonnunquam pro honore ministravit ignominiam, suis enim discipulis irata confusionem illis maximā induxit. Cenodoxia feruidos iracundia mites in conspectu hoīm & mansuetos fecit. Hæc naturalibus bonis & donis vt plurimum insilit & per ea infelices trahit vel sternit. Vidi dæmonem socium ac fratrem suum perturbasse atq; effugasse. Nam cum aliquando frater irascetur, aduententq; interea seculares hospites: ex iracundia in cenodoxiam trāllatus est miser, simul enim vtriq; seruire non poterat. Is qui seipsum cenodoxiæ vendidit duplicem viuuit vitam. Nam inter monachos habitu degens in seculo mente & cogitatione versatur. Si ad supernam gratiam festinamus accurrere supernam gloriam degustare studeamus. Qui enim illam degustauerit terrenam omnem protinus contemnet. Mior enim si quis absq; illius gustu hanc possit aspernari. Sæpe fit vt qui ab inani gloria prædati ac vastati fuimus conuersi postmodum illam acrius vastemus. Vidi quosdam operarios spirituale exercitum ex inani gloria cepisse, abiectosq; postmodum noxio vitiososq; principio correctā intentione, laudabili sine quod minus recte ceperant consummasse. Qui in prærogatiuis naturalibus puta acumine, peritia, lectione, pronuntiatione, ingenio, cæterisq; omnibus quæ nobis sine nostro labore proueniunt, extollitur: hic nunq; eis quæ supra naturam sunt bonis potietur. Qui enī in modico infidelis est, in multo quoq; infidelis erit. Eiusmodi vero est seruus inanis gloriæ. Pleriq; vt supernam tranquillitatem, diuitiasq; gratiarum ac miraculorum perpetrationem & virtutem prænoscenti adipiscantur: corpora sua in cassum contriuerunt, ignorantes miseri quod non labores, sed summa humilitas huiusmodi munera pariat. Qui munera pro laboribus exigit, hic periculosum iecit fundamentum, qui vero seipsum debitorem extimat, is in speratas gratiarum opes repente suscipit. Caue ne proditori vnq; obtemperes, cum te quasi pro audietum utilitate virtutes propalare suggerit. Quid enim proderit homini si mundo vniuerso proficit, sibi vero ipsi detrimentum faciat? Nihil æque vt humilis, nec vlla simulatione fucatus habitus, inuentus ædificare poterit. Fit enim & alijs viaticum, nunquam extolli. Quo quid maius ad utilitatis rationem esse possit, nō video: Notauit quidam ex his, qui videre acutus poterant, narravitq; quod viderat: Cum federem, inquit, in cœtu quodam, aduentientes ad me, cenodoxiæ & superbiæ dæmones iuxta me ex vtraq; parte sederūt, & vnus ex his qui dem digito suo illo nouissimo pulsauit latus meum, hortans vt aliquid quod ad cōtempationem pertineret, siue opus quod libet in deserto à me gestum loquerer. Quem cum à me expulsem dicens: Conuertantur retrorsum & erubescant, qui mala cogitant mihi protinus is qui à sinistris erat ad aurē mihi dixit. Eya bene fecisti magnusq; effectus es, quippe qui imprudentissimam matrem meā viceris. Ad quem ego rite sequentes versus assumens, dixi: Auertantur statim erubescantes, qui dicunt mihi. Eya bene fecisti. Eundē ego cum interrogassem quomodo inanis gloria sit superbiæ mater ita respondit. Laudes, inquit, animam eleuant & inflant, porro cum anima ad elationem venerit iam tunc illam superbia assumens in cœlum vsque attollit, & vsque ad abyssos deiecit. Quædam gloria est quæ à domino prouenit. Ego enim (inquit) eos qui me glorificant gloriā sicabore est & alia quæ ex diabolico apparatu & fraude proficiscitur. Vē enim inquit, cum vos benedixerint omnes homines. Priorem apertissime cognosces, vt illam vt detrimentum existimans, omni conatu auersatus fueris, & quocunq; proficisceris conuersatio-

Lucæ 8

Psal. 6

1. Reg. 2

Lucæ 6

nem

Matth. 5

nem tuam occultaueris. Secunda vero cum vel parum aliquid, vt ab hominibus inspiciat, ris, operatus fueris: fingere eam quæ in nobis nõ est virtutem, scelerata suggerit. Sic enim, inquit, luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Plerumque dominus inanis gloriæ cupidus in illius odium per aliquam contingentem sibi ignominiam traduxit. Cuius odij initium est oris custodia, amorque vilitatis & ignominiae. Medium vero intellectuum omnium inanis gloriæ studiorum amputatio. Finis vero (si tamen nullus est abyssus finis) ea omnia coram multitudine studiose ac sine villo doloris sensu querere, quæ ad ignominiam pertinent nostram. Noli confusionem tuam abscondere, quasi id veritus ne sibi videaris offendiculum ponere. Iam vero etiam secundum culpæ & erroris speciem, non eodem fortasse medicamento semper vtendum est. Quoties nos gloriam aduocauerimus, siue cum inuocata ab alijs tamen ad nos præmissa peruenierit, siue cum ad inanem gloriam studiose aliqua facere tetamur, luctus nostri meminerimus, ac nostræ secretioris ac trepidæ orationis, prorsusque illius improbitatem obrudemus, atque in reuerentiam transferemus: si tamen veræ orationis nobis cura est. Sin autem, vel mortis nostræ consideratione citius arripimus. Si vero ne id quidem possumus, vel eam confusionem metuamus, quæ gloriam inanem sequitur. Qui enim se exultat, humiliabitur: non futuro tantum seculo, sed etiam in presententi. Quoties nos laudatores, imo vero seductores laudare cœperit, citius iniquitatum nostrarum multitudo memoriam occurrat, inueniemus nos ipsos indignos, his quæ in nostram laudem dicuntur vel geruntur. Sunt inter inanis gloriæ studiosos, qui in quibusdam petitionibus suis exaudiri à deo debeant, quorum deus ideo anticipare orationes & preces consuevit, ne per orationis studium id quod petierant accipentes superbiores fiant. Non valde solent, qui simpliciores sunt in venenum istud incidere. Cenodoxia quippe, est simplicitatis amissio, fictaque institutio: vermis plerumque dum excreuerit, natis alis in sublime subuectus est, ita & consummata inanis gloria, superbiam peperit: quæ malorum omnium dux, princeps & consummatio est.

## De superbia, Gradus XXII.

Lucæ 18

Superbia est dei abnegatio, inuentio dæmonum, aspernatio hominum, condemnatio mater, sterilitatis augmentum, laudum progenies, diuini adiutorij expulsio, stuporis præcursor, lapsuum ministra, casus materia, iracundiæ fons, simulationis ianua, firmamentum dæmonum, delictorum custos, duritiæ & crudelitatis artifex, compassionis & misericordie ignoratio, amarus exactor, immitis iudex, dei aduersatrix. Initium superbiæ, finis est inanis gloriæ: Medium vero despectio proximi, & laborum suorum impudens diuulgatio: Laudis amor, ex corde reprehensionis odium: Finis autem est abnegatio diuini adiutorij, proprijsque studij elatio & confidentia, dæmoniacus mos. Audiamus intentius omnes, qui foueam istam cupimus effugere: A gratiarum actione plerumque hæc pestis teterrima solet incrementa suscipere. Neque enim initio improbe deum abnegare suggerit. Vidi quendam deo gratias ore agentem, sensuque superbe gloriantem. Testatur id apertissime pharisæus ille qui dixit: Deus gratias ago tibi. Vbi ruina contigit, ibi antea superbia tabernaculum fixerat. Prius enim illud hoc subsequens inducit. Audiui insignem quandam & honorabilem dixisse virum, duodecim esse passiones ignominiae, e quibus si vnâ harum (elationem dico) voluntate diligas, sola ea reliquarum vndecim locum implebit. Altum sapiens monachus contradicit vehementer, humiliter autem sentiens contradicere nescit. Non sustinet cypressus in terram inclinari, neque monachus elatus corde obtemperare. Vir excelso corde dominari appetit. Alter enim perire vtuntur non potest, imo non vult. Superbis deus resistit. Quis iam illos miserari potest? Immundus apud deum est omnis elato corde, quis iam huiusmodi mundare poterit? Disciplina quidem superbiorum lapsus est, stimulus dæmon, derelictio autem stupor. Et in illis quidem prioribus homines ab hominibus sæpe curati sunt, extremum vero curari ab hominibus non potest. Qui reprehensionem ab se excutit, hoc se morbo laborare significat, qui vero illam admittit pestis eius vinculo solutus est. Si absque alio vitio hoc solo cœlestis quidam de cœlo corruit, quæredum an forte humilitate sola sine virtute alia possibile sit in cœlum conscendere. Superbia est diuitiarum virtutis, sudorumque perditio. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. Idcirco penitus, quia superbia id fecerunt: Clamauerunt ad dominum & non exaudiuit eos, ideo omnino quia causas contra

Iacobi 4

quas orabant non abscederunt. Superbientem fratrem probatissimus quidam ac discretissimus senior specialiter corripuit. Ad quem ille cecutiens, ait: Ignosce pater, neque inanimiter glorior, neque superbus sum. Tunc sapientissimus senior ad eum: Et quo nam, inquit, modo sibi declarare manifestius potuisses te hoc morbo laborare? Talibus itaque plurimum confert subiectio deuota crassius atque ignobilius institutum vitæ, virtutumque clarissimorum patrum earum quæ naturam excellere videntur intentissima lectio. Fortasse vel sic erit huiusmodi languentibus aliqua salutis spes. Pudor est alieno ornamento gloriari, extremaque dementia de donis extolli. Quæcumque tibi ante natiuitatem fuisse virtutum bona eis solis gloriare. Nam quæ post generationem tibi deus largitus est, vt ipsam quoque natiuitatem. Quas ergo virtutes præter mentem acquisisti, illæ solæ tuæ sunt. Mentem enim tibi largitus est deus. Et quæ extra corpus exegisti certamina, ex tuo solo studio fuerunt. Corpus quippe non tuum est opificium, sed dei. Noli confidere quo ad sententiam suscipias. Cum videas quendam qui postquam introductus in thalamum fuerat atque discubuerat, ligatis manibus & pedibus in exteriores religari tenebras. Noli elata ceruice gloriari, luteus cum sis. Plurimi enim qui sancti atque omni materia pudore fuerunt liberi de cœlo deiecti sunt. Cum in suis operarijs locum cœperit dæmon, tunc iam ipse in somnis aut per visum in figura sancti angeli vel martyris alicuius apparet, mysteriorum reuelationem vel gratiarum munera largitur, vt per hunc modum seducti miseri, perfecte deum sensu integro & sanitate mentis excidant. Etiam si mille mortes pro Christo patere mereamur, ne sic quidem satisfacere aut debitum nostrum implere possimus. Alius quippe est dei, alius seruatorum sanguis (secundum dignitatem dico) non secundum substantiam. Nunquam nos ipsos disquirere & diiudicare desinamus, iugiter probatissimorum patrum qui ante nos luminari in modum splenduerunt, vitam ac mores intueamur, nosque ad illorum comparisonem studiosius examinemus, tunc sane tunc nos ipsos ne vestigium quidem diligentioris conuersationis attigisse inueniemus, sed seculari adhuc instituto immorari. Monachus proprie est animi oculus omni elatione carens, immobilisque corporis sensus. Monachus est qui hostes feræ in morem prouocat & irritat, cum illi ab ipso fugiant. Monachus est iugis excessus mentis ac mœrorum vitæ. Monachus est qui virtutibus affectus est, vt est voluptatibus alius. Monachus est lux cordis, oculos iugiter irradians. Monachus est humilitatis abyssus, spiritum omnem præcipitans & suffocans. Superbia est factus obliuio nem peccatorum ingerens. Nam illorum perpetua memoria humilitatis est opifex. Superbia est animæ suprema inopia, dum illa diuitias imaginatur, lucemque esse in tenebris existimat. Non solum non permittit hæc execrabilis pestis in anteriora progredi, sed etiam ex altitudine deiicit. Superbus est punicum malum, interius putridum, exterius vero decorem preferens. Superbus monachus dæmone opus non habet, ipse enim sibi iam & dæmon & hostis & inimicus est. Alienissima sunt à luce tenebræ & ita superbus à virtute omni alienus est. Sunt in superborum cordibus blasphemiarum verba, in animabus autem humilium cœlestia dona. Solem execratur fur, superbus vero mites aspernatur. Nescio quo pacto se ipsos plerique superbi latuerunt, & cum se putarent esse impassibiles in exitu paupertatem suam cognouerunt. Qui hac labe deprehensus fuerit, domini auxilio illi opus est: Vana est enim illi salus hominis. Deprehendi enim seductricem hanc sine capite mecum aduenisse matris suæ humeris inuictam, ambasque obedientiarum vinculo ille laqueans vilitatisque flagello verberans, qualiter in me essent ingressæ dicere cogebam. Ita que cum crederentur aiebant: Nos neque initium habemus neque natiuitatem, principes enim & genetrices sumus omnium vitiorum. Oppugnat autem modice in nos contritio cordis ex subiectione initium sumens. Nullius imperio subijci patimur, ideo in caelis que seditiones mouemus. Nos (vt totum simul audias) omnium quæ sunt contraria humilitati genetrices sumus, cuncta quippe quæ illi suffragantur nobis aduersissima sunt. Nos ignominias obedientiam, iniraſcentiam, obliuionem iniuriarum, & ministerium seculi quæ sæpe consueuimus. Porro stirpes nostræ sunt, spiritualium lapsus, iracundia, detrahitio, amaritudo, clamor, furor, blasphemia, hypocritis, odium, inuidia, contradictio, suo quam altetius malle regi modera mine. Obedientia vnum & solum est in quo conatus omnes virtutum nostrarum deficiunt. Idcirco tibi coacte dicimus. Si te ipsum coram domino ex intimo cordis affectu semper accuses, nos vt araneas cœtemnes. Nam vt vides superbiæ est equus cenodoxia quam conscendi, sed sancta humilitas & suppositus iugis accusa

Ggg tio, ris

tio, ridebunt & equum & ascensorem eius triumphaleq; carmem suavissime canentes: Cui D  
temus, inquit, domino glorio. e. h. e. c. & a. proincit in mare, & in humilitatis abyssum.

## De ineffabilibus cogitationibus blasphemiarum.

## Gradus XXIII.

**S**A Euae radices & matris saeviore[m] esse progeniem in superioribus audiuimus, vides licet nephariae superbiae scelera[m] filiam blasphemiam. Idcirco necesse est eam in medium adduci. Neque enim quiuis est inimicus, sed hostibus omnibus immenior & grauior. Et quod durius est, non facile spiritali medico enunciari aut confitendo denudari potest. Quo circa plurimis nonnunquam desperationis & diffidentiae causa fuit, omni illorum consumpta spe non secus quam a verme consumitur lignum. Iste igitur sceleratissimus & saepe alias ad sanctam synaxim & ad ipsam horrendam sacrorum mysteriorum horam blasphemare dominum, & in ipsa qua consumantur sacra solet. Ex quo maxime manifeste colligimus, non esse animam nostram, quae illa intus verba locuta sit impia & non ferenda, sed daemone[m]. **D E I** honorumq; omnium aduersarium, qui de caelis deiectus est, q[ui] illic quoq; dum se per superbiam extollit in deum quoq; blasphemias & contumelias iaculari visus est. Nam si mea sunt turpia illa & scelerata verba, q[ui] est quod donum coeleste suscipiens adoro? Quomodo possum vnã & benedicere & maledicere? Plurimos seductor iste animarumq; corruptor in stuporem & amentiam saepe deducit. Nulla enim alia cogitatio ita difficilis vt ista enunciari potest. Quocirca & multis plerumq; conseruit euenire. Nihil enim ita daemones cogitationesq; contra nos roborat vt eas inconfessas in corde nutrire atq; occultare. Nemo sibi verborum blasphemiarum causam imputet. Cordis quippe cognitor dominus nouit nostra non esse huiusmodi verba & inuenta, sed hostium nostrorum. Ebrietas offendendi causa est, & superbia cogitationum indecentium, at qui is quidem qui offendit, non quia offenderit, sed quia ebrietatis causa id passus est, omnino punietur. Cum ad orationem stamus, immunda illa in sancta q; cogitationes nobis importune obstruunt. At cum orationem finierimus, protinus excedunt. Neq; enim oppugnare eos solent, qui aduersum illas non dimicant. Non solum autem deum & diuina omnia impius ille spiritus blasphematur, sed & turpissima quaedam & terribilia verba in nobis intellectualiter loquitur, vt aut orationem deseramus, aut nos ipsos in desperationem deiciamus. Plurimorum quidem interceptio orationem, multos a sacrorum mysteriorum communione separauit, quoniam corrupta mœnore tabescit, alios per ieiunium domuit, nequam hic & inanis tyrannus, nullamq; eis requiem concessit. Idque non solum in seculi hominibus, verum & quoque qui monasticam vitam subierunt fecit, nullam eis iam salutis spem reliquam improbitissime suggerens, infidelibusq; omnibus & ipsis quoque gentilibus miserabiliores esse denunciatis. Qui blasphemiarum spiritu se perturbari sentit, atque eo liberari cupit, pro certo habeat non suam animam huiusmodi cogitationum esse causam, sed impurum illum spiritum qui aliquando domino dixit: Haec omnia tibi dabo, si prociens adoraueris me. Idcirco nos quoque contemnes ipsam & quae ab illo dicuntur nihil existimantes, securi & intrepididicamus. Vade post me satana, d. d. meum a. & i. f. sermo autem dolusq; tuus in caput tuum conuertetur, & in verticem tuum blasphemiarum tua descendet, in praesenti & in futuro seculo. Qui praeter hunc modum aduersus blasphemiarum spiritum pugnare vult, is ei similis est, qui manibus suis coruscationem continere nititur. Nam quomodo vel comprehendere vel resistere aut reluctari aduersum eum poterit, qui repente in cor ventis instar pertransit, habetq; verbum momento velocius confestimq; euanescit. Nam hostes quidem reliqui insistant, perstant, morasque trahunt, tempusque aduersum se pugnantibus praebent, hic autem simul cum apparuerint abscondit se statimq; locutus est mentem pertransit. Solet plerumque in simpliciorum atque puriorum mentibus huiusmodi daemones immorari, quod hi maxime vehementius caeteris concuti & perturbari consueverunt. Quibus sane non dicimus id ex superbia aliqua proprie, sed ex daemone inuidia & calliditate contingere. Definamus tandem iudicare & condemnare proximum & cogitationes blasphemiarum non metuemus. Id enim huius & occasio & radix est. Sicut qui in domo inclusus, audit exterius praetereuntium verba, nec tamen cum eis ipse colloquitur, ita & anima quae in se ipsa degit daemones blasphemias auscultans quas per illam

**A** per illam transiens loquitur non turbatur. Qui hunc spiritum despicit, liber euasit qui vero illi aliter reluctari nititur, tandem subiacet. Qui enim verbis spiritum continere vult, is ei similis est qui ventos includere nititur. Monachus quidam studiosus cum ab eo perturbaretur ad viginti annos, carnem suam ieiunijs & vigilijs macerare non desistit, cum vero nullam vtilitatem se inde cepisse sentiret, profectus conscriptam in carta perturbationem ac tentationem suam sancto cuidam ac probatissimo seni obtulit, in faciem prostratus, nec illum intueri valens. Vt autem legit senior subrisit, fratremq; erigens dixit: Pone sili manum tuam super oculum meum. Quod cum fecisset, ait illi senior: Super collum meum sit frater hoc peccatum quotquot annis te oppugnauerit vel oppugnaturum sit. Tu autem id obserua, vt hoc iam floccipendas & nihil estimes. Quibus verbis ita roboratus est frater, vt non ante cella senis excederet, q[ui] huiusmodi morbus euas neceret. Hoc autem is qui expertus est mihi postea enarrauit deo gratias referens.

## De mansuetudine &amp; innocentia per gratiam quae sitis.

## Gradus XXIII.

**P**raecurrit quidem solem matutina lux, omnem vero humilitatem mansuetudo praecellit. Quocirca lucem ipsam audiamus, ita eas gradatim ordinatim: Discite, inquit, a me, quia mitis sum & humilis cordis. Iustum ergo est & legitimum ante solem luce illustrari, atq; ita demum clarius solem intueri. Fieri enim non potest vt hunc intueatur, q[ui] lucem antea non cognouerit, vtra beatorum docet institutio. Mansuetudo est animi incommutabilis status aequae in honoribus se & ignominijs habens. Mansuetudo est in perturbationibus proximi, pro illo affectu summo atq; integerrimo orare. Mansuetudo est supereminens iracundiae pelago scopulus. Mansuetudo est firmamentum patientiae, charitatis ianua, imo vero mater, discretionis argumentum. Docebit, inquit, dominus mites vias suas, veniae ministra, confidentia in oratione, spiritus sancti diuersorium. Ad quem enim, inquit, aspiciam, nisi ad mansuetum & quietum & tremetem sermones meos? Mansuetudo est obedientiae adiutrix, fraternitatis dux, furcivum frenum, irascentium retinaculum, gaudij indultrix, imitatio Christi, angelorum proprietates, daemone[m] nexu[m], atq; amaritudinis clipeus. In cordibus mansuetorum requiescit dominus, anima vero turbulenta diaboli est sedes. Mites haeredita bunt terram, imo vero dominabuntur ei, viri autem infanti ac furore praecipites ex terra sua vastabuntur. Mansueti anima simplicitatis sedes, mens autem iracunda nequitiae est opifex. Mitis anima capiet sapientiae verba, dirigit enim in iudicio mansuetos dominus, imo vero in discretionem. Anima recta conturbata est humilitatis, iniqua autem superbiae est adulescentula. Mansuetorum animae implebuntur scientia, mens iracundi tenebris iracundiae vel ignorantiae cohabitabit. Iracundus & simulator obuiauerunt sibi, nec inueniri poterat sermo rectus in discrepatione eorum. Si cor prioris explices, inuenies insaniam. Si vero secundi perscruteris animum, aspicias nequitiam. Simplicitas habitus est animae varietate carens, totiusq; peruetae intentionis ignarus, & qui nulla mala cogitatione moueatur. Nequitia est scientia, imo vero turpitudine daemone[m] priuata veritate, & quae plurimos latere videatur. Hypocritis est & corporis & animae contra ius status, adinventionibus omnibus impletus. Innocentia, laetus ac serenus est animi status, omni adinventionem ac figmento liber. Aequitas est intentio curiositate carens, affectus integer, sermo purus, neq; vlla fictione in praeparationis arte fucatus, a nequitia remotus. Mundissima est natura animi in ea qua creata est animi puritate persistens, atq; secundum eam omnibus congregiens. Nequitia est reuerentiae peruersio, intentio seducta, mentita dispensatio, perplexis verbis annexa iuramenta, profundum cordis, fraudis abyssus, assuetum transiensq; in habitum mendacium, naturalis exinde tumor, humilitatis aduersarius, poenitentiae simulatio, sterus elongatio, confessionis inimicitiae, propriae sententiae voluntatisq; defensio, lapsus artifex, resurrectionis aduersario, contumelias risus, fatua grauitas, ficta religio, daemone[m] vita. Malus est diabolo & familiaritate coniunctus & nomine. Quocirca & dominus illum ita appellandum monuit in oratione, quam ipse instituit dicens: Libera nos a malo. Fugiamus a simulationis praecipitio & a versutiae lacu audientes eius sententiam qui dixit: Quoniam qui malignantur exterminabuntur. Et sicut olera herbarum cito decident, huiusmodi



s. Johan. 4 di enim pasqua est dæmonum. Sicut deus charitas, ita æquitas quoque appellatur, atque D  
 Cantico. 1 ideo Sapiens in Canticis ait ad cor: Aequitas dilexit te. Rursusq; Sapiens huius patet  
 Psalm. 10 Bonus & rectus dominus. Eosq; qui hoc cum illo appellatur nomine saluari dicit. Ait  
 Psalm. 7 enim: Qui saluos facit rectos corde. Et rursus: Aequitate animarum vidit & visitauit  
 Psalm. 10 faciem eius. Prima incrementi puerorum proprietates est simplicitas omni varietate libe-  
 ra, quam quousq; habuit ille Adam, nõ vidit animæ suæ nuditate neq; carnis suæ tur-  
 pitudine. Bona quidem est ac beata illa simplicitas, quæ quibusdam inest naturaliter,  
 longe tamen illa beator & excellentior, quæ laboribus & sudoribus ex malitia tradus-  
 ta est vel fuerit. Nam illa quidem à varietate multiplici ac perturbationibus protegatur  
 atq; illæsa seruetur, hæc vero altissimæ humilitatis & mansuetudinis genitrix & alitrix  
 est. Et priori quidem non minima debetur merces, sequenti vero laudatissima & incom-  
 parabilis reddetur. Quicunq; ad nos attrahere dominum cupimus, simpliciter ad illum  
 & absq; vlla fictione & varietate & malitia & curiositate velut ad magistrum percipien-  
 dæ disciplinæ causa accedamus. Simplex enim ille & integerrimus cum sit, simplices esse  
 se vult & innocentes animas quæ ad se conueniunt. Nunquam enim videas simplicitas-  
 tem ab humilitate separatam. Malignus est præuisor mendax ex sermonibus cogitatio-  
 nes, & ex habitu cordis intima se comprehendere existimās. Vidi rectos malignari à ma-  
 lis didicisse, atq; admiratus sum quomodo proprietatem naturæ atq; priuilegium amit-  
 tere tam cito potuerunt. Vt recti facile decidunt, ita difficile pueri transferri in rectitudi-  
 nem possunt. Vera peregrinatio & subiectio laborumq; custodia sæpe valuerit mirabi-  
 liter insanabilia plurima transferre & curare. Si sciētia plurimos inflat, vide ne forte sim-  
 plicitas & imperitia humiliare consueuerunt. Væ documentum certusq; finis ac forma  
 beatæ simplicitatis beatus Paulus simplex tibi erit tantum enim tanq; celerem profectū  
 nemo vsquam vel vidit vel audiuit, vel videre vnquam poterit. Monachus simplex ratio-  
 nale iumentum est obediens quod onus suum ductori suo perfecte deposuit, trahentē  
 sequitur vt vult donec mactetur, contradicere non nouit. Difficile diuites ingrediuntur  
 Math. 23 in regnum, stultiq; sapientes in simplicitatem. Ruina sæpe eos qui ex malis acutiores fu-  
 unt frugales facit, salutem illis atq; innocentiam inuitis largiens. Pugnæ & contendē-  
 tis viribus stultam tuam sapientiam decipere, atq; ita faciens inuenies salutem & æquita-  
 tem in Christo Iesu domino nostro. Amen.

De uictrice passionum omnium altissima humilitate.  
 Gradus XXV.

QVI diuinæ charitatis propriæ sanctæq; humilitatis competenter & beatè castitæ  
 tis veræ ac diuinæ illustrationis firmiter, timorisq; domini sine mendacio & cer-  
 to cordis fiducia sine errore, sensum atq; effectum & vim visibili modo enarrare vult, et  
 osq; qui hæcenus non gustauerunt, huiusmodi narratione se illustrare putet, simile aliis  
 quid ei facere videtur, qui eos qui mel nunquam gustauerunt huiusmodi illius dulcedi-  
 nem verbis & exemplis docere nititur. Sed hic sane frustra desudat, & in casum & sup-  
 flue loquitur. Nunquam enim id efficit quod vult. Prior autem ille aut imperitus est nat-  
 rationis suæ, aut inani gloria vehementer illuditur. A dicit sermo thesaurum includere  
 in vasis fictilibus, imo vero in corporibus reconditum, cuius neq; agnosci, neq; vllis ver-  
 bis exprimi possit. Solus enim titulus supernæ incomprehensibilis ingentem atque infu-  
 nitum perferendi laborem verbo quærentibus præstat. Erat autem titulus huiusmodi.  
 Sancta humilitas. Quicunq; dei spiritu aguntur, ij nobiscum ad intellectuale hoc sa-  
 pientissimumque concilium conueniant. Scientiæ tabulas diuinitus scriptas & manibus  
 intellectualiter ferentes, conuenimus & quæsumus ac discussimus venerandi tituli vir-  
 tutem. Et alius quidem hanc esse dicebat recte factorum intentissimam obliuionem, ali-  
 us vero extremum se omnium magisque peccatis obnoxium existimare. Alius mentis  
 cogitationem, qua scilicet imbecillitatem propriam infirmitatemque cognoscit. Alius  
 vera in irritationibus anticipare proximum, primumque iracundiam soluere. Alius gra-  
 tiæ dei & misericordiæ agnitionem. Alius rursus contriti animi sensum ac voluntatis  
 propriæ abnegationem. Ego vero cum omnia audissem apud meipsum diligenter & vi-  
 gilanter examinans beatissimum illius sensum per auditum addiscere non potui. Quo  
 circa

A circa & omnium nouissimum velut canis cadentes micæ ex mensa prebatissimum: be-  
 atissimumq; patrum colligens, de hac singulari virtute ita diffinit, dixit: Humilitas est  
 animi gratia sine nomine, solus apud eos nomen habens, qui illius experimentum cepe-  
 runt. Humilitas est ineffabilis diuitiæ dei appellatio & donū. Discite enim, inquit, non  
 ab angelo, non ab homine, non à tabula, sed à me, hoc est, à mea in vobis habitacione &  
 illustratione & operatōe, quia mitis sum & humilis corde, & cogitatione & sensu & in-  
 uenietis bellorum quietem & alienationem cogitationem animabus vestris. Aliud est  
 vitis huius in perturbationum adhuc tempestate in spectaculum, aliud iam in veno fru-  
 ctuum tempore, aliud in ætate virtutum. Et si in vnam lætitiā & frugem vitis vnus  
 spectacula ista concurrant, vnde vera & propria signa & argumenta fructuum habent  
 Denique quoties in nobis sanctæ huius vitis florem ceperit botrus, mox humanam oēm  
 gloriam & famam cum dolore execramur, iracundiamq; & furorem à nobis penitus eli-  
 minamus. At cum iam spiritali ætate in animo profecerit hæc regina virtutum in nihil-  
 lum, vero imo in exactionem cuncta quæ à nobis geruntur bona existimamus & in di-  
 ebus singulis oneri nostrum nos adijcere per occultam dissipationem a binamur. Porro  
 diuinorum copiam nobis indultorum munerum, vt qui hanc præter meritum nostrum  
 acceperimus additionem fore cruciatu amplioris suscipiamur. Idcirco tunc quoq; ma-  
 B net inuolabilis mens nostra, se ipsam intra mediocritatis sacculum tutissime continens,  
 furumq; tantummodo strepitum ac ludibria audiens, atque in his omnibus inuolabilis  
 permanens. Si quidem inuolabile penetrabile huiusmodi est mediocritas. De floribus ita  
 que parturitione celerique profectu virtutis huius sempiternæ fructificatis breuibus dis-  
 seruisse satis est. Iam vero quod sit huius virtutis perfectum præmium. Quicunq; domi-  
 ni familiares estis, ipsum interrogate. De quantitate igitur ipsius dicere non possum, rur-  
 sus de illius qualitate loqui, longe impossibilius cenfeo. De proprietate ergo eius vt in  
 titio institueramus dicere conemur. Solers & accurata poenitentia luctusq; quibus cunctis  
 macula luctus diluitur, sanctissimæq; rudium humilitas, tantum inuicem differunt quan-  
 tum à pane frumentum & farina. Conteritur quippe prius animus & per efficacem poe-  
 nitentiā exterminatur, vnitur vero quodammodo, atq; (vt ita dixerim) admiscetur deo  
 per aquam integerrimi luctus, ex quo etiam igne domini succensa solidatur in panē san-  
 ctæ humilitas, fermento iam omni & tumenti factu libera. Vnde & in vnam virtutem acti-  
 onemq; se ipsam conglobans sancta hæc cōstans tribus annulis catena, imo vero coeles-  
 tis iris, suas quodammodo proprietates habet, quodq; alterius signum esse dixeris, hoc  
 alterius q; notionē esse reperies. Ideoq; qd breuiter à me dictū est, curabo exēplis atq;  
 C auctoritate firmare. Proprietates quæ honestissimæ huius atq; omni admiratione dignis-  
 simæ trinitatis prima atq; præcipua est, ignominia suauissima & iucundissima ppeffio, quā  
 aia vt morbos suos, & pētā maximā sedet atq; cōsumat supinis manibus expectat atq;  
 cōplectit. Secūda vero est oīs iracundiæ victoria atq; in eius extinctione seruata medio-  
 critas. Tertius aut gradus optimus est, vt & bonis suis nunquam aliquis infideliter cre-  
 dat iugiterq; addiscere desideret. Finis quidem legis & prophetarum Christus ad iustifi-  
 am omni credenti. Finis vero immundarum passionum inanis gloria & superbia omni  
 non aduertenti. Quartum cum interemprix sit intellectualis ista terna, cōubernalem  
 suū omni veneno mortifero seruat illesum, vbi in illa hypocrisis appareat venenum, vbi  
 detractionis rubigo, vbi sperens aliquis occultari in ea possit, quin statim ex cordis ear-  
 uernis & terra in lucem adductus occidatur. Non apparet in huius coniunctione odiū,  
 non detractionis species, non inobediētiæ vllus odor, nisi forte fidei ratio periclitetur.  
 Tunc enim obtemperare perfidie, consilium non fuerit. Qui huic veluti sponsæ sponsus  
 vnitur, mitis, placidus ad compunctionem, facilis atque misericors est, super omnia au-  
 tem tranquillus, serenus, obtemperans, & freni patiens, hilaris, vigil, impiger erit. Et qd  
 me necessarium erit multa prosequi, placida semper animi tranquillitate beatus erit. Si  
 quidem in humilitate nostra memor fuit nostri dominus, & redemit nos de inimicis no-  
 stris. Monachus humilis non curiosus abditā requiret, superbus vero iudicia quoque dei  
 curiositate illicita discutat. Quendam probatissimum & discretione maxime ornatum  
 fratrem astantes dæmones, ita vt oculis eius apparerent visibiliter, beatum illum prædis-  
 cabant. Ad quos ille sapientissimè: Siquidem me in mēris ac animæ cogitationibus lau-  
 dare destiteritis, ex discessu vestro magnum me existimabo, sin vero me laudare non des-  
 Ggg iij finit

Math. 11

Roma, 10

Psalm. 135



finitis, ex laudibus vestris feciditatem meam coniugio. Immundus quippe est apud deum  
 omnis sublimis corde. Aut igitur abite, & magnus factus sum, aut si placet laudate, &  
 ampliore vestri causa acquiram humilitatem. Moxq; illi accipit verbo stupefacti eua  
 nuerunt. Caue ne sit aia tua canale huius vnde vitalis, vt eam quide nunc emanet, nunc  
 vero emanare desinat, gloriæ & elationis ardore consumpta, sed sit beatæ tranquillita  
 tis fons, paupertatis fluium semper ex ipso gignens. Memento charissimi, q; vallis in  
 seipsis frumentum spiritualem; multiplicat fructum. Vallis est humilis aia inter me  
 dium montium, sine arrogantia semper atq; immobilis permanens. Non ait scriptura,  
 ieiunavi, non ait vigilavi, non habui requiem, sed humiliatus sum, & saluauit me celeris  
 ter dñs. Pœnitentia quidem suscitatur, luctus vero cœlū pulsatur, sed sancta humilitas aperit.  
 Ego autem trinitatem in vnitatem, & in trinitate vnitatem dico atq; adoro. Cuncta quide  
 quæ videtur sol illuminat, omnia vero quæ geruntur ratione roborat humilitas. Si non  
 addit sol, plena sunt tenebris omnia, & nisi addit humilitas, nostra omnia & fetida & ex  
 tremata erunt. Vnus in omni creatura locus semel aspexit sole m; & vna plerumq; cogita  
 tio peperit humilitatē: vno & solo die mundus ois exultauit, & vna virtus, hæc est quam  
 imitari non possunt demones. Aliud esse dicitur extolli, aliud non extolli, & aliud hu  
 miliari. Prior em̄ omnem diem iudicat, sequens vero nō iudicat: porro tertius cum in  
 demnatus sit, semper seipsum condemnat. Aliud est humilem esse, aliud conari esse hu  
 milem, & aliud laudare humilem. Prius illud perfectiorum est, secundū veracium obedi  
 tiū, tertiu vero oim̄ fidelium. Qui in intimis humilis est à labijs nō lædet, quod em̄ thesau  
 rus nō habet hoc ianua nō prodir. Solitarius equus nonnunq; currere videtur, at si gregi  
 societur tunc suam agnoscit tarditatem. Si iam in naturæ bonis cogitatio gloriari dese  
 nat, principij sanitatis argumentū est. Sed quousq; factorem illum hauriat, vnguētū odo  
 rem feruire nō poterit. Non increpabit, nō iudicabit, non dominari appetet, non circum  
 uenietur is qui amori meo est deditus, quo ad mihi coniungatur, ait humilitas sancta.  
 Nam post coniunctionē meā ei iam lex posita non est. Cuidam fortissimo athletæ Chri  
 sti, qui ad hanc beatissimā virtutem festinabat impuri demones laudē in corde subsemi  
 nabant. At ille diuina inspiratione malignos spirituum nequitia pio & religioso compen  
 dio vincere aggredit. Describit in cellulæ pariete altissimæ virtutū appellationes, pura  
 pfectæ charitatis, angelicæ humilitatis, mundissimæ ofonis incorruptibilis castitatis & hu  
 iusmodi virtutū reliquarū. Cū ergo illū cogitationes extollere cepissent dicebat illis: Ea  
 mus ad arguētē, adueniēs q; relegebat appellationes illas habiq; ipsi clamabant: Cū has oēs  
 possederis, tūc scies q; longe adhuc à deo sis. Cū em̄ eas possederis, seruus eris inutilis, se  
 cisti em̄ qd̄ facere debuisti. Quæ nam sit solis huius virtus & substantia, dicere ipsi nō pos  
 sumus, ceterum ex effectibus eius & proprietatibus qui sit illius substantia colligimus. **F**  
 Humilitas est protectio diuina, ex qua fit vt recta facta nostra nō videamus. Humilitas  
 est vilitatis abyssus furibus oibus inuiolabilis. Humilitas est turris fortitudinis à facie ini  
 mici. Nō proficiet inimicus in eo, & filio imo vero cogitatio iniquitatis nō apponet nocere  
 ei. Et cōcidet à facie inimicos eius & eos q; oderūt eū in fugā cōuertet. Sūt & aliq; magnifi  
 co huic professori in animo pprietates, pter illas quæ supra demonstratæ sunt. Ille. n. vna  
 excepta, diuitiarū inuētibus iudices sunt. Agnosce aut̄ illas nec decipieris. Cum sanctā  
 hanc substantiam in te ipso esse pspicias, in multitudine ineffabilis luminis, in amore ora  
 tionis incredibili, anticipabit hæc innoxii cor, & aliena peccata accusare nescit. Præcur  
 rit hæc quā diximus substantiā inanis gloriæ totius odii. Qui seipsum ex intimo animi  
 sensu & affectu nouit, iā in terra seminauit. Nā nisi ita seminemus, fieri nō potest vt flor  
 reat humilitas. Qui seipsum agnoscit diuini timoris intimā notionē, cōprehendit p quā  
 solite incedēs ad charitatis ianuā pueniet. Humilitas est regni cœlestis ianua, sibi ppin  
 quantes introducēs. De hac reor dñm dixisse q; ingrediēt & ex hac vita egrediet̄ intripi  
 de, & pascua inueniet & viriditatē in paradiso. Oēs qui per aliam portā inhabitatū vene  
 runt, fures vitæ suæ sunt & latrones. Nunquam disquirere nos ipsos desinamus, si veraci  
 ter agnoscere nos volumus. Quod si proximū nostrū vbiq; ex intimo affectu cordis me  
 liorē nobis esse arbitramur, iuxta est diuina misericordia. Impossibile est em̄ ex niue pro  
 gredi sāmā, sed lōge impossibilius vt in eo q; alterius sectæ & opinionis sit humilitas pro  
 pria fidelium ac religiosorū virtus oriā. Plurimi nos ipsos p̄ctores dicimus, & fortasse ita  
 existimamus, ignominia vero hoc probat. Nunquam desistat is, qui ad tranquillissimū  
 hunc

**A** hunc portum festinat, mores, verba, cogitationes, intēiones, quæstiones, exquisiōnes,  
 instituta, conatus, vota, orationes facere, intelligere & excogitare, quoad cooperante do  
 mino ab ignobilioribus institutis infestissimo & procellosissimo elatiōis pelago anime  
 suæ nauiculam liberet. Qui enim hac liber euaserit, in omnibus reliquis peccatis facile vt  
 publicanus ille fatisciat. Non nulli quidem propter peccata præterita postea etiam q̄  
 remissione potiti sunt, humilitatis materiam vsq; in finem tenuerunt, per ea tumor est  
 immanissimum colaphis cadentes. Alij rursus considerantes Christi passionem,  
 seipfos debitores constanter esse tenent. Alij ex quotidianis defectibus semetipsos  
 humiliant & vilissimos humiliant, & vilissimos existimant, pleriq; ex accidentibus tenta  
 tionibus, morbis & lapsibus, gratiarum matrem sibi familiarissimam fecerūt. Sunt item  
 nonnulli, qui tamen an modo super sint diffinire non possunt, nulli ex ipsis dei muneribus  
 quantumlibet in eis profecerint, semetipsos humiliant, scq; indignos esse huiusmodi dis  
 uitijs existimant, sicq; afficiuntur tanq; debitis suis quotidie adijciāt. Hæc igitur humilia  
 tas, hæc beatitudo, hoc perfectum consummatumq; præmium est, quotiens aliquem au  
 dieris infra paucos annos altissimam acquisisse tranquillitatem, noli hunc existimare ali  
 am, quam hanc beatam celeremq; viam pedibus ambulauisse. Sacra est biga charitas atq;  
 que humilitas, quippe illa exaltat, hæc exaltatos ne vnquam decidant tenet. Aliud est  
**B** contritio & aliud humitas. Contritio ex ruina nascitur, qui enim cadit coneruit, ca  
 densq; sine confidentia in oratione laudabili cum verecundia assistit, spēs; baculo vt  
 contractus & collisus nititur, ipsiq; desperationis canem à se abigit. Cognito est vera  
 & tuta propriæ mensuræ comprehensio, iugisq; leuiorum quoq; peccatorum memoria.  
 Humilitas est doctrina intellectualis Christi, spiritualiter ab his qui digni fuerint, in pe  
 netrabilibus animæ recondita, verbisq; sensibilibus inaccessibilis. Qui se dicit huiusmodi  
 vnguenti fragrantiam penitus sensisse, & cum laudatur, vel parum mouetur corde, aut  
 vim verborum intelligit, rapturq; vel modice laudibus, hic non se fallat, seductus est.  
 Quendam toto affectu animi audiui dicentem: Non nobis domine, non nobis, sed no  
 mini tuo da gloriam. Sciebat enim naturam nō facile ab hac illæsam feruari posse. Abs  
 te ergo, inquit, laus mea in ecclesia futura, scilicet tempore. Prius enim quam il  
 lud adueniat, hanc sine periculo ferre non possum. Si hic tandem finis & ratio & modus  
 est supremæ superbæ, virtutes quæ non adint gloriæ causam simulare, id profecto erit  
 altissimæ humilitatis argumentum, culpas quæ itidem non adint in quibusdam rebus  
 vilitatis causa vel gratia confingere. Quod fecit qui panem & caseum sumpsit in mani  
 bus abiectionis suæ gratia. Et sanctus ille, qui veste reiecta absq; vlla passione, quippe ca  
 stissimus, ciuitatem circiuit nudus. Non metuent huiusmodi iam, neq; curabunt homi  
**C** nes offensam, cum iam per orationem virtutem eam consecuti sunt, vt omnes inuisibi  
 liter ædificēt, cunctisq; satisfaciant. Qui prius curat, secundo isto se carere significat. Vbi  
 enim dominus nos audire paratus est, ibi omnia facere tuto valemus, præstat enim con  
 tristare homines q̄ deum. Gaudet quippe deus cum nos conterendæ vanissimæ elatiō  
 nis causa prompte videt ad ignominias currere. Parat autem huiusmodi certamina su  
 perna peregrinatio. Magnorum enim reuera est pati, suis esse ludibrio. Non te ea quæ dī  
 cta sunt perturbent. Nemo vnq; repente vno simul passu scalæ gradus omnes conscēdes  
 re potuit. In hoc cognoscent nos dei esse discipulos, non quia nobis dæmonia obtēpe  
 rant, sed quia nomina nostra in humilitatis cœlo conscripta sunt. Natura fert vt sterilis  
 tas defectusq; fructuum cicerorum ramos in altitudinem tollant, at hi si incurrentur fru  
 ctuum citius ferunt. Scit quid sibi hoc velit qui prudētius considerat. Habent ascensum  
 apud deum sancti huiusmodi gradus, tricesimum, sexagesimum & centesimum. Atq; in  
 extremo quidem hi qui beatam tranquillitatem consecuti sunt perstant, in medio vero  
 Christi milites fortes, primum aut̄ conscēdere oēs possunt. Qui seipsum veraciter agno  
 uit, nunq; profecto illudet, vt maiora se tentare velit, sed pedem iam securus beato huic  
 tritio imponet. Metuunt minutæ aures accipitrē, ita & humilitatis studiosi cōtradictō  
 nis sonum. Absq; prædictionibus qdem & illustrationibus, signisq; & prodigijs salute  
 plurimi potiti sunt sine humilitate aut̄ nemo vnq; cœlestem thalamum ingrediet̄. Illo  
 em̄ hæc fida custos, hanc vero illa in his q; leuiiores sunt sæpe necauerunt. Istud q; cum  
 humiliari nollemus dispensatiōe mirabili fecit deus, vt nemo vulnera sua clarius quam  
 proximus possit intueri. Ex quo necessario fit, vt illi ac deo nō nobis ipsi sanitatis nostre

gratiam acceptā referamus. Qui mente est humili, voluntatē suam semper vt seductricē d  
 detestatur, & in postulationibus suis ad deū fide firmissima, quæ conueniēt cōsuevit ad  
 discere, atq; his prompte obtemperare non magistroꝝ conuersationē attendēs, sed deo  
 curam suam fidelissime cōmittens; q̄ per aliam q̄q; Balaam vtilia & necessaria docuit,  
 etiam si oīa scdm̄ deum faciat, cogitet, loquat̄, operarius huiusmodi nec sic quidem sibi  
 credat. Humilis em̄ stimulum & onus sibi adiectum portabit, si sibi ipsi credat, sicut con  
 tra superbus si alteri credat. Mihi angeli esse videntur, nunq̄ in pct̄m̄ labi. Audiui em̄ ter  
 restrem angelum dicentem: Nihil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum, qui  
 em̄ iudicat me dñs est. Vnde iugiter nos ipsos damnare & accusare debemus, vt per vilita  
 tem voluntariā lapsus nō voluntariōs abijciamus & diluamus: sin aut̄ alias omnino in  
 exitu nro à nobis horum exigetur ratio. Qui meritis suis minus aliqd̄ à deo postulat, oī  
 no is quæ supra se sunt potietur. Testatur hoc publicanus ille, q̄ cum postulasset veniam  
 iustitiā retulit. Solum vt sui meminisset à dño poposcit latro, paradysumq; torū heredita  
 rio iure possedit. Hoc aut̄ in nobis nō est, dū sponte peccamus, idq; p̄nitentię illius signū  
 est. Sciēs dñs exteriori habitu figurari aię virtutē, sumpto linteolo humilitatis nobis cō  
 pendium ostendit. Studijs assimilatur aīa, & ad quę gerit formator atq; ad ea figuratur.  
 Principatus angelorū cuidam superbiæ materia fuit, cum tñ non ideo vt superbi ret illū  
 accepisset. Aliter affectus est q̄ in solio, aliter qui in sterquilino sedet. Atq; ideo fortassis E  
 magnus ille iustus extra ciuitatē sedebat in stercore. Tunc em̄ perfectā consecutus humi  
 litatem, ex intimo cordis affectu dicebat: Contempsi meip̄m̄ & cōtabui. Existimauī aut̄  
 meip̄m̄ terram & cinerem. Inuenio Manassē illum inter hoīes ceteris amplius & perni  
 tiosius peccasse, tēplumq; dei ac religionem oēm prophano cultui idolorū inquinasse,  
 pro q̄ si mundus totus ieiunasset, nullam sceleribus eius dignā p̄nitentiam inferre pos  
 tuisset: valuit tñ humilitas insanabilia eius vulnera curare. Qm̄ si voluisset sacrificiū des  
 disse (ait David deo) corporibus per ieiuniū immolatis nō delectaberis. Sacrificiū deo  
 & qd̄ sequit̄ oēs intelligūt. Peccaui dño beata hæc humilitas pro adulterio & homicidio  
 aliqñ clamauit, & protinus audire meruit: Abstulit dñs pct̄m̄ tuū à te. Viam qd̄m huius  
 atq; materiā, corporales labores esse sancti & semper memoriandi patres diffiniunt. Ego  
 præterea obedientiā cordisq; rectitudinē esse dico, q̄ naturaliter q̄q; tumori aduersat. Si  
 superbia ex angelis quosdā dæmones fecit, humilitas prorsus ex dæmonibus angelos est  
 ficere pot̄. Quocirca q̄ ceciderunt, bono aīo sint, & resurget & studeāt. Festinemus totisq;  
 viribus nitamur ad huius supremū verticē conscēdere, si minus vel illius humeris inuēhi.  
 Qz̄ si adhuc pigri sumus, vel vlnis eius nō excidamus. Quinam inde ceciderit mirabor,  
 si q̄ sempiterno munere potiri merebit̄. Nerui huius ac viæ sunt nō signorū manifestatio,  
 sed nuditas reꝝ oīm, inuisibilis peregrinatio, sapientiæ cauta occultatio, pronūciatio va  
 rietate carens, elemosynæ quæ sitio, nobilitatis absconsio, confidētiæ relegatio, loquaci  
 tatis elongatio. Nihil em̄ vt paupertatis status & mendicorū vita viuere, animā humiliā  
 re aliqñ potuit. Tunc em̄ philosophiā nr̄a amorq; ad deum singularis ostendit, cum sub  
 limari possumus, & sublimitatē constantissime fugimus. Si qñ contra vitium aliqd̄ ar  
 maris, humilitatis maxime societate & præsidio nitere, super aspidem em̄ & basiliscum  
 ascendet, conculcabit leonem & draconē. i. super pct̄m̄ & desperationem, diabolumq; &  
 corporis draconem. Humilitas est celestis instrumentum, qd̄ ex abyssu pct̄orū in cœlum  
 animam leuare pot̄. Cum quidā huius aliqñ pulchritudinē in corde suo fuisset intuitus,  
 stupore comprehensus, orabat vt eius, q̄ illam genuerat appellationē mereretur addisce  
 re. Ad quē illa clara ac nitētī facie serenū subridēs: qm̄, ait, genitoris mei nomē addiscere  
 festinas, cum sit ipse sine nomine, non tibi id dicam de nec possideas deum. Ipsi gloria in  
 secula. Amen.

## De discretione. Gradus XXXI.

**D**iscretio in his quidem qui rudes imbuuntur, est vera suorum intimorum profes  
 sionum recognitio, in medijs vero intellectualis sensus: bonum qd̄ vere ac proprie  
 bonum est, à naturali bono atq; contrario sine errore discernēs. In his aut̄ q̄ perfecti sunt  
 scientia, quæ per diuinam illustrationem in eis inest, talis vero ista est, vt esset quæ in  
 alijs obscuræ insunt suo lumine illustrare possit. Aut fortasse vniuersaliter hæc agnoscit  
 & est

**A** & est discretio diuinæ voluntatis vera certaq; comprehensio in omni tempore & loco,  
 quæ solis mundis corde & corpore & ore esse agnoscitur. Is quidem qui tres hostes reli  
 giosa pietate deiecerit, simul etiam quinq; prostrauit: qui vero illos negligit, neutrū vni  
 cet. Discretio, est incontaminata conscientia, & purgatissimus sensus. Nemo enim cum  
 audierit vel viderit aliquem in cōuersatione monastica supra naturam profecisse, ex ig  
 norantia in infidelitatem incidat. Vbi enim deus, qui naturæ supereminet, inhabitat: ibi  
 iam res quoc; supra naturam fiunt. Tribus istis maxime generalibus modis diaboli, oī  
 mne bellum in omnibus excitatur. Aut scilicet ex nostra negligentia, aut ex superbia,  
 aut ex dæmonum inuidia. Ex his primus quidem miserabilis est, secundus vero miserrī  
 mus, tertius autem beatus. Ad omnia post deum, conscientia nostra, vt norma & regula  
 vtamur, vt cum vnde status ventorum aduenerit nouerit mouerit hunc iam pandes  
 re vela valeamus. In omnibus quę secundum deum operamur, tres nobis foueas dēmos  
 nes parant. Ad primum quidem bonum, vt ne fiat impedire conantur. Secundo vero,  
 si in primo superati fuerint, vt non secundum deum fiat moliantur: quod si hac quoq;  
 intentione sua fures isti potiti non fuerint, tunc iam cum silentio conuersati fuerimus,  
 laudibus nos efferunt & beatos dicunt. Priori quidem illorum arti aduersatur studium  
 mortisq; cura sollicita: secundæ vero, subiectio & contemptus: tertiæ, seipsum semper ac  
 cufare, & aduersum se cōqueri. Hoc vero labor est ante nos, donec ingrediatur ignis dei  
 in sanctuarium nostrum. Tunc enim vitiosæ consuetudinis in nobis necessitas vlla non  
 est. Deus autem noster ignis est consumens motum omnem, & concupiscentiæ ardorē,  
 & obtenebrationem & præsumptionem & obcæcationem interiorem & exteriorem, vis  
 sibilem & inuisibilem. Contraria his dæmones facere consueverunt. Nam cum anī  
 mam vicerint, mentisq; obruerint ac peruerterint aciem, nihil iam erit in nobis miseris  
 vtile, non religiosi operis sobrietas, non discretio, non agnitio, non reuerentia, sed in do  
 lentia, insensibilitas, indiscretio, visusq; priuatio. Recognoscūt manifestissimē q̄ diximus,  
 hi qui ex fornicatione respicerunt, quic; se reppererunt à stulta confidentia, & qui ex im  
 pudentia in pudoris sensum venerunt: quomodo post mentis respicientiam, post illius  
 obcæcationis, imo vero mutilationis destructionem, verecundentur atq; erubescant, vt  
 ita dixerim seipsum in his, quæ prius dum in ea obcæcatione degerent, vel gerebant, vel  
 loquebātur, nisi prius in die animæ sero factum fuerit, eamq; tenebræ impleuerint. Non  
 furabuntur fures, nec machabūt, nec perdent. Furtum, est substantiæ reiꝝ familiaris per  
 ditio. Furtū, est qd̄ bonū non, id pro bono operari. Furtum est ignota animæ captiuitas  
 Machatio animæ, est mors rationalis mentis, cum in indigna & nepharia opera incidit  
 Perditio vero, est post cōsumationē iniquitatis sui cuiusq; desperatio. Nemo in p̄ceptis  
 euangelicis impossibilitatem quærit obijciat. Sunt em̄ animæ, quæ plusq; præceptum  
 fuerit illis per euangelium fecerunt. Persuadebit tibi id penitus, is qui plusq; seipsum pro  
 ximum dilexit, ac pro eo animam exposuit, & cum imperium dei de hoc non accepisset.  
 Confidant ac bono animo sint humiles, quantumlibet perturbationibus & vitijs exagi  
 tentur. Nam & si incidunt in omnes foueas, & si mucipulis oībus illaqueantur, omniq;  
 ægritudine ægrotent, cum tamen sani facti fuerint, medici omnibus & luminaria & lu  
 cernæ & gubernatores fiunt, eosq; qui casuri videbantur, per ea quæ experti sunt seruāt.  
 Quod si quidam etiam præteritis vitijs adhuc vi subiguntur, & vel simplici verbo docer  
 re alios & instituire possunt, doceant, non tamen etiam principatum sumant. Fiet enim:  
 fortasse, vt suos aliquando sermone erubescens, ipsi quoque operari incipiant, contin  
 getq; illis id quod in quibusdam se in cœno volutantibus fieri perspeximus. Qui quum  
 luto & cœno prorsus sordidati essent, quomodo ibi cecidissent prætereuntes docebant,  
 hoc illis eorum salutis gratia narrantes, ne & illi eadem via caderēt. Quos tñ dum aliorū  
 salutis consulunt, & ipsos cœno saluauit omnipotēs: sin vero vitiosi aliqui sponte seipsum  
 voluptatibus immergūt silentio doctrinā indicabūt, nanq; cepit lesus facere & docere.  
 Immane certe duxq; pelagus trañcim; o humiles monachi, plurimis & scopulis yrigini  
 bus & tumoribus & piratis & beluis & siphonibus, procellosissimisq; ventis & fluctibus  
 plenū. Scopulum quidē in aīa feram iracundiā repentināq; intelligimus. Vertiginē vero  
 eas res, q̄ præter spem circundant mentem, eamq; ipsam in desperationis profundū præ  
 cipitare studēt. Tumorē vero ignorantia, q̄ malū pro bono continet. Beluas autē graue  
 istud ac syluestre ferūq; corpus. Piratas durissimos cenodoxie milites vel satellites q̄ onus  
 nostrum

nostrum virtutumq; labores diripiunt. Fluctus vero inflat tumentemq; ventrem, qui D impetu proprio ad beluam transmittit. Syphones autem deiectam e cœlo superbiam, quæ nos & in cœlum extollit, & vsq; in infernum præcipitat. Nouerunt omnes qui literis eruditum sunt, quænam sit disciplina rudium, quæ mediocrum, & quæ magistrorum. Intendamus toto animo videam vsq;, ne forte in discendo diutius remorati adhuc in institutis rudium inueniamur. Est enim confusionis immodicæ, videre senem in ludum literarum proficisci. Optimum in omnibus ac salubre alphabetum, videlicet obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lachrymæ, confessio, silentium, humilitas, vigiliæ fortitudo, frigus, labor, erumna, contemptus, contritio, obliuio, illata contumeliæ, fraternitatis amor, mansuetudo, fides simplex omnique curiositate carens, curæ secularium abiectio, amabile parentum odium, torius rei mortalis repudiatio, simplicitas innocentia coniuncta, spontanea vilitas. Porro finis proficientium ac ratio ista, est inanis gloriæ & iracundiæ vacuatio, facilis, meliorum spes, quies, discretio, iudicij fixa & solida memoria, misericordia hospitalitas, modestia, correctio omni perturbatione libera, auaritiæ repudiatio. Eorum vero spirituum & corporum, quæ religiose ac pie in deo consummantur, hic finis, hæc ratio, & lex est. Cor captiuatione superius, consummata & perfecta charitas, humilitatis fons, mentis peregrinatio, Christi inhabitatio, lucis & orationis inuolabilis thesaurus, diuine illustrationis copia, mortis desiderium, odium vitæ, fuga corporis, mundi intercessor, deo vim inferens, angelorum in ministrando socius, scientiæ abyssus, mysteriorum domus, arcanorum custos, hominum saluator, dæmonum deus, vitiorum dominus, dominator corporis, nature procurator, peccato extraneus, beatæ tranquillitatis domicilium, imitator domini per auxilium domini. Non parua nobis vigilantia & sobrietate opus est, cum corpus morbis fatigatur. Cum enim nos humi dæmones iacere viderint, nec posse interrim per imbecillitatem exercitatione contra eos uti, tunc acerrime nos oppugnare nituntur. Eos quidem qui in seculo sunt, dum infirmantur, nonnunquam etiam blasphemiarum spiritus consequitur, eis vero qui a seculo remoti viuunt, siquidem rebus necessarijs abundent, gastrimargiæ & fornicationis spiritus infestus est. Sin autem in locis humana consolatione carentibus, deique bellatoribus congruis degant, acediæ atque perpetui meroris tyrannus eis assidet. Animaduerti fornicationis lupum, dolores languido adiacentem, atque inter ipsos dolores motus in eo turpes excitantem, eumque obsceni illius humoris egestione fedantem. Erat autem res maxime stupenda videre, inter durissimos aculeos doloris, carnem vigentem atque insanientem. Propius autem accedens iacentes vidi, atque in ipso suo lectulo ex diuina operatione & compunctione capientes consolationem repellentes. Erant autem eo animo & sic affecti, ut infirmitate ipsa liberari vnquam vellent; quippe qui per eam veluti per pœnam quandam salutarem animæ vitij se exutos & liberatos cernerent. Itaque glorificauit deum, qui lutum luto lauerat & emundauerat. Intellectualis mens intellectuali etiam sensu omnino amicta est. Hunc autem sensum, qui & in nobis est, & in nobis non est, requirere non desinamus. Illo enim inuento & manifestato exteriores sensus omnino vim amittent suam, illique vnico obtemperabunt. Atque hoc est quod nouerat quidam sapiens, cum diceret: Et diuinum inuenies sensum. Vita monastica in intimo sensu cordis exercentur, in operibus, in verbis, in cogitationibus, in motibus, in omnibus denique. Sin vero aliter fiat, non monastica sane erit, ne dixerim angelica. Aliud est prouidentia dei, aliud adiutorium, aliud item illius custodia, aliud misericordia, aliud solatio. Primum enim illud in vniuersa creatura declaratur, sequens vero in solis fidelibus, tertium deinceps in his qui verissime fideles sunt, quartum in his qui sibi seruiunt, extremum vero in his qui se diligunt ostenditur. Fit plerumque, ut quod alteri medicina est, alteri venenum sit. Nonnunquam vero eadem res, si eadem suo tempore offeratur, medicina est: sin autem intempestiue, venenum efficitur. Vidi medicum ignaum & obtusum, infirmum, confractum & collisum affectisse contumelijs, nihilque ei præter desperationem parauisse. Vidi item medicum ingeniosum & peritissimum, inflatum cor per ignominiam ferrum curauisse, omnique id fœtoris putredine euacuisse. Vidi eundem infirmum aliquando pro purgandis fordibus obedientiæ bibis poculum, & moueri, ambulare neque dormire, aliquando vero animæ egrorare oculis, & quietem agere atque in silentio perseverare. Qui habet aures audiendi audiat. Quidam nescio qua ratione (neque enim existimatione dona dei comprehendere didici) naturaliter, ut ita dixerim, ad continentiam

&amp; for

A & solitudinis quietem & castitatem & confidentiam noxiæ abiectio & mansuetudinē & compunctionem prouident, quidam vero ipsam fere naturam suam his rebus aduersissimam habentes, pro viribus tamen sibiipsis vim facere persistunt, qui & si interdum succumbunt eos tamen ego naturam violatores libentius, quam priores illos suscipio atque cōplector. Noli magnum sapere o homo, neque eis diuitijs extolli, quas sine labore acquisisti. Præscius enim dñs largitor munerum detrimenti & imbecillitatis atque perditionis tuæ, vel aliquantisper te suis gratis absque villo tuo merito muneribus seruare decreuit. Sequuntur nos rudimenta infantia nature, & educationes & studia, siue oblectantique cum virtutis conuersationisque monasticæ incrementa capere cœperimus. Monachorum quidem lux angelica sunt, cunctorum autem mortalium lux monastica est disciplina. Certent ergo summopere quæ oia fieri oibus optima forma, neque vllam cuique dent offensionem. Nam ex his quæ gerunt viuendi normam oibus proponunt. Denique si lux vertat in tenebras, tenebre ipsæ, i. hoies seculo additi, quæ tum putas præterea obtenebrabantur: itaque si mihi obtemperare vultis, conuenit omnino ut nos ipsos non variemus, neque in partes diuidamus in felicem animam nostram, ne aduersus millia millium & decies totidem inimicos nobis pugnandum sit. Neque enim poterimus oēs eorum astutias addiscere vel omnino inuenire. Trinitate beatissima aduersum tres potissimum armemur, sin alias labores nobis ipsis plurimos præbebimus.

B Profecto si nobiscum etiam fuerit qui conuertit mare in aridam, noster quoque Israel, vix mens, deum videns, ipse sine fluctuum rabie transibit, videbitque Aegyptios in lachrymarum aquis suffocatos, sin vero ille non habitet in nobis fluctuum illius sonus, vix carnis huius strepitum, quis sustinebitur? Si exurrexerit in nobis deus per actionem, dissipabunt inimici eius. Et si per contemplationem illi appropinquauerimus, fugient qui illum oderunt, & nos à facie illius. Sed & nostro sudore & labore non solo verbo diuina mandata addiscere curemus. Non enim verba, sed opera exitus nostri tempore ostendenda erunt. Qui thesaurus aliquo in loco latere audiunt, eum solite inquirunt, atque ob ingentem acquisitionis laborem, inuentum cautissime custodiunt. Nam qui sine labore diuitias adepti sunt, eas item facile effundunt. Est quidem perdifficile eas perturbationes quibus diutius assueti sumus vincere, quæ vero eis quotidie adhaerere non desinunt, aut de se ipsis desperauerunt, aut nihil exrenuatiōis ne lucrati sunt non ignoro tamen deum posse oia, nihilque ei esse impossibile. Rem quidem me interrogauerunt ad iudicandum difficilem, & quæ oēs ætatis nostre hoies transcendat, in nulloque ex his libris, qui in manus nostras venerunt, continetur. Aiebant enim, quænam proprie sint principalium octo vitiorum germina, aut quod ex tribus maxime principalibus, cuius ius quinq; reliquorum initium & propago esset. Ego in re tam ambigua ignorantiam meam ingenue confessus, hoc à beatissimis illis viris audiui. Mater quidem fornicationis, est gula concupiscentia, acediæ vero inanis gloria. Porro trium reliquorum, tristitia origo est, superbia & iracundia, superbiæ vero inanis gloria. Ego rursus à sempiternæ memorandis illis addiscere orabam, quænam ex his octo nascerent, & quod ex quoque progenie originem traheret. Illi vero me blande ac placidissime absque villo elationis vitio edocentes, aiebant nullum ordinem aut prudentiam rationem inesse in rebus stultis, sed omnem potius peruerionem atque inconstantiam, atque id mihi veris exemplis & rationibus persuadebant beati illi, plurima documenta adducetes in medium, ex quibus aliqua huic operi inserimus, ut ex eis iam alia quoque planissime intelligere possimus: exempli causa, intempestius risus aliqui quidem ex fornicatione, aliqui vero ex inani gloria nascitur, cum seque apud seipsum intrinsecus turpiter quisque glorietur, nonnunquam vero ex delictis gignitur. Multus somnus aliqui ex delicijs, aliqui ex somno vel ieiunio nascitur, cum seque illi qui ieiunant extollunt, aliqui vero ex acedia, aliqui ex natura, etiam multiloquiū aliqui ab inani gloria, aliqui à gastrimargia initium sumpserunt. Acedia pro aliis quando ex delictis, & ex contemptu dei timoris oritur. Blasphemia proprie quidem est superbiæ germinem, nonnunquam vero etiam ex iudicando in eadem re proximum, siue etiam ex improba dæmonum inuidia nascitur. Duritia cordis interdum à fatietate, sæpe vero etiam ab insensibilitate atque ab affectione vitiosa originem ducit. Hæc vero rursus affectio & à fornicatione, & ab inani gloria, & ab auaritia atque à gastrimargia alijs quoque plurimis oritur. Malitia rursus à tumore ac iracundia nascitur. Hypocrisis inde potissimum incipit, si quis sibi nimium placeat, seque ipse moderetur, neque alterius viuat arbitrio. Porro his contraria à contrarijs gignuntur. Et ne plura dicam, deficiet me quippe tempus, si per singula indagare voluero proprie horum interemptrix vitium prædictorum humilitas est, quam

tas est, quam qui possident omnia vicerunt. Genitrix malorum omnium est voluptas D malitiae coniuncta. His qui detinetur, non videbit deum. Nihil nobis illius abstinentia prioris proderit, nisi à sequenti etiam abstinemus. Timoris domini exemplum à principum ferarumque metu capiamus. Ceterum affectus ad deum, forma tibi fit corporum amor. Nihil enim nos prohibet à contrarijs rebus virtutum petere exempla. A certime declinat in malitiam praesens haec generatio, totaque elatione & simulatione repleta est, quae labores quidem corporis fortasse ad antiquorum patrum exemplar haecum feruat, ipsorum vero gratijs omnino indigna iudicatur. Cum certe (vt reor) nunquam alias ita indiquerit natura nostra his gratijs vt nunc. Et merito sane id patimur. Non enim laboribus deus delectatur, sed simplicitate & humilitate, atque his se potissimum reuelat. Et si virtus Christi in infirmitate perficitur, non repellit dominus humilem operari. Quotiens aliquem ex athleticis Christi corporaliter vexari viderimus, non inclementer vitio illius infirmitatis eius causam deputemus, sed simplici magis & pura charitate, vt proprium membrum, vt militem ex bello vulneratum suscipientes, obsequijs omnibus illum foueamus. Quaedam nobis infirmitates pro purgatione peccatorum, quaedam pro humilitatione animi contingunt. Pius enim & clementissimus dominator noster & dominus saepe cum quosdam pigriores ad exercitationem viderit, iam per infirmitatem veluti per leuiorem ac faciliorem exercitationem carnem eorum humiliat, interdum vero animam E quoque ipsam à cogitationibus malis ac vitijs emundat. Cuncta quae nobis siue visibilibus siue etiam inuisibilibus contingunt, aut bene, aut vitiose, aut medio suscipimus. Vidi tres fratres damno simili affectos, atque vnus ex his indigne tulit, alius sine merore perstitit, tertius vero inde ingens gaudium cepit. Vidi item agricolas, vnum semen in terra varia intentione iecisse. Alius quippe, vt opes sibi ipsi congregaret, id fecit alius, vt creditoribus suis satisfaceret alius, vt donis honoraret dominum alius, vt per decoram frugem & culturae peritiam laudem sibi à pertranseuntibus viam aucuparetur: alius rursus, vt inimicum suum aemulum amplius excrutiet: alius vero, ne ociosus ab hominibus exprobaretur. Haec igitur agricolarum & seminis appellationes, ieiunia sunt, vigiliae, eleemosynae misteria, atque his similia. Porro intentiones illas prompte ac solerter in domino fratres examinant. Si enim aquam ex fontibus haurimus, nonnunquam etiam eam (quae dicitur) ranam vna hausimus ita & cum virtutes exercemus, fit saepe vt vitia clam illis implicita & connexa simul arripiamus. Exempli causa, hospitalitati gastrimargia, dilectioni fornicatio, discretioni astutia, prudentiae nequitia, mansuetudini simulatio & tarditas & desidia & contradictio, & sui cuiusque moderatio atque inobedientia silentio doctrinae atque eruditionis tumor, gaudio elatio, spei pigritia, dilectioni rursus condonatio, quieti solitudinis aecidia & torpor, castitati amaritudo, humilitati confidentia, atque his omnibus veluti commune collirium, imo vero venenum inanis gloriae connexa est. Non contristemur, quoties petentes aliquid à domino non cito exaudimur. Vellet enim dominus, si id expediret omnes homines, vno temporis momento fieri impassibiles. Omnes qui petunt aliquid à domino, nec petitionis suae consequuntur effectum, omnino propter aliam istarum causarum id patiuntur, siue quia intempestiue postulant, vel quia indigne & cum inani gloria, vel quia si acciperent in superbiam se eleuent, fierentque negligetiores, cum id quod petierant, adepti essent. Quae daemones ac vitia vel perturbationes ad tempus aliquid, vel etiam iugiter ab anima discedant, nullus fere ambigit, vt putat quot autem modis eorum huiusmodi discessio à nobis fiat, paucissimi sciunt. Recesserunt à quibusdam vitia, non solum fidelibus, verum etiam infidelibus, vno excepto illud enim solum veluti primum vitiorum omnium reliquerunt, vt impletet ceterorum locum, cum tale sit, atque à deo noxium, vt è caelo praecipitare possit. Consumitur prius materia diuino igni inflammata, & cum ea à radicibus consumpta animaque purgata fuerit, simul iam & vitia recedunt, nisi forte rursus ea per materiale vitae institutum & negligentiam nobis attrahamus. Sponte daemones excedunt, vt dum securi dormitamus, infelicem animam repente inuadant atque diripiant. Non ignoro has beluas aliter quoque se solere subducere, cum scilicet anima omnino vitijs assuefacta, eisque conformis fuerit effecta, tunc enim iam sibi ipsa insidiatur, ipsaque hostis sibi est. Documetum nobis aertissimum eius rei infantes sunt, qui cum diutius matrum vberibus assuefacti fuerint, etiam cum non adsunt vbera, digitos suos sugunt. Noui etiam quandam in anima tranquillitatem ex summa

A summa puritate & laudabili simplicitate constantem. Iustum enim adiutorium à dominus no, qui saluos facit rectos corde, eosque dum non sentiunt à malis liberat. Siquidem & infantes cum exuti fuerint ac vestimentis nudati, non valde id agnoscunt. Malitia quidem aut vitium in natura naturaliter non sunt, neque enim creator est vitiorum deus, sed virtutes certe naturales plurimae in nobis ab eo factae sunt. Ex quibus istae absque vlla contradictione sunt, Eleemosyna, & gentiles enim miserentur: Charitas, nam & mutae animae res cum alterius orbantur illachrymari videntur: Fides, omnes enim hanc in nobis ipsi gignimus: Spes, nam & cum baptizamur, & cum foeneramur & nauigamus & serimus, meliora speramus. Igitur si, vt demonstratum est, charitas in nobis naturalis virtus est, haec vero vinculum atque impletio legis est, profecto non longe à natura virtutes sunt. Erubescant ergo, qui in istarum exercitatione virtutum imbecillitatem atque impotentiam praetendunt. Supra naturam sunt fareor, castitas, iracundiae euacuatio, humilitas, oratio, vigiliae, ieiunium, perpetuaque compunctio. Ex his, aliarum quidem homines, aliarum vero angeli, aliarum vero archangeli, aliarum deus ipse, verbum, magister & dator est. In comparatione malorum, gloriae oportet nos quod leuius fuerit eligere, puta cum plerumque ad orationem assistimus, adueniunt fratres ad nos, necesseque est è duobus altere contingere, aut scilicet orationem derelinquere, aut fratrem à nobis absque responsione tristem dimittere. Sed maior est charitas oratione. Haec enim particularis est, illam vero virtutes omnes continere pro confessio habetur. Cum venissem aliquando in castellum quoddam, siue ciuitatem, sederemque ad mensam iuuenis adhuc, duobus simul vitijs me operari pugnari sensi, gulae concupiscentia atque inani gloria: metuens tamen insanissimae gulae progeniem, inani gloriae magis me superandum dedi. Cognoui ego gastrimargiae spiritum saepe in iuuenibus inanis gloriae daemone vicisse. Et merito apud eos quidem, qui in mundo sunt radix omnium malorum est auaritia, apud monachos vero gulae concupiscentia. Sunt apud spirituales viros quaedam plerumque vilissima vitia mira dei dispensatione in eis relicta, vt pro vilia illa quae sine peccato sunt, seipsos semper valde accusantes, humilitatis opes inuolabiles acquirant. Fieri non potest, vt is qui sine subiectione viuat, humilitatem statim in principio acquirat. Siquidem & is, qui artem aliquam instinctu proprio nullo docente didicit, umbras atque imagines sequitur. In duabus maxime generalibus virtutibus actiuam vitam patres diffiniunt, & merito, videlicet in humili abstinentia & simplici obedientia, alia vero per hanc humilitatem seruant illasam. Quocirca luctus quoque duplex est, quippe & qui peccatum iugulat, & humilitatem efficit. Priorum quidem est omni petenti dare, magis vero piorum etiam non petenti tribuere: ab eo autem qui tollit à se aliquid non exigere cum maxime id possint, illorum tantummodo proprium est, quos nulla tangit perturbatio. In omnibus perturbationibus & vitijs, omnibusque virtutibus nos ipsos solite inquirere non desinamus, vbi nam sumus, in inijtis, an in medio vel in fine. Cuncta aduersum nos tentationum bella vel daemoneum, ex his tribus maxime causis constant, aut scilicet ex voluptatis studio, aut ex superbia, aut ex illorum inuidia. Extremi quidem ex his beati, medij prorsus infelicissimi, primi vero vsque in finem permanent inutiles. Est quidam sensus, imo vero habitus, qui ferre potens. i. laborum potentissimus dicitur, à quo is qui captus fuerit non iam formidabit, nec laborè vnquam auerfabitur. Hoc venerando habitu martyrum animae detinebantur, cum supplicia fortiter perferrent ac facile contemnerent. Aliud est cogitationum custodia, aliud obseruatio animi. Quantum distat ortus ab occidente, tantum secunda priore sublimior est & laboriosior. Aliud est contra cogitationes orare, aliud his contradicere & reluctari, aliud eas continere ac penitus spernere. Atque priori illi quidem attestatur qui dixit: Deus in adiutorium meum intende, & his similia. Sequenti vero qui ait: Et respondebo exprobrantibus mihi verbum contradictionis. Et rursus: Posuit nos in contradictionem vicinis nostris. Tertij vero est testis ille qui cecinit: Obmutui & humiliatus sum, & non aperui os meum, & posui illi custodiam cum confisteret peccator aduersum me. Et iterum: Superbi agebant inique vsquequaque, à contemplatione autem tua non declinaui. Medius quidem horum modus priore semper vititur, quia non satis per se praeparatus & instruitus sit. Prior autem nondum ita institutus vt secundus, inimicos repellere potest. Tertius autem penitus daemones fugauit, abiicit & respuit. Impossibile est per naturam, vt res incorporea terminetur à corpore, sed omnia tamen ei possibilia sunt, qui deum posse



derit. Sicut hi qui olfactus sensu integerrime vigēt, cum qui clam habeat aromata igno-  
rare non possunt, ita & anima purissima fragrantiam odoris, quam ipsa ex deo acqui-  
sit, fetoremq; à quo ipsa liberata sit, si sit in alijs agnoscere ceteris sine odoris sensu pers-  
manentibus solet. Non quidem oēs beata tranquillitate pacificos fieri possibile est, cum  
eos tamen saluari & reconciliari deo non est impossibile. Non tui alienigenæ illi domi-  
nentur, qui dei dispensationes archanas atq; ineffabiles, siue visiones quæ sunt in homi-  
nibus curiose inquirere volunt, deumq; personarum acceptorem esse clam suggerunt.  
Eiusmodi quippe elationis filij & agnoscuntur & sunt. Sæpe cupiditatis atq; auaritiæ  
spiritus humilitatē simulat, ita & inanis gloriæ spiritus sic & voluptatis ad erogandas  
elemosynas hortatur. Si igitur vtriusq; nos mundos seruemus in omni loco misereri nō  
desinamus. Aiunt quidam dæmones oblectari dæmonibus, ego oēs eos noui nostri am-  
inquirere perditionem, spiritualem oēm operationem visibilem siue intellectualem præ-  
cedit propositū nostrum optimūq; desiderū, quæ ex cooperatione dei in nobis fiunt.  
Nisi enim priora præcesserint, secundum subsequi nō solet. Si tempus omni rei sub ce-  
lo est (vt ait Ecclesiastes) inter homines vero nostræ æq; conuerationis sacratæ res con-  
stant, inspiciamus diligentius, si placet, & quid pro tempore fieri conueniat quæramus.  
Est enim omnino in his, qui certant tempus subiectionis tranquillitatis, & tempus per-  
turbationis ob certantium infantiam, Tempus lachrymarum, & tempus duritiæ cordis.  
Tempus subiectionis, & tempus imperantiæ. Tempus ieiunij, & tempus communicationis.  
Tempus belli inimici corporis, & tempus mortis concupiscentiæ feruentis. Tempus  
hyemis, & tempestas animæ, & tempus serenitatis mentis. Tempus tristitiæ cordis, &  
tempus gaudij spiritalis. Tempus docendi, & tempus audiendi. Tempus inquisitionū  
fortassis ob elationem, & tempus munditiæ propter humilitatē. Tempus luctationis, &  
tempus tutissimæ quietis vel remissionis. Tempus solitariæ quietis, & tempus necessariæ,  
nec dissolutæ discretionis. Tempus infatigabilis orationis, tempusq; integerini & in-  
dissimulati ministerij. Non ergo ante tempus quæ sunt tēporis propria quæramus, mens-  
tis superbia decepti. Non in hyeme calorem, neq; in teiente manipulos quæramus. Est  
enim tempus ferendi labores, & tempus metendi ineffabiles gratias. Alioquin in tempo-  
re quæ sunt propria temporis non referemus. Quidam ante labores, quidam in ipsis la-  
boribus, pleriq; post labores, alij in ipsa morte sacra laborum suorum præmia per ineffabi-  
lem dei prouidentiam reportauerunt. Quærendum quis horum altero fuerit humilior.  
Est quædam desperatio, quæ ex peccatorum multitudine, & conscientiarum onere, atq; intolera-  
bili mœrore venit, dum anima multitudine vulnè plusq; submergitur, atq; illorum  
pondere in desperationis profundū præcipitatur. Est & alia, quæ ex superbia nobis atq;  
elatione contingit, dum scilicet nos ipsos veluti indignos, ea quæ forte nobis accidit car-  
lamitate existimamus. Hanc vero in vtriusq; qui diligenter obseruet, proprietatem inue-  
niet quod alter seipsum iam vitij indifferenter exponit, alter vero exercitatione despera-  
tioni propior fit, quod absurdum atq; omnino inconueniens videtur. Sed horū alteri  
continentia bonæ spei coniuncta, alterum vero humilitas, ac nullum iudicare sanare cō-  
suevit. Minime vero admirari, ac velut in re noua perturbari debemus, cum aliquos v-  
demus mala operari, & bona ex se verba proferre. Nam & in paradiso fortasse serper tē  
illum elatio cum extulisset perdidit. Hæc tibi forma, hæc regula sit in omni conatu v-  
omniq; viuendi genere, siue id subiectum, siue non subiectum sit, siue visibile, siue intr-  
stuale, an secundū deum proprie sit, verbi gratia, quoties rudes adhuc aliquid omni-  
stus dio agere nituntur, nisi ex eius actione plus humilitatis in anima accipiamus, q̄ prius has  
buerimus non mihi videtur nos secundum deum moliri, siue paruum siue magnū im sit.  
Atq; in nobis qdem infantibus ac rudibus hoc diuinæ voluntatis firmum signū est,  
in medijs vero fortasse fit bellorum sedatio ac discessus. Porro in his qui perfr-  
cti sunt, diuini luminis adiectio & copia secundum deum id esse quod instituit significabit. Ea  
quidem quæ parua apud magnos sunt, non sunt vtriq; parua, magna vero apud paruos,  
nō vsquequaq; perfecta. Aer purgatis nubibus clarissimū solis iubar ostendit. Anima  
vero anticipacionibus libera & remissione dignata, diuinā lucem optinus aspexit. Aliud  
est pctm, aliud ociofitas, aliud desidia, aliud vitium, aliud ruina. Qui potest quærere, in  
dño id apertius quærat. Quidā mirabilia operari, estq; in spūalibus gratijs conspicuum  
præ oibus beatū ducunt, ignorantes plurima esse excellentiora, quæ idcirco tutiora sunt  
ac sine

**A** ac sine ruina metu, q̄ sunt occulta. Is quidem qui perfecte purgatus est, ipsam & si non  
ipsam animā proximū videt quō affecta sit, qui autē adhuc imperfectus est, ipsam per cor-  
poris habitum conijcit. Sæpe ignis exiguus totam syluam emundauit, sic & minima cas-  
uerna totum nonnunq; laborem corrumpit ac perdidit. Sæpe fit, vt requies per inimici-  
tias vim aī exuscitet, nec tñ concupiscentiæ ardorem excitet. Fit item nonnunq;, vt ina-  
gens carnis afflictio ipsos etiam fortasse motus moueat, vt non in nobis ipsis cōfida-  
mus, sed in deo, qui carnem hanc incognire mortificat viuentem. Cum aliquos secundū deū  
nos diligere viderimus, id cautissime seruemus, vt confidentiam omnino fugiamus. Nis-  
hil em̄ ita charitatem soluere, odiumq; consuevit efficere sicut confidentia. Intellectua-  
lis ac valde decorus ac lucidus est animæ obrutus, omnemq; speciem siue ideam post ina-  
corporeas substantias excellit. Ex q̄ fit, vt vitiosi quocq; sæpe aliarum animarum cogitatio-  
nes pro ingenti ad illas dilectione possint cognoscere, idq; tum magis cum à carnis luro-  
demersi per fordes non fuerint. Si nihil ita dei purgatissimæ naturæ contrariū est, vt ma-  
teria oīs, qui legit intelligat. Observationes in secularibus quidem obstant diuine prou-  
identia, in nobis autē intellectuali scientiæ. Hi quidem qui sunt imbecilles & infirmi ex  
corporis calamitatibus & periculis, exterioribusq; tentationibus à deo se visitari cogno-  
scant, qui vero perfecti sunt, ex præsentia sancti spūs & adiectione gratiarum. Quoties  
quietis causa lectulo decubuerimus, adueniens in mundum spiritus iniquus ac fordidas  
cogitationes veluti spicula quædam iaculatur in nos, vt cum per desidiā ad orationē  
non exurgimus, neq; contra illum ocuis armamur, in sordidis obdormiamus cogitatio-  
nibus, sordidaq; videamus somnia. Est ē spiritibus vnus qui præcursor dicitur, qui nos ē  
somno surgentes protinus excipit, primumq; nostrum cogitatum inquinare nititur. Da-  
dño primitias dei tuæ. Erit em̄ tota eius qui prior occupauerit. Memorabile verbum,  
atq; auditu dignissimum operarius qdam optimus locus est: Ab ipso, inquit, matutina  
no tempore cursum totum meum diei scio. Multa sunt pietatis ac pditionis itinera, quo-  
circa sæpe dum qs alteri aduersatur, alij libentius & charius iungitur, amboq; intentio  
grata & accepta est apud deum. Certant qdem aduersum nos totis viribus dæmones, &  
in eis q̄ nobis contingunt tentationibus indignū aliquid vel dicere, vel facere suggerunt.  
Quod cum nō potuerint efficere iam gētis nobis astantes, vt superbā deo gratiæ actio-  
nem referamus hortant. Hi qdem qui superna sapiunt si separent sursum iteæ per partes  
redeunt, q̄ vero infima infra rursus eunt: eoq; n. q̄ separant nullum præterea est mediū.  
Vna ex creaturis in alio, nō in seipso vt esset accepit, mirūq; sane est, quō extra eum in q̄  
esse cepit constare solet. Pias qdem filias matres pariunt, matres autē dñs condidit. Præ-  
dicta q̄q; regula in contrarijs vti nō insipienter possumus. Formidolosum ad prælium  
Cegredi Moyses (imo per Moysen dñs) vetat, ne forte sit error animæ notissimus maior  
priorē lapsu corporis atq; perniciosior, ac merito.

**Q** De eadem.

Veniamodū ceruus solis adustus ardoribus latices desiderat, ita apud mona-  
chos desideratur diuinæ bonæ voluntatis cōprehensio, prætereaq; & commixte  
& contrarie cognitio. De quibus multus reuera nobis est sermo, atq; ad interpretandum  
difficilis, vt scire possimus, quæ nā illa sint nra opa, quæ sine dilatione fieri, atq; omni mo-  
ra citius debeant, scdm̄ eum q̄ dixit: Væ q̄ differ de die in diem, & de tpe in tempus: quæ. Et c.  
nam rursus morosus atq; cum consolatione, sicut ille admonet q̄ ait: Cum gubernatio  
fit bellum. Et rursus: Oīa honeste & ordinate fiant. Non est sane vnā minimarū reuam  
huiusmodi ad iudicandū difficilia citius, iudicio nō aberrante discernere. Nemp̄ em̄ & 1. Cor. 14.  
diuinus David, q̄ & spiritū sanctum habebat in se loquentē, hoc sæpius orare videtur,  
nunc qdem: Doce me facere voluntatē tuam, dicens, q̄ tu es deus meus, nunc vero: De. Psal. 110.  
duc me in veritate tua. Et rursus: Notam fac mihi viam dñe in qua ambulem, qm̄ ad te  
ab omni cura & perturbatione seculari leuauit animā meam & exaltaui. Quicunq; reuer-  
ra voluntatem Christi addiscere volunt, suam prius voluntatē studiose mortificare des-  
bent, deinde vero fide atq; innocua simplicitate orantes, patrumq; siue fratrum aīas sum-  
ma cordis humilitate ac sine cogitationum hesitatione interrogantes, quæ illi consulūt,  
tanq; ex dei ore suscipiant, & si contraria suæ intentioni sint quæ ab illis fuerint dicta, et  
am̄ hi q̄ interrogantur non valde spūales sint. Neq; em̄ est iniustus deus, vt animas des-  
cipiat, quæ se per fidem & innocentiam proximi consilio atq; iudicio humiliter submit-  
serint. Esti em̄ irrationabiles ac muti illi fuerint à quibus petimus, is tamen qui loquitur  
H h h j immates



immaterialis est atq; inuisibilis. Ingenti humilitate pleni sunt, qui prædictam regulam nihil hæsitantes sequuntur. Nam si quidam in Psalterio suum implevit problema, quantum putatis rationale mentem atq; intellectualem a iam tuto sono esse excellentiorem? Plurimi vero cum necdum perfecti hoc & leue bonum, ideo q; sibi nimium placerent, percipissent, sed ex seipsis atq; in seipsis quicquid deo gratum & acceptum sit nitentur comprehendere, vana valde & plurima de hoc nobis iudicia dicantur. Quidam vero talia querentes, cogitatione suam ab omni affectione remouerunt, & in vtriusq; consilio ac voluntatibus a se collocauerunt, videlicet in annuente & contradicente, mentemq; suam omni voluntate propria mundatam, per ardentissimam orationem domino sistentes, ad certum diem agnitione voluntatis illius potiti sunt, siue intellectuali mente cum mente nostra intellectualiter loquente, siue intentione vna, perfecte ex anima deleta. Alij ex ea quæ conatum sequitur vexatione & distributione hanc esse voluntatem dei didicerunt, secundum eum qui ait: Voluimus venire ad vos & semel & secundo, & impediuit nos sathanas. Contra, alij rursus ex insperato dei adiutorio hoc gratum deo atq; acceptum esse senserunt, illud dicentes: Omni proponenti bonum deus cooperatur, Is qui deum in semetipso per illustrationem possidet, in emergentibus & morosioribus rebus secundo modo secundo dum tempus certior fieri a deo non solet. Hæsitare vero in iudicijs ac diu in incertum nuntare, animæ lumine carentis atq; inani gloriæ deditæ certum argumentum est. Absentia deo iniustitia, eosq; quicum humilitate pulsant excludi non patitur. Intentio semper in oibus apud deum discutienda est, & in his quæ videntur & in his quæ differri debent. Omnia enim quæ affectione vituperabili & iniquatione omni munda propter dominum proprie nec propter aliud aliquid fiunt, & si non sint omnino optima, nobis tamen ut optima impurabuntur. Nam earum rerum quæ supra nos sunt inquisitio, nequaquam finem secure atq; tutum possidet. Archanum est valde dei circa nos iudicium, mira namque dispensatione sæpe voluntatem suam a nobis abscondi deus vult, sciens quod si hanc didicissemus, non illi obtemperaremus, pluraq; vulnera suscipere mus. Rectum cor varietate rerum liberæ euasit, atq; in innocentia nauicula tute navigat. Sunt autem quædam diuino amore & cordis humilitate fortes, quæ eas quæ actiones quæ supra se vult alacriter aggrediunt: sunt item superba corda, quæ hoc ipsum faciunt. Intentio est inimicis nostris, quæ supra vires nostras sunt, nobis sæpe suggerere, ut dum illa perficere non possumus, in cerore ac anxietate animi fatigati ab his quæ possumus cadamus, risumq; maximam inimicis nostris faciamus. Vidi imbecilles animas ac debilia corpora propter multitudinem superiorum ac maiora se certamina arripere, nec ea posse sustinere. Quibus ego, inquam, humilitatis, non laborum magnitudine deus penitentiam metis ac iudicat. Plerumque educatio supremorum malorum causa est, interdum vero & familiare pessimorum contubernium, sæpe tamen tertio peruersa anima ipsa sibi ad perditionem sufficit. Qui a duobus illis segregatus est, a tertio quoque fortasse liberabitur qui vero a tertio tenetur, reprobis in omni loco erit. Nullus enim celo certior ac tutior est. Ab his quidem quæ aduersum nos mala voluntate dimicant, siue infidelibus, siue non rectæ fidei hominibus, post primam & secundam correptionem quiescamus, his autem quæ veritate addiscere cupimus benefacere in æternum non lassescamus, vtriusque autem ad confirmationem nostri cordis vtetur. Irrationabilis ille valde est, quæ virtutes sanctorum quæ supra naturam sunt audiens de seipso desperat, imo vero illam in altero a duobus te optime eruditum aut enim imitationem sanctæ formæ excitant, aut ad tuipsum agnitionem, & eius quæ in te est fragilitatis, demonstrationem per beatissimam humilitatem te conuertunt. Sunt inter immundos spiritus reliquis nequiores, quæ peccatum solos operari nos minime consulunt, ut grauiori supplicio nos multandos parent. Vidi consuetudinem malam alterum ab altero didicisse, eumq; qui docuerat in seipsum reuertisse, & penitentiam agere coepisse, atq; a malo quiescisse, sed tamen per mala discipuli actione inualida fuit ipsius penitentia. Summa reuera, summa est, adque ad comprehendendum perdifficilis, malignorum spirituum nequitia, paucisq; perspecta & cognita, ne paucis quidem (ut reor) tota cognita. Quis & delicatius viuens & fatuitate distenti vigilamus, tanquam maxime sobrii sumus: ieiunantes autem atq; in erubescens cum alijs compungimur, fame confecti in somnijs tentamur, impleti vero sine tentatione per sistimus, per incediam obrebrati sine sensu compunctionis efficitur, porro in potu vini hilares, atque ad compunctionem proni ac faciles sumus. Ad hoc qui in domino

**A** domino potens ac idoneus est, eos qui sunt sine lumine illustret. Nos enim hæcenus ad huiusmodi sine lumine & minus idonei sumus, illud tamen dicimus, quod non semper ex demonibus huiusmodi mutatio fit, sed plerumque etiam ex concretionem datæ mihi (nescio quo pacto) fordidæ atq; illecebrosæ pinguedinis. Cæterum pro hac ad discernendum non facili prædictorum coincidentia, sincerissime semper deprecemur deum. Et si quidem post orationem atq; post eius tempus, eodem modo id quod fit operari inuenimus, proculdubio sciens id non ex demonibus esse, sed ex natura. Plerumque enim diuina pro uidentia per contrarias res nobis benefacere vult, elationem per omnia comprimens naturæ. Est quidem grauissimum, velle abyssum iudiciorum dei curiose perscrutari (nam in nauicula elationis curiosi nauigant) dicenda tamen aliqua sunt ob multorum imbecillitatem. Interrogauit quidem aliquem ex his, qui videre poterant quidnam sit quod prænotescens dominus quorundam ruinas, eos maxime grati exornat. Ad quem ille, ut reliquos quoque ait spirituales viros cautiore faciat, liberumque ostendat arbitrium, atq; in iudicio inexcusabiles eos qui lapsi fuerint faciat. Lex quidem ut imperfecta, attende (ait) tibi ipsi, dominus autem ut perfectissimus etiam correptionem fratris nobis mandauit dicens: Si peccauerit in te frater tuus, & quæ sequuntur. Si munda est, ergo reprehensio tua atq; humilis, imo vero admonitio quod præcepit dominus implere non negligas, & in eis quæ maxime possibilia sunt. Quod si nondum ad hoc peruenisti, vel in legis exercere seruitio, noli mirari cum videris etiam mantissimos tuos reprehensionum tuarum causa inimicos tibi fieri. Dæmonum quippe instrumenta sunt huiusmodi leues, & maxime qui sibi inimici sunt. Tenet me vehemens admiratio, quod cum in virtutibus quidem omnipotentem deum sanctosque angelos adiutores habeamus, in contrarijs autem malum & solum dæmonem paratius tamen ac velocius ad vitia flectamur. De his ergo diligentius loqui nec possum nec volo. Si cuncta quæ facta sunt naturam suam seruent, sicque ut facta sint permanent quomodo (ut ait magnus Gregorius) dei sum, & luto commisceor. Sin autem creatura aliqua aliter quam facta fuerit consistat, omnino cognationem suam inexplebiliter appetit. Omnia arte (ut ita dixerim) amantque studio quisque uti debet ut lutum hoc a terra eleuans in Dei folio collocet. Nullus itaque difficultate causetur ascensus. Via enim & ianua cunctis aperta est. Auditio quidem earum virtutum, quas gessere spirituales patres, mentem atq; animam ad æmulationem excitat: porro doctrinæ auditus ad imitationem huiusmodi æmulo perducere solet. Discretio est in tenebris lucerna, errantium reditus, cæcutientium illuminationis. Discretus est sanitatis inuentor morborumque emendator. Duobus modis omnes quæ parua quæque admirantur hoc perpeti solent, aut propter summam ignorantiam, aut ex intentione seruandæ humilitatis proximi opera magnificantes atque extollescentes. Concedamus toto annix non luctari, sed etiam bellare contra dæmones. Nam qui luctatur nunc quidem vulnerat, nunc autem vulnera excipit, qui vero bellum gerit semper in seque tur hostem. Qui vicerit vitia, dæmones vulnerat, ac per id quod se habere vitia simulat, inimicos fallit, perduratque inextinguibilis. Quidam ex fratribus aliquando ignominia affectus est, & cum omnino corde motus non fuisset, in mente secretius orauit, atque ita in ignominia lamentari coepit, hac ficta perturbatione tranquillitatem suam sapientissime abscondens. Alius item ex fratribus cum primam sessionem omnino non cupit, hanc se appetere audivisse finxit, illius vero castitatem quibus verbis eloquar, quæ quasi peccandi causa lupanar ingressus, meretricem ipsam ad penitentiam traxit. Quidam item solitarius, cum primo mane quidam vultu botrum attulisset, iamque is qui obtulerat profectus ab illo esset, summo quodam ac celeri impetu illum deuorauit absque appetitu villo, per hoc se ipsum quæ additum demonibus indicas, atque illos ludens. Alius item cum modicas amississet palmas, tota die se merentem finxit. Summa istis vigilantia opus fuit, ne forte dum hostes ludere nituntur, illis magis ipsi ludibrio fierent. Hi enim reuera illi sunt, de quibus ait Apostolus: Ut seductores & veraces. Si quis corpus castum offerre deo cupit, & cor mundissimum illi ostendere, obseruet omni studio ut non irascatur, atque continentiam custodiat absque his enim omnis labor noster erit inutilis. Sicuti varia sunt humanorum oculorum lumina, ita permulta sunt ac differentes, quæ in anima fiunt intellectualis solis illustrationes, alia namque est quæ per corporis lacrymas, alia quæ per animam, alia ite quæ per corporis oculos, alia quæ per intellectuales, alia quæ ex auditu verbi, & alia quæ sua sponte mouet in anima lætitia, alia item quæ ex sollicitudine, & alia quæ ex obedientia nascitur.

Præter hæc oīa, alia est singularis, quæ modo quodam proprio Christo per extasim in intellectuali lumine secreta atq; ineffabiliter sistit. Sunt virtutes, & sint virtutu matres. Sapientia q; magis vt matres acquirat contēdet. Matrum quidem matres ipse in sua actio ne est magister, filiarū aut pluri. Caueamus ne forte deliciæ abstinentiam multo solummo suppleamus. Hoc em̄ inspicitū est opus, sicuti ecōtra, Vidi pietatis athletas cum casu aliquo modice ventri indulgissent, citius totis noctibus stando miserè fortiter cruciatas, iamq; cum gaudio fatūritatē fugere atq; aduersari didicisse. Luctatur acriter auaritia spūs cum his q nihil possident. Cum vero deijcere instituto suo non potuerit, tunc iam occasionem pauperū præferens, expeditissimos mundanis rebus iteq; implicari & im pediri suadet. Quoties pro peccatis nostris mceremus & tristes sumus, præceptum dñi ad Petrum ad memoriā reuocare non desinamus, ignoscendi sc; septuagies septies peccanti. Quod em̄ alteri mandauit, ipse profecto magis impleuit. Cum vero nostris meritis extollitur, eius rursus meminerimus qui ait: Qui totam legem spiritualem impleuerit, offenderit autē in vno, factus est oīm reus. Quidam sunt nequam inuidiosiq; spiritū status, q sponte à sanctis se subtrahunt, ne si illos his bellis quæ vincere nō possunt inq; tentent, coronas eis inuiti ministrent. Beatos qdem esse pacificos nullas est q refragēt, ego discordantes etiam beatos vidi. Duo qdam impuro seinuicem amore diligebant, quod cum aiaduertēter vir prudens atq; probatissimus, serēdi inter illos odij se ministrū fecit illi qdem apud hunc derogans, vt q cum maledictis insectaretur, & huic apud illum similitē, valuitq; sapientissimus humano astu dæmonū nequitia repellere, odiumq; inferens fornicationis vinculum soluit. Sunt q mandata gēa mandatū excludant. Vidi enim iuuenes seinuicē castissimo amore ac scdm deum diligentes, q tñ dum alioz conscientia inde lædi conspicerent, conuenit inter eos, vt se ab inuicem ad tps elongarent. Sicari contraria sunt nuptiæ & funus, ita male sibi conueniunt superbia & desperatio. Videas tñ ex dæmonum peruersitate sæpe constare vtracq; simul. Sunt nonnulli ex spiritibus immundis, q interpretationē diuinæ scripturæ nobis in exordijs enunciant. Hoc autē in illoz vt plurimū cordibus agere solent, q inani gloriæ student, & illoz imprimis q externe sapientie literis eruditū sunt, vt illos sensim fallentes in hæreses & blasphemias deducant. Ex ea vero turbatione effusiq; acturpi lætitia, quā enunciationis illius tpe in aīa nostra fieri senserimus, dæmonū theologia, imo vero machologia, i. loquacitate agnoscimus. Ordinem qdem & initium, qdam vero ex his quæ facta sunt finem etiā ab eo q illa fecit acceperunt, virtus vero finem habet infinitum. Oīs em̄ ait. P salm, consummationis vidi finem, latum vero ac infinitū mandatū tuum nimis. Si quidē boni ac probati operarij ex vita actiua proficiunt in virtutē contemplationis. Si charitas nunq; definit, si dñs cuius diet introitū timoris tui & exitum charitatis tuæ. Huius profecto possessio infinitus est finis, in qua proficere nunq; desitemus, nō in præsentī, nō in futuro lumini scientie lumē adijcētes. Et si em̄ pleriq; qd dicturi sumus nouum videbit, dicemus id tñ scdm eam quā prædiximus demonstrationē. Equidē o admirabilis pater, nec ipsas qdē intellectuales angelicasq; substantias dixerim carere profectu. Sed eas quoq; magis gloriæ gloriā & scientiæ scientiam semper adijcere diffinio. Noli mirari, si dæmones nonnunq; nobis vanas cogitationes suggerunt, eisq; intellectualiter contradicunt. Ea est em̄ inimicis nostris intentio, vt per hoc nobis persuadeāt se nostras quoq; intimas cogitationes agnos cere. Noli amarum esse ac nimium seuerus iudex, quoties aliquos videris docere magna, & operari negligentius: sæpe nāq; suppleuit defectum operis vtilitas verbi. Non omnes æqualiter omnia habemus. In quibusdam em̄ sermo vberior est opere, in alijs rursus secundum primō maius est. Malum quidem deus neq; fecit neq; creauit. Seducti sunt ergo qui aiunt, vitia quædam in anima esse naturalia, ignorantes quod constantes naturæ proprietates nos conuertimus in vitia. Puta semen inest nobis per naturam, ob liberorum procreationem, nos illud in fornicationis turpitudinem transfulimus. Inest nobis à natura furor, vt illo contra serpentem vtamur, nos aduersus proximos illo vsi sumus. Inest nobis æmulatio, vt virtutes æmulemur, nos in malam partem æmulamur. Adest animæ per naturam gloriam desiderare ad supernam. Adest illi superbire, sed aduersus dæmones. Inest similiter & gaudium, sed vt in domino, & de proximi prosperitate lætemur. Accepimus & seruare memoriā iniuriarum, sed contra inimicos animæ. Accepimus ab illa cibi appetitum, non luxuriæ. Anima impigra & alacris, contra se

Matth. 23

Iacobi 2

**A** dæmones prouocat, multiplicatis aduersus eā bellis coronæ quoq; multiplicatur. Quis non pulsatur bellis, profusus non coronabitur. Qui in his casibus qui contingunt rōper turbatur, neq; animo lassescit, is vt fortissimus bellator ab angelis glorificabitur. Tres quidam noctes in terra cum fecisset penitus reuixit, qui vero tres horas vicerit non moritur. Si quando ex disciplina diuina nobis dispensatione permisa sol ille iustitiæ postquam in nobis ortus fuerit agnouit primum occasum suum, postuit omnino tenebras, & facta est nox. In ipsa vero iam pertransibunt ad nos, hi qui prius recesserant feri locorum catuli omnesq; bestię spinarum passionum, rugientes vt rapiant eam quæ est in nobis spem, & querentes sibi adeo vitiorum escam siue per intentionem & voluntatem, siue etiam per actum. Ortus est iterum nobis sol per obscuram humilitatem, & ad seipsam bestię congregatæ sunt atq; in cubilibus suis videlicet in cordibus voluptuosos colloca buntur, & non in nobis. Tunc dicent inter dæmones: Magnificauit dominus facere misericordiam cum eis. Quibus nos respondebimus: Magnificauit dominus facere nobis cum, facti sumus lætantes, vos autem persecutionem passi estis. Ecce dominus sedet super nubem leuem animam videlicet ab omni concupiscentia terrena exaltatam, & veni er in Aegyptum. s. cor pridie obtenebratum, & mouebuntur manufacta simulachra, & sordidæ cogitationes mentis. Si Christus ab Herode corporaliter fugit & quidem omnis potens, addiscant improbi & temerarij non seipfos in medias tērationes immittere. Nō des enim, inquit, in commotionem pedem tuum, & non dormitabit qui custodit te angelus. Connexus atq; adiunctus est fortitudini fastus, veluti cipresso taxus arbor. Cura fit nobis perpetua atq; indefessa, ne tenuis quidem cogitatio ascēdat in mentem nostrā, quæ bonum nos vllum vel minimum habere suggerat. Quod si hanc proprietatem diligerenter obseruantes inuenerimus mentem nostram huiusmodi cogitatione pulsari, tunc reuera nos in defectu adhuc esse intelligamus. Inquire etiam infatigabiliter vitiorum argumēta, tuncq; plura ex his tibi inesse cognosces. Quæ dum in morbis adhuc sumus discernere siue per infirmitatem siue q nos ante profundissime occupauerint & penitus sibi vindicauerunt, non possumus. Propositum iudicat dominus, in his vero quæ possibilia nobis actionem quoq; clementer inquit. Magnus ille quidem qui nihil qd factum possibile fuerit facere omisit. Maior autem qui per humilitatem etiam quæ ultra vires suas sunt agere conatur. Plerunq; dæmones eam quæ leuiores sunt & magis vtilia nos verant. Quæ vero difficiliora, laborisq; pleniora sunt ea magis arripere hortantur. Inuenio Ioseph illum castissimum ideo beatorum dici q peccatum caute declinauerit, non q se impassibilem ostentaret. Quærendum vero nobis est, quot, quibusue modis peccati declinatio coronis donetur. Aliud enim est vmbra fugere, aliud ad solem iustitiæ accu rere. Obtenebratio causa fit offensionis, offensio vero lapsus occasio est, lapsus vero mortis. Sæpe hi qui per nimiam vini potationem obtenebrati sunt, aquam bibentes ad sobrietatem mentis reuocati sunt, ita & qui obscurati vitis fuerant per lachrymas respiciunt. Aliud est perturbatio, aliud effusio, aliud execratio. Priorem illam sanauit continentia, sequentem quies solitaria, tertiam obedientia & deus, qui propter nos obediētes effectus. Nos ex duobus exemplis, eorum qui terrena, & infima purgare solent, duas conuenientissime purgationes eorum qui superna sapiunt colligimus. Et fullonum quidem officinam, exempli causa dicimus, cenobium secundum deum, quod sordes & crassitudines atque turpitudinem animarum diluit ac refecat. Tingentium vero officina est nachorehis, his qui in cenobij exercitatione lasciuam & memoriā iniuriarum & incundiam depouuerunt, iamq; ex eo ad quietem solitudinis migrauerunt. A iunt quidam quod in eadem delicta denuo incidere ex defectu contingat penitentia cogitatio, ex qua prioribus malis emendatio inferri solet. Querendum vero num omnis que que qui in eadem delicta siue prioribus profunda obliuione sepultis atque obrutis, siue quod ex voluntate nimium clementem deum sibi suggererunt, siue q de salute sua desperauerunt. Si quis vero me nō minus clementer accusare velit, id quoque addiderim, quibusdam hoc ideo contingere, q inimicum istum iam vincere non possunt, se per consuetudinis tyrannidem violenter subigantem. Inquirendum quoque diligentius quomodo anima cum sit incorporea eiusdem substantiæ spiritū ad se venientium naturā videre solita nō sit, num forte propter coniunctionē, quam solus ille nouit qui cōiunxit. Interrogabat aliqui

me quidam scientia maxime illustris, his me verbis compellans: Dic oro, dic scire cupien-  
 ti mihi qui nam spiritus humiliare mentem, qui ve exaltare in peccatis soleant: Ego cum  
 ad huiusmodi consultationem hæsitarem, meq; id nescire iuramento firmarem, demum  
 me is qui discere venerat, instruxit ita paucis, dicens: Cum tibi discretionis firmetum des-  
 dero, de reliquis tibi cum labore inquirendū relinquam. Fornicationis & iracundiæ spiri-  
 tus gastrimargiæ, item acidiæ & somni mentis cornu extollere non fere consueverunt.  
 Porro auaritiæ & principatus appetendi & loquacitatis spiritus, aliq; plurimi malū ma-  
 lo adducere solent, idcirco iudicandi quoq; spiritus his proxime accedit. Si quis cum ad  
 seculares profectus fuerit aut eos ipse susceperit ex illorum separatione tristitig iaculum  
 & non magis lætitiæ suscepit, utpote impedimēto & laqueo expeditus, hic aut ab in-  
 ani gloria, aut à fornicationis spiritu illuditur. Ante omnia qua ex parte venti flaus im-  
 pellat inquiramus, ne vela in aliam partem q̄ debuimus expandisse inueniamur. Exhor-  
 tare ex charitate senes scientia & actione claros, qui corpora sua in exercitatione contri-  
 uerunt, modicum sibi quietis indulgere. Iuuenes continenter viuere cogere, qui animas su-  
 as in peccatis contriuerunt, sempiternum illis cruciatum ad memoriam reuocans. Possi-  
 bile non est, quod & alibi diximus, statim in ipsis conuersationis initionis quæ concupiscē-  
 tiam atq; inanem gloriam à nobis omnino superari. Non tamen erit nobis tutum uelle  
 per delicias inani gloriæ resistere, superata nanque inanis gloria iterum inanem gloriam  
 gignit in eis potissime qui rudes adhuc sunt. Imo uero per inedia aduersus illam cons-  
 stigamus, uenit enim hora & nunc uolentibus est, ut & hanc subijciat dominus sub pe-  
 dibus nostris. Non eisdem oppugnantur uitis qui iuuenes & qui senes ad dei seruitium  
 accedunt. Sæpe enim diuersis & penitus contrarijs morbis laborant. Quocirca beata sa-  
 me est, & multum necessaria sancta humilitas, qua & in minoribus & senioribus certissi-  
 ma simul poenitentia efficitur. Non id perturbet, quod dicturus aduenio. Raræ quidem  
 sunt, sunt tamen animæ rectæ & ab omni malitia & nequitia, & simulatione & astu alie-  
 næ. Eis uero aduersetur maxime hominibus admixta cōuersatio, cum possint (si ducem  
 nacti fuerint) ueluti ex portu quodam quietis, in cœlum conscendere, atq; uitæ commu-  
 nis tumultibus & scandalis liberæ, sine ullo horum experimento persistere. Lasciuientes  
 quidem homines, iniquos autem angeli curare solēt, superbis uero solus deus mederi po-  
 test. Et hoc nonnunquam fortasse sit charitatis species, proximo cum se ad nos contu-  
 lerit permittere in omnibus facere ut uult. Nobis tamen omnem hilaritatem ostendens  
 tibus, inquirendum quomodo & quatenus & quando & an poenitentia, ut mala ita & bo-  
 na soluere sit solita. Summa nobis discretionē utendum erit, ut nouerimus quando sta-  
 re & in quibus & quatenus aduersus uitioꝝ materias luctari debeamus, & quando nos  
 à colluctatione subducere. Præstat enim interdum fugam potius ob imbecillitatem no-  
 strarum uirū eligere ne moriamur. Videamus atq; obseruemus cautius, quo in tempore  
 & quomodo per amaritudinem fel exinanire possimus, qui dæmonem extollat & hu-  
 miliet qui obdurent & qui consulentur, qui tenebras nostris mentibus obducant, & q̄  
 rursum illustrationem simulent, qui tardos & hebetes, & qui contra astutos, qui tristes &  
 lætos nos efficiant. Non turbemur si initio statim nos ipsos procliuas in uitia uiderimus,  
 in stadio nostrę in hoc mundo conuersationis. Oportet enim causas omnes prius moue-  
 ri, atq; ita demum castitatem nobis obuenire. Ferę enim uitiorum beluæ dum interim  
 occulerentur non perspiciantur. Quoties casu aliquo hi qui iam perfectioni propinqua-  
 bant in aliquo tenui delicto superati à dæmonibus fuerint, omni arte uentant ut hoc rur-  
 sus centuplum diripiant. Sicuti venti aliquando per seueritatem summa crispant equoris  
 terga, aliquando maris profundum turbare & uertere solēt, ita & in tenebrosis maligni-  
 tatis flatibus intellige. In his enim qui uitiosi hæcenus sunt, ipsum sensum quoq; cordis  
 intimum, fluctibus iactare solent, in his uero qui iam profecerunt, mentis tantum super-  
 ficem perturbant. Quocirca hi quoq; citius tranquillitatem propriam incontaminatam  
 perstitisse sentiunt. Perfectorum est agnoscere semper in animo quæ nam sit conscientię  
 quæ dei, quæ etiam intentio existat dæmonum. Non enim contraria ab initio statim de-  
 mones suggerunt, ac ideo tenebrosa est reuera atq; ad inueniendum perdifficilis.

¶ Compendiosa supradictorum recapitulatio.

Fides

**A** Fides firma abrenunciatio est mater, quid autem contrarium sit liquet. Spes in de-  
 clinabilis reijciendæ affectionis est ianua. Quid item contrarium sit manifestum est.  
 Charitas dei peregrinationis materia est. Quid contrarium sit item constat. Subiectio-  
 nem genuit, superius reprehensio appetitusq; sanitatis. Mortis meditatio continentię  
 est mater, fixaq; memoria aceti dominici & fellis. Pudicitia adiuuatrix est, solitudinis quę  
 es, incontinentiorumq; contractio ieiunioꝝ. Cogitationum turpium aduersatrix, est contri-  
 tio animæ. Fides & peregrinatio, mors est auaritiæ. Misericordia uero & charitas prodū-  
 derunt corpus. Oratio intentissima, & iugis acediam perdidit. Iudicij memoria, alacritate  
 tem præstitit. Medicina furoris, ignominia dilectio, hymnorumq; cantus atque miseris  
 cordia. Nuditas rerum omuium, tristitiam suffocat. Nullisq; sensibilibus rerum officiis, in-  
 tellecualium speculationem parit. Silentium, & solitudo inanis gloriæ sunt hostes.  
 Quod si fueris in medio, ignominiam arripe, nec pudeat te exhibere inhonorum. Visibi-  
 lem superbiam sanabunt cæcus & abiectus habitus, inuisibilem uero solus qui est ante  
 te secula curabit. Omne ferax uenenata uis sensibilem interemptor est ceruus, intellectus  
 alium uero humilitas interfecitrix est. Possumus ex naturalibus rebus cuncta intellectu  
 alia addiscere. Sicut impossibile est ut serpens uetustatem suam exuat, nisi angustiam ca-  
 uernam prius ingrediatur: ita nos quoq; anticipationes ueteres & uetustatem animæ, ue-  
 terisq; hominis nisi per angustiam & arctam ieiunij & ignominia trāscamus uiam. Sicut  
 ut impossibile est ut grauata nimis carnibus uolucres in cœlum uolent, ita & qui carnem  
 suam nutrit & fouet illuc ascendere non poterit. Exiccatum lutum iam non porcis uisui  
 esse ut ibi se uolent potest, ita & caro per abstinentiam marcida effecta dæmonibus ul-  
 tra non præbebit in se quiescendi locum. Sicut uiridium lignorum multitudo, plerumq;  
 suffocat & extinguit flammam fumumq; ingentem excitat, ita sepe in modica tristitia fu-  
 mo ac tenebris plenam animam efficit, lachrymarumq; exiccat aquas. Ut sagittarius cæ-  
 cus reprobus est, ita & discipulus contradicens perdetur. Sicut probatum ferum impro-  
 bum acere potest, ita fratrem lætus & alacer negligentiorē sæpe seruaui. Sicuti uolu-  
 crum oia si foueantur in stercore uiuificantur & insæctum eripunt, ita & cogitationes  
 nisi ex cordis abditijs productæ manifestentur in opus prodeunt. Sicut currentes equi  
 cursu inuicem certant, ita & optima quæq; societas se inuicem excitat. Sicut nubes solem  
 abscondit, ita cogitationes malæ obtenebrant & perimunt mentem. Sicut is qui sententia  
 contra se lata ad damnationem proficiscitur, nihil de spectaculis curat aut loquitur,  
 ita ne ille quidem qui ueraciter luget uentrem fouebit aliquando. Sicuti pauperes cū the-  
 sauros regio aspiciunt, suam paupertatem amplius agnoscunt: ita etiam magnificas pa-  
 trum uirtutes relegens mentem suam omnino amplius humiliat. Sicut ferrum etiam si  
 non ad magnetem per fugi naturę uis secretissima pertractū, ita & qui anticipationibus  
 delictorum assueti in earum habitum transierunt, uolenter ab eis opprimuntur. Ut oleum  
 mare inuitum etiam tranquillum facit, ita & ieiunium uolentia quoq; & reluctancia  
 inuentia corporis extinguit. Sicut aqua angustijs conclusa in altitudinem tumens erig-  
 gitur, ita sæpe anima angustata periculis. Sicut is qui fert aromata etiam si nolit ex odo-  
 re prodire, ita & qui dei spiritum habet ex uerbis suis atq; humilitate propria agnoscitur.  
 Ut uenti perturbant abyssum, ita furor plusquā reliqua exagitat mentem. Sicut quę  
 oculus non uidit, ea ex auditu solo quis non nimum gustare appetit, ita & uirgines cas-  
 titi corpore ingens inde leuamen habent. Sicuti fures cum arma regis aliquo in loco pos-  
 sita uiderint non illuc facile ascendunt, ita & qui cordi orationem coniunxit, non fortui-  
 to ab intellecualibus latronibus uiolari poterit. Sicut ignis niuem ex se non gignit, ita  
 & qui in hoc seculo honorem quærit nunquam cœlesti ac perenni honore poterit. Sicut  
 ut una sæpe fauilla ingentem sylvam consumpsit, ita unum reperitur bonum quod ma-  
 gnorum scelerum ingentem multitudinem delere possit. Sicut sine armis feras beluas pe-  
 rimere non possumus, ita nec sine humilitate iniraſcentiam acquirere. Sicuti per natus  
 ram uiui absque cibo non potest, ita & ei qui saluari cupit, ad mortem usque uel ad bre-  
 ue momentum negligere non licet. Ut solis radii domum per foramen ingressus cuncta  
 quæ in ea sunt illuminat, ita & timor domini si fuerit in anima, cuncta ei peccata sua  
 etiam minutissima ostēdit. Sicuti hi qui dicunt cancri capi facillime possunt, eo qd aliquā-  
 do ante aliquando retro gradiunt, ita & anima nunc quidem ridens, nunc lugens, nunc  
 uero

vero delictis affluens, profluere vnquam non poterit. Sicut qui somno grauanti facile subribus parent, ita & qui fecus mundi virtutes arripere gradiuntur, à prædonibus facile violabuntur. Sicut is qui aduersus leonem pugnat, si ab eo oculi aliorum deflectat confestim perit, ita & qui cõtra carnem suam pugnat, si hæc per quiete nimium fouerit. Sicut hi qui scalam putrè & fragilem ascendunt ruere periditatur, ita honor ois & potentia & gloria quæ humilitati aduersissima sunt oem se habentem deiciunt. Sicut impossibile est vt qui esurit non recordetur panis, ita fieri nõ potest, vt qui saluari cupit exitus sui extremiq; iudicij obliuiscatur. Quæadmodum aqua delet litteras, ita & lachrymæ abolere peccata solent. Sicut hi quibus non adest modus is, alijs litteras delere solent, ita & animæ quibus desunt lachrymæ per merorem & gemitu summan. q; tristitiam peccata deler atque abscondunt. Sicut stercoreis copia multitudinè gignit vermium, ita multitudo cibor; lapsum & malor; cogitationu atq; somnior; operatur multitudinè. Sicut is qui cõpeditus est ambulare nõ valet, ita & q; pecunias sibi thesaurizat in cœlu ascẽdere nõ possint. Sicut ut plaga reces facile curari potest, ite & diuturna aia vulnera difficillima ad sanandũ sunt etiã si sanari vnq; possint. Sicut impossibile est mortuũ incedere, ita possibile nõ est eum qui desperauerit saluari. Qui fidẽ rectã seruant, nec à peccatis desistunt, hi vului sine oculis assimilatur. Qui fidem nõ habet & bona quædã forte operatur, is ei similis est, q; hauritam aquã in pei foratũ dolu immittit. Sicut nauis optimo gubernatore freta in portum exitum deo auxiliante ingreditur, ita & aia quæ pastori optimo innititur, facile in cœlu conscendit, etiã si mala plurima gesserit. Sicut q; sine duce est, etiã si prudentissimus sit, facile in via errabũdus incedit, ita & q; suo arbitrio monasticã viã pergit, etiã si in omni munda sapientia fuerit instructus facillime perit. Cũ quis post graua scelera corporis mala valetudine impeditus fuerit, viam sanctæ humilitatis, eiusq; proprietatem securus incedat. Aliam etiã salutis viam non inueniet. Sicut fieri non potest, vt his qui longissima valetudine laborauit vno momento sanitatẽ acquirat, ita ne vitia quidem. Imo vitia ali quod protinus superari potest. Cuiusq; virtutes ac vitij signum quietatis tibi denota, atq; ita poteris nosse profectum tuum. Sicut hi qui luto auz; cõmutant, detrimentũ omni no patiuntur, ita & q; p corporalibus spiritualia sua in publicũ effidentes enunciant, summis afficiuntur incommodis. Remissione quidem cito plurimi potiti sunt, bentam vero tranquillitatem, nemo repente possedit. Hanc etiã vt acquirere possimus tempore longo ac dei adiutorio et singulari gratia nobis opus est. Solicite queramus atq; obseruemus, q; nobis in semente, quæ in herba, q; in messe, fere volucres insidientur, vt laqueos illi, & pedicas conuenientes parare ac tẽdere possimus. Sicut iniustum simul est & indignissimũ vt is qui febre patitur seipsum necet, ita in thime conuenit, vt quis ante extremum spiritum aliquando desperet. Sicut turpe est atq; inhonestum, vt cum patrem suum sepelisset, mox vt à funere surt exit, ad nuptias proficiscatur, ita eis quoq; qui pro sceleribus luigent in conuenientissimum est honorem atq; gloriam iu præsentis seculo ab hominibus querere. Sicut alia est ciuium, alia rector; habitatio, ita omnino immutatus & varius esse debet pro culpis lugentium, atq; infontium status. Sicut eum militem, qui in prælio durissima in faciem vulnera suscepit imperator militia non abdicat, imo vero amplius in ea illum prouehit atque maximis honoribus cumulat, ita & monachum, qui pericula plurima à dæmonibus perpeffus fuerit cœlestis imperator gloriosissime coronat. Sensus animæ proprietates illius, eius autem sensus peccatum est collapsus. Sensus vero mali vel sedationem vel imminutionem ex se gignit, ex qua rursus cõscientia oritur. Conscientia vero est ratio atque reprehensio custodis nostri, qui ex baptisimi tempore assignatus est. Atque idcirco non vsque adeo inueniemus eos, qui adhuc in animo illuminati non sunt, pro multo leuius atque clementius quam qui lumine accepto peccauerunt. Et diminutio quidem mali, mali abstinentiam parit. Mali vero abstinentia, initium est penitentia. Porro penitentia initium, initium salutis est. Initium autem salutis, propositum est bonum. Ex bono autem proposito gignitur laborum tolleratio, cuius item initium virtutes sunt. Porro virtutum initium flos. Flos autem virtutis, initium bonæ actionis. Ex virtute assiduitas nascitur. Assidua vero meditatione germẽ ac fructus est habitus. Ex eo item ea qualificatio oritur, q; timoris est genitrix. Timor autem gignit mandator; dei obseruantia, mandator; custodia, charitatis argumẽ

Azum est, charitatis vero initium, humilitatis est copia, copia autem humilitatis tranquillitatem parit. Eius vero possessio plenitudo charitatis est, siue dei perfecta habitatio in his qui beatam tranquillitatem habentes, mundi sunt corde. Ipsi enim deum videbunt, ipsi gloria in secula, Amen. Math. 5

## De sacra corporis &amp; animæ quiete, Gradus XXVII.

**N**os quidem, cum simus veluti emptitij quidam ferri atq; immundissimis vitij obnoxij, ex hoc ipso dolos quoq; & mores & imperia etiam astutias eorum, qui infelici animæ nostræ diu dominati sunt, spirituum vel tantisper nouimus. Alij vero sunt, q; per operationem sancti spiritus, & quod his iam liberati sint, artes omnes illorum probe callent. Alius enim est, qui ex dolore infirmitatis quietem sanitatis conijcit. Et alius qui ex sanitatis gaudio, & requie morbi merorem coniectura comprehendit, itaq; vt imbecilles trepidamus admodum de tranquillissimo quietis portu in hoc opere philosophari, non ignorantes canem quendam sancti conuentus mensæ semper assistere ac panemq; ex ea videlicet animam diripere conari, quem cum orti suo apposuerit iam inde cursu discedere atq; illum secretius comedere. Quo circa ne cani huiusmodi locũ demus, per nostrum sermonem, vtq; occasionem amputemus querentibus occasionẽ nephas esse arbitratu sumus his qui in ardore prelij summa animi uirtute & constantia constituti sunt, imperatoris nostri bellatoribus, modo de pace differere. Id solum dicimus q; hi qui fortiter pugnant tranquillitatis etiam & pacis coronis donandi sunt. Cetero ne quem fortasse contristemus, si sermonem de hoc indiscussum relinquamus, pauca si placet veluti sub discretionis forma nunc loquamur. Est quidem corporis quies mor; ac sensuum cognitio ac moderatio, quies autem animæ est cogitationũ scientia atq; furibus inuisibilis intentio. Quietis amicus est fortis quidã & pertinax vigil; sensus semper in cordis ianuis excubans, cogitationesq; accedentes aut necans aut remouens. Qui sensu cordis intimo quiescit, qd diximus intelligit & recognoscit. Qui vero adhuc infans est, hoc quia non gustauit, ignorat. Quietis factator prudens verbis non indigebit, verba enim illustrantur operibus. Initium quietis est strepitus omnes vt qui fundum animæ perturbat, amouere. Finis vero tumultus non metuere, sed inter eos siue vllò eorum sensu durare. Quietis amicus, qui progrediens non verbo progrediens est. Mansuetus est totius charitatis domiciliũ. Is difficile ad verba moueri & immobilis esse ad iracundiam solet. Quid autem huic contrarium sit satis constat. Quietis est æmulus is qui incorporeæ substantiæ proprietatẽ in fragili corporis domo (quod est oino mirabile) cõcludere nititur. Obseruat quædam murẽ quæ hinc venatur bestiola. Intellectualem vero dæmonem, quietis solitarij intentio. Nõ tibi vile vel reiiciendũ hoc documentũ. Sin vero alias nondum quid sit ges agnouisti. Verus monachus profectus nõ sic erit vt monachus alteri monacho aditũctus. Monachus enim summa opus habet vigilatã, & mête omni elatione vacua. Priori quidem sæpe alter opẽ tulit, secundo vero cooperatur angelus. Intellectuales virtutes spiritualiter quietis sectatori simul astant; atque vna ministrant & in eo veluti in iucundo diuersorio libentius inhabitant. Quid huic sit contrarium tacebo. Dogmatũ ingens est & alta profunditas: mēs autem solitarij nõ absque periculo insiliet in ea. Tutum nõ est cum veste neque cũ passione aliqua theologiam attingere. Cella solitarij cõclusio corporis est, intusque habet domicilium scientiæ. Is qui animæ morbo laborans quietẽ solitudinis arripere nititur, ei similis est qui ex nauis in pelagus exiliens per tabulã ad terram peruenire querit. Quicunque aduersus carnem luctatur his suo tempore quies erit, si tamen ducẽ nacti fuerint. Ei em qui solus hæc psequitur angelica virtute opus est. Est aut mihi sermo de his q; reuera quietẽ & corpore & spũ sectant. Solitarius negligẽs mē dacia loquet, & p ænigmata se à quiete destitisse hoibus psuadere queret. Cum reliquerit cellã dæmones culpã, latetq; seipsum miser q; dæmõ effectus sit. Vidi ego quietis studio sos flagrantissimos suũ in deũ desideriu inexplẽbiliter p hmõ quietẽ impleuisse, & ignem igne, desideriuq; desiderio genuisse. Solitarius est forma terrestris angeli, q; oronem suã carta desiderij & solitudinis literis desidia & torpore liberauit. Solitarius est q; reuera clamare potest: Paratũ cor meũ deus. Solitarius getus ille est, q; ait: Ego dormio, & cor meum vigilat. Claude ianuã cellulę corpori & linguæ ianuã locutioni, interiorẽq; animi fenestrã spiritibus immundis. Serenitas quidẽ ac meridianus sol nauatã patitiã arguit nec cessari o



cessariorum vero indigentia quietis solarij tolerantiam ostendit. Ille quidem indignus dicitur innatari vniuersis, hic autem a cecidia pressus miscetur multitudini. Ne timeas sonituum ludibria, luctus quippe formidinem nescit neque illa agitur. Quorum mens veraciter orare didicit, hi deo facie ad faciem tanquam regi ad aurem loquuntur. Hi autem quorum os orat, ei similes sunt qui regi coram omni senatu prociidunt. Qui autem in seculo moratur, hi in medio totius multitudinis plebis regem obsecrant. Si autem perire didicisti, quod diximus non ignorabis. In sublimi quodam loco residens, te ipsum obserua, si tamen id facere nosti, & tunc perspicies quomodo, quando, qua ex parte, quot, & qui fures irrum pere ac furari botros veniant. Cum fatigata fuerit intentio, surgens orabit & iterum resedens vtiliter priorem operationem tolerabit. Volebat quidam haec expertus de his subtiliter diligenterque differere, sed timuit ne quando pietatis operarios negligetiores faceret, verborumque strepitu currentes atque alacres terreret. Qui de quiete subtiliter & diligenter & summa cum scientia differit aduersum se daemones excitat. Nemo quippe alius horum turpitudines immisericordiasque ac nocedi artes ita in apertum producere potest. Qui solitariam arripit quietem profundum mysterium nouit. Non autem in illud prius descendit, quam fluctuum ventorumque tumultus vel audierit vel viderit, vel eis etiam fortasse fuerit resperus. Confirmat autem hoc quod diximus, magnus apostolus Paulus, qui nisi in paradysum velut in quandam secretissimam quietem raptus fuisset, nunquam profecto arcana verba audire potuisset. Quia auris accipit a deo grandia. Idcirco & in Iob, quies haec sapientissima dicebat: Putas ne suscipiet auris mea ab eo ingentia? Solitarius quietus est, qui ita omnes absque odio fugit nolens intermissionem diuinae dulcedinis pati, sicut alius propter & festinans accurreret. Perge bonasque tua celerius dispersege (vendere enim moram temporis habet) & da pauperibus monachis, vt tibi per orationum suffragia ad quietam solitariam concurrant, & tolle crucem tuam, eam per obedientiam baiulans, onusque amputationis tuae voluntatis fortiter tolerans, & tum veni sequere me ad coniunctionem beatissimae & placidissimae quietis, & docebo te virtutum intellectualium visibilem actionem, placidamque conuersionem. Nunquam illi satiabitur in secula seculorum laudare conditorem, neque is qui caelum quietis fuerit ingressus nunquam fatigabitur creatorem collaudare. Non erunt de materia solliciti, quibus est natura agilis, & omni materia libera, neque de alimento. Hi enim cum ex materia per naturam sint, materiam tamen omnem exceperunt. Non alentur priores villo cibo, neque indigebunt secum diuisione. Non erunt solliciti illi de pecunijs vel possessionibus, neque isti de vexatione spirituum nequam. Non est coelestibus visibilis vilius creaturae desiderium, neque in terrenis inest concupiscentia vilius aspectus, quem sensus attingat. Nunquam desistent illi in charitate proficere, ne isti quidem quotidie cum illis profectu isto contendere. Non sunt illis ignota profectuum diuitiae, neque istis ascensionis amor incognitus. Non desistent, quousque ad ipsa seraphin pertingant, neque nunquam fatigabuntur, quoad angeli fiant. Beatus qui sperat, ter totidem beatus qui id futurus est quod sperat, angelus cum id consecutus fuerit quod sperat.

## De differentia quietis.

Vnt in omnibus disciplinarum statibus, quod etiam omnibus manifestum est, sententiarum voluntatumque differentiae. Neque enim sunt omnia perfecta ob defectum studij virtutisque indigentiam. Sunt igitur qui per portum istum, imo vero pelagus, siue magis fortasse profundum ingrediuntur, quod ad continentem os atque ad frenandas amplexationes corporis imbecillioris sint: alij quidem proni nimium ad iracundiam, cum sint vt hanc cum multitudine degentes miseri superare non possint: alij rursus ideo, quod nutu magis proprio atque consilio, quam aliorum ductu ex nimia elatione nauigare decreuerunt: alij quod in medio materiae constituti, materia abstinere non possint: nonnulli quidem vt ex secreto solitudinis studiosiores fiant, alij vt secretius & liberius pro culpis seipos contententes verberent, quidam vt per hoc sibi gloriam acquirant: sunt item alij (si tamen venerit filius hominis huiusmodi inueniet super terram) quod ob delicias ac fitum diuinae charitatis & dulcedinis sanctae huic solitariae quieti coniuncti sunt, qui tamen hoc non prius fecerunt, quam omnia a cecidia libellum darent repudij. Eius, n. conuictio priorum illi comparata fornicatio existimat, scdm eam quam mihi data est admodum tenui scientia, vt architectus parum sapiens scalam ascensionis fabricatus sum: videat autem vnusquisque quam gradu consistat, an vt nutu suo viuat, an vt hominum gloriae capter, an propter imbecillitatem linguae siue ob iracundiam in contentia, siue

A siue ne cui rei vitiose afficiatur, dum opportunitas sit: siue vt poenas reatus ab se exigant, siue vt studiosi fiant, siue vt diuinae charitatis ignem suauissimum acquirant. Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Septem quippe sunt hebdomadae praesentis seculi, operationes quae aliae acceptabiles aliae reprobae sunt. Octaua vero futurae potius saeculi significat. Cautius obseruat solitarius monachus ferarum beluarum horas, alioquin conuenientes laqueos tendere non poterit. Si iam perfecte discessit cui repudium dem, labor iam necessarius non erit, sin vero adhuc procacius incumbit, nescio quo pacto quiescere possim. Cur quae so non tanta apud tabernionitas quanta apud scythicam haeremum fuere luminaria? Qui intelligit intelligat, ego enim id dicere nequeo, imo vero nolo. Degunt in hoc profundo qui vitia imminuant. Item quod psallendo plurimum in oratione perseverent: & quod contemplationi intentius vacent. Secundum propositum scalae modum problema istud inquirat. Qui capit in deo capiat. Sunt animae quaedam negligentes immorantes in cenobijs, quae desidia cum materia facile superpetret in perditionem perfecte percipitatae sunt. Sunt item qui negligentiam suam per aliorum contubernium & societatem repulerunt. Quod non solum in negligentioribus verum studiosis quoque ac sollicitis saepe factum est. Eadem regula esset in solitudinis utamur quiete dicentes, plurimos probabiles suscipiens reprobaui ideo quod inintu suo mallent viuere voluptatis eos esse studiosos deprehendens atque arguens: Alios item suscipiens ex metu & perpetua cura iudicij ac damnationis suae sollicitos ac feruentes fecit. Nullus qui vel furore vel elatione vel simulatione vel iniuriae memoria perturbatur, solitarie quietis vestigium nunquam vel videre audeat, ne forte stuporem animi inde forte lucratur. Qui vero his perturbationibus mundus est ipse iam quod expedit agnosceret, imo ne ipse quidem vt reor, totum qui ratione solitariam arripit quietem signa & studia & argumenta ista sunt, mens tranquilla, nullisque agitata perturbatio num fluctibus, castissima intentio, raptus ad deum, praesens semper cruciatuum memoria, mortis properatio, infatigabilis ac infatibilis oratio, custodia inuolabilis nullisque praedonibus patens fornicationis mortificatio, totius affectionis mortalis ignoratio, mundi mors, gastrimargie fastidium, theologiae materia, discretionis mors, promptae lachrymae semper atque in potestate loquacitatis exterminatio & si quid huiusmodi est quo sibi congratia atque in festa solet esse multitudo. Porro eorum qui sine ratione hanc subeunt, ista sunt diuitiae: inopia, incrementum iracundiae, amarium memoriae illatae contumeliae charitatis imminutio, fastus ac superbiae assumptio. Sciens ac prudens tacebo reliqua. Quoniam vero ad id sermo noster processit, necesse est vt de his quoque qui sub obedientia & subiectione viuunt hic loquamur, ips enim mihi nunc maxime sermo est. Eorum qui legitime & caste atque incontaminatae orationis huic & pulcherrimae virtuti coniunguntur, ista esse argumenta a sanctis patribus diffinitum est, quae suo quidem tempore perficiuntur, quotidie tamen extenduntur & adiectionem profectumque suscipiunt. Primitiue humilitatis incrementum, furoris imminutio ex inuito enim felle quid aliud fieri potest: charitatis assumptio, vitioque alienatio, odij liberatio, quod ex reprehensione fit, imminutio lasciuiae. Ignoratio a cecidiae, studij accumulatio, misericordiae dilectio, superbiae peregrinatio. Virtus sane omnibus optanda paucisque proueniens. Cum fonti aqua deest iam non proprie dicitur fons. Quid sequatur intelligit qui mentem habet. Adolecentula quae non seruauit thorum corpus inquinauit, anima vero quae non seruauit pactum contaminauit spiritum, illa quidem sequitur vituperatio, odium, verbera & quod omnibus miserabilis est superactio atque diuortium hanc vero sequuntur, inquinatio, obliuio mortis, inexplibilitas ventris, oculorum incontinentia, inanis gloriae operatio, somni infatibilitas, cordis duritia, infensibilitas, cogitationum horreum, captiuitas cordis, turbationis operatio in obedientia, contradictio, infidelitatis cor, nulla certa salutis fiducia, secus multiloquium, vitiosa affectio, & quod omnibus grauior est confidentia, quodque omnibus miserabilis est cor absque vlla copunctionis gratia, cui succedit in eos potissimum, qui non aduertunt, indolentia spirituum, ac mater lapsuum. Solitarii quietis emulos, quos ex octo spiritibus, subiectos vero tres precipue oppugnat. Solitarius aduersus a cecidiam saepe iacturam facit, tamen enim orationis atque contemplationis, aduersus hanc excogitando ac luctando consumit. Cum aliqui in cella sedens desidia torpore, cellulamque ipsam fere cogitare deserere, aduenientes viri quidam, vt solitarii summis attollebant laudibus, ac beatum praedicabant, citiusque negligentiae spiritus ab inani gloria fugatus abscessit. Admiratusque sum quomodo spiritibus omnibus tribulus



iste aduerferat. Aspice horis singulis cōiugis & contubernalis tui motus atq; obreptio. **D** nes, momentaq; & conuersiones quōs & quorsum vergant. Qui per spū sanctum tranquillitatem acquisiuit, solus non ignorat hanc speculatiōem. Principale solitariae getis opus est, omnia negotia eius siue rationabilia sint, siue irōnabilia negligere. Nam q̄ aperuerit prioribus in frequentia etiam incidit. Impigra oratio secundum, & tertiu operatio cordis furibus inuolabilis. Possibile non est, vt qui literas nō didicit, in libris se naturaliter exerceret, longe est impossibilis, vt qui prius illud adeptus non est duo sequentia rōnabiliter accipiat. Cum medium illud arripissem inter medios effectus sum, ac sitientem me illuminabat. Et ecce rursus erat in illis. Quid q̄dem in eo erat ante visibilibus ofirmā princeps docere non poterat neq; em̄ permittebatur. Quomodo aut̄ nunc est, vt diceret, orabam. In proprijs quidem, inquit, sed nunc in istis. Et ego que nam inquam est dextra statio, atq; in autore sedes. Impossibile est hęc aure perdiscere. Ego aut̄ quo me trahebat affectus adduc me inq; ad tempus illud. Nondum ait venit hora, ob defectum ignis incorruptionis, ista siue cum luto hoc nescio, siue absq; eo dicere non possum. Difficile ac durū est uitio maxime tempore excutere meridianum somnum. Tūc em̄ & solum fortasse nequaquā reiciendum est opus manuum. Noui acediae spū preparare ac praeire fornicationis spū solere, vt valide corpus resoluens atq; in somnum precipitans velut per somniū inquinatio quietem inducat. Si illis omnino resistas fortissime, oppugnabunt te omnino acriter, vt quasi nihil proficientem à certaminibus reuocent. Nullum certus argumentum est qd̄ demones à nobis victi sint, si nos acerrime oppugnent. Cum procedis congregata custodi. Solent enim aperta ianua inclusae aures auolare, tunc vero nullum quietis inueniemus emolumentum. Modicus pilus perturbat oculum, & modica cura demolitur quietem. Quies enim est depositio sensuum curarumq; rationabilium abnegatio. Is qui reuera quietem apprehendit, ne ipsius q̄dem carnis sibi geret curam vllā. Neq; em̄ mentitur qui ait. Qui mentem purā deo cupit silitere curisq; agitatur, is ei similis est, qui pedes suos fortiter vinciens celeriter incidere nititur. Rari quidē sunt qui saeculari em̄pham, ad summum eruditi sunt, ego vero pauciores esse dico, qui veram quietis sapientiam secundū deum nouerunt. Qui deum nondū nouit quieti idoneus non est plurima q̄ pericula sustinet. Quies imperitos suffocat, nam cum dulcedinem dei nō gustauerūt, in captiuitatibus & furtis, & mœroribus, & fatigationibus, animi tēpus cōsumunt. Qui pulchritudinem orōnis attingerit, fugiet turbas vt onager. Quis em̄ nisi hic dimisit onagram libere ab omni consortio hoīm? Is qui passionibus obsessus moratur in hœremo, horū exercitationi torus incumbit. Sicut & fenex sanctus Arsilaites, Georgius, quem & charitas tua nō ignorat, cum aliqui formaret, atq; instrueret inutilem aiām meā, & eruditur ad solitudinem quietem me, de hōi loquens edocuit. Notauit, inquit, mane vt plurimū inanis gloriae atq; cū cupiscentiæ spūs solere aduenire, meridie vero acediae & iracundiae & tristitiæ, vespere aut̄ infelicis ventris stercoze tyrannos. Melior est subditus paup̄ quā solitarius q̄ hinc inde distrahitur. Qui rōnem quietē arripit, neq; ipsius lucra q̄tidie considerat, is aut non rōne & secundū qd̄ cōuenit quietescit, aut elatiōe subripit. **Q**uies est perpetuo atq; intentissimo cultu deo iugiter assistere, lesu memoria fac vt spū tuo vniamur, tūc q; agnosces quæ sit quietis utilitas. Lapsus q̄dem subdito volūtas est propria, q̄rti vero solitarij orōnis intermissio. Si aduentu frat̄ ad cellā tuā gaudeas, scito teipm̄ acedia vacare soli, nō deo. Exemplar orōnis tibi sit vidua illa euangelica ab aduersario suo diuitias afflicta, quietis vero forma, magnus ille pat̄q; angelis solitarius Arsenius. Memento qui in solitudine degis angeli huius solitarij institutum, atq; intueri quōs ad se aduenientes ne id qd̄ erat maius amitteret, in salutaris pleb̄q; remisit. Certum est demones persuadere his qui irrationabiliter circuire sunt soliti, vt ad eos sepius proficiscantur, qui studiosissime sectantur q̄rem, vt horū causa operarios dei vel paz̄ impedire possint. Nota eos qui sunt huiusmodi o carissime neq; vites religiose & pie cōtristare negligentes. Eortassis ex hac salubri cōtristatione circuire desinent. Caue enim ne praedicta intentionis occasione frustra, & sine causa animā cōtristes, quæ forte prae sitis ardore haurire abs te aquam venit. In omnibus vero lucerna tibi opus est. Vita quietentium, imo vero monachorū secundum consciam ex intimo cordis sensu fiat. Is qui rationabiliter currit, studia sua ac locutiones & cogitationes & incessus & motus, omnia secundum deum fiant studiosissime atque ex affectu cordis coram domino operatur. **Q**uod si ad huc

**A** huc subripitur, nondum secundum virtutem operatur. Aperiā aut̄ quidam in psalterio propositionem meā & consiliū ob defectum hactenus discretionis. Ego vero per orationem aperiā voluntatem meam, atq; inde certum aliquid auditiōis iudicium accipiam. Fides est orationis penna, quam nisi habeat, rursus in sinum meū reuertetur. Fides est animæ nihil hæsitas status adeo fixus, vt nulla aduerfite motus agatur, fidelis est non qui deum omnia posse arbitrat sed qui credit omnibusq; potietur. Fides est in speratarum rerum indultrix, atq; hoc latro ille felix ostendit. Fidem genuit labor & rectum cor ex quibus ille quidem nihil hæsitantem efficit, hoc aut̄ eiusdem est author. Quiescentiū mater est firma fides, nisi enim crediderit quis quomodo quietescere poterit? Qui cōpeditus in carcere est, torquentis dederetur metu. Qui vero in cellula quietescit timorem peperit dñi. Non ita prior ille quæstionem, vt secundus æternum iudicis iudiciū metuit. Summo tibi metu opus est charissime in solitudine. Nihil, n. perseq; & fugere acedia vt timor pōt. Inspectabit assidue reus q̄ iudex adueniat in carcerem, verus aut̄ operarius q̄ vt exire vigeat venturus sit. Alligatum est priori tristitiæ pondus, sequenti vero lachrymarū fons. Si patientia quæstieris baculū, cito desistent cūes impudice agere. Patientia est fractus animi labor, nullis vel proximis ratiōabilibus fragoribus agitatur. Patientia est vexationis quoridie expectata diffinitio. Patientia est occasionū amputationis suaeq; sibi cuiusq; sollicita vacatio. Non ita suo alimento vt patientia operarius indiget. Si em̄ illud de sit coronā accipiet, sin vero hic non addit permitte refert. Patiens ante monumentū mortuus est, sepulchrū em̄ cellulā suam fecit. Patientiā spes & luctus peperit, nam qui absq; his duobus est acediae feruus efficitur. Scire debet palestrites Christi, q̄s hostes animus p̄sequi & quibus cominus congressi expedit. Luctatio quippe aliqui coronas ministravit aliquando veto luctū declinatio improbos fecit. Sed hoc verbis edocere possibile nō est. Neq; em̄ eiusdem oēs neq; eodem modo afficimur, neq; qualitas vna oīm est. Vnum spirituum obserua vigilantius, nam ille: & te infatigabiliter oppugnat, in statu, in transitu, in sessione, in motu, in accubitu, in oratione, in somno. Plurimi ex his qui in sancta quiete cursu assident eā semper in se ipsi operationē continent, q̄ psalmista signauit. **P**rouidēbam dñm in aspectu meo semper. Neq; em̄ oēs panes ex cœlesti tritico spūalis alimentati eiusdem speciei sunt. Alij in eo se exercent quod dñs ait: In patientia vestra possidebitis aiās vestras. Alij in eo q̄ rursus ait: Vigilate & orate. Alij itē in eo quod scriptū est: **Luce 22** Prepara in exitū tuū opera tua. Alij in eo q̄ dicitur: Humiliatus sum & saluauit me. **Matth. 26** **Prou. 24** **Psalm. 124** **Roma. 8** **Psalm. 7** **riq; id semp̄ inspiciunt. Nō sunt cōdignæ passiōes huius t̄pis ad futurā gloriā, q̄ in nobis reuelanda est. Quidā vero illud, Ne q̄ rapiat vt leo aiām meam, & non sit, qui eripiat in centissime cogitant. Omnes quidem isti currunt, sed vnus accipit brauiū. Ex his sine laboribus non solum vigilans, vey; quiet dormiens is qui iā profecit opatur: Vñ nonnulli in ipis q̄q; somnis accedentes ad se demones ignominijs, & contumelijs castigant ipudicasq; mulierculas de castitate admonēt. Ne sis in expectatiōe aduenientiū sollicitus, neq; te ad id antea prae pares, simplex em̄ torus ac omni nexu liber est getis status. Nullus q̄ turrim vel cellā quietis ædificare velit, id ante conatur q̄ sedens per orationē cōputet an habeat pprietates p̄fectioni necessarias, ne forte postq̄ fundamenta iecerit, risum inimicis faciat operarijs reliquis impedimentū. Inspice diligentius aduenientē in te suauitatē: ne forte ab auaris medicis imo vero infidiatoribus, sub dolo tibi p̄parata sit. Noctū quidē plurimum orōni insiste psalmodiæ paz̄, die vero rursus p̄ tuis viribus te parare satage. Solet lectio nō mediocriter illūinare atq; colligere mentē, verba em̄ sunt sc̄ti spūs, accedētēq; ad se oīo dirigunt & moderantur. Sit tibi opanti lectio q̄ informet actionē, nā si adit oratio, superflua iam erit lectio. Laboribus potius q̄ libris salubritatis verba intelligere satage. Noli anteq̄ virtute spūali p̄ditus sis, eos libros legere q̄ menti nocere possint. Nā cū verba reuera tenebrosa sint, imbecillioribus tenebras obducunt. Vnus sæpe calix, vni gustū dedit, vnusq; sermo solitarij, his qui gustare possunt, oēm illius interiorē actionem statim patefecit. Immotū aiæ oculum aduersus elationē constanter tene, nihil quip̄pe aduersus spiritalia furtiva: hanc perniciosius inuenies. Cū p̄cesseris parito lingua, plurimos em̄ la bores hęc subito spargere & dissipare nouit. In eo te fratu exerce, q̄ curiositatē nesciat. Nihil em̄ ita quietem inquinare pōt, vt curiositas. His q̄ ad te veniunt necessaria, atq; vtilia propone, corpori scilicet atq; spiritu. Et si quidem illi sapientiores sint, silensio philosophiam nostram indicemus, sin autem fratres fuerint, eiusdemque nobiscum**

status, moderate ianuam operiamus. Præstat tamen omnes superiores nobis extimare. **D** Cum vellem his qui iuniores adhuc erant corporis opus in collectis omnino interdiceret, continuit me, qui arenam in pallio tota nocte ferebat. Sicut rationi dogmatis sanctæ & increate, & adorandæ sanctæ trinitatis opponuntur, quæ de dispensatione carnis vnus ex tribus personis eiusdem laudatissime trinitatis legimus, illa enim quæ ibi pluralia, in hoc sunt singularia, & quæ illic singularia, hic pluralia sunt, ita & alia solitudinis quieti, alia obedientiæ, alia subiectioni studia conueniunt. Quis agnouit sensum domini? aut diuinus apostolus. Ego aut dico, quis agnouit sensum hominis & corpore & spiritu qui egi solitudinis dediti?

## De Oratione uirtutum matre, Gradus XXVIII.

**O**ratio in qualitate quidem sua coniunctio atq; vnio est, hominis uidelicet & dei secundum actionem uero constantia mundi ornatus collectio, reconciliatio dei, lachrymarum mater, earumq; item filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpositus paries, bellorum confractio, angelorum opus in corporeas omnium uirtutum cibus, futura lætitia, infinita operatio, uirtutum fons, gratiarum ministra, profectus inuisibilis, nutrimentum animæ mentis illuminatio, desperationis amputatio spei & demonstratio, tristitiæ solutio, monachorum diuitiæ, solitariorum thesaurus, in **E**minutio, speculum profectus, mensurarum indicium, status infinuatio, futurorum reuelatio, clementiæ significatio. Oratione eis qui rectæ orant, curia & iudicium & tribunal domini ante futurum tribunal est. Exurgentes audiamus sacram hanc uirtutum reginam excelsa ad nos uocclamantem ac dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego uos resiciam. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris, plagisq; uestris medicinam. Iugum enim meum suauis est, & peccata sanant maxima. Quicumq; regi nostro assistere & colloqui proficiscimur, non imparati cursum hunc faciamus, ne forte nos absq; armis & stola regio digna cõspectui a longe nos conspiciant, ministris & famulis iubeat ut uinctos nos longe a facie sua in exilium mitent, negligentesq; & interruptas orationes nostras in facie nobis exprobrent. Cum uultui domini astare proficisceris, sit tibi tunica animæ filo omniscitiæ, i. obliuionis iniuriarum omnino confuta. Alioquin nihil ex oratione ipsa lucraberis. Sit tibi totus orationis textus vnus, neq; vlla uarietate maculatus, vno enim uerbo & publicanus ille ex euangelio, & prodigus filius deum sibi reconciliauerunt. Vnus quidem est orantium status, sed is ingentem sane uarietatem ac differentiam possidet. Alij namq; ut amico & dño illi familiariter assistunt pro aliorum iam non pro suo adiutorio vel preces illi vel laudes offerentes, alij diuitias & gloriam & confidentiam ampliorum sibi dari querunt, alij ab aduersario suo omnino liberari exposcunt, nonnulli ut dignitatem aliquam accipiant precantur, quidam uero perfectam debiti securitatem, alij custodię liberationem, alij criminum solutionem consequi exoptant. Ante omnia, in orationis nostre chirographo gratiarum actionem sinceram statuamus, in secundo aut uersu confessionem & contritionem a se in primo affectu procedentem, atq; ita demum regi nostro postulationem indicem nostram. Optimus hic quæ pdixi orationis modus est, sicut cuidam ex fratribus ab angelo dei demostratum est. Si vnq; uisibili iudici obnoxius fuisti, non tibi alia forma iam opus erit, q̄ imitari debes dum orationi insistis. Quod si neq; ipse reus extitisti neq; alios examinari p̄spexisti, uel ex infirmorum precibus, quas medicis dum secandi uel urendi sunt fundunt huiusmodi aliquid addisce. Noli uerbis exultioribus in oratione tua uti. Sæpe enim in tantum simplicia & pura & balbutientia uerba patrem suum qui est in caelis placauerunt. Noli conari multum loqui, ne mens tua ad inquisitionem uerborum distendatur. Vnius publicani sermo placauit deum, vnumq; fidele uerbum saluauit latronem. Multum in oratione loqui, mentem sæpe imaginibus illudit intentionem dissoluit. Parum autem aut vnum etiam uerbum in oratione loqui, colligere mentem consueuit. Cui in orationis uerbo uel dulcedine ne perfundi uel compungi te sentis in ipso persiste. Tunc quippe custos noster nobiscum orat. Noli confidere quantumlibet munditia polleas, sed summa potius humilitate ad orationem attende, tuncq; ampliorē confidentiam accipias, si totam uirtutum scalam ascendisti, tñ propter remissionem peccatorum ora, audiens de p̄toribus clamantē paulum. Quorū primus **1. Timo. 1** sum ego. Condere obsonia olei solet & sal, orationem uero in sublimi leuare pudicitia & lachrymæ.

**A** chrymæ. Si omnem mansuetudinem & irę uacuitatem indueris, nihil te laborabis ut eruas de captiuitate mentis tuæ. Quousq; ordinem fixam certamq; non possiderimus qui insantes ad incedendum initio exercent similes sumus. Contende ut ad superna feras, imo uero ut recludas intelligentiam in orationis uerbis. Quod si debilitata per infantiam ceciderit, rursus illam reducere cura, est quippe proprium mentis instabilitas, dei uero proprium sistere oia posse. Si in fatigabiliter certes, adueniet in te penitus qui in mari minimum per gyrum posuit, dicit illi huc usq; uenies & non transgredieris. Possibile non est spiritum ligare, sed ubi conditor spiritum est, oino obtemperat. Si sole vnq; sicut oportet conspexisti, poteris illi quoq; deceter colloqui, sin autem quæ non uidisti ueraciter interpellare poteris. Orationis quidem initium, est luctus in animo aduenientes solo & tacito mentis imperio ex ipsis inijs fugare, nedum uero cum in his quæ dicuntur uel cogitantur mens tota est, finis aut raptus ad deum. Alia lætitia est, q̄ in oratione contingit in congregatione de gentibus, & alia quæ in solitudine orantibus puenit. Illa namq; fortasse modicis fantasias luditur, hæc autem in humilitate tota plena est. Si te semp exerceas ut mens tua nunq; longius euagetur, etiam in ipsa mens appositione, prope te erit, sin autem effreni libere uagari patieris, nunq; tecum permanere poterit. Magnus quidam magnæ & perfectæ orationis operarius, uolo ait magis uerba menti meæ dicere & reliqua. Sed hoc a pueris & iunioribus alienum est. Idcirco & nos cum qualitate & q̄tatis multitudine, ut imperfecti obsecramus, per hoc enim postremum ad primum illud peruenitur. Qui dat inquit, orationem mandam impigre oranti, & sordide, & cum labore. Aliud est orationis sordes, aliud exterminatio, aliud furtum, & aliud macula. Sordes est deo assistere & iniquum cogitationes in animo uersare. Exterminatio est ad curas inutiles captiuum pertrahi. Furtum est dum latenter & sine nostro sensu mens aliquo strepitu agitur intrinsecus. Macula est quicquid impetustunc nobis approprians. Quoties soli eo tempore non sumus quo ad orationem assistimus, formemus intrinsecus orationis impetum, sin uero non adsum laudum ministri, etiam exteriore habitu ad preces coponamus. Nam in his qui hactenus sunt imperfecti mens corpori sæpe configuratur. Omnes quidem, sed hi longe amplius, qui debiti remissionem accipere a rege cupiunt, ingenti contritione indigent. Si in carcere sumus adhuc, audiamus dicentem petro. Accingere obedientiæ linteo & excalcias te uoluntates tuas, atq; his nudus & liber accede ad dñm in oratione tua, solius eius uoluntate iplo rans, tunc suscipies animam tuam tenentē gubernacula, eaq; tuto regentē. Surgens ab amos re seculi & uoluptatum labe, proijce curas, exue intelligentias, abnega corpus. Nihil enim est aliud oratio nisi mundi uisibilis, & inuisibilis alienatio. Quid est mihi in celo? Nihil nisi semper tibi in oratione absq; vlla distractione adherere. Non nullis quidem opes in desiderio sunt, alijs gloria, quibusdam mortalium quare libet rerum acquisitio, mihi ad adherere deo bonum est, atq; desiderabile & ponere in eo spem tranquillitatis meæ. Fides orationis est penna, qua sine in celum euolare non potest. Quicumq; perturbationibus uarijs obnoxij sumus, oremus instanter dñm. Omnes. n. qui eiusmodi fuerunt ex perturbationibus tempestate in beatam tranquillitatem profecerunt. Etsi non deum ut deum metuunt iudex, tñ quæ sibi molesta sit anima quæ per peccatum & ruinam uiduata fuerat, facit uisionem eius ex aduersario illius corpore suisq; inimicis spiritibus. Cæcos quidem clemens negotiator noster per celerem postulationis effectum ad dilectionem suam pertrahit, ingratis uero canum animas per esurientem petitionisq; sitim, sibi assistere per orationis studium hortatur. Ingratus enim canis cum panem tulerit, ab eo qui statim dedit abscedit. Noli cum in oratione per duras dicere. Nihil profeci, iam enim satis profeci. Quid. n. sublimis esse possit quæ ad herere dño, atq; in hac cum illo iugiter p̄seuerare. Non sic is qui condemnatus est, poenæ suæ sententiam metuit, ut qui orationis curam solertius habet cum ad illam assistit, trepidat. Quo circa qui sapiens & acutus est, ex hac memoria maledictum omniæ & iracundiam & curam & occupationem & vexationem & saturitatem & tentationem, & cogitationem auersari potest & fugere. Prepara te ante per sempiternam animam orationem ad assistendum precibus tuis, & cito proficies. Vidi quosdam obedientiæ uirtute fulgentes deiq; memoriam p̄ uiribus non negligentes prompte ad orationis studium occurrere, mentemq; suam cito colligere lachrymasq; fontium in morem profundere. Erant enim parati per seclam obedientiam. Psalmodiā quidem cum multitudine, captiuationes & mentis cogitationes sequuntur, solitariam uero non ita, sed hanc quidem accidia oppugnat, illam uero alacritas adiuvat.

Charitatem quidem militis ad imperatorem suum iudicat bellum, monachi uero charitas ad deum maxime quo tpe astat oī deprehenditur. Statum tuū oratio tua manifestat tibi. Hūc enim monachi esse speculū, tradunt theologi rectissime. Qui quilibet opus incipit & orationis tempore adueniente adhuc in illo moratur, à dæmonibus illuditur. Intentio namq; furibus est horam per horam à nobis furari. Cum ut pro anima aliqua oēs postularis, noli deuitare, & si virtutem orationis nō possides. Fides enim petentis etiam eū contritione oranti sepe causa salutis fuit. Noli extolli cum pro alio oras si exaudiaris. Illius namq; fides operata est atq; præualuit. Solent pueri id qd à magistro didicerūt ab eodem diebus singulis exigī, ita & mens omnis eam quā à deo accepit virtutē in oī oratione iuste exigitur. Quo circa attendendū sollicitē est, cum vigilantius orare cœpīs, citius in iracundiā oppugnaberis. Hoc enim subtrahere vel suggerere moluntur inimici nostri ut priuēmur orationis fructu. Ad oēm qdem virtutem sc̄ipue tñ orationem summo cordis sensu & affectu semper exerceri debemus. Tunc uero anima sibi orat, cum iracundiā superior euaserit. Ea q̄ plurimis temporibus præcibus ac lachrymis acquiruntur, solidata sunt atq; durabilia. Qui deum possederit non iam sibi ipsi in oratione intentionem dictabit. Tūc enim spūs pro eo interpellat gemitibus ineffabilibus. Oēm sensibilem phantasiā noli in oratione suscipere, ne forte stuporem atq; amentiam incurras. Omnis petitio nostra q̄ suscepta fuerit, certū iudicium maxime in oratione percipimus. Porro ad iudicium ambiguitatis liberatio est incerta q̄ rei dignissima certissimaq; atq; in mobilis informatio. Misericors esto vehementer si oratio reuera tibi cordē est. In ipsa enim centuplū accipiet monachi, & quod sequitur in futuro. Ignis quidem adueniens in cor orationē excitauit, ea uero excitata atq; in cœlum assumpta, ignis in cœnaculum animæ descendit. Aiunt quidā meliorem esse orationē q̄ memoriā mortis, ego uero vnus subsistens duas essentias collaudo. Equus probatus q̄to ultra progreditur feruere magis & cursui adijcere solet. Cursum, hymnorum cantum intelligo, equū uero uirilem animū, hmōi uero de lōge odoratur bellum & pparatus iam ad oīa insuperabilis permanet. Dixit est aqua ex sitientis ore diripere, sed longe est diuis animā summo affectu cōpunctionis orantem priusq; perfecte cōsumitur oratio seipm priuā. e iucundissimo isto nimiumq; desiderabili situ. Noli ab oratione desilire quō ad videas ignem & aquā diuinā dispersione cessauisse, neq; enim hmōi tempus remissioni peccatorū fortassis ultra in omni uita tua inuenies. Qui orōnis gustum cœpit, vno sæpe verbo incautus emisso inquinauit mentem, atq; in oratione assistens quem cupiebat nequaquā ut solebat inuenit. Aliud est crebris corde speculari, aliud ipsum cor inspectare, mentis officio principis in morem rōnabiles hostias Christo offerentis. Nonnullos quidem, ut hic appellatus à theologiæ cognomine, sanctus atq; cœlestis ignis adueniens comburit, eo qd adhuc satis purgati non sunt, alios rursus per mensurā perfectionis illuminat. Idem enim & ignis cōsumens & lux illuminans dicitur. Vnde & quidam ab orōne exeuntes veluti ex fornace ignis egrediuntur, fordis cuiusdam ac materiæ leuamen sentientes. alij uero veluti à luce illustrati atq; duplici humilitatis & exultationis amicti veste inde procedunt. Qui uero absq; his duobus effectibus ab orōne exeunt, corpore nō spū, iudaice dixerim orant. Si corpus per tactū appropinquans corpori immutatur actione, quō non immutabitur qui dei corpori manibus innocentibus propinquatur? Possumus ad terreni regis similitudinem nostrum quoq; cœlestem & clementissimum regem aliquando per nos ipsos inspicere, aliquando per amicos, aliquando per seruos, nonnunq; etiam incognito modo militibus sine donatiua largientē iam uero etiam qualitate tunicæ eius, quæ in nobis fuerit humilitatis. Quemadmodum terreno regi execrabilis est is, qui illi astat, & domini sui inimicos alloquitur: ita est quoque dominus abominatur, qui in oratione existens immundas cogitationes recipit. Accedentem canem armis insequere, & si impudentius latret non ei cadas. Pete per luctum & per obediām quære, pulsa per longanimitatem. Nam qui sic quærit inuenit, & sic pulsanti aperietur. Obserua cautius ut non temere ac indifferenter pro scemina in orōne tua ores, ne à dextris fortasse te prædator inuadat. Noli corporis actus, ut sunt, distincte accipere partes in oratione deo confiteri, ne tibi ipsi insidiator fias. Noli illud orationi tēpus deputare, dum tibi curis necessarijs sine spiritalibus negotijs instādum est. Alio: uin id quod pstantius est tibi fur ille uersurus eripuit. Qui baculum orationis iugiter tenet, nō offendet, sed si offendere eum contigerit non penitus cadet. Quippe oratio pie deo uim infert.

Roma. 3

A infert. Eius utilitatem ex his que sinaxis tempore contingunt demonum impedimentis colligere possumus. Eius & fructum ex inimici profligatione cognoscimus. In hoc enim cognoui, qm̄ uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Belli tempore clamauit inquit Psal. In toto corde meo uidelicet corde & animo & spiritu Vbi enim sunt duo postremi congregati, illic Deus est in medio eorū. Neque corporalia neque spiritalia omnia omnibus eodem modo insunt. Quibusdam enim celerius, quibusdam uero morosius psallere profuit: Dum hi aduersus captiuationem: Illi aduersus imperitiā pugna re se dicunt. Si contra inimicos tuos regem iugiter interpellaueris, cum ad te accedunt, confide non laborabis. Ipsi sua sponte abs te discedent. Neq; enim impuri & contaminati spiritus patiuntur inspicere, dā coronam ex illorum impugnatione per orationem suscipere. Præterea uelut ab orōnis igne verberati diffugient. Fortissimo semper sis aio, desiq; magistrū habebis orationis tue. Non possumus uerbis discere, aspiceret. Naturam enim id sequitur. Neq; orationis pulchritudinem per alterius doctrinam addiscere poterimus. Ipsa enim in seipsa deum habet magistrum, qui docet hominem scientiam, datq; orōnem oranti & benedicit iustorum animas, Amen.

## De beata tranquillitate animæ, Gradus XXIX.

B E Cce nos quoq; qui in profundissimo ignorantia lacu tenebrosiq; perturbatiōibus & umbra mortis huius corporis constituti sumus, summa improbitate & audacia de terrestri cælo philosophari incipimus. Habet firmamentū, habet stellarū pulchritudinem, beata uero tranquillitas uirtutum ornamentū. Nihil enim aliud eiusmodi tranquillitatem esse ego reor, nisi mentis intimum cœlum, uer fatias dæmonū ludibria iam extimās. Ille igitur proprie tranquillus est & intelligitur, qui carnē qdem oīū corruptionis labe purgauit. Mentem uero supra creaturā oēm eleuans oēs illi subijcit sensus, atq; uultui dñi animā sistens supra uirtutum suarū modum in illū se semper extendit. Quidam rursus beatā hanc tranquillitatem esse definiunt, animæ resurrectionē ante resurrectionē corporis. Alij perfectam cognitionem dei ab angelis secundā esse aiunt. Hæc itaq; perfectior perfectio & infinita perfectio, sicut mihi quidā qui illius gustum cœperat aperuit, ita sanctificat atq; à terrenis oīibus rapit, ut plurimū iam carnalis uitæ prem postq̄ hunc cœlestem portū occupauerit, ueluti in cœlo per excessum mentis ad speculationē atrollat. De quo is qui bene fuerat expertus quodā in loco ait. Qm̄ dñj fortes terræ uolenter eleuati sunt. Hmōi fuisse ægyptiū illū nouimus, qui quotiēs cum aliquibus orabat manus suas diutius in oratione extensas non dimittebat. Est inter hmōi beatos alius alio tranquillior. Alius enim fortiter aduersatur atq; odit iniquitatē, alius inexplēbiliter uirtutibus ditatur. Etiā & castitas tranquillitas dicitur, & merito sane. Principium est enim cōmūnis resurrectionis atq; corruptibilium incorruptiōis. Tranquillitatem ostendit qui ait Sensum domini possideo: Hanc item insinuauit ægyptius qui se ait non timere dominū. Eam item ille ostendit, qui ut ad se perturbationes & tentamenta redirent orauit. Quis ante futuram claritatē, ita ut Syrus iste sacra hac tranquillitate dignus habitus est: Nempe celeberrimus inter pphetas Dauid: Remitte mihi, inquit ad dominum, ut refrigerer, hic autem dei athleta, remitte ait, fluent gratiæ tuæ. Tranquillitatem habet anima, quæ ita in uirtutum qualitatem atq; habitum sicut uitiosi in uoluptatum traducta est. Si hic finis est gastrimargiē se ipsum etiam non appetentem auide ad cibum impellerethic profecto finis erit continentie etiam esurientem se continere, natura iam libera atq; nulli rei penitus obnoxia. Si hic finis est libidinis, in ipsa muta animalia resq; inanimatas insanire iste profecto castitatis finis erit, in omnibus ueluti ea sint sine anima, sensus innocuos seruare. Si finis iste auaritiæ est nunquam congregare desinere vel satiari, hic profecto finis nuditatis erit, neque proprio corpori parcere. Si is acediē finis est quantalibet requie carere in patientia agitari, hic erit patientiæ finis, ut quamuis in tribulatione quis sit, requiem tamen se habere arbitretur. Si hoc est inanis gloriæ culmen, etiam cum nullus adstet qui laudare possit, tingere simulationis opera, hæc profecto contrariæ rei species erit, si nunquam, etiam in conspectu laudantium, nostra intentio ab inani gloria surripiatur. Si est iracundiæ pelagus nemine præfente irricari atque efferari, sane istud erit longanimitatis profundum siue sit præfens, siue absens, qui maledictus insequitur eadem animi tranquillitate durare. Si hæc species pditionis vel supbiæ est, in uili atq; hūili habi

Psal. 118

Psalmo 48

1. Corin. 7

Psal. 118

tu extollis, istud certe saluberrimæ humilitatis argumentū, in excelsis conatibus & rectæ  
factis humilem tenere mentem. Si hoc perfectæ viciositatis argumentum est, oibus quæ  
dæmones inserunt protinus cedere: hoc reor beatissimæ tranquillitatis indicium, posse effi-  
ficaciter dicere. Declinantem à me malignum nō cognoscebam, neq; q̄ modo aduenit,  
neq; cuius rei gratia, neq; quō abscessit, sed oīno ad hōmō insensibilis sum. Qui totus hoc  
statu dignus habitus fuerit adhuc in carne degens, ip̄m in se habitantem deū in oibus  
verbis & operibus & cogitationibus ducem & gubernatorem habet vnde & quasi diuis  
næ voluntatis adito vocem quandam per illuminationē interius percipit atq; humana  
omni doctriina celsior factus, dicit: Quando veniā & apparebo ante faciem dñi: Neq; enī  
iam fero desiderij vim atq; efficaciam, sed quero quā dedisti mihi ante carnis huius lutum  
immortalem pulchritudinem. Qui eiusmodi est (ne multa dicā) vivit quidē iam non ip̄e  
viviit aut in eo Christus, vt ait qui bonum certamen certauerat cursuq; cōsumauerat  
& fidē seruauerat. Non cōstat ex vno precioso lapide diadema regni, neq; consumat ista  
brā tranquillitas si vel vnā aliq̄ virtutē negligamus. Tranquillitatē intelliges tu qui dē cœ-  
lestis regis in cœlis regiā, multas vero mansiones eas quæ sunt intra ciuitatē istā habitati-  
ones. Porro cœlestis huius Ierusalē muz, p̄ctōz remissionē intellige. Curramus fratrea  
curramus rogo quatenus ingressu thalami regiæ aulae potiri mereamur. Quod si ex aliq̄  
vel onere vel anticipacione vel tpe ob calamitatē non ferendā p̄occupati fuerimus, vel  
mansionem aliq̄ circa thalamū ip̄m occupare studemus. Sin vero adhuc tepescimus &  
remissi sumus, vel intra mœnia ipsa modis oibus inueniri curemus. Nā qui ante finē vitę  
in ea non fuerit ingressus, imo verō illa etiā transcendet, in solitudine dæmonū & vitis  
orum cōmorabitur. Idcirco etiā quidā orabat dicens: In deo meo trāsgrediar muz. Et  
alios quasi ex persona dei ait. Nōne p̄ctā vestra sunt quæ separant inter me & vos? Perse-  
gamus o amici medium sepi parietem, quem male per obedientiam ædificauimus. Acci-  
piamus hinc debiti solutionem, eo quod in inferno desit qui sanare vel debita dimittere  
possit. Videamus ergo fratres & festinemus, ad hoc. n. in militiā cœlestis imperatoris ascri-  
pti sumus, quicunq; enim per regnacionis lauacriū dñm receperunt, dedit eis potestātē fi-  
lios dei fieri dicens. Vacate & videte & agnoscite, quoniam ego sum deus tranquillitasq;  
& vitis redemptio. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Suscitat quidē à terra mem-  
tam in opem, atq; à stercore vitiorum erigit pauperem. Beata tranquillitas, q̄ videlicet libe-  
ratio à vitis cordisq; munditia est, laudatissima vero semperq; veneranda charitas collo-  
cat cum principibus populi domini, & sedere facit cum spiritibus angelicis.

De vinculo fidei, spei, & charitatis, Gradus XXX.

**N**Vnc itaq; post prædicta omnia manent. Fides, Spes, Charitas, tria hæc quibus reli-  
qua omnia coniunguntur atq; arctissima colligata continentur, maior autem ex  
his, charitas est. Deus enim rite appellatur. Equidem hæc virtutū primā radiū, secundā  
lucem, tertiā circulū intelligo. Ex quibus omnibus vnus splendor atq; vna claritas efficitur.  
Deniq; prima facere oīa & condere potest, sequens dei misericordiā circuit & confus-  
sam facit, tertia vero nunq̄ excidit, neq; vnq̄ currere desistit, neq; eū qui à brā infania vul-  
neratus fuerit, vltra quiescere nō finit. Qui de charitate liq̄ instituit, de perfecto loq̄ nitē-  
tur. Enimvero de deo verba facere & anceps simul & piculosum est, his q̄ parē caute qd  
moliāntur aduertūt. Sermo de charitate solis angelis norus est, atq; illis ip̄is per efficaciam  
illuminationis est cognitus. Charitas deus est, eius vero finē quī loqui instituit, cæcus cū  
sit, in abyssō metiri harenā cupit. Charitas quidē secundū qualitātē similitudo dei est q̄n-  
tum in hoibus fieri pōt, secundū efficaciam aut ebrietas est aīæ secundū p̄rietatem vero,  
fons est fidei, longanimitatis abyssus: altissimumq; hūilitatis pelagus. Charitas deniq;  
perfecta est cuiusq; aduersę prauęq; intentionis cogitationisq; depositio: Charitas. n. nō  
cogitat malū. Charitas & tranquillitas, & filioz adeptio solis nobis distincta sunt. Si-  
cut enim lumen ignis, & flāma in vnā actionē conueniunt, ita de his q̄q; intelligendum  
est. Pro defectus illustrationisq; mensura timor inest aīæ. Nā q̄ sine timore est, aut chari-  
tate plenus, aut in aīa mortuus est. Ex p̄fecta tñ charitate verus & sanctus timor dñi na-  
scitur, ex q̄ rursus dei amor proficiscitur. Nihil absurdum vel iniquū facere videbimur si  
ab humanis rebus, desiderij: & timoris & studij & zeli seruitutisq; & amoris dei exempla  
cōperimus. Beatus q̄ tali in deū seruet amore q̄li turpis atq; velanus amator in eā mulie-  
rem

**A**rem quā diligit fragrat. Beati qui sic dñm timent, sicut rei & morte mulctandi iudicem ac  
tortorem metuit. Beatus qui ita vera sollicitudine sollicitus erga deū est, vt prudens ser-  
ui erga dñm suum. Beatus qui in eo zelo virtutibus inuigilat, quo zelotypi erga vxores  
suas. Beatus qui sic in orōne domino assistit, quemadmodū ministri qui regi astant, Bea-  
tus qui ita dñm vt hoies ingiter placare atq; obsequio rueri cōtendit. Non ita mater las-  
cētī puero, vt charitatis filius dño, adhærere semper cōsuevit. Is qui veraciter amat, eius  
quem amat semper sibi proponit faciem, eamq; intus summa cū voluptate complectit.  
Nempe qui eiusmodi est, nō iam vel in somnis pōt quiescere, sed tunc quoq; eū quē desi-  
derat videt, atq; cū illo vna immoratur. Sicut in corporalibus, sic in corporeis rebus fieri  
solet. Hoc iaculo qdam vulneratus dicebat de seipso, id q̄ admittor eodem. Ego dor-  
mio propter necessitatem & cor meū vigilat per amoris magnitudinem. Id in signū tibi  
erit, o vitos optime, q̄ cum interierint ferę beluæ à ceruo anima tunc maxime concupis-  
ciscit & deficit ad dñm charitatis igne veluti quodā spiculo percussa. Famis quidē effica-  
cia & causa incerta simul & obscura est, sitis vero aperta atq; manifesta ardoremq; solis  
omnibus manifestat. Quo circa & is qui deum cupiebat aiebat. Sitiuit anima mea ad de-  
um fontem viuum. Si facies eius quem diligimus verissime nos totos immutat serenosq;  
& letos ac sine mœrore efficit, quid actura est domini facies inuisibiliter in animam ab  
omni labe mundatā aduenientis. Timor quidem quotiens ex intimo cordis prodierit  
affectu, liquefacere atq; consumere fordes confuevit. Confige enim inquit, à timore tuo  
carnes meas. Sed & charitas nōnullos quidem vastare solita est & consumere, secū dum  
eum qui dixit: Vulnerasti cor meum, quosdam vero etiam exultare facit ac totos iradū-  
at. In ipso em̄ ait, speraui cor meū & adiutus sum, & refloruit caro mea, & gestiente corpore  
virescit facies. Cū vero iam totus homo diuinæ charitati fuerit vnitus, atq; fere, vt  
ita dixerim, comixtus: tunc etiam exterius in corpore veluti per speculum quoddā clari-  
tatem serenitatemq; animæ ostendet: Eam gloriā consecutus est Moses ille dei spe-  
culator. Atq; hi, qui huiusmodi æqualem angelis gradum adepti sunt, sepe cibi corpora-  
lis oblitiscuntur, imo vero illum rarius appetunt. Nec sane mirum, nam si sæpe etiam cō-  
traria affectio cibi memoriā exclusit, reor eum qui hæc incorruptibilia gustauerit, cū sus-  
pra naturam factus sit, nulla iam corporis imbecillitate detineri. Id em̄ veluti iam incor-  
ruptibile effectum per charitatis flammā expiatum est, qua f. omnis reliqua flāma per-  
rupta atq; extincta est, imo vero ne ipsum quoq; oblatum sibi cibum cum voluptate vl-  
la suscipere omnino posse arbitror. Aqua quidem subterranea virgulti radicem irrigat,  
hoz vero animas cœlestis ignis, nutrire consuevit. Incrementum timoris initium est cha-  
ritatis, finis vero castitatis theologiæ argumentum est. Cuius deo perfecte sensus vniti  
sunt, hic ab eo verbis eiꝰ in secreto instruitur. Nisi enim illi deo copulati fuerit, graue ac  
periculosum est de deo loqui. Substantiale quidem verbū castitatem perficit, præsentia  
sua mortificans mortem, hæc aut cum mortificata fuerit, protinus theologiæ discipulus  
illuminatur verbum dei qd ex deo est, castum est permanens in sæculum sæculi. Qui em̄  
deū non cognouit, scolasticè loquitur. Castitas discipulum theologū facit, sepe etiam cō-  
asseretem trinitatis dogma. Qui diligit dñm fratrem suum dilexit, prius enim demon-  
stratio, secundum est. Qui diligit proximum nunquam aduersus illum obloquentes to-  
lerabit. Qui se deum dicit diligere, fratrisq; suo irascitur similis est ei, q̄ in somnis currit.  
Fortitudo charitatis est spes: Per hanc mercedem charitatis expectamus. Spes est incerta-  
rum diuitiarum opulentia. Spes est indubitatus antea thesaurū, thesaurus. Hęc laborū re-  
quies. Hęc charitatis ianua est. Hęc desperationis iugulatio. Hęc absentium imago est.  
Spei defectus, exterminatio est charitatis. Simul atq; illuxit spes, charitas apparuit. Huic  
annexi sunt labores, ex hæc pendunt fatigationes, hæc misericordia circumdatur. Spe sub-  
nixus monachus, acediæ iugulator est. Ex huius gladio illa triumphans. Spem parit di-  
uinorum munerum experimentum. Nam qui hæc expertus non est, non sine hæsitatio-  
ne perstat. Spem soluit iracundia. Hęc enim illam confundit. Vir autem iracundus  
nunquam erit honestus. Charitas prophetiæ indultrix est, charitas prodigia fieri præstat  
charitas illustrationis abyssus est, charitas fons igneus est, qui quāto mundat, ranto ma-  
gis sitientem amplius exurēdo consumit. Charitas angelorum status est, perfectusq; ses-  
colorum. Annūtia nobis o decora inter virtutes vbi pascis oues tuas, vbi moraris in me-  
ridie, illumina nos, irriga nos, deduc nos oramus. Iā. n. ascēdere cupimus ad te, tu qui  
pe doz

IOHANNIS CLIMACI DE VINCULO FIDEI.

pe dominaris omnium. Nunc autem in intimis penetralibus vulnerasti animam meam, nec possum continere flammam tuam, unde cum te laudauero quo proficiam? Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas atque mortificas. Tu humilias, ut vulneratum superbam cogitationem. In brachio virtutis tuæ disperfisti inimicos tuos, inexpugnabilesque facis amatores tuos. Quo nam vero modo Iacob te scala innoxiam viderit addiscere festino. Quæso quæ nam sit ascensus istius species auide sciscitantie loquere, qui modus quod compendium illius quos veluti ascensiones compositionis graduum in corde suo disposuit amator tuus. Quis præterea sit horum numerus scire si tiebam, quantumque cursus illius tempus sit. Ductores enim annunciauit qui luctam tuam visionemque didicerat. Cæterum clarius aliud noluit (imo vero non valuit) dicere. Illa vero veluti e caelo mihi visa regina in auribus animæ meæ colloquens ait: Nisi soluaris ista crassitudine o feruens amator, speciem meam cuiusmodi sit addiscere non potes. Scala vero virtutum spiritualem compositionem te doceat. In ipso ergo vertice formata sum, sicut de me magnus ille arcanorum cognitor aiebat. Nunc vero manet Fides, Spes, Charitas tria hæc maior autem omnibus est charitas.

7. Cor. 13

Intenta Conclusio.

His qui in libro vitæ nomina sua ascribi volunt, optimam cursus viam liber iste aperit ostendit. Hunc enim per legentes inueniemus absque errore sequi se volentes ducere, atque ab omni lapidis offensione seruare illæfos, scalamque nobis à terrenis ad usque sancta sanctorum erectam præferentem deumque dilectionis ipsius culmini innixum indicantem. Quam scalam ut reor supplantator ille vitiorum Iacob in cubili exercitatio nis quiescens vidit. Cæterum ascendamus quæso prompte atque fideliter intellectualem hunc atque celestem ascensum, cuius quidem initium est terrenorum omnium abrenuntiatio, finis vero charitatis deus.

Exhortatio ad ascensum Scalæ.

Ascendite, fratres ascendite, ascensiones in corde prompte disponentes, eiusque memores qui ait: Venite ascendamus in montem domini & in domum dei nostri: qui perfecit pedes nostros sicut cerui & super excelsa statuit, ut viuamus in via sua. Currite obsecro cum illo, qui ait festinemus donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, qui per visibilem ætatem xxx. annorum baptizatus trigesimum gradum in spiritali scala fortitus est. Quippe charitas Deus est. Illi laus, illi imperium, illi fortitudo, illi omnium bonorum causa inest, fuitque & erit in infinita secula, Amen.

Esaiæ 5

Ephr. 4

(\*)

FORVM QVAE IN HAC  
SCALA TRACTANTVR, INDEX

summarius.

PRAEFATIO AMBROSII Monachi in translationem Iohannis Climaci in eum librum, qui climax, id est, scala dicitur.

Vita Iohannis Climaci sub compendio à Daniele monacho scripta.

Epistola Iohannis abbatis Raichu ad Iohannem abbatem montis Synai climacum cognominatum.

Præfatio Iohannis Climaci in librum qui Climax dicitur.

De inanis vitæ fuga, & abrenuntiatione terrenorum, Gradus	1
De vacuitate affectionum, Gradus	2
De peregrinatione & somnijs, Gradus	3
De beata semperque memorabili obedientia, Gradus	4
De sollicita & accurata poenitentia, Gradus	5
De memoria mortis, Gradus	6
De luctu gaudij opifice, Gradus	7
De itæ vacuitate & mansuetudine, Gradus	8
De memoria iniuriarum, Gradus	9
De detractioe, Gradus	10
De loquacitate, Gradus	11
De mendatio, Gradus	12
De acedia, Gradus	13
De famosissima ac nequam domina gula, Gradus	14
De in corruptibili pudicitia & castitate quam mortales atque corruptibiles laboribus sibi ac sudoribus quærun, Gradus	15
De avaritia ac nuditate rerum omnium, Gradus	16
De insensibilitate videlicet mortificatione animæ & morte mentis ante mortem corporis, Gradus	17
De somno, oratione & psalmodia in conuentu, Gradus	18
De corporalibus vigilijs qualiter arripiendæ & exercendæ sint, Gradus	19
De ignaua formidine, Gradus	20
De multiformi cenodoxia, Gradus	21
De superbia, Gradus	22
De ineffabilibus cogitationibus blasphemiarum, Gradus	23
De mansuetudine & innocentia quæ sitis non naturaliter, Gradus	24
De victrice passionum omnium altissima humilitate, Gradus	25
De discretionem cogitationum vitiorumque, Gradus	26
De sacra corporis & animæ quiete, Gradus	27
De sacrarum virtutum matre beata oratione, utque in ea sensibiliter ac actualiter assistatur, Gradus	28
De terrestri caelo beata tranquillitate & perfectione & resurrectione animæ ante communiem resurrectionem, Gradus	29
De vinculo trium principalium virtutum, fidei, spei, & charitatis, Gradus	30

FINIS.